www.e-rara.ch

Henrici de Segusio Cardinalis Hostiensis, summa aurea, Ad vetustissimos codices summa fide diligentiaque nunc primum collata, atque ab innumeris erroribus, quibus scatebat hactenus, repurgata

Henricus

Basileae, Anno 1573

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1615

[Liber primus]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

*Hostiensis †I.V.D. celeberrimi, super Titulis Decretalium, F. Martini Abbatis Adnotamentis locupletata.

PROOEMIVM.

SVMMARIA.

1 Senectus semper est reuerenda.
2 Studiosus de singulis dubitare debet.
3 Reprehensio temeraria fit decem modis.
4 Iuri scripto potius est adhærendum, quàm consuetudini.
5 Liber iste unde habuerit originem.
6 Leges tres fuere ante legem Mosaicam.
7 Phoroneus rex primò legem instituit.
8 Iesu nato aduenit tempus gratiæ.
9 Hominum genera dicuntur esse duo.
10 Scientiarum genera dicuntur esse duo.
11 Tempore gratiæ tres leges processerunt.
12 Imperator per omnia uult sequi sacras regulas.
13 Papa an sit maior Imperatore.
14 Decretalis quid sit.
15 Decretum quid sit.
16 Constitutio quid sit.
17 Pragmatica sanctio quid sit.
18 Scientia ciuilis an sit scientia, uel ars.
19 Homines propter quinque fines, dicuntur legere.

2 ALPHA & ω, unum in essentia, & trinum in personis, à quo omnes Legislationes pendere iubẽtur, in primis invocãs, eundem a exoro, vt adsit mihi principium, medium, & terminus, à libro Authẽticorũ doctus: vt in authenti. de priuil. dotis, hereti. mul. nõ præstan. in prin. col. viij. Fiat ergo eidẽ decens principium Operis, atq; amabile. sic enim bene & rectè vniuersa gerentur: vt in authent. quomodo opor. episc. respon. j. in fin. col. j. Placeat etiam ei quod incipio: quia opus semper debet placere Deo, vt in authent. vt iudices sine quoquo suffra. coll. ij. ad hoc xxiij. dist. in nomine Domini. C. de off. præfec. prę. Afri. in nomine Domini. j. de testi. in nomine Domini. C. de vetere iure enucl. l. j. & de episc. & cle. l. Deo nobis. in authent. de armis. in prin. colla. vj. Erit ergo principium meum, ex quo ipsum invoco: quia vt ait Psal. Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. Ex quo etiam principium est, finis erit: quia qui ponit initiũ, supplere debet vsque in finem. de consec. dist. j. nemo ecclesiam. in authent. de monachis. §. iij. colla. j. & quod à Deo incœptum est, imperfectum non relinquitur. C. de emen. Iusti. codi. in prin. quia nihil videtur esse actum, cùm aliquid supereſt ad agendum. C. de his qui. vt indig. l. cum Syllanianum. in fin. Ideo successor non debet aliquod opus incipere, nisi primo expleto, quod à prædecessore cœptum fuit. C. de oper. pub. l. fin. & ff. de ope. publi. l. fi. infrà, de rescrip. literis. & Dominus opus imperfectũ nõ nouit. infrà, de bap. maiores. §. sed adhuc. De ipsius igitur omnipotentia confisus, qui res penitùs desperatas & impossibiles donare potest. C. de vete. iure enu. l. j. in fi. primæ col. & qui omnium scientiarum est caput & author. xxxvij. dist. §. hinc etiam filius. qui etiam omnium gratiarũ est mirabilis elargitor. xvj. q. j. revertimini. de scientiæ meæ modulo non prę sumens, ad eiusdem, atq; matris sanctissimę, advocatæ nostræ, necnon sanctorũ suorum omnium, ad honorem, laudem, & vtilitatem scholarium, diuersa scripta appetentium, & maximè studentium, præsens Opus aggredior: in quo renouãdo et prosequẽdo, diuersorum doctorum summas, flores glossarum, quæstiones & distinctiones vtiles, opiniones maiorum difficiles, & quid verius videatur apposui, summatim tangendo omnia super singulis titulis, vt melius memoriæ commendentur. sic Inst. de donationibus. §. in summa. & ff. de donat. l. j. Qui ergo diuersa scripta vtilia, in vnum volumen, quo ad vtrumque ius, fideliter redacta habere desiderat, ad scribendam hanc Summam accedat intrepidus & securus: quam ego post studium vtriusq; Iuris, diuinum & longum exercitium, adiutorio Dei in omnibus præcedente, suffultus composui, super operis imperfectione, quod

inquantum humanum est, nec aliter dici * Hosti. prius compotest, cùm in rebus humanis nihil perfectum sit, vt C. de vete. iure enu. l. ij. §. sed quia diuinę. à benignitate sociali veniã postulans: nam & rectè dictũ est à prædecessoribus nostris, & ante omnes à Iuliano sapientissimo, quòd nullum ius ab initio sufficiens emanauit in rempublicam Romanorum, sed ad naturæ varietatem, & eius machinationes multa egent correctione. in authẽt. quibus mod. natural. effi. leg. j. responso. colla. vj. & ideo iuxta revocationem compilationis, multa diligens lector in inferioribus inveniet renouata. Nec obstat quod dicit lex, scilicet, quòd minimè mutanda sunt quæ longam habuerũt interpretationem. ff. de legi. & se. con. minimè. quia illud intelligendum est de his quæ sic statuta sunt, quòd in perpetuum debeant obseruari. ff. de legi. si de interpretatione. vel non sunt mutanda, nisi ex causa. infrà, de consuet. cum consuetudinis. quia salua honorificentia maiorum nostrorum, ipsorum dicta corrigere possumus, si contra veritatem senserint. ix. dist. neque quorũlibet. & idem à successoribus expectamus: quia quod quisq; iuris in alterum statuerit, &c. sed hoc non est temerè præsumendum: vt no. infrà eo. ver. studiosus. & sequentibus. Ego verò per dictum meum nemini legem impono, nec opiniones aliorum renuo vel abscondo, imò ipsas diligenter recito, & in lucem produco. Tu ergo perlectis & intellectis iuribus & rationibus, quibus vnaquæq; fulcitur opinio, amplectere quam malueris, & elige cui dicas, Tu mihi sola places. Minorum tamẽ imploro veniam, & non intelligentiũ, si aliqua subtilia & profunda apponã: quia licet dicatur, quòd qui ea docet quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem hoc facit: & vitium animi est, indignis secreta vulgare. xliij. distinct. §. fin. cùm tamen lex communis esse debeat. iiij. dist. erit autem. gratia minorum exponam multa, & ipsos via simplici ducam, ne cadant in desperantiam. Instit. de iustit. et iure. §. ij. & de legatis, §. sed ne in primis. & sic dabo eis lac in potum, non escam. infrà, de pœnit. & remis. Deus qui. §. Apostolis. gratia mediorum dicam similia, inducendo & soluendo contraria, notando quotidiana & practicatiora: quia in ipsis magis studẽdum est. ff. de lib. leg. legan. Maioribus etiam, loco aquarum salientium, tradã profunditates materiarum, & diuersitates memoriæ commendandas: & inquantum possibile mihi erit, & Deus dederit, sic omnia prosequar, ne quicquam inveniatur in hoc prato spinosum. C. de vete. iure enu. l. j. §. hoc etiam nihilominus. & quamlibet materiã, provt cõgruum videbitur, loco suo & ordine tractabo. hoc enim obi seruandum est. in authent. de nup. §. deportatio. colla. iiij. † Nec
b dedignetur alicuius venerãda senectus [b] recipere prę sens Opus; quia impubes ferula cędi tur „p veritate dicenda. ff. de se. cõ. Syll. l. j. §. impubes. & vbi publica tractatur vtilitas, etiãsi minor veritatem investigauerit, nulla maiori iniuria irrogatur. C. de off. recto. provinciæ. l. potioris. sæpe enim revelat Deus minori, quod celatur maiori. xcv. dist. esto subiectus. xxxix. di. nullus. quia non omnes per omnia, sed certi per certa, vel meliores vel deteriores inveniuntur. vt xxxviij. dist. quamvis errare. & qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primò invenit. C. de vet. iure enu. l. j. §. omnibus authoribus. dicit etiam Aug. Ego episcoc pus tot annorum, à collega, nedum anniculo paratus sum [c] edoceri. xxiiij. q. iij. si habes. & iuris peritus cupiditatem discendi solã

a Invocans eundem.] Adde text. in cap. in nomine Domini. de testi. c. licet. 26. q. 5. et Spe. tit. de instru. edi. in. §. 2.

b Venerãda senectus.] Adde, quòd deferendum est senectuti: vt in l. semper. ff. de iure immu. et in l. providendum. C. de postulan. Et facit ad hoc, plus valet vmbra senis, quàm arma iuuenis. secũdũ Bal. in cap. primo, de renun. Bal. in l. cũ antiquiorib. C. de iure deli. Bal. in l. seniũ. C. qui testa. fa. possunt.

c Anniculo paratus sũ.] Adde glo. in verbo, plerũq;. in ca. nisi cũ pridem. de renun. glo. in verbo, consilia. in cap. pervenit. 84. di. & gl. j. in c. nullus episcopus 38. dist.

viuendi rationem existimans, in septuagesimum octauum annum ætatis suæ quærebat, quia & si alterum pedem in sepulchro haberet, discere quidē vellet. ff. de fideic.lib. apud Iulia. vnde versus:

Si quis fortè cupit iurisconsultus haberi,
Continuet studium, uelit à quocunque doceri,
Inuigilet, nec uincat eum tortura laborum,
Fortior insurgat, cunctisq; recentior horis.

Nam labor improbus omnia vincit. C. de petit. bo.sub.l.j.lib. x. infrà de purg. cano. cum in iuuentute.§. cæterùm. de pen.dist.j.impor tuna. † Studiosus verò debet dubitare de singulis. hoc verò non est invtile secundum Aristotelem, ergo nihil debet negligere. Requiritur etiam, quòd capacem sensum habeat, vt hoc probatur. infrà de offic. Primicc.c.vni.ad fin.† Caueat tamen ne temerè reprehendat. fit autem temeraria reprehensio multis modis. Temerè enim reprehendit, Primò, qui antè iudicat, quàm intelligat. Secundò, qui antè inculpat, quàm iterando lecta perquirat. xxx. dist. sciendum. Tertiò, qui quòd scriptores pictores corrupti & idiotæ corrumpunt scripturas, non considerat: quod tamē etiā in literis papæ, ne verę pro falsis, vel falsæ pro veris recipiantur, diligenter est attendendum: infrà de cri.fal. quàm graui. in fin. nam multum diuersa sunt, est, & non est. & tamen vna figura de facili omittitur vel mutatur, vt arg. infrà, de fide instru. ex parte. infrà, de rescrip. causam quæ, & c. Significante. & sequent. ideo dic, quòd vitium scriptoris, non est authoris. Quartò, qui ex invidia aliorum dicta mordendo condemnat, ad hoc tantùm, vt detrahat, vel discordiam pariat. quod prohibetur, xlvj. dist. §. j. & c. clericus invidens. Quintò, qui diuersas opiniones subtiliter non denotat: videtur enim plerunque doctor contraria scribere, & sibiipsi esse contrarius, dum diuersa dicta recitat: & ideo doctorum dicta & nomina sunt scienda, & subtiliter discernenda. ad hoc j. de offi. del. super quæst. artic. & de feriis. capellanus & de simo. per tuas. scribimus enim, sicvt & legimus aliqua, ne ignoremus: aliqua, ne negligamus: aliqua, vt repudiemus. xxxvij. dist. legimus. & c. seq. Sextò, qui mentem dicentis siue scribentis, vtrum videlicet de rigore iuris, vel de benignitate, & vtrum de iure scripto, vel consuetudine, vel secundum stylum curiæ loquatur, non ponderat, in quo quidem personas, causas, loca, & tempora, & alias circunstantias considerari oportet. vt infrà, de transa. c. fi. in fin. & de homicid. sicvt dignum. xxix. dist. c. j. & ij. & ff. de pœnis. aut facta. Septimò, qui prudentiæ suæ innititur, vt capitaneam sententiam veritati prę ponat. xxxvij. dist. relatum est. infrà de consti. c. j. & c. ne innitaris. Octauò, qui antiquas opiniones, per ius nouum indistinctè condemnat, vt patet infrà, de consti. c. fi. Nonò, qui superflua intendens remouere, necessaria vel vtilia resecat, vt patet in fi. infrà, de voto. quod super his. §. rursus. in fin. & c. seq. respōso j. ver. sic ergo ille est: sed sic dicebat dominus meus, nequeunt de facili magna & ardua verba, breuibus expedire: & dum breuis esse laboro, obscurus fio. Decimò, qui potius proprietatem verborum quàm mentem & veritatem approbat. infrà, de verb. sig. præterea. & sequitur in sequenti ver. His decem reprehensionibus, quæ temerariæ sunt, euitatis, cuilibet diligenter studenti iurisperito & intelligenti, ac prædicta subtiliter discernenti committo, vt imperfectionem operis suppleat, & ipsum, sicvt ei videbitur fraterna charitate, de qua no. infrà, de tempo. ordina. §. & cui. sub §. octaua regula. doctorem corrigat & emēdet, quod fieri potest & debet: vt no. suprà eo. ver. qui ergo diuersa. nec obliuioni tradat, quia intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicendi: quia nō sermoni res, sed est rei sermo subiectus. infrà, de verb. sign. intelligentia. & c. in his. nec curet, si fortè veritas aliquando per verba impropria exponatur, quia non debet quis in sermonum foliis gloriari. j. q. j. Marchion & Basilides. xxij. q. v. humanæ aures. et secundùm Aug. nihil obest narrandi diuersitas, vbi eadem proferuntur. & secundum Gregor. plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. infrà, de verb. sign. nihil obstat, et c. præterea. †Consulo etiam, quòd, quò ad habendam perfectam scientiam, potius adhæreat iuri scripto, quàm curiæ Romanæ consuetudini, licet ipsam iudicando præferat. j. de senten. et re iudic. in causis. Hoc ideo dico, quia consuetudo fragilis est, et incerta, et nunc alba, cras nigra: frequentius variatur. et vide quod no. infrà, de offic. delegat. §. quod sit eius officium. ver. lectio tamen communis est.

d Fundamentum non est] Adde tex. in c. cùm Paulus. i. q. i. & in c. vlt. de præbyt. non bapti.
e Homine ad imaginē Dei.] Adde originaliter Gen. i.
f De ipsius latere.] Ad de c. debitum. de biga. & in c. gaudemus. de diuort. Et quare voluit formare plus de latere, quàm de capite, vel pede. vide gl. in verbo Costa. in c. fin. 33. q. i.
g Cain] Adde Car. Alexan. in c. non est. in 6. ius vero. in i. col. ver. not. quod Cain. 6. dist.

1 2 3 4

ET quoniam cuiusque rei potissima pars, est principium. ff. de orig. iur. l. j. et ideo discutiamus, Vnde habuit originem liber iste, Quis composuit hunc librū, Quo nomine nūcupetur, Quæ sit eius materia, Quæ vtilitas, Quæ intentio authoris, Quis modus agendi, Cui parti Philosophiæ supponatur, Quis finis.

5 Vnde habuit originem liber † iste, Hoc ideo vidēdum est, vt fundamento invento et præcognito, superædificare possimus, quia vbi fundamentum non est [d], superædificari non potest: et est sumendum exordium à principio humani generis. de pœn. di. j. §. ex his formato igitur homine ad imaginē Dei [e] xxxiij. q. v. hæc imago. et in virili ætate. de pœn. dist. ij. §. Romanos. Et Euam formata de ipsius latere [f] xxxiij. q. v. mulierē. dixit eis Dominus, Crescite, et multiplicamini. Ex his omnes descendimus, quo ad carnalem concupiscentiam, excepto Iesu. Augustin. lib. viij. super Gen. Christus ab Adam descendit, secundū corpulentam substantiam, sed non secundum legem concupiscentiæ: qui quoniam secundum eundem Augustin. sicvt sancta trinitas inseparabilis est in substantia, ita inseparabilis est in operibus, in vtero virginali, sine virili semine, à tota trinitate, spiritu sancto cooperante, incarnatus est. infrà, de sum. trin. c. j. §. hæc sancta trinitas. Ergo Adam sine homine et fœmina, de nihilo, seu de limo creatus est in agro Damasceno, et in paradiso positus: Eua de homine, sine fœmina in paradiso formata: Iesus de muliere virgine, sine homine natus: cæteri omnes ex homine et fœmina geniti descenderunt, quorum gratia, natura rerū, id est Deus. ff. de iud. sed et si restituatur. §. vlt. omnes fructus comparauit. ff. de vsur. in pecudum. Instit. de re. dist. §. in pecudum. Hi naturali lege et communi (quia erant eis omnia communia) vixerunt: et potest dici hæc lex, ius naturale rationale, quòd cœpit ab exordio humanæ naturæ. vt dist. v. §. j. et hæc lex naturalis rationalis in duobus præceptis consistebat. vnde versus:

Quod tibi uis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli.
Sic potes in terris uiuere iure poli.

vt in princ. Decretorū. Ex hac lege etiam procedit, quòd nemo fiat locupletior cum alterius detrimento. ff. de cond. inde. nam hæc natura. licet domini legum exponant illud de iure gentium. Sed minus subtiliter considerant veritatem, cum de iure gentium qui fortior est, locupletior fiat, vt patet infrà eo. ver. multiplicatio. Item & ex hac lege naturali rationali, est coniunctio animorum matrimonialis, vt no. infrà, de sponsa. sub rubricella, de matrimoniis. §. j. versi. quinimò. ex hac procedunt omnes leges humanæ, rationabiliter promulgatæ, & ideo de ipsis reddenda est ratio naturalis, vt not. infrà, de rescri. §. quas vires. ver. si quæratur. & sequentibus. Sed & alia lege naturali communi omnibus animalibus vsi sunt. Instit. de iusti. & iu. §. j. & de hac lege duplici, scilicet naturali communi, & naturali rationali, cui animalia non participant, tangitur. j. dist. ius autē naturale. Insti. de lure nat. gen. & ciui. j. respon. & §. quòd verò naturalis ratio. His duabus legibus vixerunt homines, etiā post deiectionem à paradiso: de qua habes de pœ. dist. ij. sub §. Romanos. ver. princeps vitiorum omnium. vnde quamcunq; terrā calcaret pes alicuius, sua erat: & sic concedebantur omnia occupanti. ar. Insti. de re. diuisi. §. feræ. Multiplicato tamen genere humano, de iure, sive lege gentium naturali, lege rationali inuenta, regiones distinctæ sunt, bella orta, & seruitutes sequutæ, & obligationes inductæ. Instit. de iure naturali. §. ius autem gentium. j. dius gentium. quod ex illo tempore factum creditur, quo Cain [g] ciuitatem ædificasse legitur: sed cum in diluuio propter raritatē hominum, penè videretur extinctum, postea tempore Nemroth reparatum fuit. vnde in Genes. x. c. cœpit Nemroth esse robustus venator coram Domino, id est, hominum oppressor. di. vj. §. ius verò consuetudinis. Ergo huic iuri æquum visum est quemlibet cum alterius iactura locupletiorem fieri: quare patet, quòd minus bona est gl. dominorū super l. præallegata, nam hæc natura. vt s. notaui. ver. ibi, naturali lege. licet autem ius gentium has obligationes induxerit, non tamen nomina, nec actiones, imò à iure ciuili postea inducto, processerunt. Instit. de act. §. istæ quoq; actiones. in fi. ff. de iusti. & iur. ius autē ciuile. & de ori. iur. l. ij. §. nouissimè. & de pactis, l. conuentionum. & l. seq. & de præscrip. ver. l. ij. iij. & iiij. secundum dominū meum Iac. de Bel. quem semper in legibus dominū meum principaliter voco. † Sic tempore ante legem Mosaicā, fuerunt tres leges, scilicet naturalis communis. Item naturalis rationalis, quæ nihil aliud videtur, quàm naturalis ratio. Itē iuris gen. Sed delictis & peccatis hominū multiplicatis & augmentatis super terram, necesse fuit populo dare legem, qua regeretur: sicq; data fuit lex Mosaica. vij. dist. Moyses. xxxij. q. ij. Moyses. Mox

6

& Prophetica. de quibus in princ. Decretorum, in fin. c. j. ibi, lex &
7 Prophetæ, ex quibus constat vetus Testamentum. † Item Phoroneus rex primò legem instituit. qui verò secundò & tertiò, &c. traditur vij. dist. Moyses. & c. sequen. & qualiter xviri, quorũ nomina habes vij. dist. fuerunt missi à Romanis, vt peterent leges ab Athenienſibus, & quomodo lex xij. Tabula facta fuit ex accidenti, quomodo etiam processerunt senatusconsulta, plebiscita, responsa prudentum, edicta prætorum: & qualiter potestas condendi legem fuit translata in principem, longũ esset hoc enarrare: sed totum traditur ff. de ori. iur. l. ij. Instit. de iure nat. C. de vet. iure enu. per totum. Nouæ autem leges à Constãtino cœperunt, & eius successoribus, de quibus fuerunt facti duo Codices, s. Gregorianus, & Hermogenianus: deinde Theodosius fecit suũ. & ex his tribus fuit factus Iustinianeus, & postea emendatus propter legum decisiones, quæ vagabantur extrà. & sic factus est Codex, quo hodie vtimur. vij. dist. fuerunt. C. de nouo Cod. facien. cum duab. sequentibus cõstitutionibus. Et vt breuiter comprehendã, in quinquaginta libris Pandectarũ, quatuor Institutionũ, duodecim Codicis, nouẽ Collationibus Authenticorũ, Nouella Lombarda, & Consti. feu. cõsistit legalis sapientia: quæ non permittit hominem in paupertate viuere, vel anxietate mori. in authen. de hęr. & Falc. in fi. colla. j. & quæ precio nummario non est dehonestanda. ff. de var. & extraor. cog. l. j. ver. est quidem res sanctissima. Sic eodem tempore, sub lege, tres leges emanarunt, id est, Mosaica, item Pro-
8 phetica, & Ciuilis. † Iesu verò nato, aduenit tempus gratiæ, quo data est primò lex Euangelica. ij. q. j. si peccauerit. Secundò, Apostolica, & dicta sanctorum Patrũ. xiij. di. nerui. xxviij. dist. de his. ex quibus constat nouum Testamentum. Et in his duobus Testamentis, scilicet veteri, in quo contingebant omnia hominibus in figura: & in nouo, in quo veritas data est. infrà, de cele. mis. cùm Marthæ. §. cæterum. Theologia consistit, per quam anima nutritur, regitur, & saluatur. infrà, de offi. ordi. inter cætera. De his inuenies xx. dist. c. j. & seq. xxiij. di. quia episcopus. Hac principaliter reguntur religiosi, specialiter fratres Carthusienses, prædicatores, & minores, & hi qui in contẽplatione positi, temporalia despiciunt & terrena. infrà, de excess. præla. nimis iniqua. & ca. nimis praua.
h Ciuili verò principaliter reguntur advocati fideles[h], & iusti iudices vitam actiuam sine plica ducentes: quæ si bene duceretur, magis fructifera esset, quàm contẽplatiua. infrà, de renun. nisi cũ pridem. §. nec putes. & de regu. licet. Sed qui sunt hi, & laudabimus eos? fecerunt enim mirabilia in vita sua. nam multi suo sensu ducuntur. infrà, de constit. c. j. & c. ne innitaris. Multi etiã cõtra veritatẽ legis & verba, à iustitia deviant, diuinis secularia præponentes. infrà, de reb. eccl. nõ alie. cum laicis. & de decimis. ad audientiam. C. mandati. ab Anastasio. in authen. cõstitutio quę ex ascrip.
9 & ex lib. matre. in prin. col. v. † Ex præmissis patet, fore duo genera hominũ, scilicet Laicorum, & Religiosorũ. Et duo genera vitarum, scilicet Contẽplatiuæ, & Actiuę. Et duo genera scientiarum, Diuinæ scilicet, & Ciuilis: & hoc respicit decretum, xxij. q. j. duo
10 sunt. † Sed sine dubio addere possumus tertium genus, ex ingenio quasi permixtũ: nos enim clerici seculares, quos oportet Domino famulari, & etiã curare, ne pereant possessiones ecclesiasticę, in medio istorum sumus positi, tanquã cẽtrum. Aliud est enim genus religiosorum, aliud clericorũ secularium, vt patet infrà, de offi. ordi. licet. & accedit xxxix. dist. §. j. & c. j. xvj. q. j. de præsentiũ. infrà, de renun. nisi cum pridem. §. nec putes. infrà, de elect. ne pro defectu. & de cler. coniuga. diuersis fallaciis. Ideo hoc tertium genus permixtum, vitam permixtam ducens, scientia permixta egebat, qua vtrũq; sibi commissum, scilicet spirituale & tẽporale posset regere, defendere & tueri. Et sic tam ex dictis sanctorum Patrum, quàm legibus, fuit liber Decretorum compositus, vt in ipso patet. & infrà, de accu. qualiter. ij. Postea verò, cùm multæ decretales epistolæ extra corpus Decretorum vagarentur, Magister Bernardus Papiensis præpositus primam compilationem compo suit. Sed & tempore procedẽte, magister Gilibertus suam effecit. Aliam etiam Alanus. Demùm magister Bernardus Compostellanus in curia Romana moram faciens, ex registro domini Innoc. III. quandam compilationem extraxit, quæ Romana appellata fuit. Sed quia ibi erant quædam decretales, quas non admittebat Romana curia, ideo idem Inno. per manũ Petri Beneuentani compilationem edidit, quæ Tertia vocabatur. Qua recepta, & magister Ioan. Vualensis de duabus dictis cõpilationibus Giliberti & Alani, vnam compilauit, quæ vocabatur Secunda. Postmodum concilio generali per eundem Inno. celebrato, tam de constitutionibus generalis concilij, quàm aliis decretalibus ipsius Inno. Compilatio quarta processit. Postremò, quinta Cõpilatio per Hono. III. facta fuit. Et si ea quæ præmisi bene attenderis, octo Com

pilationes poteris inuenire. Ideo bene congruebat, vt Greg. IX. faceret opus nouum: quare dictus dominus Greg. tantam confusionẽ & prolixitatẽ remouere cupiens, ex dictis decretis, decretalibus epistolis, & dictis sanctorũ patrũ, ac legibus, antiquis compilationibus decretalium abrogatis, voluit necessaria & vtilia redigere in hunc librum, vt patet infrà, in prima constitutione proœmij,
11 §. sanè. † Sic tempore gratiæ, tres leges processerunt, scilicet Euangelica. Item Apostolica. Item Canonica. Habes igitur ix leges, & tria tempora: habes etiam tria genera scientiarum, scilicet ciuilem sapientiam, sub qua possunt comprehendi lex naturalis rationalis, & lex naturalis vel communis, & ius gentium. Item Theologicam, sub qua possunt comprehendi eædem leges, necnon lex Mosaica, lex Prophetica, lex Euangelica, lex Apostolica. Sed & hæc omnia lex canonica, imò & omne ius comprehendit, siue sit diuinum, siue humanum, publicum vel priuatũ. vj. dist. quo iure. ff. de iusti. & iur. l. j. §. ius publicum. & §. seq. Vnde fatuum est dicere, quòd vilis vel leuis authoritatis sit lex Canonica: quia ad hoc, vt perfectè sciatur, non debent dictæ leges penitùs ignorari. Est igitur hæc nostra scientia non purè Theologica, siue Ciuilis, sed vtriq; participans, nomẽ proprium sortita, Canonica vocatur: sicvt ius emphyteuticum, non est venditio, nec locatio, sed contractus per se vtrique participans. C. de iure emphy. l. j. & de hac legitur xxxj. dist. Nicæna. & hæc nostra lex siue scientia, verè potest scientiarum scientia nuncupari. infrà, de æta. & quali. cùm sit ars artium: quamvis ciuilis hoc sibi vsurpet, quæ etiam alias vilissimas reputat, vt in prima constitutione C. §. pro responsis. in fin. & vide super hoc, quod no. infrà eo. §. cui parti. Sed canonica videtur præcellere. Nam si hoc bene intelligatur & sciatur, per eam tam spiritualia quàm temporalia regi possunt: ideo debet ab omnibus recipi & teneri. xix. distin. c. enimverò. & aliis scientiis præponenda est. xx. dist. de libellis. x. dist. c. j. in fi. & omnes eius authoritate duci debent, non sensu proprio. infrà, de
i constit. c. j. Ideo dicit Imperator, quòd sacræ leges[i] non dedignantur sacros canones imitari. in authent. vt clerici apud proprios episcopos. cum §. si verò ecclesiasticam. colla. vj. & de monachis, in fin. colla. j. & ponuntur hæc verba infrà, de iudi. cle. & de secun. nupt. c. vlt. nec dicat quis ea in ecclesiasticis tantùm intelligi: quia idem videtur in ciuilibus, cùm alibi dicat idem Imperator, † quòd per omnia vult sequi sacras regulas, & quòd sacræ re-
12 gulæ pro legibus valere debent, & quicquid constituit catholica & Apostolica ecclesia. in auth. quomodo oportet episcopos, & cæteros clericos ad ord. produci. §. j. & §. igitur ordinatus episcopus. col. j. sed qui omnia dicit, nihil excipit: imò quodlibet comprehendit. ff. de hæred. instit. hoc articulo, Quisque. j. de maio. & obed. solitæ. §. nos autem. Naturali etiam ratione ostendo hanc scientiam digniorem omnibus aliis, & omnibus præponendam. Creatura enim triplex est, scilicet spiritualis siue angelica, & corporalis siue mundana, tertia est humana, quasi communis ex spiritu & corpore constituta. & sic composita ex præmissis duabus. infrà, de sum. trin. c. j. responso j. Sed composita dignior videtur aliis. vnde illud Apostoli, Nescitis, quòd angelos iudicabitis? quãto magis carnalia seu temporalia. infrà, qui filij sint legi. per venerabilem. §. tria. iudicare autem ad superiorem pertinet, infrà, de maio. & obed. cùm inferior. Item Ioanni cadenti ad pedes angeli, & volenti adorare eum, restitit angelus dicens, Vide ne feceris: conseruus tuus sum & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Deum adora. Apoc. xix. c. j. In hoc saltem maior est humana & honorabilior, quia filius Dei tantùm ipsam honorauit, quod diuinitati vniuit. verus enim Deus, & verus homo simul fuit, & est: infrà, de hæret. cùm Christus. Sicvt ergo natura composita dignior & maior est omnibus aliis, sic & scientia nostra, quia idem iudicium de similibus est habendum, infrà, de rescript. inter cæteras. Quinimò Theologia spiritualis creaturæ scientia, ciuilis verò corporalis humanæ, canonica potest dici: sicq; debet canonica, vt ex præmissis patet, ab hominibus quibus appropriatur, propriè præ cæteris commendari. Sed nunquid species mulina maior est & dignior equina et asinina? Et planum est, quòd equinam theologicæ scientiæ, asininam ciuili sapientiæ poteris comparare: nolo concludere, sed considera quid sequatur, et iunge
13 quod not. infrà, de clan. despon. §. qualiter prohibentur. † Sed
k nunquid Papa maior est[k] Imperatore? Vide quod not. j. qui fil. sint legi. §. qualiter et à quo. et infrà, de hæreti. §. qualiter deprehendatur. Quicquid autem dicatur, hæc est veritas, quòd distinctæ sunt iurisdictiones: quamvis vna maior sit reliqua: & quili-

h Advocati fideles.] Adde Albe. de Rosa. in l. i. circa fi. ff. de iusti. & iu. & idẽ Albe. in l. per diuersas. C. mandati.

i Sacræ leges.] Adde c. clerici. de iud. c. i. de no. ope. nunc.

k Papa maior est.] Adde c. solitæ. de ma. & obe. c. nouit. de iud.

l Gregorius IX.] Adde,quòd in cathedra Petri non fuit excellentior isto, secundũ Io.And.in proœ.decretalium. & fuit primus qui scripsit Seruus seruorũ Dei, secundum Alb. in suo Dictionario.

m Inter decretales epistolas.] Adde glo. summæ.3.dist.

n Pragmatica sanctio] Adde gl. in c.pervenit.100.di. gl.in l.fi. C. de diuer.rescrip. & in l. iubemus. C. de sac.sanc.eccle.

bet secundum legem suam iudicabit. sed vtraque tamen ecclesiasticos canones sequi debet, vt in superioribus. & infrà de constit. c.j. & c. ne imitaris. & de hoc tangitur j. de constit. §. qualiter constitutionibus derogetur. Patet ex prędictis,quòd tria sunt genera hominum,per quæ potest trinitas designari. Genus Laicorum assimilatur patri,propter potentiam: genus Secularium clericorum filio,propter sapientiam: genus Religiosorum spiritui sancto, propter benignitatem seu gratiam. In his generibus, scilicet laicorum, clericorum secularium, & religiosorum, est trinitas: sed in sacra communione ecclesię,& fide catholica vnitas. item in personis patris & filij, & spiritus sancti, trinitas: sed in essentia & deitate, vnitas, infrà, de sum.trini. c.j. non tamen potest fieri vera comparatio de creatura ad creatorem, vt no.infrà,tit.j.§.cur dicatur summa,vers. sic patet.

Quis composuit hunc librum.

Liquet ex superioribus,q̃ dominus Grego. IX.[1] & per fratrem seu magistrum Raymundum pœnitentiarium suum, vt in proœmio. §. sanè prope finem. sed ille facit cuius authoritate fit, siue bonum siue malum fuit. ff. de admi. tutorum. ita autem. §. gessisse. infrà, de senten. excom. mulieres. omnia enim nostra facimus, ex quo à nobis eis omnis authoritas impartitur. C. de vet.iure.enu.l.j.§.omnibus authoribus.aliàs incipit.§.seruum.

Quo nomine nuncupetur.

Et quidem diuersimodè: potest enim vocari liber Extrauagantium,quia ea quę extra corpus Decretorum seu decretalium vagabantur, in eo continentur, vt in proœmio,§.sanè versi. aliquæ verò. Vel potest dici Pentateuchus: quia in se continet quinque libros. ar.infrà de deci.eo.c.j. Vel Compilatio noua, vt patet in fin. proœmij. Vel codex Gregorianus,ab authore suo, sicut dicitur codex Iustinianeus. quia omnia nostra facimus,&c.vt no. suprà §.proxi.in fin.quilibet enim liber, codex potest vocari.ff.de leg.iij. liberorum.communius tamen & magis propriè vocat liber Decretaliũ,quia quæ ab Apostolicis & sanctis patribus decreta seu sancita sunt,in eo cõtinentur, vt in ipso patebit: vel quia maior pars ipsius libri in decretalibus epistolis consistit. Est enim differentia inter decretales epistolas,[m] canones, decreta,constitutiones, dogmata, mandata, edicta, sanctiones, & pragmaticas sanctiones. Decretalis epistola est, quando Papa ad consultationem alicuius respondet: siue solus, infrà, de rescript. cap. j. siue de consilio fratrum, infrà, de elect. bonæ me. mag. Canon est, quòd in concilio generali, seu prouinciali constituitur. exemplum de generali,j.de rescrip.nonnulli. exemplum de prouinciali, infrà,de so. compe.c.j.ij.& iij.Decretum est,quod Papa de consilio fratrum, nulla consultatione facta,super aliqua re statuit, & in rescriptis redegit. exemplum infrà, de his quæ fi. à præla. fine con. ca. & si membra. xxx. q. j.generali. Constitutio est,quod Papa proprio motu statuit,& in scriptis redegit, sine cõsilio fratrum,& nulla cõsultatione facta. exemplum, infrà de elec. c.antepe. & vlti. & hæc constitutio est generalis, infrà, de constit. c.vlti.Sed & specialis fit per episcopũ,infrà,de ma.& obed.si quis. & C.de loca. & conduc. vestra. xvij.di.c.vlti. Dogma consistit in doctrina fidei. de conse. dist. v. c. pen. Mandatum in doctrina de moribus consistit. iiij. dist. denique. Edictum est,quando nulla pœna adiicitur.de conse.di. iiij. non oportet. Sanctio est,cum adiectione pœnæ.xvij.q.iij.si quis. Pragmatica sanctio[n] dicitur illud,quod Imperator de consilio procerum sanxit & statuit.C.de diue.re.l.vlti.& de hac infrà, de rerum permu.c.j.de his.xxv.q.ij. si quis dogmata. consueuit de hoc notari.di. iu.§.j.sec. Hug.& Io.

Quæ sit eius materia.

Sanctorum patrum præcepta, & Decretales epistolæ, secundum omnes.sed hoc nihil aliud est dictum, nisi quòd materia huius libri, est ipse liber. Vnde subtilius, Materia est fides catholica,ex qua cõstat fundamentum, vt no.infrà ti.j.in prin.Item, quæstiones & dubitationes intricatę de nouo emergentes,ex quibus constant parietes huius libri. Item responsiones principum, & statuta sanctorum patrum, ex quibus constat rectum.Potest etiam dici, quòd simul collecta hæc materia ponitur in chartis ad literam, vel in intellectu hominis ad instructionem & intelligentiam loco sui. Sicut ergo quodlibet ædificium ex tribus consistit, vt no.infrà de lit.cont.§.quæ sit ratio.ita liber iste seu effectus istius libri solo,tecto,& parietibus sustinetur.

Quæ vtilitas.

Vt inter iustum & iniustum, æquum & iniquum sciamus discernere, & vt honestè viuamus,alterum non lædamus, suum vnicuique tribuamus, vt in proœmio.§.ideóq; lex proditur.

Quæ intentio authoris.

Diuersa dicta & sparsa ad cõmunem,& maximè studentium vtilitatem,in vnum volumẽ recolligere,vt in proœmio. §.sanè. & vt hac tantùm compilatione vniuersali vtantur in iudiciis,& in scholis: vt in fi.eiusdem proœmii.

Quis modus agendi.

Hoc uersu comprehende.
Expositio.

Iudex,iudicium,clerus,sponsalia crimen.
Pars prior officia creat,ecclesiæq; ministros.
Altera dat testes,& cætera iudiciorum.
Tertia, de rebus & uita presbyterorum.
Nubendi formam dat sponsis quarta,decentem.
Vltima de uitiis & pœnis tractat eorum.
Primus prælatos,& eorum scribit honores.
Alter iudicia,lites examina iuris.
Tertius ecclesiæ res,& quæ congrua clero.
Iura thori quartus dat,coniugiiq; tenores.
Quintus delicta, pœnas,& pondera uocum.

Et ita,sicut inhibitio copulæ coniugalis, vsque ad quartum gradum,ad exemplum quatuor humorum restricta est, infrà de consan.& affi.non debet. §. prohibitio. diuidit author Opus suum in v. partes, ad similitudinem v. sensuum: quos quilibet iudex debet habere. Primus liber æquiparari potest visui: quia sicvt visus inter colores discernit,sic primus liber inter qualitates personarũ in ecclesia creandarum. Huic iungas primam partem proœmij,in qua tangit creationis hominis qualitatem: & qua frueretur, si nõ peccasset, æternam beatitudinem, vt sic prima pars proœmij respondeat primæ parti totius Operis,& eidem sensui,scilicet visui, ipsam æquiparans, propter claritatem virtutum, & splendorem, quibus primus homo,scilicet Adam,repletus fuit, & durat vsque ad §. Sed effrenata. Secundus gustui: quia sicut gustus discernit inter sapidum & insipidum, sic tractatus ipsius inter iustum & iniustum, æquum & iniquum. Huic bene convenit secunda pars proœmij, quæ durat vsque ad §. Ideóque lex proditur.in qua tangit hominis à paradiso eiectionem, & peccandi pronitatem, & peccatorum coaceruationem,ab eodem vitio,scilicet concupiscẽtia deriuatam,& peccatorum temperantiã, & refrenationem, scilicet iustitiam. hæc enim æquiparatur gustui: quia gustus gulosus à concupiscentia processit, & iustitia inter bona opera sapida, & mala insipida,sicvt gustus inter cibaria discernere consueuit.Tertius auditui: quia sicut auditus inter voces & sermones discernit, sic tractatus ipsius, inter res temporales, quasi voces reputans. Vltimò tractat de spiritualibus, ad designandum,quod sic transeamus per bona temporalia,vt non amittamus æterna. Huic bene congruit tertia proœmij,quæ durat vsque ad §.Sanè.in qua ponit promulgationis iuris causam, siue occasionem,& æquiparatur auditui, vt ipsum ius audiamus. & sic retineamus, quòd honestè viuamus, &c. Quartus tactui: quia sicvt tactus discernit inter dura & mollia,aspera & lenia,sic tractatus ipsius inter matrimonia illicita & licita, improbanda & approbanda. Huic bene conuenit quarta pars proœmij, quæ durat vsque ad §. Volentes,extendes.vbi antiphorizando ponit suam intentionem,in cuius principio reddit nos dociles, quia gaudent breuitate & claritate moderni: & qui compendiosè veritatem docet,docilem reddit. Item reddit nos beneuolos, ibi, Ad communem & maximè studentium vtilitatem. Item attentos,vbi dicit, Aliquæ verò vagabantur.&ibi, Adiicientes constitutiones nostras, &c.in fi.proœmij.& hoc satis conuenienter æquiparatur tactui,vbi confusionem & contrarietatem, tanquam duram & asperã remoueamus, & breuitatem & vtilitatem tanquam mollem & lenem retineamus. Quintus odoratui, quia sicut odoratus fœtorem sentit & fugit, sic tractatus ipsius crimina detestatur & punit. Huic bene iungitur quinta & vltima pars proœmij, in qua facit suam conclusionem,per quam confirmatur præsens compilatio, & alia fieri prohibetur.hoc enim æquiparatur odoratui, vt iura authoritate sedis Apostolicæ facta, tanquam odorifera approbemus, alia verò,cùm clerici simus,tanquam stercora,& fœtida fugiamus: infrà, ne cleri. vel mona. super Spec. & sic diuisio proœmij diuisioni totius Operis respondet & concordat. In hoc autem Opere hunc modum specialem,præter cõmunem iam notatum, quem & prosequimur,tenebimus. Singulos titulos summatim discutiemus, primò continuando & ponendo articulos, de quibus in titulo tractare intendimus, quos postea nominatim,& per eadem verba in

ba in eo.tit.repetendo,& de ipsis faciendo paragraphos, diffiniemus. Determinantes diuersas materias,& soluendo iura contraria,ac concordando diuersas doctorum sententias, necnon quæstiones difficiles enodando. per versus hæc omnia, & aliquando per supparagraphos diuidemus.In quibusdam etiã ponemus rubricellas sub certis titulis,& in eisdẽ rubricellis eundem modũ tenebimus,vbi remissiones,quas frequẽter faciemus, de summa vnius tituli ad alium,vel de paragrapho ad paragraphũ,vel de versu ad versum,vel de versu ad paragraphum, vel econuersò : vt sit facilius inuenire.

Forma paragraphi talis erit, §. Forma versicu.talis erit, ver. Forma verò subparagraphi talis erit,in ver.Alias etiam multas posui differentias,quæ nõ possunt ita de facili exprimi , sicut occulta fide videri , & no. si infrà,de dona.§.qualiter reuocetur. Et si aliqua ex his scriptis omiserim,charissime Lector, te deprecor,vt affectum meum cogitãs, non derideas me,ne contra me virus linguæ effundas,neq; de bono opere lapides : sed potius , si citius & facilius proficere desideras,in his in quibus tibi vis videbitur facienda, scriptoris negligẽtiam suppleas & defectum. Ores etiã pro me,qui circa opus istud ad honorem Dei , & dominæ nostræ matris suæ, & omnium sanctorum , ac vtilitatem reipublicæ , diutius insudaui,& iuxta vires ipsum non minus fideliter quàm vtiliter compilaui.

Cui parti Philosophiæ supponatur.Ethicæ,id est, Morali,qa tractat de moribus , sicut & cæteri libri Iuris. C. de secun.nup.l.j.infrà,de vi. & honest.cle.vt clericorum mores. & per totum.& nihilominus potest supponi & rationali , quia docet ornatè & ordinatè loqui. C. de postu.quisquis.ff.de ori.iur.l.ij.§.post hos.vnde & legem ratio commendat.vt di.j. consuetudo. Instit.de iure naturali,gen.& ci. §.q; verò naturalis ratio, & docet rationabiliter ordinare iudiciũ, vt appareat infrà de litis contest. c. vnico. & de probat. quoniam contra falsam.Sed & videtur,quòd naturali supponatur, quia tractat de naturalibus. ff. de sta.ho.quæ in vtero.ff.si pars hæred pe-
28 ta. antiqui.infrà,de frigi.quòd sedem. & c.fraternitatis. † Sed hoc vltimum incidens est : duo verò prima principaliter insunt huic
o scientiæ & ciuili.o quare hæc sciẽtia potest dici mista,quia partim rationalis, vel partim moralis. nam & ciuilis scientia videtur sub se continere Rhetoricam, quæ rationalis est , vnde Tullius in prima Rhetorica post prooemium,ciuilis quædam ratio est,quæ multis & magnis ex rebus constat,eius quędam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia, quam Rhetoricam vocant, &c.& infrà. quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis scientię partem esse dicamus.sed & alias sub se continet.vn de Aristo. in primo Ethicorum , videbitur autem vtique & principalissimè & maximè architectonicæ, id est , principali operatione esse , subaudi ille finis . de quo suprà præmisit , vel vtique & ciuilis apparet. quas enim debitum esse disciplinarum in ciuitatibus, id est, quæ disciplinæ debeant ibi esse, & quales vnumquemque addiscere,subaudi,quia talis esset bonus miles,qui non esset bonus pistor,vel bonus clericus , vel econuersò.ar. infrà , de magistris.super spe. & vsquequò,id est,propter quid,vel vsque ad quod tempus.vt in d.c.super specu.& in prooemio ff.§.pro respondentis.hæc,scilicet ciuilis,præordinat. Videamus autem & preciosissimas virtutum,scilicet scientias,sub hac existentes, puta militarẽ, quæ scilicet tractat de militia. ff.de re mili.per totum. Oeconomicam,quæ scilicet tractat de dispositione domus. ff. de sup. leg. per totum.Rhetoricam,vtente verò hac,scilicet ciuili,reliquis practicis,id est,operatiuis,disciplinarum,scilicet scientiarum:q.d.primę tres subsunt. Sed & aliis vtitur,quamvis non subsint.amplius autem legem ponentem quid oportet operari,& à quibus abstinere, huius scilicet scientiæ finis complectitur vtique eos , qui aliarum, scilicet scientiarum.q.d. finis huius scientiæ complectitur fines omnium aliarum.quapropter vtiq; erit humanum bonum : verum dicit Aristo.et summum.vt xij.q.ij.cum deuotissimam.sic ista complecti videtur omnem Philosophiam, vel quo ad suppositum, vel quo ad vsum : & sic non videtur quærendum cui parti Philosophiæ,sed cui scientiæ tota Philosophia supponatur : & potest responderi,quòd canonicæ,quæ omnia comprehendit,vt no.suprà eo.§.vnde habuit originem.ver.sic tempore gratiæ.& seq.

19 Quis finis. Hic notandum,quòd quinque sunt fines † quare homines legunt. Primus,vt sciantur, & ad hunc tendere videntur Rhetorici.de hoc ff.de orig.iur.l.ij.§. post. hos.in fi.hic finis est vana gloria, & potest æquiparari visui : quia tales volunt vocari Rabbi ab hominibus , & videri . Secundus, vt ædificentur. & ad hunc & ad quantũ tendunt Theologi & Canonistę boni & iusti.ff.de iusti.& iur.l.j.Insti,de iusti.& iu.in princ.

C.de legi.leges.ff. de var.& extraor.cog.l.j.§.est quidem.infrà, de vi. & hone. cle.per totum. hic finis est prudẽtia,& æquiparatur gustui : quia gustare & videre volunt quàm suauis est Dominus, & sic viuere, quòd de ipsius dulcedine valeant saturari. Tertius, vt sciant.& ad hunc tendere videntur Dialectici nimis in arte illa immorantes : & accedit, ff.de fideic.lib. apud Iulianum.& de ori.iu.l.ij.§.Seruius.hic finis est superbia,& æquiparatur auditui, quia plus audiunt quàm proficiunt : & cùm inflati siue imbuti fuerint, alios argumenta sua ignorantes despiciunt, & ipsos reputant nihil scire. Quartus,vt lucrentur : & ad hunc tendere videntur Physici & Legistæ,nolẽtes in paupertate viuere, in auth.de hær.& Fal. in fi.col la.j.non verè philosophantes : quia si tales essent,pecuniam contemnerent. ff.de vac.mu.in honoribus.§.philosophis.hic finis est auaritia, & æquiparatur tactui : quia ad hoc semper tendit manũ, nec ei totus mundus est obolus.xiiij.q.v.quid dicam,semper redditus computat.xlvij.dist.ficvt hi. Quintus vt ædificent,vt magistri boni qui non legunt ad laudem humanam, sed Dei, & ad instructionem suam,& aliorum qui prędicant verbum Dei,infrà,de æta.& qualita.cùm sit ars artium.& in libro Authenticorum quasi in omnibus titulis inuenies in fi.quæ igitur placuerunt , &c. hic finis est charitas , & æquiparatur odoratui, quia de talibus redolet bona fama.infrà,de sacra vnc.c vnico.§.ad exhibendum. Sic principium libri,scilicet prooemium,& medium,scilicet diuisio totius Operis,necnon & finis æquiparantur quinque sensibus , concordant in numero partium.sed finaliter,dante Domino , omnes viuemus illa vnione,de qua habes infrà,de sum.tri.c.vlt.§.cùm ergo veritas. Finis autem noster sit,vt hac summa completa,& diligenter ac fideliter compilata , lecta,audita,intellecta , intentione retenta atq; seruata, sic nosipsos & nobis cõmissos regamus & instruamus,& canonica negotia,quę spiritualia & temporalia sunt, taliter pertractemus indefessè continuando,infrà,de æta.& qual. intelleximus.in fi.vt cùm in hoc seculo sobriè,iustè pięque vixerimus,valeamus ad regna cælestia peruenire,& sic veram vnitatem & concordiam adipisci,ipso,in cuius nomine incœpimus,prędicante : qui in trinitate perfecta viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum.

o Et ciuili.j Adde, an scientia ciuilis sit scientia vel ars. vide gl. in §.qui vlterius. in j.cõstitutione Digestorum.

a Poni fundamẽtum.j Adde text. in c. cùm Paulus. 1.q.1.& in c. vlt. de presbyte.non bapti.

De summa Trinitate & fide Catholica. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ☞ *Trinitas cur dicatur summa.*
2 *Memoria an attribuatur patri,intelligentia filio,& uoluntas spiritui sancto.*
3 *Trinitas cur dicatur.*

a  Via secundum beatum Gregorium, tũc fabricarobusta constituitur,cùm prius locus solidus,in quo poni fundamentum a debeat, prouidetur : ideo tractamus de iure,præmisso prooemio, cuius intentionem vtranq; suprà declarauimus, locum solidum prouidet scilicet summam trinitatem, quæ sola est vniuersorum principium, præter quam aliud inueniri non potest : infrà eodem damnamus. §. nos autem.in quo iaciat fundamentum , scilicet fidem catholicam,vt no.infrà eo.§.quot modis. ver.rectè .& suprà in prooemio. §. quæ sit eius materia. Patet ergo,quare rub.de sum.tri.&c. in Opere isto præponitur , quia hæc trinitas vnum vniuersorum est principium , & per Moysem & sanctos Prophetas aliósq; famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum , doctrinam humano generi tribuit salutarem , infrà eodem. firmiter credimus.j. respon.& hæc sancta trinitas.& ideo omnem spem nostram referre debemus ad solam summæ prouidentiã trinitatis,& à qua mũdi elementa,& eorum dispositio processerunt,sine qua non est armis vel ingenio confidendum.C.de vet.iure enu.l.j.respon.j.& licet de hac materia non humano ore loquendum sit,sed diuino.de conse.dist.ij.in Christo patri.compendiosè tamen videndum occurrit, Cur dicatur summa : Et cur dicatur Trinitas.

Cur dicatur summa. † Et quidem, quia omnibus rebus maior & prior est , vt præmisi , & est substantia indiuisibilis, vtpote simplex omnino,infrà eo.c.j.respondeo j.& c.damnamus.§.licet igitur.non simplicitate ignorantiæ,quæ reprobatur.lxxxix.di.Petrus. nec simplicitate rusticitatis,licet dolo cõtraria sit & approbanda.ij.q.vij.sancta quip

b Imago Dei in homine.] Adde, verba ista sunt originalia Geneſis 1.

c Tres dicimus deos.] Adde Symbolum Athanaſij.

a Quot modis accipiatur.] Adde gl. in cap. mouet. 22. q. 1.

pe rusticitas. xvj. q. j. si cupis. sed dicit simplex: quia cum multiplex sit cõpositio, scilicet partis ad partes, vt in reb. corporalib. Item proprietatis, ad substantiam, vt rationabilitas in anima. Item accidentis ad subiectum, vt albedinis ad parietem. Item formæ ad materiam, & materiæ ad formam, in quolibet corpore, nulla istarum cõpositionum cadit in Deum: & ideo dicitur simplex omnino, id est, in quolibet genere seu sensu compositionis. Et ponitur quasi simile in anima, cuius substantia simplex est: & tamẽ tria reperiuntur in ea, scilicet intellectus, qui prę-
concipit, & hoc comparatur patri, primo operanti. ratio quæ discernit, & hoc comparatur filio discernenti, qui est sapientia patris in cælo, & in terra, omnia disponens sua virtute. & memoria, quæ conseruat, & hoc comparatur spiritui sancto, qui omnia bona corroborat, secundum T. & Io. secundum istos intellectus videtur re
spicere vim apprehensiuam, rationem inuestigatiuam, siue discretiuam, quæ inuestigando eligit, iudicat, & discernit, memoriam re-
2 tentiuam siue reseruatiuam. † Vel dic, quòd memoria attribuitur patri, intelligentia filio, voluntas spiritui sancto. Sicut enim tria prædicta sunt in anima, & idem sunt cum ipsa in substantia, sic in deitate siue diuina maiestate tres personæ sunt, & eadem substantia. & sicut pater generat filium, & spiritus sanctus ab vtroq; procedit, sic memoria est mater intelligentiæ, & voluntas ab vtraque procedit, secundum dominum Hug. Car. qui sequitur Auguſt. Inueni tamẽ no. super Genesi, quòd intellectus attribuitur patri, voluntas filio, memoria spiritui sancto. Intellectus nempe generat voluntatem, & pater filium: memoria ab vtroque, scilicet intellectu & voluntate procedit, & spiritus sanctus ab vtroque, scilicet patre & filio procedit. sicut illa gl. plenius manifestat. Et licet supradicti videantur sibi contradicere, tamen considerati s diuersis respectibus, quos habent, nullatenus contradicunt: & siue de his, vel de illis tribus exponere volueris, dum sanè intelligas, non
b errabis. Et hæc est imago Dei in homine [b] xxxiij. q. v. hæc imago. non ergo diuina substantia composita est verbi Dei & carnis, sicut dixit Eutyches abbas Constantinopolitanus, cuius error reprobatur xv. dist. canones. §. quarta. & tamen est verus Deus, & verus homo: infrà, de hære. cùm Christus. Sic patet quare dicatur simplex omnino: quia licet in personis sit proprietatum pluralitas, iuxta illud & in personis proprietas, tamen in ea, scilicet essentia, nec diuersitas partium, nec proprietatum realis pluralitas inuenitur: vnde Philosophus, ipsum principiũ, quod est Deus, non est contentum sub genere, neque sub diffinitione, nec subest demonstrationi, expers est qualitatis, quantitatis, quotitatis, vbi, & quando, & motus sibi: nec est aliquid simile, nec communicãs, nec contrarium: ergo ipsa diuina essentia, siue trinitas, nec describenda est, nec comparanda alicui creaturæ. & si hoc fiat aliquando ob instructionem simplicium, attingere tamẽ non possumus, quia inter creatorem & creaturam, non potest tanta similitudo notari, quin inter eos sit maior dissimilitudo notanda: infrà eo damnamus. §. cùm ergo veritas. Et secundum Arist. prima causa superior est narratione, & non deficiunt linguæ à narratione eius, nisi propter narrationem causæ ipsius, quoniam ipsa est super omnem causam: & non narratur nisi per causas secundas, quæ illuminantur à lumine primæ causę, quod est, quoniam prima causa non cessat illuminare suum causatum, et ipsa illuminatur à lumine suo, quoniam ipsa est lumen, supra quod non est lumen. & in Ioanne, capite primo, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Est ergo incomprehensibilis & ineffabilis, infrà, eo. c. j. in prin. vnde dicitur intra omnia, non incluſus, extra omnia, non excluſus, supra omnia, non ela-
c tus. Dicit etiam Augu. non tres dicimus Deos, [c] sed vnum Deum omnipotentem, æternum & inuisibilem, incommutabilem, qui totus ubique est, totus vbiq; præsens, non per partes diuisus, sed totus in omnibus non localiter, sed potẽtialiter: subaudi, & essentialiter & præsentialiter. qui sine cõmutatione sui, mutabilia creauit, & creaturam gubernans, semper manẽs quod est, cui nihil accidens esse poterit, quia simplicis diuinitatis naturæ, nihil addi vel minui potest: quia semper est quod est, cui est proprium est, cui sempiternum est, cui idem est esse viuere & intelligere: ergo timeas tangere, quia scriptum est, Noli me tangere. & alibi: Bestia quæ tetigerit montem, lapidabitur, noli ipsam in hac vita comprehendere, sicut est, nec omnia iudicia eius, si non vis errare. Paulus: O altitudo diuitiarum, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius. Idem videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Psal. Iudicia Domini abyssus multa. & Esa. Generationem eius quis enarrabit? crede solùm, & est satis, non est tuæ facultatis soluere corrigiam, vt patet infrà eod. c. j.

3 Et cur dicatur trinitas. † Et certè quia licet vna sit substantia, essentia, seu natura diuina, est tamen pater qui generat, filius qui gignitur, spiritus sanctus qui procedit. Substantia verò non est generans, neque genita, neque procedens, vt sic distinctiones sint in personis, & vnitas in natura, infrà eod. firmiter. post princi. ibi tres quidem personæ, &c. & §. hęc sancta trinitas in prin. & c. damnamus. §. nos autem. verùm circa hoc notandum est, quòd nominum quædam sunt essentialia, quædam personalia, quædam notionalia. Essentialia sunt, quæ in numero singulari, de tribus personis simul et singulatim dicuntur, vt Deus, bonus, iustus, æternus, omnipotens, et similia. Dicimus enim singulatim, pater est Deus, filius est Deus, spiritus sanctus est Deus: in simul verò pater filius, & spiritus sanctus sunt Deus, non Dij: bonus, non boni: et sic de alijs. vnde in Euangelio, vnus est Deus bonus. Sic ergo incongruè diceremus, quòd essent tres Dij, tres omnipotentes, tres æterni. vnde Athanasius, & tamen non tres dij, sed vnus est Deus. Personalia sunt, quæ supponunt personam tantùm vnam, et non aliam in singulari numero, vt pater, filius, et spiritus sanctus. Notionalia sunt, quæ notant distinctionem in personis, vt generans, generata, et procedens. hæc diuersis modis teneri possunt: adiectiuè dicuntur tantum de personis, et non de essentia: substantiuè intelliguntur, tam de essentia, quàm de personis: vnde hæc propositio, pater est generans, simpliciter vera est, siue hæc dictio Generans, teneatur adiectiuè, siue substantiuè. Sin autem dicatur: substantia diuina est generans, si hęc dictio Generans, teneatur adiectiuè, falsa est, quia notat distinctionem in essentia. Si verò teneatur substantiuè, vera est: et est sensus, substantia diuina est generans, id est, persona quæ generat. vnde hæc omnia generans, genita, procedens, iuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: iuncta verò cum his substantia, natura, seu essentia diuina, tenentur substantiuè, et notant essentiam in persona. Et licet alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id quod est pater, est et filius, idem omnino est et spiritus sanctus: infrà eo. damnamus. et §. licet igitur. Disiunctiua enim nomina, siue partitiua, vt vnus, duo, aliquis alius, et similia, aliquando significant essentiam, aliquando non. nam iuncta cum nominibus personalibus, et non essentialibus in masculino genere, et non fœminino, notant distinctionem in personis, puta pater est vnus, filius est alius, pater et filius sunt duo, vel personæ patris et filij sunt duæ. iuncta verò cum essentialibus, ita quòd eis innitantur, essentiam notant: vt pater est vnus Deus, pater et filius sunt vna essentia. In neutro verò genere essentiam tantùm notant: vt pater et filius sunt vnum, id est, vna res: et ideo optimè dicitur, alius pater, alius filius, id est, alia est persona patris, et alia est persona filij, non tamen aliud, imò idem sunt in substantia, vt iam patet.

De fide Catholicà. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Fides XI. modis sumitur.
2 Fides quid sit.
3 Fidei species quot sunt.
4 Fidei articuli quot sunt.
5 Pœna non credentium dicitur Gehenna.
6 Saluari nullus potest extra ecclesiam.

SEquitur de secunda parte Rubricæ, scilicet de fide Catholica, in qua videndum est, Quot modis accipiatur fides, Quid sit fides prout hic accipitur. Quot sunt species fidei, Quot, et qui articuli. Quæ pœna non credentium. Et quod præmium catholicorum.

a 1 Quot modis accipiatur fides. † Et quidem xj. nam primò ponitur pro sacramento Baptismi. xv. di. de Iudæis. infrà, de bapt. debitum. Secundò, pro castitate tori. xxvii. q. ii. coniuges. Tertiò, pro conuentionali securitate, quæ etiam hosti seruanda est. xxiii. quæst. j. noli. quoniam graue est, fidem fallere. ff. de constitutione pe. leg. j. respon. j. Quartò, pro conscientia: infrà, de re. spo. literas. §. porrò. et de præscr. quoniam omne, xxviij. q. j. §. j. de pœ. di. iij. §. illud. vltra medium, ad fi. dist. Quintò, pro credulitate, secũdum quam credimus id quod nõ videmus. Greg. Fides nõ habet

habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sextò, pro legalitate ſeu confidentia. Inſtit. de re. di. §. venditæ. Septimò, pro æqualitate & exuberantia actionum. Inſtit. de acti. §. actionum. & infrà, de excep. cùm venerabilis. §. j. Octauò, pro legalitate ſeu fidelitate dolo contraria: infrà, de poſi. bona fides. Nonò, pro probabili ignorantia. ff. de acqui. rer. do. qui bona fide. & l. bonæ fidei, vel probabili credulitate. de verbor. ſignificat. bonæ fidei emptor. Decimò, pro ſimplicitate bona, ſeu innocentia. vnde dicitur communiter, Bonæ fidei homo eſt: quaſi dicat, non eſt duplex, non eſt malicioſus, ſed innocens, qui omni verbo credit. xxij. q. iiij. innocens. Vndecimò, pro collectione articulorum, vt hîc. & xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & in Symbolo Athanaſij, Quicunque vult. Rectè autem à fide incipit, tanquam à fundamẽto, quòd in locum ſolidum, ſcilicet ſummam trinitatem, quam tractaturus de iure providit, vt ſuprà in princ. huius ſummæ diximus, iaciat: quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. ideo Iuri operã daturo, & proficere deſideraturo, primò de fide agendum eſt, quia in maleuolam animam nõ introibit ſapientia, nec in corpore peccatis ſubdito habitabit. Primò etiam iubemur in fide inſtrui, vt ſic ad Baptiſmum ſapientiæ creduli veniamus: de conſecr. diſt. iiij. ante Baptiſmum. & dicit Auguſt. Fides quæ per dilectionem operatur, eſt fundamentum omnium virtutum. Grego. Vbi Chriſtus non eſt, ſubaudi, per fidem, fundamentum nullius boni operis eſt ſupra ædificium. j. q. j. cùm Paulus.

2 **Quid eſt fides?** † Prout hîc accipitur, deſcribit Paulus in epiſtola ad Hebræos, xj. c. dicens, Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. Sperandarum dicit, quia ſperare debemus, quia dictum eſt à Prophetis eſſe futurum. Argumentũ cùm dicit, quia per Prophetias iam completas, debemus habere probationem de futuris non apparentibus, ſicut de fine mundi, de die iudicij, & ſimilibus. ſed hęc deſcriptio non videtur conuertibilis cum ſuo deſcripto, quia ſpes ſimiliter eſt ſubſtantia, &c. vt ſuprà. vnde videtur inferendum, quod fides eſt ſpes, quod falſum eſt: præterea hæc diffinitio videtur loqui de futuris tantùm, & tamen fides habet ſe ad præſentia. quia credendum eſt, quòd Chriſtus ſit, qui quotidie in altari conficitur. Item ad præterita, ſicut ipſum natum & paſſum fuiſſe: & ad futura, puta eundem venturum iudicare, &c. vnde poteſt dici, quòd non eſt diffinitio, ſed quędam notificatio. Magiſtraliter verò ſic diffinitur: Fides eſt voluntaria certitudo abſentium, infra ſcientiam, & ſupra opinionem cõſtituta: ſcientia enim habet cognitionem, opinio dubitationem. inter hęc duo fides media eſt. nec enim habet cognitionem. vnde Auguſt. fides eſt credere quod non vides: ſed nec dubitationem, quia dubius in fide infidelis eſt. infrà, de hęred. c. j. ſecundum Ioan. vt quid Apoſtolus lapidatur. Quod enim dixit, argumentum non apparentiũ, totum ſoluit, apparet ne illud ſecretum myſterium, quod ſub ſpecie panis latet, quod non poteſt conficere, niſi ſacerdos ritè ſecundum claues eccleſiæ conceſſas Apoſtolis & ſuis ſucceſſoribus ordinatus. infrà, eo. firmiter. §. vna. vbi cedit natura miraculo: et virtus ſupra conſuetudinem operatur. infrà, de cele. miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Item nunquid apparet ibi Chriſtum paſſum fuiſſe, niſi fidem adhibeas dictis veridicis & Scripturis: ergo non apparentium, nedum futura, ſed præterita & præſentia comprehendit. Hæc etiam deſcriptio ſic intellecta, ſpei non conuenit, quia ſpes non reſpicit præterita, ſed futura. Verùm hęc eſt fides catholica, quam Romana tenet eccleſia, & quæ in Symbolo continetur. xxiiij. q. j. hęc eſt fides, quæ firmiter eſt credenda. & ſimpliciter confitenda. infrà, eo. c. j. in prin. xxiij. di. epiſcopus. de qua nõ eſt turbis coadunatis publicè diſputandum. C. eo. nemo. in princ. quia debemus eſſe ſoliciti, ne margaritas noſtras ante porcos mittamus, xj. q. iij. nolite. & ne de ſecretioribus diuinę ſcientiæ omnibus proloquamur. xliij. di. in mandatis. nec magiſtris & cuſtodibus canonum fas eſt inire certamen cum hominibus alienę communionis. xxiij. q. iij. cũ quibus. in fi. Quod intellige, cùm quis fidelis publicè contendit de fide, ex hoc tumultus, & per fidei occaſionem quęrens, vt in l. pręallegata, nemo. aliàs in fide ſunt ſimplices inſtruendi. x. q. j. placuit. de hęre. confundendi. xix. diſt. ſecundũ. de conſec. diſt. ij. in Chriſto pater. & in pleriſque ca. eiuſdem di. & C. de epiſco. & cleri. quoniam.

3 **Quot ſunt ſpecies fidei?** † Duæ, vna eſt formata, quam habent boni & ſancti: alia informis, quam mali, ſcilicet infideles & exiſtentes in mortali: quinetiam & dęmones. fides peccatorũ caret forma, quia non habent ſynceram fidem. infrà, de elect. Oſius. Prima eſt virtus, à qua dicuntur fideles quicunque baptizantur, quouſq; incidant in mortali. de conſe. diſt. iiij. quòd apud talęs fides dicitur informata charitate, i. valde formata & infixa. vnde & ſic poteſt diffiniri: Fides, eſt charitas, qua quis credit quod diligit, charitas dignior eſt: penes quam conſiſtit omne meritum, & eſt fons viuus, cui non communicat alienus. ſ. à fide. infrà, de regulis. licet. in fi. & de pœn. di. j. Item vt Chriſtus ait. & di. iij. §. charitas. vnde dicitur, fides vera eſt virtus, quam charitas comitatur. Apoſtolus: Hæc eſt fides, quæ per dilectionem operatur. de pœn. diſt. ij. §. item ſine charitate, & non ea quæ dęmonum eſt: quia ſecundum Iacobum, c. ij. ſi credis, quoniam vnus eſt Deus, bene facis. & dæmones credunt, & contremiſcunt: ſed fides ſine operibus mortua eſt. De fide informatâ charitate, dicit Abacuc, Iuſtus meus ex fide viuit. Fides autem noſtra eadem eſt in ſubſtantia, cum fide antiquorum, vt tactum eſt. vnde & Matth. xxj. Turbæ autẽ quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, b dicentes, Oſanna [b] filio Dauid. ſed diſtat in qualitate: quia quod ipſi credebant de futuro, ſcilicet filium Dei naſciturum, nos credimus de præterito, ſcilicet Chriſtum natũ.

4 **Quot & qui Articuli.** † Secundũ quoſ c dam, xij. [c] iuxta numerum Apoſtolorum, quia Apoſtoli per inſpirationem Spiritus ſancti congregati, Symbolum minorem compoſuerunt, & ſinguli ſingulos articulos appoſuerunt, vnde dicitur ſymbolus, quaſi ſingulorum bolus. & inueni in Scripturis (licet non authenticis) quis Apoſtolorum articulum appoſuerit in hunc modum. Primus eſt de patre. & probat eum omnipotentem & creatorem: & ipſum appoſuit princeps Apoſtolo- d rum, ſ. Petrus, dicens, Credo [d] in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. hoc probatur infrà eod. c. j. in princ. & ibi vnum vniuerſorum principium, &c. Secundus eſt de filio. & probat eum verum Deum: & hunc appoſuit Andreas frater Petri, dicens: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Tertius eſt de eodem. & probat ipſum conceptum de Spiritu ſancto, & natum ex Maria virgine: & hunc appoſuit Iacobus frater Ioannis, dicens: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Quartus de eodem. & probat eius paſſionem glorioſam, & precioſam mortem, & ſepulturam: & hunc appoſuit Ioan. dicens: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Sic ergo debemus filium credere verum Deum, & verum hominem. infrà, de cele. miſſ. in quadam. de hæred. cùm Chriſtus. vnde qui immortalis & impaſsibilis erat reſpectu deitatis, factus eſt paſsibilis & mortalis reſpectu humanitatis. infrà, eod. firmiter. C. eod. l. vlti. Quintus de eodem. & probat deſcenſum eius ad inferos: & eius reſurrectionem: & hunc appoſuit Thomas, dicens: Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus de eodem. & probat eius aſcenſionem: & hunc appoſuit Iac. Alphæi, dicens: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. deſcendit tamen in anima, reſurrexit in carne. aſcendit pariter in vtroque. vt infrà eod. firmiter. §. hæc ſancta. Septimus de eodem, & probat eius iudicium: & hunc appoſuit Philippus, dicens: Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Hi ſex articuli qui attribuuntur filio, comprobantur per ordinem. infrà eod. c. j. §. hæc ſancta trinitas. ibi, & tandem vnigenitus, &c. Octauus, de Spiritu ſancto: & hunc appoſuit Bartholomæus, dicens: Credo in Spiritum ſanctum. infrà eod. c. j. circa princ. ibi, Spiritus ſanctus. Nonus de eodem probat & claritatem, & quòd inſtinctu eiuſdem eccleſia conſtituta eſt, & regenda omni ſchiſmate procul pulſo: & hunc appoſuit Matthæus, dicens: Sanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem. hoc tangitur infrà eod. c. j. §. vna. hunc articulum offendunt ſchiſmatici. de quibus infrà, de voto. §. in quo caſu. & de ſchiſma. & ſimo. de quibus infrà, de ſimo. Decimus, de eodem. & probat eius benignitatem: & hunc appoſuit Simon, dicens: Remiſsionem peccatorum. hoc habetur infrà eod. c. j. §. vlti. & penul. Vndecimus, de eodem. & probat eius poteſtatem: & hunc appoſuit Thaddæus, dicens: Carnis reſurrectionem: & hic comprobatur infrà eod. c. j. §. hæc ſancta. ibi, qui omnes cum ſuis propriis, &c. Duodecimus, de eodem. & probat eius remunerationem & æternitatem, & hunc appoſuit Matthias, dicens: Vitam æternam. et hoc tangitur infrà eod. c. j. §. hæc ſancta, Si bene intelligas, vnicus et primus

b Oſanna.] Adde. de iſto verbo, vide per Archi. in c. multi. de conſecr. di. 4.

c Duodecim.] Adde Archi. in c. canones. 15. di. Et an Papa poſsit facere nouum articulum fidei. vide per Zenze. in extraua. Ioã. 22. inci. Cum inter nonnullos. ſed Theologi tenent, quòd ſunt 14. ſecũdum Io. And. in iſta ru. in lectura. tu vide ſanctum Tho. ſecunda ſecundę. q. 1. arti. 7.

d Credo.] Adde gloſſ. in verbo, apoſtolos. in ca. 1. 15. di. & S. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 3. arti. 9. & hoc fuit figuratum per Ioſue 4. c. vbi dixit Deus: Elige tibi viros ſingulos per ſingulas tribus. Et ſunt tria Symbola, primum ab Apoſtolis, alterum in concilio Niceno, quod cãtatur in miſſa. alterum editum fuit ab Athanaſio.

articulus attribuitur patri. Nam sicut vnitas est principium omnis numeri, nec est numerus, nec numerũ habet, sic pater est principiũ sine principio, & ideo vnitas ei appropriatur. Sequens verò siue secũdus, tertius, quartus, quintus, sextus, & septimus appropriantur filio: quia senarius numerus perfectus est: quare per ipsum perfectio designatur, quæ conuenienter filio assignatur: quia sicut dicitur ad Ephe.1. Deus pater proposuit in dispensatione plenitudinis temporum instaurare in Christo omnia quæ in cælis, & quæ in terra sunt. Sed octauus, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus: & sic quinque Spiritui sancto appropriantur: quia per quinarium significatur vniuersorum remissio peccatorũ, quæ fit per gratiam, quæ est sancto Spiritui assignanda. Sic ergo hæc distinctio æqualitati personarum nihil detrahit, quia tres personæ consubstantiales sunt, & coæquales, &c. infrà eo.c.j.j. respon. secundum quod ipsarum appropriatio demõstratur, sicut dicit August. in lib. de Spiritu & anima. Sed & secundum dominum Hug. Card. xij. sunt articuli: vj. de diuinitate, & vj. de humanitate. Primus arti. de diuinitate est, quòd Deus est vnus. Secundus, quòd Deus est æternus. Tertius, quòd Deus est author omnium. Quartus, quòd est iustificator impiorum: ibi, remissionem peccatorum. Quintus, quòd est suscitator mortuorum. Sextus, quòd est remunerator bonorum et malorũ. Item primus art. de humanitate est, quòd natus est filius Dei de virgine. Secundus, quòd mortuus, secundũ quod homo. Tertius, quòd descẽdit in anima ad inferos. Quartus, quòd resurrexit in corpore. Quintus, quòd ascendit in corpore & anima. Sextus, quòd viuos & mortuos iudicabit. Secundum alios verò, sunt xiiij artic. quorum vij pertinent ad Deitatem, & vij ad humanitatem. Primus est de vnitate essentiæ: ibi, Credo in Deũ. q.d. non Deos: quia non sunt plures, sed vnus tantum, vnde in maiori Symbolo, Credo in vnum Deum, & hic retorquetur ad tres sequentes, qui denotant discretionem personarum. Primus est de persona patris. vnde dicit, Patrem omnipotentem, &c. Secundus de persona filij. vnde dicit, Et in Iesum Christum, &c. Tertius, de persona Spiritus sancti. vnde dicit, Credo in Spiritum sanctum, &c. & est sensus, vnam essentiam, & vnũ Deum credo: & tres personas, scilicet Deum patrem, Deum filium, & Deum spiritum sanctum. Et hi quatuor artic. pertinent ad Deitatem in se, & ponuntur infrà eo.c.j. respon.j. Tres verò sequentes pertinent ad Deitatem, quo ad effectus ipsius. Primus, indicat effectum creationis. ibi, Creatorem, &c. & probatur, infrà eod.c.j. respon.j. Secundus, effectum recreationis: ibi, Sanctam ecclesiam catholicã, &c. & est sensus. Credo, quòd Deus reconciliet peccatorem in sancta ecclesia, quæ est communio sanctorum. & non alibi probatur, infrà eo.c.j.§. vna. & per hunc potestas clauium comprobatur, infrà de excess. præla. tanta. Tertius, officium glorificationis: ibi, Carnis resurrectionem, quo ad corpus: vitam æternam, quo ad animam. Habes ergo vij articulos. tres vltimi pertinent ad effectus Deitatis: quatuor primi ad ipsam Deitatem in se determinatam. & sic omnes vij pertinent ad Deitatem. Septem verò pertinentes ad humanitatem, sunt hi. Primus, Qui conceptus est de Spiritu sancto. Secundus, Natus ex Maria virgine. Tertius, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quartus, Descendit ad inferos. Quintus, Resurrexit à mortuis. Sextus, Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Septimus, Inde uenturus est iudicare viuos & mortuos. Nunc autem misericordiam peto, vt ipsam tunc consequar, cùm secundum opera sua redditurus sit singulis, tam reprobis, quàm electis. & hi vij ponuntur ordinatim, infrà eodem cap.j. hæc sancta trinitas. & C.eo.l.finali. Hanc diuisionem, scilicet de xiiij articulis videtur comprobare & sequi Concilium generale, infrà eod. firmiter. Prima diuisio videtur significata fuisse Ios.iij. vbi dicit Dominus, i. pater ad Iosue, i. filium: Elige tibi xij viros, i. Apostolos. Luc.vj. singulos per singulas tribus. & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, i. de media profunditate Scripturarum, vbi steterunt pedes sacerdotum, i. affectus sanctorum patrum, duodecim durissimos lapides, i. articulos, qui nõ credentibus durissimi apparent, credentibus verò durissimi sunt, i. firmissimi, quia sunt fidei fundamentũ: quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hanc nocte tentoria, i. in ecclesia, quæ est vt castrorum acies ordinata, in qua in nocte præsentis vitæ per speculum in ænigmate figunt tentoria sua. ad idem Apocalyp. xxj. vbi xij. lapides ponuntur, qui per proprietates suas prædictos articulos xij. designant. Secunda verò diuisio comprobatur Apocalyp.j. vbi dicitur, Conuersus vidi vij candelabra aurea, & in medio vij candelabrorum aureorum similem filio hominis: nam per hæc intelliguntur vij vlt. art. pertinentes ad humanitatem: vnde in medio horum similitudo filij hominis designatur. & sequitur, quòd habebat in dextera sua stellas vij. per has intellige vij. primos art. ad deitatem pertinẽtes. j. Timoth. vj. & lucem habitat inaccessibilem. Hæc ad præsens in summa sufficiant. nam cætera possunt in scriptis Theologicis plenius reperiri. Comprobantur autem hi articuli infrà eod. c. j. & ij. C. eo. inter claras.

a Quid sit constitutio. Adde doct. in rubri. eo tit.

§ Quæ pœna non credentium. † Gehenna perpetua. vnde in Euangelio, Ibunt hi in supplicium æternum. & illud, Hæc est fides catholica, &c.

Et quod præmium catholicorum. Salus æterna: nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: infrà, de bapt. maiores. §. cæterùm. vbi similiter & tam pœna reproborum, quàm præmium electorum probatur, infrà eo.c.j.§. hæc sancta. in fi. Non solùm autem virgines & continentes, verùm etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire, infrà eo. firmiter. in fin. † Extra ecclesiam verò nullus saluatur, infrà eo.c.j.§. vna verò est. xxiij.q.j. quoniam vetus oriens. sed si quis post susceptionem baptismi in peccatum prolapsus fuerit, potest semper per veram pœnitentiam reparari. vt in eo.c.§. sacramentuum.

De Constitutionibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Constitutio, ius humanum dici potest.
2 Constitutio unde dicatur.
3 Papa in Spiritualibus constitutionem facere potest.
4 Legatus constitutionem facere potest.
5 Synodus prouincialis constitutionem facere potest.
6 Episcopus constitutionem facere potest.
7 Capitulum & uniuersitas constitutionem facere potest.
8 Imperator in temporalibus constitutionem facere potest.
9 Præfectus prætorio, populus Romanus, senatus, ciuitas & uniuersitas constitutionem facere possunt.
10 Constitutionem promulgandi sunt septem causæ.
11 Constitutionum uirtutes quæ & quot sint.
12 Constitutionibus qualiter derogetur.
13 Constitutio quando incipit arctare post duos menses, computando à tempore insinuationis.
14 Constitutiones uniuersitatum facta promulgatione, an statim ligent.
15 Votis maioris partis sororum, an sit standum.
16 Statutum contra consuetudinem, propter ecclesiæ utilitatem fieri potest.
17 Portestatio an ualeat.
18 Protestatio an debeat fieri in iudicio, uel extra.
19 Protestatio aliquando plus prodest quàm appellatio.
20 Capitulum an nouam dignitatem in ecclesia creare possit.
21 Capitulum an facere possit augmentum præbendarum.

FVndamẽto iuris posito, de quo dixi s.ti. proxi. in princ. bene est, vt ædificiũ ipsius iuris debeamus erigere, de quo dixi suprà in proœ. §. quæ sit eius materia. Et quia omne ius, quo vtimur, aut ex scripto constat, aut ex nõ scripto, Instit. de iur. nat. gen. & ci. §. constat. & scriptum certius est, quàm non scriptũ, et imitandum est, Instit. de iur. nat. §. ex non scripto. primò videndum, occurrit de iure scripto: & sic apponamus rubri. de constitutionibus. Similis ordo Institutionum in lib. Digestorum, & etiam Decretorum,
a dist.ij.cap.j. Videamus ergo, Quid sit constitutio, [a] & Vnde dicatur, Quis possit constitutionem facere, Quæ est causa constitutionis promulgandæ, Quæ virtutes constitutionum, Qualiter constitutionibus derogetur. Quando constitutio incipit arctare, Quæ sit pœna non obseruantium.

1 Quid sit constitutio. † Et quidem generaliter potest dici constitutio ius humanum. Nam ius aliud diuinum, aliud humanum: aliud in scriptis redactum, aliud memoriæ commendatum. Quod in scriptis redigitur, Constitutio dicitur: quod commendatur memoriæ, Consuetudo. ad hoc distin.j.c.j. & c. lex. & c. consuetudo. & §. cùm ita. & Instit. de iure nat. gen. §. & non ineleganter. Specialiter tamen dicitur constitutio, quod princeps per epistolam constituit, vel cognoscens decernit, vel edicto præcepit. Instit. de iure nat. §. sed & quòd principi. & §. se. & no. suprà in proœ. §. quo nomine, ver. constitutio. Verùm sub ista rub, non accipitur constitutio

stitutio sic specialiter, sed primo modo generaliter, s. pro omni iure: quinimò tractatur hic specialiter de quibusdam constitutionibus, quæ Constitutiones constitutionum meritò dici possunt, quia tractatur hîc de canonicis institutis obseruandis, & dictis sanctorum patrum, vt patet in suis capitulis: quæ quantam vim habeant, not. suprà in proœ. §. vnde habuit originem. ver. ex præmissis patet. est igitur hæc nostra scientia. Tractatur etiam de statutis capitulorum & vniuersitatum: vt patet infrà, cum omnes. & sequentibus cap. Ergo perinde est, quando apposuit rubricam de constitutionibus, ac si apposuisset de iure scripto, quia generaliter intelligitur, sicut ius. j. dist. §. j.

* **Vnde dicatur.** †Et certè dicitur constitutio, quasi communis institutio, vel commune statutum, ea ratione, quia prælatus cum capitulo, vel potestas cum populo ipsas statuit: infrà, de senten. excommu. alia. et de his quæ fi. à præla. fine consen. cap. per totum, secundum Gof. Sed hæc ratio non videtur bona, quia multi constitutiones faciunt, sine communi consensu: vt patet infrà eo. §. seq. vnde potest dici, quòd alia ratio est, quare sic appellatur, s. quia claudicans reprobatur, infrà e. cùm omnes, & quæ fit contra commune statutum, infrà eo. cum M. Fer. & c. ex parte. Sed communis approbatur: nullo enim priuato commodo, sed pro communi vtilitate conscribi debet. iiij. dist. erit autem lex. Dicitur ergo constitutio, quasi pro communi statu facta institutio, vel quasi communis institutio. Nam & communiter seruanda est, quia omnes astringit: infrà eo. ca. j. & vlti. & vide quod no. infrà. eo. §. quando cõstitutio.

Quis possit constitutionem facere.

Et quidem Papa †in spiritualibus & ecclesiasticis omnibus: infrà eo. ca. fi. & de senten. excommun. inter alia. vnde talis dicitur generalis. idem si fiat authoritate Papæ per synodũ generalem, vt xxv. q. j. sunt quidam. & dummodo non restituat ea quæ Apostoli, vel Prophetæ, vel sancti Patres eos sequentes diffinierunt sententialiter. vt ibidem dicit, intelligas subuertendo vniuersalem statum ecclesiæ, vel contra fidem veniendo. de quo accusari possit. dist. xl. si Papa. aliàs tamen de iure potest supra ius, infrà de concess. præben. proposuit. ix. q. iij. cuncta per mundum. & ca. per principalem. Sed & legati, & prælati, & cap. & concilia sub ipso sunt, & ab eo authoritatem assumunt: infrà, de ele. significasti. §. aiunt. xviij. dist. c. j. & ij. & per totum. iij. q. vj. dudum peregrina. Et eius authoritas intelligitur excepta, vt ibidem, etiam si iuramentum intercedat: infrà tit. j. constitutus. & de iureiu. venientes. Potest & legatus. [b] †infrà, de offic. leg. c. fi. & de loc. & con. ex rescriptis. & de consang. & affin. quòd dilectio. †Item synodus prouincialis. xvj. dist. quòd dicitis. Item synodus episcopalis. xviij. dist. c. j. & c. fi. Conciliorum enim, quędam sunt vniuersalia seu generalia, vt authoritate Papæ facta, aliàs non licet. xvj. dist. nec licuit. Quædam particularia, quorum quædam sunt prouincialia, quæ, s. non possunt fieri sine authoritate primatis, vel metropolitani. xviij. dist. l. j. & c. quoniam quidam. Quædam episcopalia, quæ sine authoritate episcopi fieri non possunt. xviij. dist. c. fi. Si metropolitanus, sine authoritate primatis, prouinciale concilium tenere potest xcij. dist. si quis episcopus. Item episcopus sine authoritate metropolitani suum tenet. xxxviij. dist. quando presbyteri. xij. q. ij. placuit. xviij. quæstio. ij. abbates. Sed tale concilium magis propriè synodus appellatur, infrà de accus. sicut olim. §. j. ad fin. vnde & dicit c. quòd non licet episcopo concilia tenere, sine consensu metropolitani. xviij. dist. c. iij. & c. pen. in fi. quod verum est, proprio sumpto vocabulo, seu de prouincialibus, in quibus canones constituuntur. vt no. suprà in proœ. §. quo nomine. ver. canon. synodale tamen conceditur, vt dictũ est. †Item episcopus potest [c] constitutionem facere: infrà, de maio. & obed. si quis. & de lo. & con. vestra nobis. †Item capitulum: [d] infrà eod. cùm accessissent. & de prębben. significatum. Item vniuersitas [e] clericorum, seu magistrorum: infrà eod. ex literis. Itẽ Imperator †in temporalibus. C. de legi. l. ij. & l. fi. & l. humanum. non tamen in spiritualibus [f] seu ecclesiasticis, quia non subsunt ei. in authen. quomodo op. Episcopos. in princ. col. j. xcvj. dist. duo sunt. & c. si Imperator. tamen legibus suis in ecclesiasticis vtimur, quando adiuuant, & non offendunt. x. dist. c. j. & c. in adiutorium. & præcedentibus, infrà, de no. ope. nun. c. j. & sic sunt distinctæ dignitates. x. dist. quoniam multo minus alij laici inferiores, quia nullus laicus adstringere potest constitutione sua bona ecclesiastica, vt infrà eod. de deci. tua. & infrà eod. quæ in ecclesiarum, multo minus personas ecclesiasticas. vt xij. q. j. præcipimus. & probatur infrà eod. ecclesia sanctæ Mariæ. & de reb. eccl. non alien. cum laicis. Item præfectus †prætorio. C. de offi. præfect. prætor. normam. Item hi, quibus Imperator hoc mandat, vt in proœmio Instit. §. cúmque hoc Deo propitio. quia omnia nostra facimus, & c. vt no. suprà in proœmio. §. quis composuit. Item populus Romanus, [g] Instit. de iure nat. §. lex. nec ob. quòd populus potestatem suam in principẽ transtulit. C. de veteri iure enuc. l. j. §. & hoc etiã. dicitur translata, id est, concessa. & sic nõ omnino à se hanc potestatem populus abdicauit, sicut nec delegans, delegando abdicat à se iurisdictionem. ff. de offic. eius cui man. est iurisdictio. l. j. §. q mãdata. etiã si delegãs delegatus sit, à principe, dũmodo de iurisdictione aliqd sibi retineat, infrà, de off. deleg. super quæstionũ. Sed & populus potestatem translatam in principem. postea reuocauit. ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. & seq. & §. cùm placuisset. & seq. Item senatus. ff. de leg. non ambigitur. nec ob. quod alibi dicitur, soli principi licet condere legem. C. de legi. l. fin. quia verum est, quòd ei licet soli, & nulli alij soli: alij dicunt, quòd nec populus, nec senatus potest hodie condere legem generalem, sed tãtùm princeps. quod verius credo, vt in proximis allegatis legibus. & C. de ve. iu. enu. l. ij. sed hoc. Sicut enim translato sacerdotio, necesse est, quòd legis translatio fiat: sic potest dici, quòd translato imperio, necesse est quòd potestatis condendi legem translatio fiat: infrà eod. translatio. nam qui nihil retinuit, præsumitur in solidum transtulisse. argum. infrà de offi. dele. venerabili. ad fin. sed prima opinio est de consuetudine inumbrata, quæ nedum opinionem, sed etiam legem tollit: vt in proœmio Instit. §. igitur post libros. & in authentica, de hęred. & fal. §. j. col. j. Item ciuitas siue vniuersitas: Instit. de iure natu. §. j. & ij. ff. quod cuiusq; vniuer. no. l. ij. & l. item eorum. Idem credo de quolibet collegio approbato: [h] infrà eod. quæ in ecclesiarum. & cap. ex literis. & de hoc no. infrà de syndico.

[a] Potest & legatus. J Adde c. 1. 2. & 3. 9. q. 3. & per Card. Alex. in ca. regula. in §. porro. 30. distinct.

[b] Episcopus potest. J Adde gl. & Doct. in c. cùm dilectus. de consuet. Card. in c. licet. in 3. not. de offic. ord. Bal. in c. fin. de offic. leg. Paul. de Eleaza. in clem. Romani. in princ. de elect.

[c] Item capitulum. J Adde glo. in c. 2. de verb. sign. lib. 6. doct. in c. 1. de his quæ fi. à maiore parte. cap. Bar. in l. omnes populi. in 1. q. ff. de iustit. & iur. Bal. in l. decernimus. C. de sacr. sanct. eccles.

[d] Vniuersitas. J Adde l. receptitia. in fin. & ibi gl. fin. C. de const. pec. & in l. fin. & ibi Bar. ff. de col. illici.

[e] Non tamen in spiritualibus. J Adde Doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. infrà, eod. tit. & in auth. cassa & irrita. C. de sac. sanc. eccl.

[f] Populus Romanus. J Adde Petr. de Anc. in repe. c. 1. eod. tit. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. eod. tit. sed si princeps est in ciuitate, non valet statutum. secundum Bal. in l. humanum. C. de le.

[g] Collegio approbato. J Adde Innoc. in cap. dilecta. de excess. prælat. idem Inno. in c. cùm ab ecclesiarum. de offic. ord. Bart. in l. cùm senatus. ff. de reb. dub. Bar. in l. fin. ff. de col. illici. & Doct. in l. 1. q cuius. vniuer. nomi.

Quæ est causa

† constitutionem promulgandi? Et quidem multiplex. Sed notare possumus vij causas. Dicamus igitur. Prima causa est, vt appetitus noxius sub regula limitetur, suprà in proœmio. §. ideoq;. Secunda, vt humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia. iiij. di. factæ. Tertia, vt oppressis compatiatur. j. q. ij. quam pio. Quarta, vt mota negotia terminentur. vt in authentica, vt factæ no. constitutiones. in princ. col. v. infrà de do. & contu. finem litibus. Quinta, vt occurratur laboribus partium, & expensis. vt ibidem. Sexta, vt discordia euitetur, & fraudibus occurratur: infrà de ele. quia propter, & de rescriptis. nonnulli. Septima, vt metu pœne mali boni, & boni meliores spe præmiorum fiant. ff. de iust. & iure. l. j. Ergo qui peccat, non peccat legis authoritate. xxiij. q. iiij. qui peccat. siue autem plectendo, siue ignoscẽdo, hoc solùm bene agitur, vt vita hominum corrigatur. xxiij. q. v. prodest seueritas.

Quæ & quot virtutes

† constitutionum sunt, collige ex his versiculis.

Quatuor ex uerbis uirtutes collige legis:
Permittit, punit, imperat, atque uetat.

iij. di. omnis autem lex. ff. de legi. virtus legis hæc est. Permittit, vt vir fortis pręmiũ petat. xxiij. q. j. militare. Item minora cõmitti, vt maiora pericula euitentur. xiij. dist. nerui. infrà, de spon. c. ij. & qui clerici vel vo. veniens. Quod intelligas, quãdo minus malum est citra mortale: vel quando ineuitabiliter de duobus mortalib. necesse est eligere. alioquin contrà, infrà, quod me. cau. c. sacris. infrà, de vsu. suprà eo. Punit scelera & delicta: infrà, de pœnis. per totum. Imperat statuta canonica obseruari: infrà eo. c. j. ver. castè & honestè viuant clerici: infrà de vi. & ho. cler. vt clericorum. Vetat clericos secularibus negotijs immiscerì: infrà, ne cle. vel mo. c. j. & per totum. Quintam virtutem potes notare, si placet, quæ dubia soluit, infrà eo. c. fin. vnde ver.

Virtutem legis ex quinque collige clarè.
Permittit, punit, imperat atque uetat.

Sextã etiã dixerunt quidã, quia consiliũ dat. consilia enim volun-

i Habere memoriã.] Adde gl. in c. porrecta. de confir. vti. vel invti. gl in c. cùm adeo. de rescri. Spec. tit. de instru. edi. in §. restat. ver. 29.

k Senatũ habeat.] Adde per illũ tex. quòd Cardinales possunt dici senatores, secundũ Barba. in rub. de offi. lega. in fi. 6. col.

ratis sunt, & nõ necessitatis. xiiij. q. j. quid precipitur. xxviij. q. j. sic enim valet. et c. iam nũc. sicut votũ castitatis, quia suaderi potest, non imperari. xxxij. q. j. integritas. item consilium l. est, quòd possessorio agam. ff. de rei ven. is qui destinauit. Quilibet aũt potest explorare apud se, vtrum sibi expediat consilium: & ob hoc non est obligatorium. ff. man. l. iij. ad fin. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. ff. de his qui no. infa. ob hæc verba. in fi. ideo si quis tenetur de consilio alicuius eligere, vel aliud facere, dummodò consilium requirat, & expecter congruo tempore, non tenetur sequi, si non vult: infrà, de ele. cùm in veteri lege. & de arbitris. cùm olim. ff. de admin. tut. quidam decedens. §. Papinianus. licet aliqui contradicant: sed deficit eis ius, & probatio. verùm hæc sexta virtus sub prima comprehenditur: quare ipsam non numero. Nam qui consulit, satis permittit: vt patet ex præmissis.

12 Qualiter †constitutionibus derogetur. Et quidem priori per posteriorem: infrà, de cognatione spirituali. c. j. sed distingue, cùm diuersæ constitutiones contradicunt, aut facta sunt à diuersis, aut ab eodem. Si à diuersis, constitutio facta à maiori, alij præiudicat. ix. q. iij. quæstus. & est ratio infrà, de ma. & obed. cùm inferior. licet ergo leges contemnendæ non sint, liij. distinct. quis autem leges. quia sunt per ora Principum diuinitùs promulgatę, xvj. q. iij. nemo. viij. dist. quo iure. C. de præscrip. lon. temp. l. vlt. §. fin. tamen eis per canones derogatur in his, in quibus vertitur periculum animæ. & in ecclesiasticis tetigi de hoc ſ. §. sed quis posit constitutionem. ver. item Imperator. & suprà in proœ. §. vnde habuit originem. ver. est igitur hæc nostra scientia. & infrà, qui fi. sint le. §. qualiter & à quo filij illegitimi legitimentur. & de vsur. §. an aliquo casu. & ver. præcedenti. & de maio. & obed. §. quis cui. & infrà, de hæreti. §. qualiter deprehẽdatur. & de offic. or. §. quid pertinet. sub §. sunt distinctæ. Si ab eodem, aut contrarium potest saluari, aut non. Si contrarium saluari potest, promptum est, leges legibus concordare, vt C. de inoffi. doti. l. vnica. quod fit, ſ. per supplętionem: determinatur enim multoties vnum ius per aliud, sive prius, sive posterius. ff. de le. non est nouum. & l. seq. & l. sed & posteriores. infrà, de offi. dele. super quæstionum. & de simo. per tuas. Per spiritualitatis redditionem, vt infrà, de cle. licet de vitanda. in fin. Per diuersitatis determinationem, infrà, de his quæ fi. à præla. cum Apostolica. §. authoritates. Traduntur enim iura ex tẽpore, ex loco, ex persona, & ex causa. xxix. dist. sciendum. Quod si nullo modo saluari potest, semper priori per posteriorem derogatur, vt dictum est: secus in rescriptis, quia posterius non tollit prius, nisi de ipso priore faciat mentionem. vt no. infrà ti. proxi. §. quid cui præiudicet. Et est ratio diuersitatis, quia in rescriptis continentur facta, quorum habere memoriam [i], & in nullo peccare, est potius diuinitatis, quàm humanitatis. C. de vet. iure enu. l. ij. §. si quid autem in tanta legum compositione. in constitutionibus autem, iura, quæ omnia Princeps intelligitur habere in scrinio pectoris. C. de testam. omnium. vide condendo posteriorem, videtur priorem ex certa scientia revocare. Hoc autem intelligas in priore & posteriore, secundum tempora, non secundum ordinem scripturæ. Nam Decret. infrà e. c. fin. quamvis prior in ordine, tamen tanquam posterior tempore declarat constitutionem. infrà de ma. & obed. statuimus. Sic & canon posterior ordine corrigitur per priorem. xxx. q. iij. post susceptum. & c. super quibus. Sic constitutio de Iustinianeo Codice confirmando, licet prior ordine, tamen posterior tempore, tanquam posteriori tempore totum confirmat C. subsequentem. Sic l. C. de colla. facit mentionem de l. posterius edita. C. de suis & legi. hæred. si defunctus. Sic l. j. C. de sacra. calum. facit mentionem de l. posteriori. C. de iudi. rem non nouam. Ergo in constitutionibus successus temporum attenditur, & non ordo scripturæ. arg. ff. de sol. nec enim ordo. nisi fortè quando sub eodem titulo continentur: tunc enim habet locum, quòd primæ primo loco ponantur, & posteriores secundo. C. de nouo Co. fa. l. vnica. ante fi. & post medium l. Et sciendum, quòd est quædam constitutio sive decre. generalis, vt quæ ad omnes dirigitur. ij. q. v. omnibus. Quædam specialis, quæ specialiter quibusdam mittitur. xxv. q. iij. quod scripsi. Siue autem generalis sit, sive specialis, hoc modo quo præmisi, dummodò per ea aliquid diffiniatur, pro iure generali habenda est. C. de leg. li. ij. & l. si imperialis. infrà, de sen. & re iud. in causis. xvij. q. iij. licet. & adde quod no. infrà ti. proxi. §. quas vires. Secus, si specialis esset, quia ex persona vel ex loco tradita, xxix. dist. c. j. & talis non trahitur ad cõsequentiam, nec est secundum eam in aliis iudicandum, quia nec princeps hoc vult. Instit. de iure nat. §. sed quod principi. Quid si dubitetur, an sit decretalis, recurre ad registrum. ix. dist. vt veterum. xx. dist. de quibus. Præsumitur tamen, quòd sit decretalis, si reperiatur inter alias ad instar illius, quæ reperitur inter alias moniales. xx. q. j. quem progenitores. Vel dic vt xvj. distinct. c. j. Isidorus. Verba sunt ad Ephesios. hoc solum teneas, quòd si à iure communi discrepat, consulas principem, sed secundum eam iudicare non timeas, si concordat. infrà, de fid. instru. pastoralis. Et no. quòd quandoque deuiatur à iure communi propter tumultum popularem: quandoque non, vt no. lxj. dist. miramur. infrà, de elect. Osius. infrà, de temp. ordi. ad aures. quod dic vt not. infrà, de renun. §. cui. ver. graue scandalum. In rebus autem nouis constituendis, evidens debet esse vtilitas. ff. de constit. princ. in rebus. & de legi. minimè. ideo non potest capitulum sine consensu episcopi approbatas & laudabiles consuetudines immutare. infrà, de consue. cùm consuetudines. & de cõcess. præben. ex parte Astensis ecclesiæ, secus de irrationabilibus, infrà e. cùm omnes. in fi.

13 Quando constitutio †incipit arctare? Post duos menses, computando à tempore insinuationis, seu publicationis. in authen. vt factæ no. constit. in ipsa rubrica. & rñ. j. collat. v. infrà, ne cler. vel mona. c. fin. infrà, de sent. excom. nouit. elapso hoc tempore non potest quis allegare ignorantiam, quia non est singulorum auribus inculcanda. xvj. distinct. quòd dicitis. xij. q. ij. qui & humanis. infrà, de postu. præla. ca. j. §. quòd nec sufficit. intra hoc tempus excusata est ignorantia. sic intellige, lxxxij. dist. proposuisti. in fin. xxxij. q. iiij. dixit Sarra. infrà e. cognoscentes. secũdum Gof. Hoc intellige de constitutione Principis, vt bene probant iura ad hoc inducta. Videtur etiam, quòd in constitutione Principis posit ignorantia allegari, quousque per episcopum loci fuerit publicata. infrà, de pœni. cùm infirmitas. §. j. ideo etiam præcipitur, quòd frequẽter & in synodis, & in cõciliis provincialib. publicetur. infrà, de excusa. cùm olim. rñ. primo. infrà, de simonia. quoniam simoniaca. §. fin. infrà, de Iudæis. ita quorundam. & c. ad liberandam. sed dic, quòd illud præcipitur propter mulieres, & rusticos milites, & alios simplices, qui possunt iuris ignorantiam allegare. ff. de probat. cùm de indebito. §. j. & tractatur j. q. iiij. §. vlt. aliàs autem constitutio principis adstringit omnes, elapsis duobus mensibus, vt dixi: secus de constitutionibus inferiorum, de quibus loquuntur iura media. quòd dicitis. & ca. qui & humanis. & de hoc no. infrà, de clan. despon. §. quam pœnam. ver. sanè si parochialis. & sequentibus. † Quid enim de constitutionibus capitulorum, & vniuersitatum, certè in continenti ligant, facta promulgatione, nisi fortè absentes, quibus nec tantum tempus dabo, nec ipsos limitabo, sed boni iudicis arbitrio hoc committo: arg. ff. de in inte. restit. diuus. & de vsuris mora. & de testi. testium. & de verb. oblig. continuus. & opti. arg. infrà, qui ma. accu. pos. c. fi. & ff. de iure delib. l. j. §. ait prætor. & de ser. rusti. præ. certo. §. latitudo. Ratio diuersitatis, quare aliud in constitutionibus principis, & aliud in inferiorum constitutionibus, hæc est: prima generalis, & omnes adstringit, infrà e. c. fi. & dixi suprà §. vnde. in fin. & §. seq. verum est subditos. infrà, de diuor. gaudemus. j. respon. C. de incest. nupt. nemini. excepto promulgante. ff. de legi. princeps. & successore, quia non habet imperium par in parem. infrà, de ele. innotuit. §. quamvis autem. ff. de arbi. nam magistratus. ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempestiuum. decet tamen eos ipsas seruare. C. de lega. digna vox. vnde nec ex testamento imperfecto capere nolunt. ff. de leg. iij. ex imperfecto. C. de testam. ex imperfecto. Instit. qui mo. test. infir. §. fin. Ideóque cùm diffusa est eorum iurisdictio, hoc tempore rati sunt ad tollendam ignorantiam, sicvt alias prætor ætatem, ad procedendum in publicum. ff. de postul. l. j. §. j. & ij. Inferiorum autem constitutio nec generalis est, nec omnes adstringit, sed subditos tantùm, quia extra territorium, &c. ff. de iurisdict. om. iu. l. fin. & quia sententia à non suo iudice, &c. infrà, de consuet. ad nostram. quare minus dabo. Sed quia inferiorum iurisdictio aliquando plus, aliquando minus protenditur, limitare non possum, vt præmisi. Arctat autem ita demùm, si communis sit, & communem statum non offendat. vt not. suprà e. §. vnde dicatur. ideo si claudicet, non adstringit. infrà eo. cùm omnes. Sed cùm ecclesia senatum habet, [k] xvj. q. j. ecclesia. & quod capitulum vel maior pars facit, valere debeat. x. q. ij. hoc ius. vij. q. j. factus est. infrà, de his quæ fiunt à maio. par. ca. c. j. quare non valuit illud statutum: scilicet, quòd absentes non perciperent. nam & hoc iuri communi congruit. infrà, de præben. cùm Apostolum. & not. infrà, de cler. non re si. §. j. & §. vlti. in dict. quæ incipit, cùm quæritur, iam solutum est.

quia

quia claudicabat, cùm statutum esset, quòd superstites percipe
rent, successores non. nec enim debet duplici iure censeri idem
collegium. infrà, de decimis, cùm in tua. nam idem collegium est
hodie Ebreduni, quod fuit centum annis elapsis, licet non eæ-
dem personæ. ff. de iudi. proponebatur. & successor in vniuer-
sum ius succedere debet. ff. de reg. iu. hæreditas. arg. pro & con-
trà, infrà de test. relatum. ij. §. nomine. Sed contrà, ff. de col. l. fin.
Ad cuius solutionem, & huius materiæ plenam notitiam sic di-
15 stingues. † Cùm quæritur, vtrum standum sit votis maioris par-
1 tis [1] sociorum: distingue, vtrum societas pertineat communiter
ad eos, tanquam ad singulares, vel tanquam ad collegiatos: &
an id de quo agitur fiat ex necessitate, vel communi vtilitate, ex
causa rationabili, vel ex sola dependeat voluntate: & an consue-
tudo iuuet, aut contradicat. Si voluntarium est quod agitur, &
tanquam ad singulares pertinet ad eos communio, potior est
conditio vnius prohibentis, quàm nouem concedentium. ff. com
muni diui. Sabinus. concedentes tamen non possunt prohibere.
ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. arg. xxxij. q. v. horrendus. in-
frà, de proba. per tuas. ff. de neg. gest. Pomponius. j. Si tanquam ad
collegiatos aut aliquis contemptus est: aut non. Si quis contem-
ptus est, potest infringere, vel ratificare quod actum est: etiam-
si necessariò agebatur: infrà, de elect. quòd ficvt. respon. j. ver.
si autem, ibi, quòd si eos, &c. quia plus obest contemptus vnius
absentis, quàm contradictio multorum in præsenti. infrà, de
elect. venerabilem. §. obiectioni. ver. & ex eo. & c. bonæ me. §.
fin. Quid ergo, si quis recipiatur in canonicum de mandato do-
mini Papæ, per præsentes, absentibus non vocatis, certè contem-
ptus vnius, etc. sed hîc excusare videtur obedientia: quia etiam in
dubio obediendum est: vt not. infrà, de matr. & obed. §. & ad
quid obediens teneatur. ver. quid si dubitetur. ad hoc infrà tit. j. si
quando. xix. distinct. in memoriam. et in hoc casu videtur, quòd
præsentes tantùm requirendi sunt: nam in ordinatione archi-
diaconatus, requiruntur præsentes tantùm: infrà, de senten. et re
iudi. cũ olim magalonensis. in fi. Sed illud de speciali mandato Pa
pæ. alioquin contrà. arg. infrà de offic. arch. ad hæc. ad fin. vel dic,
quòd in talibus consuetudo ecclesiæ seruari debet. infrà, de elect.
in genesi. ad fin. infrà, de his quæ fin. à præla. fine consensu ca. ea
noscitur. et de cõcess. præben. ex parte. ad fi. et infrà c. cùm omnes.
in fin. et de cle. coniug. cùm olim. Sed in quæstione mota dici po-
test, quòd ratione contemptus non infringet, nisi iungat ratio-
nem coadiuuantem, puta rescriptum non valere: arg. infrà tit. j.
ad audientiam. ij. vel quòd persona sit minus idonea. infrà eo. ex
parte. in fin. j. tit. j. cum adeò. hoc enim, quamvis receptus sit,
putarem quòd contemptus posset exceptiones in modum excep-
tionis probare, ne per surreptionem promoueatur quis. infrà,
de elect. cùm dilecti. §. nos verò. & de senten. & re. iud. cum olim.
quamvis aliàs hoc non posset. de appell. constitutis. §. fin. & de
accu. accedens. Quid si quidam excipiant, quidam non: non exci-
pientes recipient in canonicum illum de quo agitur: excipientes
ius suum, in nomine Domini prosequantur. qui enim magis te-
merariè contradixerit, quive deuotius obedierit, causæ terminus
declarabitur. infrà, de elect. auditis. cum suis similibus. C. de iudi.
rem non nouam. §. patroni. ad fin. l. ib. Sin autem plurimis patro-
nis, etc. Si nullus contemptus est, aut consentiunt in communi,
aut non. Si non consentiunt in communi, consensus singularium
non valet. infrà eo. cum M. Fer. circa princ. ibi communiter depu
tarunt, etc. c. et cùm accessissent. §. j. infrà, de elect. cum terra. ante
fin. ibi, in vnum locum, etc. et c. quia propter. post princ. ibi, mox
publicetur in communi. et ideo qui consensit in camera, dissen-
tire poterit in capitulo. arg. infrà, de elect. in Genesi: ibi, nec etiam
electio communiter celebrata, etc. et vide quod not. infrà, de elec.
§. qualiter. super verbo, incontinenti publicent in communi. Se-
cus, si non essent collegiati: sed singulares. vt not. s. eo. ver. si vo-
luntarium. Quid si Papa mandat, quòd aliqui recipiantur, non
obstante contradictione minoris partis, nedum in herbis vis est,
sed etiam in verbis: vt not. infrà, de ver. sig. §. quæ est distinctio.
sub §. diligenter. Nam si dicat, Si maior pars capituli consenserit,
non videntur valere singulares consensus. sed si dicat, Si maior
pars canonicorum consenserit. ratio: quia in primo casu, verba
communionem collegiatam notant: in secundo, singularem: &
inter hos talis est differentia, vt prædixi. Quid si plures singula-
riter consenserint, dantes potestatem vni, quòd vice omnium in
communi consentiant in eundem: dic quòd bene valet, dummo-
do fit de collegio. infrà, de elect. quia propter. §. illud. et sic habet
quis vocem duplicem. infrà, de senten. et re iudi. cùm olim. circa
princ. infrà, de ele. scriptum est. §. si partes. et vide super hoc quod
not. infrà, de ele. §. qualiter. sub c. secunda, ver. ego puto, Si ve-
rò necessarium est quod agitur, sicvt electiones, venditiones, et similia, standum est ma-
ioni et saniori parti. infrà, de his quę fin. à ma. par. ca. c. j. infrà, de ele. quia propter. ff. de
pact. iuris gen. §. vlt. et ll. seq. nec hic semper consi-
dero numerum: vt in dictis ll. et C. qui bonis ce. pos. l. fin. infrà tit. j. pastoralis. respon. j. Idem est, si ob communem vtilitatem fiat, quamvis vni non expediat. ff. pro so-
cio. actione. §. Labeo. in authen. de restit. et ea quæ pa. in xj. men-
se. §. quam ob rem. col. iiij. infrà, de po. præla. bonæ me. §. j. ideo si
maior pars fecisset hoc statutum, quòd præbenda absentis da-
retur ad fabricam, valuisset: infrà, de his quæ fin. à ma. par. ca. c.
fin. et ideo sub prætextu communis vtilitatis, non admittitur hęc
propria, nec iniquitas seu inæqualitas nutrietur: vt infrà eo. cum
M. Fer. et c. ex parte. vt in his probatur, statutum ob propriam
vtilitatem in præiudicium successorum factum, ipsos non obli-
gat. fi. infrà, de preca. c. ij. de re. eccle. non alien. Episcopi. quia suc-
cessor, et c. vt dixi suprà eo. sub §. arctat autem. ita demum et non
habet imperium par in parem: vt not. suprà eo. §. ver. ratio diuer-
sitatis. nec obst. ff. de colum. l. fin. vbi confertur natis, non nasci-
turis: quia ibi incertum est, vtrum, et qui et quo nascerentur. ff. de
iu. sed et si restituatur. §. fin. et ideo eis qui non sunt, conferri non
potest, vt ibi. porrò collegio, quod iam est in personis succesſo-
rum qui ibi ponendi sunt, præiudicari non potest: vt hîc. et arg.
infrà, de consue. cùm olim. vtrumque ergo iustum et rationabi-
le, et sic concordant. Item communem vtilitatem potest facere
maior pars, nisi consuetudo contraria sit, quæ priuatam tueatur:
aliàs minor pars contradicere potest: arg. infrà e. cùm omnes. in
fin. respon. j. et C. de serui. præses. xxxij. dist. placuit sic. et econtrà.
consuetudo priuatam vtilitatem lædit: quia licet mihi de fundo
tuo lapidicinas tollere, te invito, quamvis hoc non liceat, si tibi
sint necessariæ. ne rei tuæ tibi commoditas auferatur: quãvis alij
aliter intelligant. ff. cõmunia prædi. venditor. fundi. §. si constat.
sed hoc intellige, infrà de consue. c. vlti. et de cle. coniu. cùm olim.
in fin. et de concess. præben. ex parte. in fin. et de sup. neg. præla. c.
ij. §. j. qui dicunt, consuetudinem ecclesiæ seruandam. verum est,
16 rationabilem. infrà e. cùm M. in fin. † Sed et contra consuetudi-
nem potest fieri statutum, propter vtilitatem ecclesiæ, si necessi-
tas hoc requirat, authoritate superioris interueniente. arg. ff. de
serui. vrb. prædi. in re communi. ad quod facit quod not. infrà, de
vi. et hone. clerico. §. j. in distinct. quæ incipit, Si quæris, an cano-
nici. et infrà e. §. indistinctè. quæ incipit, Cùm quæritur, an capi-
tulum: vt si diuersi sunt, et causa subsit, ideo ex causa rationabi-
li potior est conditio facientis quàm prohibentis, etiam socij sin-
gularis in casibus. Primò, fauore libertatis. C. de seruo commu-
ni manu. l. j. Secundò, fauore religionis, quando facit id quod
natura requirit. ff. de relig. et sumpt. fu. si plures. et l. sunt perso-
næ. Instit. de rerum diui. §. religiosum. verfi. in commune. Tertiò,
causa pietatis. infrà, de his quæ fin. à ma. par. ca. c. ex parte. Quar
tò, causa æquitatis fouendæ, et malitiæ remouendæ, possum vti
re communi, dummodo in nullo lædatur. ff. de serui. vr. prædi.
quidam Hiberus. in fin. et l. fistulam. §. pen. et vlt. nec enim mali-
tiis hominum, etc. infrà tit. j. plerunque. Quintò, causa reædi-
ficationis, si tamen fine denunciatione reædificas, sumptus per-
dis. C. de ædific. priua. si is contra quem. si autem socio denun-
ciaueris, et monitus detrahet pro parte sua sumptus facere, et
tu communi nomine reædificas, nisi intra quatuor menses tibi
ad præceptum iudicis, pro parte sua satisfecerit, dominium rei
communis insolidum acquires. C. de ædificiis priua. si vt propo-
nis. Et invitis sociis seruabitur pactum in societate appositum.
ff. pro socio. cum duobus. §. item Mela. Secundum hoc intelli-
ge l. cum duobus. et ff. communi diui. si hæredes. Sed et quidam
excipiunt, infrà, de iure pa. postulasti. Licet autem constitutio ar-
ctet illos, inter quos facta est, aliquoties tamen contrario actu
tollitur: infrà eo. cum accessissent. in fin. et c. cùm M. §. fin. ibi in
derogationem suæ constitutionis. argum. xj. q. iij. priui. sed con-
trà, quia delictum personæ, & c. xvj. q. vj. si Episcopum. infrà, de
exce. cùm venerabilis. §. intelleximus. infrà, de instit. cum venis-
sent. ad fin. remotis diuersis solutionibus, et tamen ex ipsis insuf-
ficientibus, vnam efficientem faciens, sic distingue. Cùm priuile-
gium impetratur, vel ius aliud competit, aut circa iudicium, aut
circa factum. Si circa iudicium, aut ad agen dum, aut excipien-
dum. Si ad agendum, puta ad decimas, quas nunquam exegeras,
repetendas, potest agi intra tempus quod natura actionis requi-
rit, & si succedat temporalis in locum perpetuæ, vel econtrà. ar-
gum. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. infrà, de voto & vo.
re. magnæ. §. cùm igitur. versi. ex hoc, nec extenditur vltrà: quia

1 Maioris partis. Add. doct. in ca. cùm omnes. de constitu. Guil. de Cu. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle.

m Actionum autē.] Adde gl. & doct. in l. 1. ff. de eden.

n Centum annorum.] Adde gl. 1. in c. fi. de præscri. lib. 6 Archi. in cap. 2. 16. q 4. Fallit, quo ad subditos ecclesię Romanę, tūc sufficit tempus commune, secundum gl. & doct. in c. ad audientiam. de præscri. & per Abb. consi. 18. inci. In causa & quæstione quæ vertitur, seu verti speratur. ad fi. in secundo volu.

o An capitulum nouā dignitatē.] Adde gl. in ca. 2. de verb. sig. Inno. in ca. cùm consuetudinis. de consue. Abbas in cap. cū accessissent. de constitu. in secūda col.

non est verisimile, principem qui iura tuetur, &c. C. de inoffi. testamen. si quando. infrà, de electione. ecclesia. §. denique. Actionum autem m aliæ perpetuæ, aliæ temporales. Instit. de perpe. & tempora. act. in rubro & nigro. Si ad excipiendum, aut est limitata, aut non. Si est limitata, puta impetraui, ne tenear vsque ad quinquennium meis creditoribus respondere, non excedit limitem. C. de preci. impe. offe. l. quoties. & l. rescripta. idem est in exceptionibus feriatis, & aliis temporalibus. vt nota. infrà, de feriis. §. qualiter distinguatur. & de dilatio. §. quot sint eius species. & seq. Si sit limitata, aut est quòd possit imputari excipienti, aut non. Si sit, quòd possit imputari excipienti, puta potuit perpetuare exceptionem, et hæc non fecit, exceptionem amittit. infrà tit. j. si autem. et c. ex parte. et c. presbyteri. et c. plerunque. Si nihil potest imputari, aut aliquis agit contra illum cui competit exceptio, aut non. Si aliquis agit, & non excipit, fit præiudicium, quo ad illum actum tantùm, de quo quęritur. C. de episc. et cler. generaliter. et in authen. ibi signata, presbyteros. C. de excus. tut. voluntariè. ff. de procu. Pomponius. §. rati. et de condi. inde. si is qui. et de pact. si vnus ex argentariis. post medium l. et §. in summa. verfic. ante omnia. infrà, de offic. ord. dilectus filius. §. penulti. et vlti. et saluo eo quod sequitur infrà eodem. vers. si à domino faciendum. Quòd si is cui priuilegium cōpetit, excipiat, et agatur de iure illius rei, super qua priuilegiū est concessum, et iudex pronunciet cōtra priuilegium, videtur ipsum reprobasse. infrà, de senten. et re iudic. suborta. §. fin. et fit perpetuum prędudicium, nisi fuerit appellatum, vt ibi innuit. et sic not. Goffred. Si verò nullus agit, perpetuò competit: quia quæ temporalia sunt ad agendum, etc. ff. de doli mali except. purè. §. fin. Instit. de except. §. perpetuæ. C. de except. si pactum. Sed si priuilegium consistit circa factum, aut est impetratū ad faciendum, aut ad non faciendum. Si ad faciendum, spacio x annorum tollitur. ff. de nundinis. l. j. Si ad non faciendum, aut Papa sibi, aut alij aliquid retinuit, aut nihil. Si Papa sibi vel alij aliquid retinuit, veniens contra priuilegium Papæ, vel alij non præiudicat, quamvis quatenus ipsum familiariter tangit, valeat renunciare. arg. infrà, quod me. cau. c. pe. et de arbi. cum tempore. et de instit. cùm venissent. et de donat. inter dilectos. et de capel. mo. n capit. ij. Sed et contra ius Papæ, spacio centum annorum n prescribitur. infrà, de præscri. ad audientiam. et c. cùm nobis. et cap. si diligenti. et de confir. vti. cùm dilecta. Quid si Papa sibi vel alij nihil reseruat, aut est concessum in fauorem ecclesiarum, aut personarum. Si in fauorem ecclesiarum, tunc delictum personæ, etc. vt dictum est suprà eod. sub §. respon. j. sed tamen negligentia obest: et ideo ecclesia amittit priuilegium, si prælatus tanto tempore contravenerit, quòd præscriptio sit completa saltem xxx anno. infrà, de priuilegiis. si de terra. et c. accedētibus. sed contrà, j. de prescrip. illud. Solu. Dic, quòd priuilegium cùm cōtra ius commune cōcedatur, citius amittitur: quia de facili revertitur res ad id quod natura & ius sibi cōcesserat. ff. de pact. si vnus. §. pactus. ver. quod si nō vt tolleret. infrà, de offi. delega. super quæstionum. §. si verò duo. & de censi. cùm venerabilis. ibi, nec intelligatur, &c. & in priuilegio potest intelligi. infrà, de præscri. sanctorum. quamvis & ibi multos alios posuerim intellectus, sub rubrica, de præscri. rerum immobilium. §. quæ sunt necessaria. sub §. hoc quo ad res. verficu. tertium. & tamen circa ius distinguitur, vtrum videlicet sit publicum, vel priuatum. quod dic vt no. infrà, de renun. §. quæ possunt renunciari. Sed si impetratum fuit priuilegium fauore personarum, tunc contrario actu, etiam vnico tollitur. j. eod. cùm accessissent. in fin. j. de præben. pro illorum. C. de pact. inter emptorem & vend. l. commissoriæ. & de iure dom. impetran. l. ij. non obstante protestatione. j. eod. cùm M. §. uerum. Et quia de protestatione multa scripta invenio, & ex glossis sparsis modicam vtilitatem elicio, & materia frequēs est, & necessaria ad eius evidentiam, sic distingue. Cùm quæritur, vtrum
17 protestatio † valeat? distingue vtrum sit cōtra subst̄ātiam negotij, de quo agitur, aut nō. Si sit cōtra subst̄ātiam, vt si recipiatur quis in canonicū, habita protestatione, ne præbēdam recipiat, nō valet. vt j. eod. cùm M. & de præb. dilectus. j. & ij. & c. inter cætera. j. q. iij. si quis obiecerit. Vel si quis intrat religionem, habita protestatione, quòd sua teneat, vel proprium habeat. j. de conver. coniu. dudum. & de sta. mo. cùm ad monasterium. in fin. j. qui cle. vel vo. insinuante. vel si quis contrahat cum aliqua, habita
18 protestatione, quòd prolem euitet. j. de con. appo. c. fin. † Si verò non cōtra substantiam, subdistingue, vtrum fiat extra iudiciū, vel in iudicio. Si fiat extra iudicium, aut tangit ius meum, id est, protestantis tantùm: aut ius alterius. Si tangit ius meum, tantùm possum protestari, et dicere, & facere quod placet, ex quo ius alterius nō offendo. vj. quęst. j. pontifices. infrà, de postul. prælato. bonæ memo. ij. respon. j. infrà, de censi. olim. ff. de acquirenda hæreditate pro hærede. & de tribu. acti. l. j. §. scientiam. ff. de lega. j. si mihi & tibi. Licet enim expediat reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur, tamen nec cuiquam hominum ius suum detrahi debet. Instit. de his qui sui iuris vel ali. sunt. §. sed hoc tempore. iustum est enim, cuique sua committere. C. de Iudæis. nemo exterus. & iure proprio quilibet est moderator & arbiter. C. mandati. in re mandata. Sed si ius alterius tangit, aut subest iusta causa necessitatis, quæ protestationem corroborat, aut non. Si subest iusta causa necessitatis, quæ protestationem corroboret, valet maximè, vbi certo de damno vitando. exempla j. de offic. ord. pastoralis. in fin. xvj. q. iij. §. potest. versi. is autem. C. de anna. excep. vt perfectius. C. de vsu. acceptam. j. de procura. c. vlti. §. vel si iusta causa. j. quod metus causa. c. j. j. de appella. si iustus metus. vij. quæst. j. pontifices. Quòd si non subest iusta causa, aut protestatio est nuda, aut vestita. Si sit nuda protestatio, per contrarium actum tollitur. infrà eodem. cùm M. §. verum. ibi, sine prædudicio. infrà, de elect. in genesi. verficulo finali. Si verò vestita sit, puta conventionalis est, tunc valet. hoc modo intellige infrà, de elect. Cumana. circa princip. & §. penultimo, et vltimo. sic vestitur per pactum. ff. nau. cau. stab. l. finali. j. respon. verficu. tunc si prædixerit. quia pacta licita seruanda sunt. ff. de pactis. iuris gent. §. ait prætor. infrà, de pact. c. j. Item vestitur cohærentia consensus: vt si consentio, quòd res mihi obligata alienetur, saluo tamen iure pignoris. ff. quibus modis pign. vel hypo. solui. si debitor. §. j. Item vestitur cohærentia expensarum, causa humanitatis factarum. ff. de negotiis gest. Nesennius. & de relig. & sum. fu. et si quis. §. si prohibente. Quòd si protestatio in iudicio fiat, semper per contrarium actum tollitur. Sed quovsque contrarius actus intervenerit, semper valebit. vnde si propono, Protestor, quòd nihil dico animo contestandi litem, valet. infrà, de ordi. cog. cùm dilectus. respon. j. de testi. dilecto. responso j. Sed si post me loquatur iudex, vel adversarius, & scribantur verba, & iterum ego surgam, & sine protestatione proponam verba, per quæ fit litis contestatio, recessum videtur à protestatione. argu. infrà, de dolo & contuma. provt. Sicvt consueuit no. in pacto nudo, quòd non vestitur cohærentia contractus, nisi fiat incontinenti. C. de pact. in bonæ fidei, id est, antequam contrahentes diuertant ad alia negotia, vel ad actus contrarios. ff. ad legem Iuliam. de adulte. quod ait. in fin. de duobus reis deben. duos. §. fi. & de verborum obligatio. continuus. & de testa. hæredes palam. §. vltimo. Ideo cauti advocati semper reperunt & dicunt, Salua tali protestatione, quam suprà feci, sic propono: et facit scribi, quia omnia scribenda sunt. infrà, de probationibus. quoniam contra falsam. protestationes enim iudiciorum de facili admittuntur, sicvt dilationes seu exceptiones. ff. de procurato. Pomponius. §. rati. Vnde si recuso iudicem, vel ab alio appello, & postea sine protestatione ab eodem dicit, peto, vel recipio, vel interlocutoriam audio, tanquam à iudice, à protestatione videor recessisse. infrà, de offic. delega. gratum. c. insinuante. et c. super quæstionum. infrà, de testi. cùm venissent. infrà, de senten. & re iudic. inter monasterium. infrà, de appellat. solicitudinem. ad fi. infrà, de cēsi. cùm olim. ff. de cōdic. inde. quòd quis sciens. ff. de iudic. sed & si susceperit. & l. j. & ij. & in aliis iuribus quæ not. suprà eodem. sub §. licet autem. verfic. sed si impetratum. Et hoc intelligas verum, nisi fortè petatur, vel detur libellus, vel dilatio ad deliberādum. ff. de iudiciis. nō videtur in iudicem. iij. q. iij. offeratur. super quo vide quod not. infrà, de officio delega. §. & qualiter finiatur. sub §. nec illud. §. quando. Quandoque tamen plus prodest protesta-
19 tio, † quàm appellatio. C. de filiisfa. l. j. & ij. lib. decimo. Quādoque etiam obest. & melius esset abstinere, quàm protestari. infrà, de testi. præsentium. Arctat etiam ita demùm, si nō sit cōtra statutum publicum: nec enim licet canonicis numerum prębendarum statutum in ecclesia ab antiquo restringere: quia cultus diuini numinis nō debet minui, sed augeri. infrà, eodem. ex parte. cui multa signātur similia atq; contraria. ad quorum consonātiam sic di-
20 stingue. † Cùm quæritur, an capitulum nouam dignitatem o in
o ecclesia cōstituere vel tollere valeat, vel præbēdas augmentare, vel diminuere, dicēdum est: quòd si quæritur de dignitate de nouo constituenda authoritate episcopi, hoc fieri potest: quia diuinus

uinus cultus ſemper augeri debet.xxv. quæſtio. j. quæ ad perpetuam.& quæſt.ij.deceſſorum.ver.quæcunque.de conſe.di.j.vaſa. nec ob.infrà,de conſue.cum olim. qa factũ narrat. nec enim prohibet, quin hoc facere potuiſſet Epiſcopus, vel ibi fortè nolebat capitulum conſentire.vnde ibi recurritur ad illum, à quo omnis
21 proceſsit dignitas. xxij. diſt.ca.j.& ij.† Sed ſi quæras de augmento præbendarum, ſubdiſtingue vtrum numerus ſit firmatus iure iuran.vel à ſede Apoſtolica confirmatus,adiecta clauſula; Quòd ſi quicquam contrà fieret,non valeret. & tunc ſubdit, vtrum fructus excreuerint,vel non. Si fructus excreuerint,augmentari poteſt & debet,quia cultus diuinus, &c.vt §.dixi.& probatur in authen.vt determina.ſit nu.cle.ante fi.col.j.C.de epiſc. & cle. in eccleſiis.j.eod.cùm M.§.fi.j.de cenſi.quãto.ante fin.Si verò fructus non excreuerint,& illa clauſula, Quòd ſi quicquam, &c.adiecta eſt,non valet quod agit.j.de præben.dilecto.§.quanquam. Sed hoc membrum multas diuiſiones recipit: vt not.j. Vt eccl. bene. §.eſt autem regula.Si autẽ quæras de dignitate tollenda, vel prębendarum diminutione,aut cõſtat,quòd dignitas, vel numerus, conſtituti vel confirmati fuerunt authoritate Apoſtolica, vel nõ. Si conſtat,quòd authoritas Papæ interceſſerit, aliàs interuenerit, ſine eius authoritate,nihil diminui poteſt.argu.j.de iud.cùm veniſſent. j.de cõfir.vtil.vel inuti.c.j.& ij.& eſt ratio.vt j.de reg.iur. omnis.ff.de reg.iur.nihil tã naturale. Quid ſi authoritas Papę nõ interceſſerit, aut capitulũ ꝓcedit in his,authoritate ꝓpria,aut authoritate ꝓpriꝝ Epiſcopi.Si authoritate propria,nihil valet quod agitur,etiam ſi confirmatio Apo.ſe.per ſurreptionem, vel in communi forma obtenta interceſſerit.j.eo.ex parte. Secus ſi ex certa ſcientia.j.eod.cùm acceſsiſſent.Sed ſi authoritate Epiſcopi in his procedant,aut habent omnia communia, aut diuiſa. Si habent omnia communia, non prodeſt authoritas epiſcopi: ſi hoc faciãt priuata vtilitate ducti,inter ſe reditus diuidendus. nec enim fiet epiſcopus author in facto proprio.argumen.ff.de authorit.tuto. pupillus.recurritur ergo ad Archiepiſcopum vel ad Papam.argumen.j.de iure patro.nullus. Secus dicerẽ,ſi fabricæ vel aliis,quæ ad diuinum cultum ſpectant, ipſos reditus aſsignarent. argum. j.de his quæ ſi.à maio.part.capit.c.vltimo. & de teſta. c. penul.& vlt. Quid ſi capitulum diuiſum eſt ab epiſcopo,aut paupertas eccleſiæ hoc requirit,aut alia iuſta cauſa,aut non? Si diuiſi ſunt,& cauſa ſubſit,valet quod agitur.Sed ſi cauſa non ſubeſt,non valet. & ſecundum hoc intellige j.de vita & hone.cle.quoniam.j.de inſti.ca.j.& c.authoritate.j.de his quæ fi.à præla.tua nuper. & c.ſequen.& j.de donatio.paſtoralis.xvj.quæſtio.j. cap.fin. de conſecratio.diſtinct.v.ieiunia.ff.de decre.ab ordi.fac.quod ſemel.ff.de iure delibe.ait prætor. prætor enim neminem volentem tranſigere,audiet ſine cauſa.ff.de tranſact.cùm hi.§.vlti.igitur oratio.ibi, in cauſa hoc erit requirendum,&c.Subdiſtinctio autem,quam facio,ſcilicet vtrum negotia concreta ſint,vel diſcreta, comprobatur,j.de reſcri.edoceri.ff.de nego.geſt,cùm actum. & de minoribus etiam.§.j.

IN futurum etiam arctat: nec trahitur ad præterita. j.eod.cognoſcentes. xxx. diſt. ante triennium.C. de leg.l. leges. ad quorum cõtrariorum ſolutionem, ſic diſtingue.Cùm quæritur,an cõſtitutio de nouo promulgata,trahatur ad præterita, diſtingue,vtrum iuri naturali,id eſt,diuino conſonet: & tunc ad præterita trahitur.infrà,de vſuris.cum tu.Vel iuri poſitiuo antiquo, per quod idẽ pręcipiebatur:& tunc ſi quærebatur de beneficiis percipiẽdis in prę iudicium illorum, quibus iam prouiſum eſt, non trahitur. j. cap. fina.Sed ſi quæritur de ordinibus percipiendis, tunc bene trahitur.infrà,de electio.cùm in cunctis.§. hoc ſanè. & de conſuetudi. c.ij.& de inſti.c.iij.§.j.& ij.Vel de nouo, omnino promulgetur,& tunc non trahitur, niſi de ipſis præteritis in conſtitutione ſpecialiter caueatur.infrà,eod.c.vlti.x. quæſtion. j.ſic quidã. C.de legi. leges.& de ſacroſanct.eccle.l.penul. & antepenul.j. tit. primo, ad audientiam.ij.

Quæ ſit pœna non obſeruantium.

Et certè ſi quis eas nõ habet,arguendus eſt de neglectu: qui habet, & non obſeruat,de temeritate corripiẽdus.xx.diſt.ſi decreta. quòd ſi correptus, in contemptum Romanæ eccleſię ſeruare noluerit, hæreticus eſt cenſendus.xx.diſtin.de libel.inſuper ſaluis aliis pœnis, quæ non obſeruantibus per ſingula iura ſingulariter imponuntur.Illud in ſumma not. eſt, quòd qui conſtitutionem concedere poteſt, poteſt & ipſam interpretari. j. de ſeque.poſ.c. j. j.de ſent.excom.c. inter alia. C.de legi.l.j.& l.fin. C.de lega.l.j.Item conſuetudo interpretatur conſtitutionem.ff.de legi.ſi interpretatione, & l. minimè.j.de

conſuetu. cùm dilectus. §. dictus. in fin. Itẽ interpretatur magiſter.C.de ꝓfeſ. l.j. lib.xj. Item interpretatur & iudex. ff. de legi. nam vt ait: Aliquando etiã minor interpretatur mandatũ maioris. infrà, de poſtulat. præla. c.j. §. nec valet. quæ autem interpretatio ſit generalis,&c.not. j.titu.j. §. & de ipſius interpretatione. Extra ſummam notandum, quòd iudices tenentur ſequi cõſtitutiones, nõ ſenſum propriũ.j. eod.ca.j.& c. ne innitaris. Et quòd nemo debet priuari iure ſuo, ſine culpa ſua.j. eod. cognoſcentes.Et quòd prohibito principali,prohibentur omnia ex eo deſcendentia.j.eod. nam cõcupiſcentiam.Et idem iuris eſt in vtroque connexorum. Et quòd eſt de ſi-
p milibus[p] ad ſimilia procedendum.j.eod. translato. & infrà tit.j. inter cæteras.

p De ſimilibus.] Adde Cardi.Zabarel. in ca. de mulcta. in §. hoc idem. in primo nota. de præben. Doc.in c. inter cæteras, de reſcri.& Bald. in l. conuenticulam.C.de epiſco.& cleri.

De Reſcriptis,& eorum interpretationibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Reſcriptum propriè quid dicatur.
2 Reſcriptum concedere poteſt,qui conſtitutionem facere poteſt.
3 Actores & rei reſcripta impetrare poſſunt.
4 Seruus reſcriptum impetrare poteſt.
5 Excommunicatus reſcriptum impetrare poteſt.
6 Reſcriptum contra pupillum impetrari poteſt.
7 Maior contra minorem reſcriptum impetrat.
8 Reſcriptum ſuper quibus impetratur.
9 Reſcriptum in cauſis quas uires habeat.
10 Reſcriptum præter ius,quàs impetrare poteſt, quod etiam ſoluat creditoribus,uſq; poſt quinquennium.
11 Reſcriptum contra ius diuinum an ualeat.
12 Vexationem ſuam an quis redimere poßit.
13 Priuilegium dicitur lex priuata.
14 Reſcriptum contra ius,an dicatur ſuſpectum.
15 Reſcriptum contra conſuetudinem impetratum,an ualeat.
16 Negligentia uel malitia ſi poßit imputari primo impetranti, ualet poſterius.
17 Reſcriptum continens indulgentiam, uel priuilegium, latiſsimè interpretatur.
18 Reſcriptum quam iuriſdictionem conferat.
19 Reſcriptum quam executionem conferat.
20 Reo citato inſtante,an cogatur actor intra certum tempus exprimere omnes quæſtiones,quas mouere intendit.
21 Impetrans contra rectorem alicuius eccleſiæ, ſi antequam citetur moriatur, nunquid ſucceſſor conuenietur.
22 Obiici quid poteſt contra impetrantes reſcripta.
23 Reſcriptum impetratum tacita ueritate,an ualeat.
24 Locus an ſit de ſubſtantia iudicij.
25 Beneficium ſufficiens quid appellatur.
26 Beneficium maius uni clerico an debeat aſsignari quàm alij.
27 Proceſſus authoritate literarum ſurreptitiarum habitus,an ualeat. & num...
28 Replicatio ante ſententiam omiſſa,ex probabili cauſa admittitur.
30 Exceptiones quæ fiunt in reſcriptis.
31 Perſonæ coniunctæ quæ dicantur.
32 Capitulum an dicatur procurator.
33 Pœna abutentium reſcriptis,quæ ſit.

IN ſuperiori titulo dictum eſt de Conſtitutionibus : ſed quia Reſcripta,quo ad illos, quibus & inter quos creduntur, vim conſtitutionum habent: quia ſecundum ipſa procedendum & iudicãdum eſt, infrà,eodem cap.ij.& c.cũ dilecta.& infrà,de appella.nouit.& not.infrà,de offi.dele.§.quod ſit eius officium. qui titulus huic affinis & cognatus eſt: præmiſſo tractatu de Conſtitutionibus, dicendum eſt de Reſcriptis, & ſic continuatur hæc rubrica,in qua videndum eſt, Quid dicatur reſcriptum. Quis poſſit reſcriptum concedere. Quis impetrare. Et contra quem. Et ſuper quibus. Quas vires habeat in cauſis. Quod cui præiudicet. Et de ipſius interpretatione. Quod iuriſdictionem cõferat. Quod executionem, Quod continet ius commune. Quod gratiam ſpecialem. Quæ poſſunt obiici cõtra reſcriptum. Quæ pœna malè interpretantium, vel abutentium.

1 Quid dicatur reſcriptum.

† quod ab Apoſtolico reſcribitur, ad con

a Papa in spiritualibus.] Adde cap. solitæ. de maio. & obe. & in ca. cùm ad verum. 96.di. cle.Romani. de iure-iuran. Cy.in l.1 C. de preci.impera. offerē.

b Hæreticus.] Adde Io. de Imo. in ca. quæ in ecclesiarū.de consti.

c Excōmunicatus.] Ad de Doc.in c.prudentiam. in §. sexta. de off.dele. Doc. in repe. c.intelleximus.de iudi.Doc.in c.1.de rescrip.lib.6.& per Fel. in c.fi. de except. ubi posuit plures ampliationes. Et an talis excommunicatus possit impetrare pro alio, vide per Rotam titu. de rescrip. decisione 9.in antiquioribus.

solationem:quale est illud, ij.q. v.consuluisti. infrà,de offi.dele.cōsuluit. vel ad relationem, infrà,de procur.in nostra.vel ad intimationē, infrà eod. ex parte.suprà. vel ad cōquestionē, infrà,de proc.querelam.vel ad supplicationē, infrà,de co.qui cog. consan.vxo.suæ Iordanç. Idem etiam,si proprio motu alicui, vel aliquibus corpori,vel collegio,vniuersitati,vel ciuitati,mandat aliquid, vel indulget, quod facit ius speciale in negotiis & in personis, in quibus & inter quas promulgatur. C.de legi.l.ij. infrà, de concess.præben.constitutus.

Quis possit rescriptum con

2 cedere. † Quicunque potest constitutionem facere. Quod dic, vt not.suprà,de cōsti.§.quis possit. sed hoc intelligas de illo qui habet iurisdictionem:nec enim quicunque potest constitutionem facere,habet iurisdictionē,vt patet in corporibus, & collegiis, & quibusdam aliis. Patet ergo, quòd Papa in spiritualibus,

2 a Imperator in temporalibus rescriptum concedere potest.Sed vicarius domini Papæ non potest ipsum cōcedere extra vrbem. infrà,de offi.vica.c.pe.quod intelligas de vrbe Romana. Quoties enim vrbem dicimus,& nomen non adiicimus, Romam significamus.Insti.de iure naturali.§.quod verò,& sequenti.sic infrà,de off.ord.graue.j.de voto.magnæ.respon.j.ad fi.& de capel. mon. c.ij.§.ad hoc.infrà,de pœni.significauit.videtur tamen, quòd intra centesimum lapidem, seu miliarium ipsum concedere posset. ar.ff.de off.præfec.vrb.l.j.§.in initio epistolæ.& breuiter,quicūq; delegare potest,& rescriptum cōcedere.quod dic,vt no. infrà, de off.deleg.§.delegare.

Quis impetrare. Tam actor quàm reus. †

3 infrà eo dem cęterum.& c.ad hoc.c.& cum contingat.& ca.olim.& c.capitulū.& c.vlt.vbi aut reus,&c.infrà,de fil.presby.ex tua.& de offi. vic.c.j.& de offi.dele.ex parte j. & ij.& c.ex literis. & de resti. spo. audita.& c.coquerente.de cleri.non resi.conquerēte.& de cri.fal. c.fi.puta impetrat Cistercien. Episcopus contra diœce. super ecclesia sancti Marci,& econuersò.hoc enim fieri potest, cum de limitibus quæstio fit.infrà,de proba. ex literis. & de relig. do. ca.j. sic fuit de facto, & in causa obtinuimus:dum Cistercien. ecclesiæ præessemus: nec nocuit nobis. c. proxi.alleg. Sed magis profuit nobis vita sancti, qui pro nobis faciebat,& sepulturæ lapidum inductæ. c. j. & infrà. de proba. cum causam. & quicunque non prohibetur, impetrare potest : quinimò etiam seruus

4 † impetrat. C. de preci. imper. offer. vniuersis. seruus etiam contra dominum audietur in casu, quem habes ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris.l.ij. Instit. de his qui sui vel alie. iu. sunt.§.

b dominorum.Prohibetur autem hæreticus, b C. de sum.tri.l.ij.&

5 de hoc infrà, de hære.§.qua pœna feriatur. † Item excommunica

c tus.c infrà eod.dilectus. & de proc.c.vlti. nisi de excōmunicatione sua,& causa eiusdem mentionem faciat:infrà eo.ab excommunicato. & de offi. dele. cum contingat.& de offi. ord. ex parte. & de sen.excom.cùm pro causa.& nisi in causa appellationis,vel ad defensionem suam,vbi quidem valet, ne innocēs condemnetur. infrà,de præsump.literas.& de exce.cum inter priorem.dilecti,dilectæ.significauerunt, venerabilem. hoc optimè dicit quoddam extrauagans, quod incipit, Ipso iure. quidam libri habent, quidam non.

Contra quem.

Contra quemlibet, etiam excommunicatum, ne de sua malitia glorietur. infrà, de iud. intelleximus : secus si non habeat personam standi in iudicio,non propter delictum,sed propter ætatis defectum: tunc enim tutor, vel curator conueniendus est. infrà, de app. ex parte M. dominæ. nisi in casibus qui not. infrà, de procu. §. qui

6 dare. ver. Item minor xxv ann. † Sed & contra pupillum impetrari potest: ex quo fari potest, quamuis libellus authoritate tutoris offerendus sit,iuxta distinctionem legis,ff. de admi. tu.leg. j. §. licentia. Ergo si fari non potest, contra tutorem impetrandum est: & idem videtur de furiosis, & mente captis, & prodigis:qui & si mentis suæ videantur ex sermonibus compotes : aliquoties tamen, nisi citò subueniatur, quo ad bona ipsorum pertinet, exitum faciunt furiosum. ff. de tu. & cu. da. ab his, qui in ea causa sunt, & de cur. furio. lege j. & ij. & legibus sequentibus. Vel dic, quòd non est facienda vis circa hoc in impetrationibus rescriptorum, licet sit in conuentione iudiciaria facienda : ergo contra quemlibet, dummodo sit de iurisdictione concedentis, aliàs non valeret.infrà, de officio vic. cap. penult. digestis de iurisdict.omnium iudicum.leg.fi.Nec requiritur æqualitas:imò impetrat minor contra maiorem. infrà, de fil. presbyt. veniens. & de offi.ord.ad reprimendam.Et par contra parem.infrà,de fo.

7 comp.sanè si Episcopi. † Sed & maior contra minorem. infrà, de elec.querelam. & c. cùm eccle.Vulterana. & de excess. præla. grauem. Quia æqualitas in iudiciis est seruanda : & sic iudicabitis maiorem,sicut minorem.infrà,de iudic.nouit.§.nunc igitur.ver. cæterum.infrà,de regula.ea quæ.§.j.& de accu. qualiter.j.in fi.iij. q.ix.cap.vltim.

8 Et super quibus.

† Super omnibus, de quibus litigium esse potest : ergò super corporalibus & incorporalibus. infrà, de elec. querelam. Super sacris & religiosis. infrà, de sepul. ex parte. & c. pe. & vlt. infrà, de pig. c. j. & ij. ad tuitionem tamen ipsorum, non impugnationem, sic solue contra. C. si contra ius vel vti. pub. l. fi. ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. si quis à principe. & §.merito. Quinimò, & super corporibus sanctorum impetrari potest. de conse.dist. j. corpora. Et super ecclesiis. infrà eo. c. ij. & inter cæteras. & c. olim. & super beneficiis. infrà eo. cùm adeò. & c. capitulum sanctæ crucis. & duobus c. sequentibus. & c. ex insinuatione, & sequentibus.

9 Quas uires habeat.

† In causis, vt hoc melius videas, scire debes, quòd rescriptorum aliud secundum ius, aliud præter ius : aliud contra ius, aliud secundum ius, quale est decretalis epistola, quod omnino vim constitutionis & authoritatem habet in causis diffinendis. xix. d. c. j. ij. & iij. xxix. dist. c. j. & ij. xxij. dis.omnes. Aliud præter ius : et hoc similiter vim constitutionis habet. vt proxi. dictis c. probatur. nam et vix ferendum iugum à sancta Romana sede imponitur : est tamen humilititer tolerandum. xix. dist. in memoriam. nisi reddatur ratio,quare non impleatur. infrà eo. si quando. et est ar. quòd de omnibus reddenda est ratio. contrà, ff. de legi.non omnium. Solutio. De omnibus quibus potest, reddi debet ratio. Sed quandoque non potest, quare non est reddenda, secundum T. et G. et B. si sic est quid contrarium. nam semper dicam aliud. vel speciale est, si rationem petas : dicam, non possum reddere : et per consequens, non teneor : igitur ne tanta sequatur absurditas, sic distingue. Si quæratur, an ratio reddi debeat, aut quæritur de secretis diuinis, et tunc non est respondendum : quia diuinum consiliū non est nimium altè sapienti corde diiudicandum. xxiij. q.iiij. Nabuchodonosor. & c. de tiris.de pœn. di. iiij. si ex bono. hæc enim sunt inscrutabilia & incomprehensibilia. ad quod facit quod not. s. de sum. tri. §. cur dicatur summa. Aut de factis, vel de verbis hominum, statutis : & tunc si quæratur de de his, quæ ex voluntate pendent, non est reddenda ratio, vt in contrario signato, non omnium : nisi quia ita voluit legislator. Insti. de iur. na. §. sed quod principi. & sequenti. exemplum, ff. de postul. l. j. §. initium. ibi, ratus est. q. d. voluit exemplum infrà, de sen. & re iud. cùm te. in fi. exemplum etiam in publicæ honestatis iustitia. infrà, de spon. iuuenis. & c. seq. de despon. impu. literas. & c. se.& in adoptione. infrà,de cond. leg.c. vnico. Modicam enim rationem possunt habere statuta hominum, contra id, quod concedunt statuta domini. arg.infrà, de testi. licet ex quadam. in fin. & patet in his quæ no. infrà, qui cleri. vel. vo. §. quis vouet. ver. ergo monacho. nisi ex magna & ardua causa fiant. Sed in talibus nihilominus potest princeps spiritualis de minima ratione magnam facere, ex quo placet, vt patet infrà, versic. aliud contra ius. & sequenti. & tamen scriptum est, quòd de omni verbo ocioso, licet voluntariè proferatur, quilibet redditurus est rationem : sed illud in alio foro. Si verò quæritur de his, quæ à naturali ratione, siue ingenio hominis dependent, ratio reddi potest, & debet. & sic intellige. infrà e. fi quando. xxxvj. dist. §. ecce. lxviij. dist. cor episcopi. xxiij. q. iij. si habes. exemplum de vtroque in vsucapione. nam si quæras, quare spacio triennij sit vsucapio limitata, non respon. quia bene potuit conditor legum statuere vnam diem plus, vel vnam diem minus. Sed ita placuit,& sic habet locum.ff.de legi. non omnium. Si verò quæras,quare res aliena vsucapiatur? respon.ne dominia rerum sint in incertum.ff. de vsucap.l.j. Non ergo recipias solutionem, speciale est : nisi reddatur specialitatis ratio. Simile infrà,de elec.licet.in fi.quia nisi reddatur. arg. à simili locum habet, infrà eo. inter cæteras. & de statu mona.super quodā. in fi.& de consan. & affin.tua.in fi. Sed et diuersitatis ratio reddēda est, alioquin solutio quę fit, aliud hic

et ibi aliud, non valebit. ſic ff. ad Velle. Senatuſcon. ſed et ſi ego. in fi. infrà, de elect. quod ſicut. §. ſuper eod. infrà, de his quæ fi. à prǽla. ſine conſen. cap. cùm Apoſtolica. §. authoritates.

10 POteſt autem quis impetrare præter ius, †vt nõ teneatur ſoluere creditoribus ſuis, vſq; ad quinquennium: dummodò idoneè caueat, quòd tunc ſoluat. C. de precibus imper. offer. l. quoties. & l. vniuerſa. Sed nunquid debitores ſui eodem iure vtentur contra eũ, Sic videtur. arg. s̃. titu. proxi. cùm omnes. §. cum igitur. ff. quod quiſq; iuris. l. j. & ij. hoc verum eſt, ſi ad petitionem ſuam hoc conceſſum fuerit. Secus, ſi proprio motu principis, ſicut fuit factum de attingentibus ſe crucis ſignaculo, in generali concilio Lugdunen. & habetur hæc diſtinct. ff. quod quiſque iuris. l. iij. Aliud contra ius: & hoc ſubdiſtinguitur: quia aut eſt contra ius diuinum, aut con-
21 tra ius poſitiuum: aut contra ius publicum, aut priuatum. † Si ſit contra ius diuinum, aut eſt deſtructiuum, aut modificatiuum: aut prouiſiuum, aut declaratiuum. Si ſit deſtructiuum, iuris Euangelici vel Apoſtolici, omnino reſpuitur. vt not. s̃. de conſti. §. quis poſit. quia non habet imperium par in parem, vt not. s̃. de conſtit. quãdo. §. conſtitutio. ver. ratio. multo minus minor in maiorem: vt not. ſuprà, de conſtitu. §. qualiter. Si modificatiuum, valet: vnde illud, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. ſic modificatur per ſummum pontificem, coniunxit. ſ. conſenſu animorum, & carnis commercio, aliàs ante carnis copulam, per religionis introitum, ſeparantur. infrà, de conuer. coniu. verum. & c. ex publico. infrà, de ſpon. commiſſum. non ſic, ſi caſtitatem vouerit, et vellet in domo propria remanere. infrà, de conuer. coniu. ex parte tua. §. vlti. Item modificatur et aliter illud verbum, Quos Deus coniunxit, &c. non ſeparet. ſ. violenter ſine lege, abſque ra-
a tione. ſic modificatur per Iſidorum, xxxij. q. v. quos Deus. [a] et vide ſuper hoc quod not. infrà, de transla. Epiſcopi. §. cuius authoritate. verſi. ſpirituale verò matrimonium. Sic modificatur dictum Apoſtoli, Oportet ordinandum eſſe vnius vxoris virum. xxvj. di. §. i. et c. j. ſi ad ſacros ordines. infrà, de biga. ſuper eo. quod dic, vt not. infrà, de biga. §. qualiter bigamus. et §. & an cum bigamo. Item Apoſtolus dicit, Oportet ordinandum ſine crimine eſſe. xxv. di. §. nunc autem. Sed hoc modificatur per ſummos pontifices, qui ſtatuerunt etiam per epiſcopos, & in crimine
b adulterij [b] & minoribus, adulterio diſpenſari poſſe. infrà, de iud. at ſi clerici. poteſt tamen dici, quòd hæc non ſunt contra Apoſtolum: quia Apoſtolus non prohibuit diſpenſari: vel dic, quòd Papa
c maior eſt Paulo [c] in adminiſtratione. xx. di. §. j. nam Papa eſt loco
d Petri. xxiiij. q. j. quoniam vetus. & ſic eſt vicarius Ieſu Chriſti. [d] infrà, de translatio. Epiſcopi. c. j. ij. & iij. Petrus enim in adminiſtratione maior fuit Paulo. ij. q. vij. puto. xxj. di. in nouo. Item ſecundum legem diuinam, filij duorum fratrum, & multæ aliæ perſonæ legitimè coniunguntur, quæ per legem canonicam prohibentur: vt apparet in his quæ not. infrà, qui filij ſint legi. §. qualiter, & à quo. ver. ſi Papa. & ſuprà eo. §. reſpon. j. ver. aut de factis. Si prouiſiuum, valet: vnde & contra mandatum de dãdis decimis, quod habetur xvj. q. j. reuertimini, prouidet dominus Papa aliquibus immunitatem præſtando. infrà, de deci. ex parte. Item, quòd amicabilis compoſitio admittatur, infrà, de tranſact. ſtatuimus. & c. de cætero. infrà, de confir. vti. c. pe. infrà. de decimis. ſuggeſtum. & c. ex multiplici. Circa ſtatutum etiam veteris Teſtamenti, de non dandis temporalibus pro ſpiritualibus prouidetur: quia ex prouiſione ſuperioris poteſt fieri. infrà, de pact. c. cum pridem. & de præben. niſi eſſent. quaſi ſuperioris authoritas vitium purget. ar. ff. de his qui not. infa. l. furti accipe. §. quod iuſſu. infrà, de tranſact. ſtatuimus. et c. veniens. ſicvt et authoritas principis minus ſolenne teſtamentum reddit ſtabile. C. de teſta. omnium. et authoritas legis facit ex nudo pacto actionem dari. ff. de pact. l. legitima. quæ mutat ſubſtantialia. C. communia, de legatis. l. ij. de rei
12 vxo. act. l. vnica. reſpon. j. † Item, quòd quis poſſit redimere vexationem ſuam. infrà. de ſimo. Matthæus. Si declaratiuum, valet:
e vnde & illud verbum Domini, In ore duorum, [e] &c. quod habes ij. q. iiij. in princ. infrà, de teſti. relatum. et ponitur negatiuè, id eſt, non pauciorum. infrà, de teſti. licet vniuerſi. ſic et exponitur illud verbum, Vnius vxoris virum: id eſt, non plurium. xxvj. diſt. c. j. et §. j. Si verò contra ius poſitiuum, abijciendum eſt. xxv. q. ij. reſcripta. C. de preci. impe. offeren. reſcripta. nec enim ratione reſcri. recedendum eſt à iure communi, vt infrà eo. cauſam quæ. niſi expreſſum contineatur in reſcripto, non obſtante tali iure, ar. ff. de leg. iij. ſi quis. in princ. infrà, de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. intentionis arg. infrà, de elect. eccleſia. §. denique. ſecundum T. & G. & B.

Summa Hoſtien.

13 SEd poteſt diſtingui, vtrum reſcriptum ſit gratioſum, & tũc valet: infrà, de priuile. per totum. quia priuilegiũ † priuata lex eſt. diſt. iij. priuilegia. C. de inoffic. teſt. l. ſi. quaſi in medio. l. ibi. Sed quibuſdam perſonis hæc priuilegia loco, &c. et ideo ſemper contra ius. infrà, de verb. ſig. abbate. §. contra quod. Vnde cùm priuilegiũ aliquid operari debeat. C. de theſau. l. vnica. li. x. ad muni. l. j. in fi. infrà, de priui. ex ore. et in c. in his. ff. de le. j. ſi quãdo. Si hodie concederetur alicui, quòd in qualibet cauſa poſſet liberè appellare, vt infrà eod. c. j. fortè poſſet tertiò, etiam contra iura appellare. infrà, de app. ſua nobis. & C. ne liceat in vna eademq; cauſa, &c. in rubro et in nigro, et ſine ſcriptis & ex interuallo, contra l. ff. de app. l. j. in fi. & l. ſeq. ij. q. vj. propter ſuperfluam. & ca. poſt appellationem. et §. huiuſmodi. Quinimò, etiamſi non grauaretur contra illud, infrà eo. edoceri. & de app. vt debitus. vt ſic papa videatur ipſum quaſi exemiſſe. et hoc ſatis denotat mens verborum, Liberè, et prorupit, poſitorum. infrà eod. c. j. nec ob. quòd opponi e conſueuit, quia nõ eſt veriſimile, principem, qui iura tuetur, & c. nec enim propter hoc peruertuntur vel deſtruũtur iura, quòd huic ſeruatur priuilegium ſuum. infrà, de priui. di lecti. & c. in his. quia ad alios non extenderetur. & infrà, de conceſſ. præben. conſtitutus. imò in alijs non priuilegiatis ſeruabitur ius commune. nec ob. C. de inoffic. teſt. ſi quando. quia ibi commiſerat: quare factus erat inteſtabilis. et ideo ſufficere debet ei, quòd reſtituitur ius commune. Sed hoc non intelligo, quòd deliquerit: nec pono, quãuis quidam hoc modo, & multis alijs intellexerunt. infrà eod. c. j. Sed intellige, vt prædixi. Vel contentioſum, & tunc aut certum eſt, quòd à papa emanauit, aut dubitatur. Si certum ſit, quòd à papa emanauerit, ſequendum eſt, quòd videtur primum ius reuocare. arg. C. de teſta. omnium. Si dubium, conſulendus eſt princeps. infrà, de offi. delega. ſanè. & de fide inſtru. paſtoralis. & ſecundum glo. poteſt poni exemplum de dubio. infrà, de conceſſ. præben. dilectus. de qua, an per poſteriorem. infrà, de elec. ne prò defectu reuocetur, poteſt probabiliter dubitari. Sed certè de hoc, nec nos nec Põponius, id eſt, ſanè intelligens, dubitamus. ff. de tribu. act. procu-
14 ratoris. j. reſpon. † Prima tamen facie, reſcriptum contra ius ſuſpectum eſt. & infrà eo. c. ij. & c. cauſam quæ. & ideo ſecũda iuſsio expectabitur, quæ ſufficiet ſine alia mentione. in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc verò iubemus. col. ix. & de man. princ. §. deinde. col. iij. Sed ſunt caſus, in quibus nõ valet, niſi fiat mentio de iure communi, contra quod impetratur. infrà eo. nõnulli. & de æta. & qua. eam te. & de cle. non reſi. cùm dilectus. & c. cùm ad hoc. quod ſpecialiter intelligi poteſt, quando impetratur contra concilium generale. infrà eod. nonnulli. vel Lateranen. infrà de capel. mo. c. pen. et vlt. et idem dico, de quolibet iure, in quo ſpecialiter hoc caetur. Idem quando iuris ordo peruertitur. infrà eo. cauſam quæ. & quando manifeſtam iniquitatem continet. infrà eod. c. ij. Dicit tamen lex, quòd ſi aliquod reſcriptum contra ius prætendatur, eſt à tenendis manibus euellendũ. C. de ſacrificijs paganorum. l. iij. Sed loquitur, quando ius publicum offenditur. ſic ff. ne quid in lo
15 co publ. ſi. l. ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. † Sed & ſi reſcriptum contra conſuetudinem impetretur, prævalet conſuetudo. ſi ſit laudabilis. infrà de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. cùm veniſſent. §. vlt. nam & talis conſuetudo, iure poſitiuo prǽiudicat, infrà, de conſue. c. vlt. Si contra ius publicum, ſcilicet fiſcale, vel publicam vtilitatem continens, reſpuitur. C. de preci. impera. offe. nec damnoſam, & dixit ſuprà verſi. dicit tamen lex, ſed ſecundæ iuſsioni eius parendum. vt no. ſuprà verſi. prima tamen facie. Si contra ius priuatũ, puta, mandatur, quòd omiſsis dilatorijs procedatur in principali, vel differatur, valet vt no. ſuprà, §. quas vires. ver. poteſt, nõ modica damna tolerantur, vt xij. q. ij. terrulas. & c. ſi quos de ſeruis. & c. bonæ rei. infrà, de his quæ fi. à præla. paſtoralis. nec pro modico datur reſtitutio: ff. de in integ. reſtit. ſcio. & modica deceptio toleratur. vt ff. de min. in cauſæ. j. §. idem Pomponius. magna reſcinditur. C. de reſcin. ven. l. ij. Cæterùm, reſcriptũ enormem læſionem inducens, vel ius alterius in totum abſorbens, non valet. C. ſi cõtra ius vel vti. publ. quoties. l. reſcripta. ad hoc. j. de do. Apo

a Quos Deus coniunxit] Adde tex. in c. ſunt qui dicunt. 27. q. 2. ca. ad limina beati Petri. 30. q. 1. capi. Ebron. 13. q. 2. & ſunt verba originalia. Mat. 19.

b In crimine adulterij.] Adde Spe. in ti. de leg. 1. §. 1. ver. nunc de Epiſcoporum. Et an poſſit diſpenſari cum adultero, & inceſtuoſo ſimul, vide per Spec. & Ioan. An. ibi, in addi. in tit. qui fil. ſint le. Ioan de Imol. in l. ſi ita. ff. de li. & poſthum. & Raph. Cu. in l. 2. ff. de verb. oblig.

c Maior eſt Paulo.] Adde Inn. in c. ſuper eo. de big.

d Vicarius Ieſu Chriſti.] Adde tex. in c. ego Ludouicus 63. diſt. c. non quales. 1. q. 1. cle. 1. de iureiur. & in clem. paſtoralis. in §. nos eam ex ſuperioritate. de re iudic.

e In ore duorum.] Adde c. ab iſto die. 35. q. 6. c. licet. de teſt. c. relatũ. el 1. & c. cùm eſſes. de teſtam. & ſunt verba originalia Deuteron. 19. 2. ad Corinthios 13. & Matth. 18.

a Specialis deroget. JAd de regulã, Generi per speciẽ, de reg.iur.li.vj. & in l. sanctio legum. ff.de pœn.

stolicæ, j. de deci. suggestum. infrà, de verb. sig.quid personale.ff. ne quid in flu. pu.l.j.§. sunt qui putant.eo saluo, quòd propter delictum omnia bona aliquoties auferuntur.C. de bonis dam.per totũ. infrà, ne cle.vel mo. relatum. infrà, de Judæ. ad liberandam. infrà, de hæreticis. vergentis. aliàs non est verisimile, quòd princeps indulgeat improbam actionem.C.de peti.bo.sub.l. j.lib.x.ff.de mino.denique. in prin. Vbicunque enim denegatur petitio,& rescriptum. C.si nuptiæ ex rescripto pen.l.ij. & arg. infrà eo.super literis.in fin. nisi fortè aliquid sit, quod prosit impetranti,& nulli obsit. xxv. q.ij. rescripta contra ius.ff.de senato.nuptiæ.arg.ff. de rei ven. in fundo. & vide quod no.suprà de constit.quando constitutio.ver. iij. vel nisi fortè princeps alicui sine exemplo subueniat. Inst. de iure na. §. sed & quod principi. et sc. vij. q. j. petisti.in fi.infrà,de concess. præben. constitutus.

Quot cui præiudicet. Vt de hoc articulo plenã habeas notitiam, sic distingue. Cùm secunda scriptura contra primam impetratur, aut vtraque est priuilegium, aut vtraque est rescriptum. Aut vna priuilegium, & alia rescriptũ. Aut vna est specialis,& alia generalis. Item, aut vtraque specialis,aut vtraq; generalis. Si vtraq; scriptura sit priuilegium, dicunt quidam indistinctè, quòd nunquam priori præiudicatur, nisi posterior de ipsa fecerit mentionem, per iura signata. infrà ver.sed si vtraq; sit generalis. Mihi tamen videtur, quòd

a specialis deroget [a] generali, siue sit specialis posterior, vt infrà eo.c.j. ibi enim dico, secundam scripturam, ratione clausulæ priuilegiatæ.scilicet, remota appellatione. ibi appositæ,instar priuilegij obtinere,quamuis alij non faciant vim,& arg.infrà,de for.comp.dilecti.siue sit prior.arg.infrà,de deci.ex multiplici.in toto enim iure generi per speciem derogatur, vt ff.de regulis iuris.in toto.xxv. q.j.§.j.ver.oportet. Quid enim,si alicui abbati detur priuilegium generale, vt percipiat vniuersas decimas alicuius parochiæ,& ab omnibus exigat,& in proprios vsus conuertat:demùm aliquis de parochia ipsa impetrat immunitatem, non facta mentione priuilegij.arg.quod valet.infrà, de deci.à nobis.Item pone,quòd Carnoten. gaudent priuilegio , quòd sententiæ interdicti latæ pro ipsis,firmiter obseruentur.infrà,de verb.sign.ex parte.& c.se. nunquid, si quis specialiter impetret,quòd sibi liceat semel in anno celebrare in ecclesia Carnoten. non obstante generali interdicto, valebit hoc speciale priuilegium , quamuis de primo generali non faciat mentionem. arg. quòd sic.infrà, de priui. cùm & plantare.§.quòd si templarij.& c.vt priuilegia.§.vlt. Dicendum est igitur, quòd aliquantulum per speciale detrahatur generali : & si de ipso non facit mentionem : non tamen dico , quòd in totum absorbeat, arg.infrà,de priuileg.in his.& de censi.quanto.& de deci. ad audientiam.& c.suggestum. Quid igitur , si per speciale nimis lædi cõtingeret generale? dicas quòd non valet , non tam illa ratione, quia mentionem non facit, quàm considerata intentione principis.C.de emancipat.nec auus.& not.suprà eo.§.quas vires.sub §.fi. versi. si contra ius priuatum. Sed si vtraque sit generalis , vel vtraque specialis , non valebit posterior , nisi de prima fecerit mentionem : nec detrahet priori in totum , vel in partem,sic intellige iura quæ alij indistinctè inducunt. infrà, de præscript.veniens.xxv.q.ij.institutionis.& c.præceden. & per totum. Sed & hoc subdistinguo : quia refert, vtrum vtraque sit in corpore iuris clausa, & tunc posterior priorem corrigit,vel determinat. exemplum infrà,de deci.ex parte.& c. nuper. & vide quod no.suprà de consti. C. qualiter constitutionibus derogetur. vel vna sit in corpore iuris clausa , altera non. & tunc semper in corpore iuris clausa præiudicabitur, & ipsa non præiudicabit. & est ratio,vt not.suprà eod. §. quas vires.ver. aliud contra ius , sub distinctione,quæ incipit,rescriptum.versi.si certum sit.Ideo non requiritur, quando impetratur contra priuilegium Cistercien. quod habet de non dandis decimis in corpore iuris clausum.infrà , de deci. ex parte.quod de ipso priuilegio fiat mentio : sed sufficit,quòd ordo exprimatur. infrà eod. cùm ordinem. Sed alij illud c. intelligunt contra textum.& hoc locum habet , saluo eo , quod not.suprà eo. sub §. potest distingui. sub distinctione, vtrum rescriptum . versic.sed sunt casus. Vbi verò prima , priuilegium est etiam generarale , non in corpore iuris clausum, & secunda , rescriptum etiam. speciale , nunquam derogatur priori , nisi de ipsa fecerit mentionem,vt infrà eod.constitutus.& de cler.non resi.dilectus.& c.cùm ad hoc.nisi ratione alicuius clausulæ,ad instar priuilegij obtinentis , maximè si priuilegium ex natura sui fuerit odiosum , sic potest intelligi. infrà eod. c. j. quia per illud priuilegium lites laxantur, quæ restringendæ sunt.infrà eod.nonnulli.§.cùm autem, & ideo dixerunt quidam , quòd illud priuilegium nihil operabatur , tu dic, vt not. suprà eod. sub §.sed potest distingui , in distin. vtrum rescriptum. Item præiudicat , quando priuilegium est abominabile.argum.infrà,de fil.presbyter.ex tua.et de deci.tua.& infrà eod.c.ex parte sequen. in secunda col. priuilegium enim de facili in hoc casu ad ius commune reuertitur,sicut & quælibet res ad naturam suam. ff.de pact. si vnus. §.pactus.versi.quod si non tolleretur.infrà,de offic.delega.super quæstionum.§.si verò duo.infrà, de censi.cùm venerabilis. circa medium. ibi,cùm non intelligatur de nouo imponi , &c. multo minus derogabit generale rescriptũ priuilegio generali, vel speciali , nisi de ipso fecerit mentionem. Vbi autem priuilegium posterius est , & rescriptum primum in impetratione & citatione , nunquam rescripto derogat, nisi de ipso , & actis occasione eiusdem habitis fecerit mentionem. infrà, vt lite pend. dilectus. & de testi.cùm causam, quæ vertitur inter vos. §. j. & de priuileg.c. penul. Quid si citatio rescripti non præcesit priuilegium impetratum? Sufficit quòd in prima citatione allegetur. argum.infrà eodem. olim.ff. de iudic.si quis ex aliena. infrà, de fil.presbyter.ex tua. infrà, de offic.deleg. gratum.& c.relatum.& cap.licet.de offic.delega.cap.vlti.§.vnico. & de in integ.resti.cùm venissent. §. vlti.infrà, de aliena.iudi.mutan.causa facta.c. j. & intra cõpetentem terminum ostendatur.infrà , de fide instrum.ex literis.& de priuilegijs. cùm olim essemus. & hoc intelligas , nisi priuilegiatus missiset in fraudem , ad sedem Apost. ex quo sciuit rescriptum contra se impetratum, vt infrà eo. constitutus.& de ap.suggestum. & cap.meminimus.Si verò vtraque sit rescriptum, sed vna generalis,& alia specialis,semper generali derogabitur, quamuis prior per specialem, licet posteriorem: nec requiritur, quòd de ipsa aliquam faciat mentionem. infrà eodem.pastoralis.§.quoniã.infrà,de offic.delegat.studuisti. Vtrum autem prior sit generalis , non inspicitur in scientia, seu ignorantia nostra , sed potius natura naturans , apud quam omnia certa sunt, vt ff. de iudicijs.sed & si restituatur.§.vlt. quamuis ibi econuersò seruetur : & ideo prima specialis,licet confusa & incerta, per posteriorem specialem,quamuis determinatam & certam,reuocabitur.infrà,de offic.delega. ex parte. ibi enim prima scripta nõ respicit,nisi vnum Archidiaconatum. Sed incertum est nobis quem respicit,antequam vacet, & sic res, siue commissio vnica est,& certa,licet executio sit incerta.ff.de verb.oblig. vbi autem non appareret.§.illud,aut illud.Item,quòd authoritate generalis rescripti,legitimè factum est, non retractatur per posterius speciale. infrà, de fil.presbyte. ex tua. multominus, si factum sit authoritate specialis,certi & indubitati. infrà,de resti.spo.audita.secus,si iniustè processum fuerit. infrà eod.causam quæ. ibi minus quàm, &c. Iniustè dico, etiam quò ad opinionem ordinarij , in casu quem habes infrà eod. cum contingat.§.j.vel dic, quòd ibi rescriptum,cuius authoritate denunciatio facta fuerat , incertum erat & dubitatum, & de futuro pendebat.fi.no.infrà eod.sub.§.se.ver.nõ solum hoc. Sed nec primum speciale per secũdum generale retractabitur. infrà eod. abbate.Potest & illud dici, quòd vbi vtrunq; speciale est, quamuis incertum,sicut dixi,suprà ver.vtrunque. Quid si voluas casum, et dicas,quòd abbas primò recepit mandatum episcopi,secundò mandatum papæ: primò tamen in data puto, quòd secundò receptum,præiudicabit primo. Sed contrà videtur, infrà,de offic.deleg.ex parte.j. Sol.ibi impetratur super eodem, scilicet super archidiaconatu primo vacante,& ideo nõ potest dici,quòd vtrunque rescriptum teneat , quia ambo insolidum ipsum habere non possunt.ff.commo.si vt certo loco.§.si duobus.nec inter eos diuidi potest.infrà,de præb.maioribus.& hoc verò non super eodem, sed super diuersis impetratur:quia rescriptum abbatis solum monasterium respicit:rescriptum verò episcopi respicit ipsum monasterium:sed non solum,imò & omnia beneficia ipsius diœcesis: & isto etiam respectu potest dici rescriptum abbatis speciale, & ideo rescripto episcopi generali derogat,vt no.suprà ver. si verò vtraq; sit rescriptum : non tamen abrogat. dico enim vtrunq; valere, vt vtraq; beneficietur.arg.infrà,de dona.cũ dilectus.in fi.& de verb. sign.olim.et c.abbate.ff.de consti.princ.beneficia. Quòd ergo dicit in cap.abbate recepto.subaudi maximè,vt probaui:nam in beneficijs potior est primò impetrãs. nec obstat infrà eo.capitulum. responde enim,vt not.infrà eodem,sub §.seq.ver.si malitia.Quid si abbas iam prouiderat ad mandatum episcopi, antequam mandatum papæ reciperetur , & certè quod legitimè factum est, stabile perseuerat. infrà eodem , causam quæ.et de restit. spoli. audita. infrà , de fil. presbyt. ex tua. contrà, quia papa non scripsisset taliter , si memor fuisset. infrà , de offic. delega. ex parte. infrà, semper enim defert illis , pro quibus primò scribit. infrà , eodem litteris, mandatum, abbatem, et ibi , vbi pro alio scriptum non esset,&

ſet, & ſecundum ſtylum curiæ. ſic ponitur tota die in litera, non obſtante, ſi pro aliis vobis ſcripſimus, quibus volumus præiudicium generari. Vnde nota, non dicit, Nõ obſtat, ſi pro alijs ſcripta noſtra recepiſtis: ſed, Si pro alijs vobis ſcripſimus. Solu. Si primò impetrans negligens fuit, & permittit ſecundum impetrantẽ ſciẽter ius ſuum proſequi, ſibi præiudicabit etiam citra annum. argument. infrà eo. mandatum. ibi, proſequatur. infrà, de ſent. & re iudi. quãuis regulariter. ſed ſi nihil poteſt imputari, ſemper potior eſt iure prior tempore. infrà, de præben. venerabilis. & de conceſ. præben. propoſuit. vnde ſi quid eſt, quod poſsit imputari illi qui ad abbatem impetrauit, & de ſe queratur: alioquin principẽ conſulat in quæſtione propoſita, qui, ſicut ſibi videbitur, mandabit primo vel ſecundo per epiſcopum prouideri, ne videatur fruſtratorie impetraſſe.

VBi autem vtraque eſt generalis, vel vtraque ſpecialis, ſubdiſtinguitur: ad cuius ſubdiſt. euidentiam, ſic diſtingue. Si de reuocatione reſcriptorum quęratur, & vnicum tantùm impetratum fuerit, non habet locum quæſtio, quia perpetuũ eſt. C. eodem. falſo. durat vſq; ad xxx annos. C. de conſtitu. pec. l. ij. poſt princip. & ibi, neque ſit in quocunq; caſu annalis, &c. niſi impetrans præuenia tur coram ordinario, antequam reſcriptum iudici delegato fuerit aſsignatum. ſic intellige, infrà de appel. vt debitus præuenitur: ergo delegata iuriſdictio per ordinariam: nam & ordinaria præueniri poteſt per delegatam, ſi aſsignatio reſcripti præcedat, vt ibi: & per aliam ordinariam. infrà, de foro competenti. propoſuiſti. Et nunquid delegata per delegatam præuenitur? Dicunt quidam, quòd ſic: & ita intelligunt, vt debitus. nos contrà, ne locus ſit figmentis, ſicvt patet infrà, de appella. ſuggeſtum. & argumen. infrà eodem. nonnulli. §. j. Si quæratur, quare præuenitur delegata per ordinariam? reſponde: quia licet omnis poteſtas à domino Deo ſit, tamen quodam particulari iure, iuriſdictio ordinaria à Deo eſt, & naturalis, & ſacris vallata canonibus: & ideo fauorabilior & firmior: vnde pro ipſa, & contra delegatam interpretamur. infrà eodem. ad hoc ſumus. & cap. fina. verſic. aut literas. infrà, de maio. & obedien. per tuas. xj. quæſtio. j. peruenit. ad fin. xxv. q. ij. c. j. ij. & iij. per totum. delegata verò ab homine, eſt accidentalis, & extraordinaria: & ideo per ordinarium de facili rumpitur, & etiam præuenitur. ad hoc ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdict. l. j. §. qui mandatum. infrà, de offic. delega. cùm olim. ij. j. de tranſact. decæterò. iij. quæſtio. iij. §. ei autem. quia & de facili redit res ad naturam ſuam, vt not. ſuprà eodem verſicu. Item præiudicat, vt priuilegium. Si verò duo reſcripta impetrantur, aut ab eadem parte, aut à diuerſis. Item, aut contra eundem, aut contra diuerſos. Item aut ſuper eiſdem, aut ſuper diuerſis. Item, aut ad eoſdem iudices, aut ad diuerſos. Item, aut eadem eſt forma, & data, aut diuerſa. Si quidem idem contra eundem ſuper eodem, & ad eoſdem iudices impetrantur plura reſcripta, eiuſdem tenoris, & eiuſdem datæ, vtrunque valet: ſicut etiam Romana curia de conſuetudine ſeruat, quæ frequenter duplicat, maximè ſi impetrans debeat transfretare. ſic nec nocet habere plura teſtamenta eiuſdem tenoris: imò prodeſt, propter pericula imminentia: ff. de teſtamentis. vnum teſtamentum. & de his quę in teſtamen. delen. l. fin. & de bono. poſſeſ. ſecundum tabulas. l. j. §. ſi quis in duobus inſtitu. de teſtamentis. §. penul. & pro eod. facto, ſcribitur iudicibus ſemel & ſecundo. infrà eodem, olim. Si verò tenor contrarius eſt, ſibi imputet, qui vtroque vſus eſt: quia neutrum valebat. argument. C. de fide inſtru. ſcripturæ. infrà, de fide inſtrum. imputari. infrà, de appella. ſolicitudinem. ad finem. ff. de reg. iur. vbi repugnantia. & quando appella. ſit. l. ij. j. reſpon. ad finem. Sed & ſi ſint eiuſdem tenoris, & diſcordant in data. diſ. vtrum ſecundum faciat mentionem de primo: ſic diſtinguam in inferioribus: ego enim hìc facio vim propter lites, poſt datas primi reſcripti exortas, ad quas ſi de ipſis velit agere, primum reſcriptum non extenditur, quamvis ſecundum extenderetur, ſi ipſum diceremus valere. argumen. infrà eodem. ad hoc ſumus. & cap. fina. verſicu. aut literas. ff. de iudic. non videtur. & l. non quemadmodum. Quid ſi idem contra eundem, & ſuper eodem ad diuerſos iudices impetrauerit. diſtin. vtrum in fraudem fiat. & tunc non valet. infrà eodem, ex tenore. quia præſumitur, quando vtroque vtitur: infrà eodem. cap. vlti. ibi, ſeu quenquam. etc. & argumen. C. de aſſertio. tol. l. j. §. vltim. vel bona fide. vt ſi inueniat vnum mortuum, coram alio agat. & tunc vterque valet: quia nec nocet plura habere teſtamenta, vt not. ſuprà eodem. verſicu. ſi quidem. ſecundum T. Ioann. B. & G. dico contrà:

nec dico, quòd ſint eiuſdem tenoris, ex quo diuerſi ſunt iudices: quia mutato iudice, mutatur iudicium. ff. iudica. ſolui. cùm apud Sempronium. C. de iudic. properandum. §. ſi verò in medio triennij. Poſſunt ergo dici diuerſa reſcripta, ſiue etiam contraria, ratione diuerſarum opinionum: quia diuerſi diuerſa ſentiunt. infrà eodem, ſuper literis. & hoc notat mens literæ, infrà, de offic. delega. cap. ij. ad finem. ſicut mutato hærede, teſtamentum aliud dicitur. ff. de hæred. inſtitu. l. fina. valet tamen poſterius, ſi legitimè factum ſit. infrà, de cele. miſ. cùm Marthæ. §. cæterùm. C. de ſacroſanct. eccle. l. j. xiij. quæſtio. ij. vltima voluntas. §. ſed aliud. Vnde dico, quòd qualitercunque conſtet, quòd duo reſcripta ad diuerſos iudices impetrauit, à iure præſumitur fraus, ex quo non fecit in vno, de reliquo mentionem, & ſic debet carere commodo vtriuſque. infrà eodem, ex tenore. ibi, nos attendentes, &c. no. quòd dicit Impetrantis, non dicit, Vtentis: & ſic apparet, quòd ex ſola impetratione voluit notare fraudem, nedum ex vſu. infrà eodẽ. cap. fina. ibi, ſeu quenquam. vbi dicit, Trahunt, quia illud reſpicit hoc, quod dixerat pluribus perſonalibus. & debes ſubaudire, eodem tempore, aliàs ad illum articulum non habet locum pœna, quia ſi finita vna cauſa, vult mouere aliam coram alio iudice, bene poteſt, in alio autem caſu, eo ſolo, quòd impetrat, puniendus eſt: non dico in expenſis, quouſque traxerit, ſed in amiſsione reſcriptorum, quibus voluit abuti. xj. q. iij. priuilegium. infrà, de vſuris. quia fruſtrà. argumen. infrà eod. cæterùm. in fin. delegans enim nunquam concederet, quin faceret de vno, in reliquo mentionem. infrà eodem, ex tenore. & de appellat. ſignificauit. ergo eadem ratio debet mouere & delegatum. infrà eodẽ. ſuper literis. in fin. & ſi præter conſcientiam ſuam emanauerit, non valet. infrà eodem, cùm dilecta. quia ei exprimendum eſt, & ipſe apponet conſilium, ſi videat iuſtam cauſam, quare concedi debeat. ſi igitur hoc taceat, non iuuabitur: nam ex ſola impetratione punitur malè impetrans. infrà eodem. ne ſedes. & c. nulli. in fi. & hoc caſu cõprobatur iſtud hodie expreſſum, in aut. d. n. extrà eod. diſpendia. Sed ſi extraiudiciũ nõ opponeret, nec in iudicio proderit, ſi naſcitur: nõ tñ propter hoc deficit ius, ſed probatio, vt dicã infrà, verſ. idẽ intelligo. & infrà, §. quę poſſunt obiici. verſ. ita ſimplex ſum. & fortè hanc rationem conſiderauit Gre. ſcilicet facilitatem probationis, quando dixit, Trahunt, ſi dicas, quòd reſpiciat hoc quod dixerat, vno. Nec dicat quis, quòd hoc fecerit bona fide, vt no. ſuprà verſi. quòd ſi idem. quia ſi timet de morte, recurrere debet ad ordinaria auxilia, quæ ſibi à iure cõcedũtur, ſcilicet, vt non exprimat proprium nomen, ſed dignitatis tantùm, & ſic ſucceſſor cognoſcet. infrà, de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. & c. quoniam abbas. ſed quòd dicit in illo c. quoniam abbas. mandato recepto, maximè, ſubaudi. & vide quod not. infrà eod. tit. §. quod gratiam. ver. quid ſi impetro contra rectorem. Vel eligat plures iudices, et faciat apponi clauſulam, Quòd ſi
a non omnes, [a] vel, quòd ſi non ambo. infrà eod. ſciſcitatus. & de offic. dele. prudentia. & c. vno delegatorum. Vel procuret, quòd vnum faciat mentionem de reliquo, ne aliqua fraus præſumatur, vt dixi. Sic patet, quòd non eſt recurrendum ad extraordinarium auxilium, machinationis incitamentum, omiſſo ordinario, in quo nulla fraus, nulla malitia poteſt excogitari. arg. ff. de minor. in cauſæ. ij. xxxij. q. j. dixit dominus. Infti. vi bono. rapto. §. ſed nedum talia. infrà eod. nonnulli. & de ele. Oſius. & de accuſa. qualiter. j. C. de indic. vidui. tollen. l. ij. in authen. de executoribus. in princ. & in fi. col. vij. Sic non diuidetur continentia iudicij, nec diuiſio approbatur, nec via fraudi, meo iudicio, relinquetur. arg. C. de iudi. l. nulli. infrà, de ſequeſt. poſſ. c. j. Quando autem impetrat idem cõtra eundem, ſuper diuerſis, & ad eoſdem commendandus eſt. ff. de iniuriis. prætor edixit. §. ſi mihi plures. Idem eſt, ſi contra diuerſos, dummodò neuter trahatur
b vltra duas diætas. [b] imò & hoc neceſſe habet facere, ſi ſuper eodem connexo impetretur, etiam diuerſi impetrent, ad hoc. ff. ex quibus rebus ad eun. iudi. eatur. & l. j. & ij. de lib. cauſ. cognitio. §. ſi. & l. ſeq. & iudic. ſòl. iam tamen. §. in hac. de hoc nota. ff. de procu. l. omnium. infrà, de app. vna. Sed hodie, ſi plures perſonales contrà eundem mouentur, neceſſe eſt, quòd vnus tantùm iudex impetretur, alioquin caret omni commodo literarum impetrans, & in expenſis condemnatur: quam pœnam etiam reus patitur, ſi eodem durante iudicio, actorem alibi traxerit, cùm coram eodem vel eiſdem iudicibus reconuenire, vel ad eoſdem poſsit literas impetrare, vt in authen. d. n. extrà, eodem diſpendia. Sed ſi diuerſi, ſuper diuerſos, & contra diuerſos, & ad diuer-

a Clauſulam, Quod ſi nõ oẽs.] Adde Vital. de Campania in tractatu Clauſularum.

b Vltra duas diætas.] Adde Doc. in c. nonnulli. de reſcri. & per Doctor in c. eod. & eo. titu. lib. 6.

e A quo tempore incipit currere annus.] Adde Bart. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. Et à quo tempore incipit annus luctus, vide per præceptorem meum Alex. Vincentinum, aliter appellatur de nouo. in c. pe. de secu. nup.

sos impetrare voluerint, nullum ius prohibet. Vbi autem idem contra eundem, super diuersis, & ad diuersos impetrat, aut actiones sunt personales, aut reales. Si personales, dist. vtrum faciat hoc malitiosè, vel bona fide. Si malitiosè: puta, quia ipsos diuersos contractus in eadem ciuitate cum eodem ineant, neutrum tenet. sic intellige, infrà eod. c. fin. versi. seu quenquam. & in decre. extrà, eod. dispendia. Si bona fide, vt quia vnus contractus initus erat in Anglia, ideo vult iudicem Anglicum. Alius apud Bononiam, ideo vult iudicem Italicum: vtrunque valet: hoc enim potest fieri bona fide. Nam graue esset, testes de Bononia ducere in Angliam, vel econtrà, vt apparet. infrà, de fideius. peruenit. §. j. & c. constitutus. §. vlt. & arg. xxxiij. quæst. ij. siue de coniugij. infrà, de fid. instr. accepimus. infrà, de test. cùm olim. de ap. ex parte. & de confir. uti. cum dilecta. §. nolentes. Si verò quæstiones reales sunt, dicunt omnes, quòd secus est, quia cùm res aliquando oporteat oculis subiici, oportet quòd iudices sint vicini, & inducunt. infrà, de libel. obla. significantibus. ff. de censibus. summa, melius facit ad hoc. ff. de feriis, eadem. in fin. ff. ad l. Aqui. in l. Aquilia. si delictum. ff. finium regun. si irruptione. in fin. ff. de dam. infe. l. iiij. C. de admi. tu. lex quæ tutores. post medium l. ver. sed & si parens. cum enim de personalibus istud specialiter prohibeatur, de realibus hoc concessum videatur. ar. infrà, de transla. episcopi. inter corporalia. §. sed neque. infrà, de deci. ad audientiam. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. Breuiter dico id distinguendum, in realibus vtrum fiat malitiosè: puta, in eadem diœc. sunt res sitæ, & impetrat diuersos iudices, vel bona fide: puta, res sitæ sunt in diuersis diœce. ex hoc enim potest bona fide diuersos iudices impetrare: quia cùm non debeat quis trahi vltra duas diætas à sua diœce. infrà eod. nõnulli. & vbi quæstio realis est, debeat fieri computatio à diœc. in qua res sita est. infrà eo. dilectus. ij. oportet distingui inter eandem diœc. & diuersas in vtroque casu, quamuis verba deficiant. infrà eo. c. fin. & extrà eo. dispendia. puto (ex mente) malitiis impetrantium obuiandum. infrà eo. sedes. & c. plerunque. nam & si verba decretalis alium habeant intellectum, tamen mens conditoris hunc amplectitur, cui Celpidius, & Bolas, & Paulus, & Domitius Vlpianus legis prudentum vertices, standum dicunt. ff. de excu. tut. in l. Græca. quæ incipit, Scire oportet. §. alium. quidam libri habent, quidã non. & quid curamus de verbis, ex quo de mente constat. infrà e. eam te. & c. se. & ca. mandatum. & infrà, de verb. sig. intelligentia. & c. in his. ff. de legib. scire leges. certè nemo sani capitis asserat malitias nutriendas: ergo si malitiosè fiat, & in personalibus & in realibus locum habet. & est ad hoc ar. op. C. de præscri. long. temp. l. fin. Sin autem duo impetrant super eodem contra se adinuicem, scilicet vnus contra alium, ad eosdem iudices, si diuersa est forma, & nõ apparet, quod prius, quod posterius, consulendus est princeps de quo sensit. infrà eo. de elec. c. ij. secundum omnes. Item intelligo, si ad diuersos iudices, licet eadem sit forma: nam & ibi cum diuersi diuersa sententia impedire possent causarum fines, quia fortè vnus absolueret, & alius condemnaret: & ideo dicuntur variæ literæ, quasi mutato iudice, intelligatur iudicium mutatum, vt dixi suprà, ver. quid si idem contra eundem. Contingit autem hoc, quando in vtroque rescripto data est eadem, vel delecta. nec vnum facit de reliquo mentionem: hîc enim non deficit ius, sed probatio. ff. pe testa. tutor. duo sunt Titij. ff. de vsur. quoties. Sed si apparet, quod prius, quod posterius, vnum tamen speciale sit, & aliud generale. semper per speciem generi derogatur, vt dixi suprà, ver. si verò, vtrum sit rescriptum. Si verò vtrunque sit generale, vel vtrunque speciale, aut primo impetranti potest malitia vel negligentia imputari,
26 aut non. † Si malitia vel negligentia potest imputari primo impetranti, valet posterius, quamuis de primo non faciat mentionem. infrà eod. si autem. & c. plerunque. & hoc si vtrunque rescriptum assignauit. nam si ambo negligentes sunt, vel simul concurrant, primo assignans obtinebit: sic potest saluari communis opinio, quæ asserit, q. rescriptũ primo assignatũ prævalet, & sic intelligũr, j. eo. capit. & de app. vt debitus. ego tñ nõ sic intelligo. imò ex vi literæ probatur, q. in decret. capitulũ. pronunciatur pro illo qui primò impetrauit, id est, p. Raynaldo: ille. n. primò impetrauit ad eos, scilicet capitulum sanctæ crucis. Secundus verò, non ad eos, sed contra eos, vt dicit litera circa principium. In fine verò, pronunciatur pro illo, qui ad eos prius mandatum Apostolicum reportauit, hoc est, pro Raynaldo: alius enim, scilicet secundus, non ad eos, sed contra eos impetrauerat, vt præmisi, potest etiam dici, quòd illa dictio Prius, non tenetur aduerbialiter, sed nominaliter, quasi dicat, prius mandatum, id est, primum mandatum reportauit: subaudi, à curia. & est idem sensus: nec etiam sequeretur, primò reportauit: ergo primò repræsentauit. potuisset enim reportasse vsque ad ostium, & non assignasse. Item ex hoc quod dicit, Prius mandatum, apparet quòd loquitur de monitorio, vt innuit ibi, ac dictus R. &c. nam tale monitorium, mandatum appellatur. infrà eodem. constitutus. respon. j. ac B. nullum monitorium impetrauerat, sed tantum Raynaldus: ergo per illam decre. non primò assignans, sed primò impetrans, seu primò reportans, à curia obtinebit. Item non obst. decre. vt debitus. quia intelligo, quando ipsam impetrans, coram ordinario præuenitur, quod apparet in fin. vbi dicit, Saluis constitutionibus. si enim ipsas delegasset, malè exciperet, imò cognosceret delegatus de causa sibi commissa. infrà, de dolo & contu. cùm olim. ergo ordinarius procedit in omnibus saluis constitutionibus, &c. quia de illis non intromittet se, nisi specialiter delegetur. infrà, de translat. episcopi. capi. j. & si hoc faceret, etiam sine alio grauamine appellari possit. & de hoc tetigi suprà eodem, verficul. si de reuocatione. & not. infrà, de appella. §. quomodo decre. & iunge quod no. infrà, de ma. & ob. § in quibus constat maioritas. ver. potest etiam hodie poni exemplum. Sed quomodo intelligimus malitiam vel negligentiam primò impetrantis? Dicunt quidam, quòd per lapsum anni. Dico de negligentia bene exemplificant. C. de anna. excep. l. vlti. in fi. qui enim non agit intra sua tempora, negligens potest dici, sed nõ malitiosus, vt C. vt nemo inui. age. vel accu. in rubrõ vel nigro. non enim eius factum improbat prætor, qui litem execratur, & tanti habuit re carere, vt litigium euitare. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. iiij. §. potest ergo dolum non per elapsum temporis, sed ex perspicuis probare conuenit. C. de dolo. dolum. infrà, de cle. non resi. c. j. puta, citatus intra annum, tacet rescriptum impetratũ: hoc enim præsumitur, quòd hoc faciat, vt aduersarius vexetur laboribus & expensis. arg. infrà, de excep. exceptionem. & paret in his quæ not. infrà, de dolo. §. quæ auxilia. versi. fin. & secundum hoc expone intra annum, citra annum. infrà eodem, plerunque. similis expositio infrà, de cleri. coniu. cap. j. & iij. negligentia non præsumitur per lapsum anni. arg. infrà, de concess. præbend. quia diuersitatem. §. sic tamen. infrà ne sede vacan. illa. & tunc expone intra annum, scilicet completum. quasi dicat, vsque ad annum inclusiuè. & sic dictio semel posita, propriam vel impropriam significationem recipit. si no. infrà eodem in nostra, infrà, de cleri. non resi. quia nonnulli. in fin. de testi. Raynaldus. & extrà eo. dispendia. hanc expositionem proximam probat glo. dictarum decr. scilicet, si autem, & plerunque. quam habes infrà eodem. ex parte. suprà §. j. ibi, quas vsque ad tertiam citationem suppresit, &c. sic ordinabis literam, Suppresit, subaudi, & accipe. versic. in quibus. & dic. & in quibus nulla mentio de appellatione ab ipso facta fiebat, reuertaris superius ad versicu. eiusque dolo. & expone. quæ pro &. & dic, ex his duobus, scilicet quòd suppresit, & appellationem tacuit, præsumitur quòd eis dolo vti postposuerit, vel negligentia, scilicet, quòd negligentia vti postposuisset, ex diuturnitate temporis videbatur, cum biennium à tempore appellationis fuisset elapsum. nec facias vim in eo quod dicit Trina. nam & in prima citatione debuit ius suum allegare. ff. de iudi. si quis ex aliena. si no. infrà. de ætate & quali. cùm bonæ. & de coniug. seruo.
c licet. & de pœnis. c. j. Sed à quo tempore incipit currere annus? c Remotis dissensionibus, dicas, quod postquam habuit copiam iudicis, quia hoc dicit tex. infrà eodem. plerunque. & c. si autem. Sed tamen incipit sub conditione, siue in pendenti, quo ad effectum. pendet enim cursus ex impetratione secundi rescripti: & sic si non impetretur, nihil currit, quo ad effectum: nec enim dicit litera, quòd admittatur per lapsum anni, sed quòd authoritate posteriorum literarũ valeat conueniri. quasi dicat posteriores præiudicant prioribus, si dolus vel negligentia replicetur: ergo si posteriores non sint impetratæ authoritate illarum, quæ non sunt, nec conueniri poterit primò impetrans, nec contra ipsum etiam replicari: quia iurisdictio quæ non est, eneruari non potest. infrà eodem. pastoralis. §. fina. dignitas quæ non est, vacare non potest. suprà, de constitutionibus. cùm accessissent. §. primo. collegio. quod nondum est priuilegium, dari non potest. infrà, de eccle. ædific. c. penultimo. § finali. matrimonium quod non est, accusari non potest. infrà, de despon. impuber. c. ad dissoluendum. quo circa gradus qui non est, rumpi non potest. ff. de iniusto rup. testa. nam & si sub conditione. ad idem ff. de transactionibus. qui cum tutoribus. in fine. & de contrahenda emptione, in l. igitur. si secundum rescriptum non impetretur, primum perpetuò durat,

vt not.

vt not. ſuprà eodem. verſicul. ſi de reuocatione. ſed hoc non corrigitur. l. ibidem allegata. C. eodem. falſo. Non ſolùm hoc, ſed & multa alia in pendenti ſunt, & ex futuro pendent. infrà, de in integrũ reſtitutione. cùm veniſſent. ad finem. infrà, de frigi. & male fic. fraternitatis. §. finali. ff. ſi certum petatur. l. proinde. ff. qui po. in pign. habean. potior. §. j. ff. de rebus dubiis. quidam. C. de iudic. rem non nouam. ad finem. Item quæritur, an annus iſte ſit vtilis, vel continuus? Et videtur quòd vtilis: quia non currit, niſi habenti copiam experiendi. ff. de diuer. & tempo. præſcriptio. l. j. nam continuum tempus ignoranti currit. ff. de his qui notan. infa. genero. dic ipſum vtile, quo ad ſui principium. Sed continuum in progreſſu. ſecundũ Vincent. Sed & hoc intelligas, pendente ex futuro. Quid ſi quis impetrat ſecundas literas, ſciens primas impetratas, & de ipſis mentionem non facit? Dicunt quidã,
d quòd valent ſecundæ, quia dolus primi [d] non vtentis, cum dolo ſecundi impetrantis compenſabitur. ff. de dolo. ſi duo. & culpa cũ culpa. ff. de compenſa. ſi ambo. argument. infrà de diuor. ſignificaſti. & de adulte. intelleximus. Goffred. contrà: quia contra hũc, ſecundò impetrantem per dolum, orta eſt perpetua exceptio. infrà eodem ſuper literis. ſolutionem comprobo: non tamen dico, quòd primus non vtendo, dolum commiſerit, ſed negligentiam, vt ſuprà eodem, expoſui. & ſic dolus ſecundi culpę ſiue negligentiæ prioris præponderat. ff. ad legem Aquiliam. Item ſi obſtetrix. §. finali. & l. item Mela. j. reſponſo. Quid ergo, ſi primus dolosè vti poſtpoſuit, puta citò tacuit, valet primum, cuius data vitioſa non eſt: nam cùm de iuribus reſcriptorum quæritur, data conſideranda. infrà eodem. eam te. & c. conſtitutus. & c. ſignificauit. infrà, de tranſactionibus. ex literis. Cùm ergo data primi reſcripti vitioſa non ſit, ſecundi ſit, meritò primum prævalet. Item, ſecundò impetrans plus deliquit: quia nedum proximum, ſed papam decepit: & ideo plus dico puniendum. infrà, de translatione epiſcopi. inter corporalia. §. finali. & infrà, de vita & honeſtate clericorum. vt clericorum mores. §. j. & verſicu. finali. argument. infrà, vt benefi. eccle. c. vnico. §. omnibus. ſed contrà: quia vltima
e mora nocet. ff. de pericul. & commo. rei vendi. illud. reſpond. fruſtrà [e] auxilium domini papæ inuocat, qui committit in ipſum. infrà, de vſu. quia fruſtrà. & hæc intelligi poſſunt, ſi excipiens reus ſit: aliàs contra exceptionem doli non daretur replicatio doli. ff. de doli except. apud Celſum. §. Marcellus. vel dic, quòd illud locum habet, vbi malitia communis eſt, ſicut dicit textus, ſed hæc eſt inæqualis, vt probaui, & ideo non obſtat. Quid ſi vterque negligens fuerit, ſecundum opinionem illorum, qui dicunt, reſcriptum admitti per lapſum anni, ſecundum quam corrigitur. C. eodem. falſo. vtrunque clauſum eſt: quod mihi non placet. vnde dic ſecundum valere: quia poſt ipſum nullum eſt impetratum, vt d. l. falſo. ſecundum Goffre. quod & mihi placet. nec dicas primas literas conualeſcere: quaſi negligentia cum negligentia compenſetur, ſicut culpa cum culpa, vt not. ſuprà eodem. verſi. quid ſi quis impetrat. quia poſteriores primas elidunt, non econtrà. infrà eodem. plerunque. nec enim primò impetrans cùm inexcuſabilis ſit, vt infrà eodem. ſi autem replicare poteſt, niſi tertias literas impetraret. Quid ſi non apparet quæ ſint priores: quia vna eſt data, & eodem momento cœperunt habere copiam iudicis, & vterque negligens fuit: poteſt dici, quòd culpa cum culpa compenſabitur, vt ſuprà. vel fortè actor præponitur. i. is qui primò citari faciet. argument. infrà eodem. de off. delegat. licet. quia vigilantibus iura ſubueniunt. ff. de his quæ in fraud. credi. pupillus. in fin. C. depoſi. l. fina. & quia ex perſona rei forum metitur, & ideo iudicium redditur in inuitum. ff. de verborum obligationibus. inter ſtipulantem. §. j. Sed contrà, quia actor habet in poteſtate quando conueniat. ff. de except. doli. puré. §. finali. ff. de calum. annis. C. de tempo. in integrum reſtitutio. petenda. Solu. Reus in exceptionibus partibus actoris fungitur. ff. de probatio. in exceptione. & ideo cùm exceptionem, quæ ex reſcripto oritur, utendo ipſo, poſsit perpetuare, & hoc negligit, meritò ei talis negligentia imputatur: & ſic non obſtat. quod dic, vt no. ſuprà, de conſtitutio. ſub §. licet autem conſtitutio arctet. ſub diſtinct. cùm priuilegium. Ab illo verſic. ſi non ſit limitata. vſque ad verſi. ſed ſi priuilegium. Verùm ſi primò impetrans, nec malitioſus ſit nec negligens, aut ſecundum reſcriptum, facit mentionem expreſſam de primo, aut nullam, aut dubiam, quæ eſt media inter expreſſam & nullam: quia aut ſcit, aut non, aut dubitat. Si ſecundum facit mentionem expreſſam de primo, ipſum reuocat. infrà eodem. cæterùm. §. j. & c. cùm contingat. §. j. Si nullam, valet primùm: infrà eodem. c. ij. & c. j. cæterùm primo reſponſo. & c. cùm contingat. §. ſi verò ex literarum inſpectione. infrà, de offic. delegat. ex literis, Si dubiam, niſi iudices ſibi adinuicem deferant, vel concordent per arbitros electos à partibus. eſt hæc dubitatio dirimenda. infrà eod. paſtoralis. j. reſpon. & c. cùm contingat. §. quòd ſi ſuper hoc. ibi immeritò fuit dubitandum. Verùm non poteſt habere locum hæc hæſitatio, niſi quando opponitur primum, vel ſecundum, per ſurreptionem obtentum, e ſenſu indigent, ſecundum gloſſ. In hac parte beſtialis ſum, & ſenſu indigeo, quia ſi obiicitur reſcriptum impetratum per veri ſuppreſ- f ſionem, vel falſi ſuggeſtionem, hìc non quæritur de reuocatione reſcriptorum, in quo caſu loquitur cap. paſtoralis. ſed de ipſorum viribus: quia talia reſcripta viribus carent, vt not. infrà §. quæ poſſunt. in quæſtione quæ incipit, Sed nunquid proceſſus. & ſi talis exceptio obiiciatur contra primum reſcriptum, primus iudex cognoſcet potius quàm alius. ſi cõtra ſecundum, ſecundus, xxv. q. ij. & ſi non cognitio. infrà e. ſuper literis. §. j ad fi. & §. penul. in fi. infrà, de offi. dele. ſignificantib. vnde ſi expreſſa mentio fit in ſecundo de primo, ſecundus cognoſcet, & nõ primus. arg. j. eo. dilect. filius I. arr Sacenus. & c. ab excõmunicato. j. de off. dele. paſtoralis. §. præterea. rationalis etiam ſenſus aliorũ in beſtialem vertitur, & capitaneũ. vt apparet j. e. cũ contingat. quæ eſt gl. illius. c. paſtoralis. quæ vult, ꝙ ex inſpectione reſcriptorũ, quo ad informationem cõſcientiæ dubitantis, iudicent de reuocatione, & quaſi has quas alij ponunt futuras gloſſas ſomnians eis occurrit. q. d. veni ent gloſſatores qui dicent, bonũ eſſet, ꝙ ordinarius audiret aliquid à partibus: ſed licet ſic gloſſetur, non adhibeatis fidẽ. & hoc eſt quod dicit in fi. l. licet aũt ex his, &c. Quid ergo, ſi accidat, ꝙ cõtra vtrumq; reſcriptũ abiiciat expreſsionis falſitatis, vel ſuppreſſionis veritatis exceptio: certè ad hunc caſum traho mentẽ decreta. paſtoralis. licet verba deficiant, argu. infrà, de off. delega. ſanè. j. & c. ſuſpicionis. & infrà, de appel. cum ſpeciali. & j. eo. ca. fina. ne continentia iudicij diuidatur, vt not. ſuprà, verſic. ſic non diuidetur. & breuiter vbicunq; eſt diſſenſio inter partes & iudices, ita ꝙ hinc & inde citãt partes, niſi notoriũ ſit cui præiudicet, dico locũ habere mentem decreta. paſtoralis. vt parcatur laboribꝰ partium, & expenſis, & finis litibus imponatur. infrà, de dolo & contumacia. finem litibus. & licet per negationem videatur fieri res dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet. l. iij. infrà, de reſtitu. ſpol. Piſanis. infrà, de probatio. c. vlti. infrà, de teſti. cogen. ſuper eo. tamen cauendum eſt, vt probabilis ſit dubitatio. j. eo. cùm contingat. §. cæterùm. & de appellatio. conſuluit: nam & ſi ſecundum Ariſto. dubitare de ſingulis non ſit inutile, tamen pœna xxx librarum auri friuolè dubitans ferietur. C. de legi. l. ij. & vt abbreuiem, quamuis Ber. ſcripſerit, ꝙ in dubitatione facti, non poſſet habere locũ hæc hæſitatio, puto ꝙ potius exemplo facti quàm iuris, poterit circa hæc inſtrui diligens indagator. Quotquot autem membra facere de hoc volueris, de hac materia, inquantum poſsis cõprehendere cuiuslibet dubitationis laqueos, per ea quæ in hac ſuperiori diſtinctione continẽtur, pro maiori parte plenè poteris eno dare. Alij dicunt, quòd non eſt locus his anfractibus: quia hodie valet tantùm reſcriptum primitùs aſsignatum. infrà, de appel. vt debitus. quibus proœmium huius libri, & gloſſæ ſuæ propriæ ibi poſitæ contradicunt, cùm aſſerant, nihil eſſe contrariũ in hoc libro.

[d] Dolus primi.] Adde an dolus cum dolo cõpenſetur. Archid. in capi. decretum eſt. xi. q. iij. l. fi. in §. pen. ff. de dolo. & in l. damni. in §. j. ff. de dam. infec.

[e] Fruſtra.] Adde tex. in c. contingit. el ij. de ſent. excõmu. Cardi. Za. in c. qua fronte. in j. col. de appel.

[f] Clauſula, ſieſt ita.] Ad de Vital. de Campania. in tra. Clauſularum. gloſ. in c. graue. de of. ord. Doc. in c. a. de reſc. Doc. in c. ab excommunicato. de reſc.

Et de ipſius interpretatione ita dicendum eſt,
17 † quòd reſcriptum, quod continet indulgentiam, vel priuilegium, latiſsimè interpretatur. infrà, de donatio. cum dilectus. in fi. infrà, de verbor. ſignificatione. olim. alioquin ſtrictè interpretatur, quando ſcilicet contentioſum eſt, vt lites reſtringantur. infrà eodem. nonnulli. §. finali. & not. infrà, de offic. delega. §. qualiter prorogetur. Aliquã
f do etiam interpretatur, quòd hæc clauſula, ſi eſt ita [f], omnia ſuperiora reſpicit. infrà, eodem. olim. §. penultimo & vltimo. ad cuius verbi intelligentiam ſic diſtin. Cùm duo probanda proponuntur, aut in libello ſiue titulo, aut in reſcripto. Item, aut diſiunctiuè, aut copulatiuè. Item, aut proponens obligat ad probandum vtrunque, aut non. Et ſi quidem in libello, ſeu titulo duo proponuntur copulatiuè, & proponens obligat ſe ad probandum vtrunque, neceſſe eſt, quòd vtrunque probetur, quamuis alterum per ſe ſufficeret, ſi ſe ad probandũ vtrunq; non obligaſſet. infrà, de proba. licet. §. iidem quoq; teſtes. C. de proba. actor. infrà, vt benefi. eccl. vt noſtrũ. §. j. & imputet ſibi, qui ſe onerauit, ꝓbatione ſuperflua: qa mos ei gerendus fuit, ff. de ꝓbatio.

circa. nam & aliam pœnam, ad quam se obligauit, patietur. infrà, de elect. cùm dilectus. in fine. Sed si non obligauit se, sufficit quòd alterum probetur: dum tamen illud sufficiat ad proponentis intentionem consequendã. & sic intellige, infrà, de accusa. accedens. & c. cùm oporteat. in fin. Alij dicunt, quòd semper videtur se obligare ad vtrunque probandum: quia ad hoc, vt copulatiua vera sit, necesse est, quòd vtraque pars sit vera. Institu. de hæredi. institu. §. penultimo. ff. de rebus dubiis. si is qui ducenta. §. vtrum. in fine. & ideo cauti aduocati in fine libelli seu tituli, consueuerunt sic apponere, vt omnis tollatur dubitatio[l]. Protestor, quòd non obligo me ad probandum omnia supradicta, sed id tantùm, quod mihi, quo ad fundandum intentionem meam, sufficit de prædictis. sic fit in curia Romana. Verùm licet de rigore iuris talis possit fieri dispensatio, tamen quò ad periculum animæ pertinet, siue obliget se, ad vtrunque probandum, siue non, parum videtur referre: ex quo constat de intentione fundata. argument. infrà, de restitut. spo. sæpe contingit. & de præscrip. c. finali. Si verò disiunctiuè proponatur, sufficit quòd alterum probetur. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. si pupillo. §. prætor. & §. si prætor. ff. de iure dot. plerunque. C. de condi. in deb. l. vltima. xlix. distinct. c. j. in princip. titu. nam fatuus est reus, qui talem libellum seu titulum admittit, cùm incertum proponatur. ff. de verborum obligationi. vbi autem non apparet, §. qui illud. nam proponens si apponatur, cogitur eligere & dimittere incertum, [g] & proponere certum. ff. de iniuriis. prætor edixit. §. quòd autem prætor. argument. ff. de iure fisci. ita fidei. §. j. ad fin. infrà, de libelli oblatione. significantibus. & dixi in summa eiusdem tituli. §. quid debeat continere subdistinctio. cùm plures actiones. versic. sed q-dam. Hoc verum est, cùm duo diuersa sub disiunctione proponuntur: secus, si duo æquipollentia. infrà, de testamentis. Raynutius. §. postmodum. in fine. quia non refertquid de æquipollentibus fiat. infrà, de sponsalibus, c. penultimo. & de consanguinitate & affinitat tua. Item hoc faliit, quando duo diuersa sub disiunctione veniunt in obligatione: tunc enim alternatiuè petitur, & alternatiuè formatur sententia. infrà, de contrahenda emptione. cùm causa quæ. ff. de re iudicata. miles. §. j. alioquin pœnam plus petentis pateretur proponens: Institution. de actionibus. §. hinc autem. & §. præterea. Sed si rescripta duo sub disiunctione proponuntur, sufficiet alterum probari. infrà eodem. inter cæteras. infrà, de clericis non residentib. conquerente. infrà, de excessibus prælatorum. c. graue. Sin autem copulatiuè proponuntur, aut vtrumque sufficiens est, & ambo, vel omnia ad eundem finem tendunt, & tunc sufficit vnum probari. infrà, de iud. exhibita. in fin. infrà, de appella. significauit. in fin. infrà, de præben. cum iam dudum. infrà, de accus. accedens. nisi impetrans superflua probatione se oneret, vt no. suprà versicu. & si quidem in libello. & patet infrà, de foro competen. ex parte. §. fina. Aut alterum per se nõ est sufficiens, aut ad diuersos fines tendunt, & tunc, vno probato, sequitur finis ille, ad quem tendebat, non tamen alius: & sic proponens, non cõsequitur intentionem suam, nisi vtrunq; probet. infrà eodem, olim. §. penultimo & vltimo, secundum hanc distinctionem intelligere potes, infrà eodem c. ij. ff. de verborum obligationib. si quis ita stipulatus. & omnia iura supradicta, & alia sequentia, de materia ista.

ROtest autem interpretari rescriptũ aliquoties is cui destinatur. infrà, de postula. præla. cap. j. §. nec valet. Hoc autem not. quòd qui malitiosè opponit contra rescriptum, vel astutè interpretatur, infamiæ nota percutitur. C. de legibus. l. ij. & sic iudex bona fide debet interpretari. Hæc interpretatio aliquoties necessaria est, sed non generalis, quia non facit ius inter partes, nec in rescriptis redigenda, secundum Da. quod intelligo verum, dummodo per testes probari possit: nam si interpretatur interloquendo, vt infrà, de officio delega. significantib. in scriptis redigi debet. infrà, de probatio. quoniam contra falsam, vel fortè. infrà, de da. intelligit de scriptura librorum, non chartulariorum: nec enim teneor [a] sententiam iudicis in libro meo scribere, cùm non sit exemplis[a], sed legibus iudicandum. C. sententiis interlocut. omnium iudicum. nemo. salua authoritate principis, vt not. infrà eodem. vers. hoc si à principe. Magister etiam interpretatur, C. de professo. Constan. in auth. l. j. libro duodecimo. Hæc enim in scriptis redigenda, sed non generalis, nec necessaria: quia non facit ius inter aliquos, cùm diuersi diuersa sentiant. infrà eodem. super literis. infrà, de tempo. ordina. literas. infrà, de restit. spol. literas. §. j. & sequen. infrà, de concess. præbend. quia diuersitatem. Hoc intelligo verum, quantum ad sententiam ferendam: quia non teneor sequi opinionem istius, vel illius, sed propriam, ne ædificem ad gehennam. infrà, de scru. in ordi. fa. cap. vnico. & de restitutione spoliatorum. literas. §. porrò. sic ergo conscientia iuris in iudicando attendenda est, vt infrà, de iureiúrando. venientes. in authentica, iusiurandum quod præstat, ab his qui admi. susci. in j. col. ibi, & æquus ero, &c. col. ij. & de defen. ciui. §. iusiurandũ. col. iij. Sed non est attendenda conscientia facti, cùm secundum al-[b] legata iudicandum sit, [b] infrà de postula. prælato. bonæ me. j. & de offic. delega. si quando. Item hoc verum est, de interpretatione magistri, quæ remanet in glosis: secus si ponatur in textu. sic fit. ff. de damno infect. si ædibus. infrà, de deci. c. j. Institu. de rerũ diui. §. & post multas. infrà, de conuer. in fide. cap. finali. infrà, de cõsanguinita. & affinita. cap. finali. & de feriis. capellanus. & qui filij sint legiti. lator. & cap. causam. ij. nam tunc facit ius, & secundum eam iudicandum est. Item interpretatur rescriptum con-[c] suetudo, quæ est optima legum interpres[c]. infrà, de consuetu. cùm dilectus. § j. ad finem. infrà, de sepult. certificari. Hoc facit ius in eo loco vbi tenet. infrà, de iureiurando. venientes. infrà, de elec. cùm ecclesia Vulterana. quod dic, vt not. infrà de consuetu. §. & de virtute. & §. sequenti. Hæc necessaria est, & aliquando generalis, sed non est in scriptis redigenda. Item interpretatur rescriptum ius. infrà eodem. causam quæ. & capit. cùm dilecta. & alia exempla habes suprà eodem. versicul. aliquando. & sequen. & hæc generalis & necessaria, & in scriptis redacta. Item interpretatur rescriptum is, qui ipsum concesit: quia eius est interpreta-[d] ri[d], cuius est condere: vt infrà, de senten. excommuni. inter alia. ff. de legibus & senatusconsult. l. ij. & l. finali. infrà, de iudic. cum veniissent. Hoc si à principe fiat, generalis est necessaria, & in scriptis redigenda, & secundum eam pronunciari debet, iuxta illud, Omnis Christi actio, nostra est instructio. &, Exemplum dedi vobis, &c. C. de episcopa. audi. nemo deinceps. & de officio præfect. Afri. in nomine Domini. in medio. infra, de senten. & re iudic. in causis. nisi specialem faciat legem, quia talis non est trahenda ad consequentiam. Institut. de iure natura. §. planè. infrà, de concessione præbend. constitutus.

18 Quam iurisdictionem † conferat illud, in quo demandat, quod ex forma colligitur literarum: vt cùm dicit, Si est ita, si præmissis veritas suffragatur, cognita veritate, iustitia mediante, sicut de iure fuerit, quod canonicum, quod iustum vt promisit, vt tenetur, sicut dicit, prout in instrumento inde confecto, vel literis continetur, partibus conuocatis, vel consimilia. infrà, de iudiciis. exhibita. vel si tibi constiterit. infrà, de foro competenti. conquestus. & talis iudex potest in figura iudicij procedere, & alij vel aliis causas committere. infrà, de officio delegati. cùm te. principium, mediũ vel finem, cognitionem, vel executionem. infrà, de officio delegati. super quæstionum. §. intentionis. nisi in casibus infrà, de officio delegati. cap. finali. Talis potest recusari ex causa. infrà, de officio delegati. cap. suspicionis. nisi fuerit iudex petitus. infrà, de officio delegati. cùm olim magister. §. præterea. iiij. quæstione iij. §. item in criminali. versi. si quis testibus. vel nisi sit de communi consensu datus. infrà, de senten. & re iudic. causam. vel nisi semel fuerit approbatus. infrà, de sent. & re iud. inter monasteriũ. Sed & in casib. ex noua causa ortis poterit recusari, infrà, de of. deleg. insinuãte. infrà, de iuram. calum. cæterùm. infrà, de exception. pastoralis. quod dic, vt not. infrà, de officio delegati. §. cui posit. versi. committitur huic bene causa. Sed hoc notandum, quòd regulariter rescriptum causę cognitionẽ habere præsumitur, in quo apertè quicquam facti narrauit: quia semper subintelligitur hæc clausula, Si preces veritate nitantur. infrà eodem c. ij. & quælibet exceptio rationabilis admittitur. infrà, de offic. deleg ex parte ij. Item notandum, quòd si proponatur contra rescriptum aliqua

g Dimittere incertũ.] Adde c. sicut, xiiij. distinct. capi. qui egerit. de pœniten. dist. iij. capi. iuuenis. de spõs. c. ad audientiã. & capit. petitio. de homicid. l. quoties. ff de hæred. inst. in §. hæres. & in l. cogi. in §. si seruo. ff. ad Trebel.

a Cùm non sit exemplis.] Adde c. de quibus. 20. distin. c. ex merito. 6. q. j. ca. cùm ex iniũcto. de hęred. & in l. sed licet. ff. de officio præsid. Pe. de Anch. cõsil. 282. inci. In auxiliũ ueritatis.

b Secundũ allegata iudicandum sit.] Adde gl. in uerbo, tenetur. in cap. pastoralis. de offi. dele. gl. in cap j. de offi. ordi. in verbo, iudicio. instit. de actio. Archi. & Doct. in capitul. cùm eterni. de re iudica. lib. 6. Bar. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsi. Sanct. Thom. secũda secundæ. quæst. 77.

c Quæ est optima legũ interpres.] Adde gl. in uerbo instanter. in c. ab eo. de appel. lib. 6. glo. in uerbo, ne si fortè, in capit. ex parte, de celebr. missa.

d Eius est interpretare.] Adde capitulo cùm veniissent. cum glo. de iudic. Cardi. Zaba. in cap. licet. in 6. no. de offi. ordi. l. omni nouatione. C. de sacrosanctis eccle si. & in l. ul. C. de legi.

aliqua exceptio peremptoria, ad detestandum litem apta, in modum dilatoriæ, iudex nõ debet eam admittere, aliàs quælibet peremptoria posset reduci ad dilatoriam, & hoc ridiculum esset. sed contrà. infrà, de dona. inter virum & vxo. per vestras. dic, quòd ibi non proponebatur exceptio rei iudi. sed exceptio dilatoria contra rescriptum, quia non fiebat ibi mentio de processu coram iudice habito. infrà, de sentent. & re iudi. inter monasterium. secundum Goff. hodie tamẽ obtentu alicuius exceptionis peremptoriæ, principale negotium contingentis non retardatur litis contestatio, ni si de re iudicata, vel transacta, vel finita, excipiat litigator, vt in authent. dicta enim. extrà, de litis contest. exceptionis.

19 Quam executionem. † Illud in quo fine aliqua iudiciali cognitione factum, seu ministerium delegatur. infrà, de offi. dele. c. vlt. & talis non est iudex, sed auditor vel executor. & quamvis talis recusari possit, nisi de partium detur, vel recipiatur assensu: ab eo tñ appellari nõ potest, nisi fines mandati excedat. infrà, de offi. deleg. sup quæstionũ. §. nos autem. & §. verũ. & §. porrò infrà, de appel. nouit. ij. q. vj. §. diffinitiua. ver. ab executore. C. quorum app. non reci. ab executore. Fines autem excedit, cum aliud vel aliter exequitur, quàm mandatur, vel cùm exequendo mandatum præter cõmissum, iniuriam infert: nam & tunc potest ab iniuria appellari. C. de app. si quis prouocatione. Talis, cùm nõ sit iudex, nec sit ei iurisdictio, sed executio demandata: infrà, de offic. deleg. c. vlti. alteri non potest delegari: quia potestas dandi iudicem, ex iurisdictione procedit. ff. de iurisd. omn. iudic. l. iij. & vbi ministerium committitur, à persona nõ receditur: quia industria personæ electa videtur. C. de cadu. tollend. l. vnica. §. si verò talis. ff. de solut. inter artifices. Nec talis in exequendo partes iudicis assumit. C. de execut. rei iudic. si vt proponis. Sed cõtrà. xxv. q. ij. & si non cognitio. dic quod hæc loquitur in misto executore, superior in mero. miscetur autẽ executioni iurisdictio, per illas clausulas vel consimiles, quas superius assignaui. Sed dices, Nónne executor audire debet exceptiones legitimas, quantuncunque sibi præcisè scribantur. j. de of. del. ex parte. infrà, de cri. fal. super eo. Sed dic, ꝙ summatim hoc audiet, & si veræ appareant, non pronunciabit. & sic loquitur dicta l. si vt proponis. & ff. de iudic. si prætor. suspendet tamen executionem. C. si ex fal. instru. l. fin. nec exequetur. infrà, de crim. fal. super eo. & instabit apud delegantem, vt ipsum à mandato absoluat. infrà, de offi. dele. pastoralis. §. quia verò. vel differatur, donec idem superior vel alius cui hoc cõpetit, de veritate cognoscat. infrà, de offi. dele. si quando. de hac materia dic, sicut plenè no. infrà, de offic. dele. §. quæ delegari. ver. finis. & sequentibus.

Quod continet ius commune. Illud quod cõsonat iuri & æquitati, maximè qñ continet in sẽ iuris determinationes, æqualiter & generaliter: puta, vocatis qui fuerint euocãdi, quod iustum, vel quod canonicum, & cæteras consimiles, de quibus dixi suprà e. §. quod iurisdictionem. quæ æqualitas semper seruanda est regulariter: infrà, de exce. cum inter priorem. §. j. nam summam æquitatẽ ante oculos debet habere iudex. ff. de eo quod cer. loco. quod si Ephesi. in fi. Talium rescriptorum quædã sunt generalia, in quibus generales seu indefinitæ clausulæ continentur: vt cùm dicitur, Talis & quidam alij, super decimis & rebus aliis. infrà, eo. pastoralis. Item cùm dicitur, Contradictores, &c. j. de præbend. pro illorum. Item illa, Testes autem qui fuerunt nominati, &c. infrà, de testib. cogen. c. j. & ij. & per totum. vel illa, Amoto inde quolibet illicito detentore. infrà, de concess. præb. proposuit. in fi. & de rerum permu. cum vniuersorum. in fin. vel si ad omnes dirigantur, infrà de pœnitent. cùm ex eod. vel vbi aliæ consimiles generales, seu vniuersales clausulæ apponuntur. Quædam specialia, quæ inter certos diriguntur, & super certis, & expressis rebus, seu negotiis, sine clausula generali: infrà eo. c. j. & c. pastoralis. §. j. quorum etiam aliqua aliquoties dicuntur specialia, seu generalia, habita inter se comparatione. sicut dicitur de eodem monte, ꝙ est magnus, & paruus. quod verum est, habita cõparatione ad alios diuersos mõtes. Sic potest intelligi infrà eo. abbatem. specialia extenduntur ad alias res seu personas. infrà, de offi. deleg. cum olim. & c. P. & G. sicut nec priuilegia, vt no. s. eo. §. quod gratiam. Et sciendum, quòd vbi clausula generalis apponitur, maiores & digniores personæ, quàm sint specificatę, non includuntur sub ea, infrà eodem, sedes. Sed quæ dicuntur maiores, & digniores: nam clericus dignitatem habet c. iiij. distinctio. denique. j. quæstione j. reperiuntur in fine. infrà, de serui. non ordinan. eo libentius, & etiam mancipia. ff. de vsufruct. sed & si quis. §. mancipiorum. & potestates seculares. xxiij. quæst. v. administratores & decuriones. ff. ad legẽ Corneliam, de sica, l. j. in fi, & l. qui cedere. Sed & magistri maiores dicuntur. xxxv. quæstione ix. veniam. & xl. distinct. multi. in fine. & nobiles. xxiiij. quæstione j. qui contra pacem. & seniores. ij. distinctione, lex est. & antiquiores. ff. de gradi. iurisconsultus. §. parentes. & famosiores, & fideliores. ij. quæstione vij. quærendum. & cap. criminationes. Item, potentiores. ff. de alienatione iudic. muta. cau. fac. l. iij. respon. j. & quod met. cau. non est verisimile. xxxj. quæst. ij. Lotharius. & maiores numero. ff. de pact. maiorem. lxv. distinct. cap. j. di co hoc arbitrarium. vt tamen scias, quòd maiores & digniores vocat personas notabiles, quæ sub generali clausula non comprehenduntur. argument. ff. de iniur. Item apud Labeonẽ. §. ait prætor. nam & dignitati deferendum est, & personæ. infrà, de officio delega. sanè. ij. & cap. pastoralis. secunda quæstione viij. quisquis. xlv. distinctione, cùm beatus. de talibus intellige, quibus expressis vel tacitis, princeps ad dandum vel denegandum rescriptum citius moueretur. exempla notaui complura infrà eodem. §. quæ possunt obiici. hoc tamen totum dico arbitrarium, vt præmisi, argument. xxiij. quæst. quarta: duo ista. si tamen iniquè arbitretur, appellari potest. infrà eodem. significauit. Quid si impetret quis rescriptum contra Comitem prouinciæ, & quosdam alios, qui iniuriantur sibi, super quibusdam possessionibus & rebus aliis, nunquid poterit conueniri Episcopus super ecclesia, vel etiam sacerdos? dicas, quòd non, nisi ita diceret, quosdam alios clericos & laicos: tunc enim dicerem sacerdotem posse conueniri, non tamen Episcopum. argument. xxvj. distinct. si duo sunt. & C. de episcopali audien. Episcopale iudicium, nec super aliquo spirituali, nisi sic dicat, super quibusdam possessionibus, & rebus aliis, tam spiritualibus quàm temporalibus. argument. in his quæ not. infrà eodem. versicul. non solùm autem. econtrà tamen fit descensus de Episcopo ad Comitem. infrà eodem. significauit. secundum quod not. j. in sequenti uersiculo, clericus est maior laico. suprà, de constit. ecclesia. vj. quæstione j. Beatus. xxiij. quæst. ij. historia. in fi. xcvj. distinctio. quis dubitet. infrà, de maio. & obedien. solitæ. §. potuisses. & §. præterea. Quid si impetretur contra Episcopum Parisieñ. & quosdam alios, nunquid potest conueniri laicus, non, nisi iungatur clericos & laicos. infrà eodem, significauit. multo minus in præcedenti quæstione. sic vna professio sub alia non includitur. vnde oportet, ꝙ & de religione fiat mentio, infrà eodem, cùm ordinem. infrà, de confirma. vti porrecta. infrà, de regula. quia in insulis. argument. xvj. quęstione vij. in noua. infrà, de electio. cùm causam quæ. infrà, de vita & honestate clericorum. Deus qui. nam & de dignitate & de nobilitate mentio facta est, & sic semper propter abusionem impetrantium, rescripta restringimus, vt lites & odia restringantur. infrà eod. sedes. & cap. nonnulli. & cap. vltimo. Quid si impetretur cõtra Episcopum Parisieñ. & quosdam alios, nũquid poterit conueniri Siluanectẽ. Videtur ꝙ sic: dum tamen contra Parisieñ. habeat quæstionem, vt infrà eodẽ, sedes. §. vlti. quia, vt ibidem probatur, licet non possit ascendere ad pares, tamẽ se transferre, vel ad inferiores descendere potest: & vide quod not. infrà eodẽ. versicul. quid si dicat. Quid si primò facit citari Episcopum, specialiter expressum, non tamen offert libellum, nec aliquid petit: demùm facit citari alios, & agit contra ipsos, fraus præsumitur, nisi releuetur per aliquas cõiecturas: quia adhuc non apparet, ꝙ contra Episcopum habeat quæstionem: nec enim petit, sed petere vult. ff. rem ratam habe. amplius. Quid si episcopus mortuus est, antequã rescriptum habitum fuerit, vel etiã ante tempus datæ, & quidem principale deficit. ff. quæ sententiæ sine appella. rescin. l. pen. infrà eodẽ, significauit. per consequens, & accessorium. ff. de regulis iuris. cum principale. ex quo enim Episcopus deficit, nõ valet quod sequitur ex eo vel ob id. argum. suprà, de const. nã concupiscentiã infrà, de electio. qualiter. vel fortè, si per aliquas ꝓbabiles coniecturas possit ꝓbare, ꝙ litem haberet contra Episcopum, audietur, argumen. infrà, de cland. despõ. cùm inhibitio. ad finem. respon. j. in auth. de iud. §. eos. versic. si tamen prospexerit. col. vj. Quid si dicat contra Siluanectẽ. Episcopum, & quosdam alios clericos & laicos, nunquid potest conueniri Parisieñ. Non videtur, duplici ratione. Prima, quia Episcopatus Parisieñ. nobilior & maior est: sed non potest ascendi de minori ad maius. infrà, eod. sedes. vnde & Archiepiscopus cõueniri posset, argum. infrà, de translat. Episcopi. c. j. ad fin. respon. j. Secũda, ꝙa per hoc quod apponit clericos, restringit clausulã q̃ in superiori quæstione versi. impetretur. cõtra Episcopum Parisieñ. remãserat vaga et cõfusa, arg. infrà eodẽ, Rodulphus, & c. significauit, imò certè

e Clericus dignitatẽ habet] Adde c. si officialix. dist. gl. in c. sedes. de rescriptis. gl. in verbo dignitate. in c. statutum. de rescri. lib. 6. gl. in c. militare. 23. q. 1. gl. in c. vni. de vi. & ho. cl. Abbas in c. quia nonnulli: de cler. non resi. Anto. de But. in c. recolentes. in vlt. col. de seruis non ordinan.

videtur, quòd nunquam possit transire ad parem, nisi de dignitate generalem faciat mẽtionem, vt dicat contra Parisien. Episcopum, & quosdam alios episcopos, clericos & laicos. arg. infrà eodẽ, ad aures. & c. sedes. & de offi. deleg. significantibus. nam & hodie Episcopi, clerici, & alij superiores, nullius constitut. sententiç, vel mandati occasione interdicti seu suspensionis incurrunt sententiam, nisi in ipsis de Episcopis & superioribus expressa mentio habeatur, vt in authen. d. n. extrà, de sentent. excommunicat. quia periculosum. argum. l. tamen contrà, infrà eodem, significauit. vbi satis innuitur, quòd si Comes citatus esset, Comitissa conueniretur, et tamen de dignitate comitatus nec specialiter nec generaliter mentio facta fuit. Item quod dixit de maioritate Episcopatus, non valet: quia vbicunque fuerit Episcopus Vintonien. siue Vintoniæ, qui bene habet quinq; millia Marcharum, siue Venetiç, qui non habet vltra centum lib. Turon. annuatim, eiusdem est meriti, eiusdem est & sacerdotij: nam diuitiarum potentia, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit. cæterùm omnes Apostolorum successores, Christi sunt. xciij. dist.

f legimus. post medium. & omnes sunt vicarij Iesu Christi. [f] xxxiij. q. v. mulierem. Sed nec licet, occasione generalis clausulæ, multitudinem effrenatam in iudicium euocare. infrà eodem, sedes. verficu. sed nec. est autem effrenata multitudo, quando xl. excedit. argument. infrà, de cleri. exc. latores. verum est, si agatur de possessione. Item si agatur de numero testi. infrà, de testib. cùm causam quæ inter Archiepiscopum. §. fin. sed hodie per generalem clausulam quidã alij, vltra tres vel quatuor, in iudicium non trahuntur, quorum nomina in primo citatorio debet exprimere imperator, ne fraudi locus forsitan relinquatur, si circa ea posset liberè variare, vt in authentica. d. n. extrà eod. cum in multis iuris articulis. & dic in primo citatorio, cuiuslibet illorum quatuor. aliàs non bene prouideretur fraudibus: quia posset multis primi citati citatorium occultari, secundum dominum N. quasi dicat tribus edictis citãdus est qs. xxiiij. quęst. iij. de illicita. ff. de iudi. ad peremptoriũ. infrà, de dolo et contumacia. provt & pręsumitur dolose versatus impetrans, si in proximo edicto cuiuslibet istorum quatuor non exprimat nomina eorundem quatuor. sed ex quo in primo cuiuslibet expressa fuerint, non est necesse quòd in secundo edicto, vel tertio exprimantur: & poterit hæc conueniens esse forma: Henricus, Dei potentia Ebredun. archiepisc. venerabili fratri in Christo charissimo Ber. Dignen. Episcopo, Salutem: Ad mandatũ domini papæ recepimus sub hac forma, Innocen. &c. Dilecto filio Falconi Dignen. canonico. Accepimus conquerente, quòd venerabilis frater noster Episcopus Dignen. & quidam alij, &c. sic in curia generaliter impetrauit, nunc exprimet, & dicet, & quidam alij, scilicet prępositus, & archidiaconus, et sacrista Dignen. &c. vel dic sic, Scripto toto citatorio, apponetur in fine. nomina autem illorum contra quos idem Falco intendit agere, authoritate suprà dictæ clausulæ generalis, sunt hæc, scilicet, præpositus, &c. idem fiet in primo citatorio, quod præposito dirigitur. & sic de singulis satis putarem sufficere, si in primo citatorio Episcopi exprimentur, dum tamen per manum tabellionis fieret, & tenor in articulario remaneret. argumen. infrà, de probationibus. quoniã contra falsam. nec præsumerem, quòd is per cuius manus omnia transeunt, fraudem aliquã adhiberet. argument. ĵ. de præscriptio. ad audientiam. §. nos igitur. ff. de testib. Domitius Labeo. Quid si contra decem socios ex eadem causa, vel contra vniuersitatem, vel collegium habeo quęstionem, Si socij sunt, puto quòd ipsos trahere potero, si vnica sit actio, et pro vno de quatuor reputãtur. argumen. infrà c. edoceri. & c. pastoralis. argu. de negotijs gestis eum actum. ff. de liber. causa. l. cognitio. & l. si pariter. & l. si vsusfruct. §. si mater. ff. de mino. etiam. §. ĵ. Collegium verò vel vniuersitatem, dico conueniri non posse, nisi specialiter exprimantur: quia alia est forma secundum stylum curiæ impetrata contra vniuersitatem, alia contra singularem: nam quando contra vniuersitatẽ impetratur, iungitur clausula, Prouiso quòd in dictam vniuersitatem, sine speciali mandato nostro, nullam excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, quod hodie de sententia excommunicationis etiã ordinariis prohibetur, vt in authentica domini N. extrà, de sententia excommunicatio. Romana ecclesia cæterùm interdicti. Idem videtur de nobilibus, qui terram habent, cùm & ibi hæc clausula apponatur, Prouiso ne in terram dicti nobilis, &c. quia & talibus semper deferendum est: argument. infrà, de officio delega. sanè, quia. et ca. pastoralis. & etiam papa deferret, infrà, de pœnitent. c. fi. sed est contrà argument, infrà eodẽ, significauit, infrà,

f Sunt vicarij Iesu Christi.] Adde text. in capit. 1. de sacr. vnc. glos. in verbo multi. in ca. fleat pro te mater. de pœni. dist. 1. Spe. tit. de lega. in §. 1. ver. 89. Abbas in disputatiõe, incip. Sempronius.

g Spirituales.] Adde ca. illud. & c. solit. de maior. & obedien.

de sponsa. non est vobis. Non solùm autem circa generalem clausulam personarum prouidetur, verumetiam circa generalem clausulam rerum, seu negotiorum dicitur, ne super maioribus, & grauioribus audiantur, qui de minoribus et leuioribus tantùm faciunt mentionem, infrà eod. sedes. de maioribus & minoribus. cùm ad quantitatem referatur, facile est exemplũ, grauiores verò sunt criminales, respectu ciuilium. argumen. ff. de pœnitent. in seruorum. in fine. C. ad legem Corneliã, de falsis. vbi item actiones inducentes infamiam, grauiores sunt. vj. qõ. j. ex merito. & in c. ibi sequentibus, in quibus non cogitur quis procuratorem constituere: infrà, de procura. querelam. & in authent. domini N. extrà, de iudic. iuris esse ambiguum. Item causæ matrimoniales & spiritua-

g les [g] grauiores sunt temporalibus: ideóq; iudices maturiores requirunt. infrà, de iudic. decernimus. infrà, de consang. & affi. c. j. nam spiritualia fortiora sunt, quàm carnalia. infrà, de translatio. episcopi. inter corporalia. ideo anima hominis cuilibet rei temporali præponitur. C. de sacrosan. eccl. j. xij. q. j. præcipimus. infrà, de pigno. c. j. & vide quod no. s. e. §. ver. quid si impetret quis rescriptum. & ideo qui exprimit leuiorem, & postea transit ad grauiorem, in fraudem versatur: si enim papæ veritas innotesceret, fortè non taliter commisisset: quia circa maiora periculum vertitur. xlij. di. quiescamus. lxj. dist. miramur. ff. de Carb. edicto. l. ij. §. ĵ. Quid si dicat super decimis & rebus alijs nunquid potest agere de ecclesia, videtur quòd sic: quia si dicat super reditibus, & rebus alijs, quòd ad ecclesiam trahitur. infrà eodem. Rodulphus. dico contrarium: quia decima accedit ecclesiæ, non ecclesia decimæ: ergo ecclesia maior est, & tanquam principaliter & specialiter exprimenda, non econtrà: sicut nec specificata tunica hominem peteret. ff. de edil. edi. iustissimè. ff. de reg. iur. cum principale. quod enim principale est, principaliter considerandum est. ff. de relig. & sumpt. fu. cũ diuersis. nec obs. c. Rodulphus. quia de hoc non fuit ibi exceptum, licet excipi potuisset. Porrò, expressis centum libris de mille Marchis agere non potero, licet contrà possem. ff. de regul. iur. infrà eo. ff. de leg. j. qui filiabus. ff. de iudi. per minorẽ, sed contrà, Instit. de act. §. si minus. Sol. quod ibi dicit, eodem iudicio expone, id est, coram eodem actore, & reo: nam ratione identitatis personarum, dicitur idem iudicium. & in §. ibidem sequenti. Item contrà, infrà, de ap. c. de appellationibus. infrà, de præb. maioribus. infrà, de noui oper. nuncia. c. ij. §. vlti. sed certè in maioribus semper requiritur maior solennitas. in auth. de man. prin. fit

20 ribi. col. iij. Sed nunquid reo † citato instante, cogitur actor intercertum tempus exprimere omnes quæstiones quas mouere intendit? Dicas quòd sic: nam si nomina personarum exprimere cogitur, vt suprà dixi, multò fortius nomina quæstionum. argu. in his quæ not. suprà versi. non solum. & si in exceptionibus hoc fit. infrà, de excep. pastoralis, multo fortius in actionibus: nam cui damus actionem, &c. ff. de superficiebus. l. j. §. quod ait prætor. argum. infrà ad hoc, de coniug. ex publico. infrà, de clandest. despon. cum inhibitio. infrà, qui filij sint legi. lator. ff. de optio. leg. mancipiorum. & C. de ingenuis. l. diffamari. quia per hoc occurritur fraudibus volentium inscripta trahere ad futura. infrà, eo. c. vlti. Quid si lapsa die, dicat se aliqua tradidisse obliuioni, vel aliqua de nouo ad eius aures peruenisse, cùm fortè alii secesserint. ff. de re. iur. qui in alterius, videtur audiendus. ar. infrà, de excep. pastoralis. ff. de edendo. argentarius. §. vlti. & quia, quæ de nouo emergunt, &c. infrà de iura. calum. cæterum. dico contrariũ: quia in primo casu, dies interpellat pro homine. C. de iure emphyt. l. vlti. infrà, de loca. potuit. quia debuit venire instructus. ff. de calũ. annus. C. de temp. in inte. resti. pet. ff. de do. except. purè. §. vlti. & quia in proprio facto non est tolerabilis error: quicquid fit in alieno. infrà eodẽ. ab excõmunicato. ĵ. q. iiij. §. vltim. C. de rescin. vend. quisquis. ff. de iuris & fac. igno. plurimum. ff. pro suo. l. fin. In secundo verò casu interpellat similiter dies, & apparet, quòd super eo quod non sensit, non dedit papa iurisdictionem. arg. infrà eod. significante. & c. Rodulphus. nec sentire potuit, cùm hoc ignoraret. ff. de contrahenda emptione. in l. in aliis concordant. signatis suprà eodem §. cui præiudicet. ver. sed à quo tempore.

Quod gratiam specialem. Illud quod dispensationem continet, exemplum infrà de corp. viti. ca. ij. vel pœnæ debitæ remissionem, exemplũ infrà, qui cle. vel vo. c. j. vel pœnę augmentationẽ, seu prę-mij remunerationem, à iure cõmuni recedens, & sunt tria, quæ ad hoc inducũt, scilicet necessitas. Item vtilitas, & euidens meritorũ prærogatiua. ĵ. q. vij. tali coniũgio. infrà de ele. cùm nobis olim. §. vlti. & c. innotuit. §. multa. & tale rescriptũ personale est, nec personam trasgreditur. infrà, de vsu. pal. c. ij. infrà de concess. præben. constitutus, ff. de reg. iur. priuilegia. ff. quibus modis vsusfruct. amitta-

amitta. ſi vſufruct. ff. de re iu. ſed & ſi reſtituatur. vij. q. j. petiſti. inde eſt, q; reſcripta perſonas expreſſas in ipſis non tranſgrediuntur. infrà, eo. ſedes. & c. nonnulli. ſignificante. Rodulphus ſignificauit. & c. vlti. etiam, vbi de iure communi impetratur: vt ibidem, & infrà de offi. deleg. cùm olim. & c. P. & G. ſed contrà, C. de diuer. reſcript. l. j. vbi prouidetur fratri non nominato. Sol. Illud intelligas, quo ad interruptionẽ temporis, & in cauſa indiuidua. argumen. ff. quemadmodum ſeruitus amit. ſi communem. j. reſpon. infrà, de app. inquiſitioni. & in concor. ſigna. s. eo. §. proxi. verſi. quid ſi contra decem. Item contrà, infrà de iudi. quia verò. Sol. Illud fit authoritate ſecundi mandati, vt ibi innuit, cùm dicit, Præcipimus. ſecundum Goffre. vel dic, quòd prædeceſſor fuit conuẽtus authoritate primi reſcripti. & ſic intelligitur ſecundum illam, infrà eodem. ſignificauit. Vel dic, quòd ibi dolo deſiit poſsidere. ar. infrà de ali. iudi. mut. cau. fac. c. j. vel illud ſpeciale eſt, in eo qui à prędone rem ſcienter accepit, & eſt ratio. infrà, de reſti. ſpo. ſæpe contingit. & Inſti. vi bono. raptor. §. ſed nedum talia. vtraq; ſolu-
21 tio bona eſt. † Quid ſi impetro contra rectorem alicuius eccleſiæ, & antequam citetur moriatur, nunquid ſucceſſor conuenietur? argu. quòd ſi. infrà, de ſolu. c. j. Sed contrarium verum eſt. ff. qui ſatiſda. cog. ſi deceſſerit. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. eum qui. infrà eo. ſignificauit. ſignatur tamen contrà, infrà de offic. dele. quoniam. j. Sol. ibi præceſsit citatio mortem, vt innuit. vel dic, quòd aliud eſt in iudice, vt ibi, aliud in partibus, vt hic. &
h eſt ratio, quia iudex æquitatem ſeruat, [h] iuſtitiam exhibet, lites dirimit: vnde & ad impedientes proceſſum ſuũ, iuriſdictio ſua extenditur. infrà, de offic. deleg. c. j. & c. ex literis. infrà de conceſſ. præb. propoſuit. in fi. partes verò malitioſæ ſunt, & abutentes, & lites augmentantes. infrà eodem, ſedes. nonnulli. & c. fi. eóque fauores ampliantur in iudice, ſed odia in partibus reſtringuntur. ff. de lib. & poſthu. cùm quidam. adhuc ſigno contrà, infrà e. eam te. dic, quòd ibi reſcriptum vtrunq; fauorabile eſt: quia ad beneficium obtinendum. & ibi apparet de mente domini Papæ & reſpectu datę, mandatum recepit. Item loquitur quaſi in iudice. arg. infrà e. tit. literis. Sicvt poteſt diſtingui, & dici, q; reſcriptorum, Alia gratioſa, vt in hoc §. & infrà. de priuile. quaſi per totum. Alia contentioſa, per quæ confertur iuriſdictio inter partes. Infrà eo. quaſi per totum. & de officio deleg. ſuper quæſtionum. & quaſi per totum. vt nota. ſuprà eo. §. q; iuriſdictionem. & iſtorum. Alia executoria, de quibus nota. ſuprà eo. §. quod executione. Alia generalia, Alia ſpecialia, vt not. ſuprà eodem. §. quod continet. Alia diffinitiua: & iſtorum, Alia indubitata, & certa: vt illa quæ corpore iuris clauſa ſunt, & de quorum intellectu non dubitatur, niſi à mẽte capto. infrà, de tempo. ordi. vel nõ eſt compos, vel quia licet non ſint in corpore iuris clauſa, apparent tamen vera bulla bullata, & iuri communi conſonantia, vel aliàs certi ſumus de ſentẽtia papæ, & authoritate talium ſunt diffinenda negotia. ſuprà, de conſtitutio. c. j. infrà, de ſententia & re iudicat. in cauſis. Alia indubitata, ſed obſcura, vt qa in corpore iuris clauſa. Sed intellectus eſt dubius & obſcurus, ad minus iudici, qui non debet contra cõſcientiam iudicare. in authen. vt iuſiurandum quod præſtatur ab his. §. j. ibi, & æquus ero. vel quia verba bullata. Sed ſi de clauſula aliqua ibi appoſita mouetur quæſtio, quæ ex intẽtione papæ pendet, vel non, eſt certum, q; papa ſic iudicauerit, nec concor. iuri cõmuni: & in his caſibus conſulendus eſt princeps, antequàm negotium per iudicem terminetur, vt probatur per ordinem. de primitio, infrà de ſentent. excõmunicat. inter alia. de ſecundo, infrà de præben. cùm cauſam quæ. & cap. fina. de tertio, infrà eodem. cauſam quæ. de fide inſtrument. paſtoralis. Alia in dubium reuocata. & tunc diſtingue, ſicut no. ſuprà eodem. §. quod cui præiudicat. in diſtinctio. quæ incipit, Si de reuocatione. & accedit quod not. infrà, de offic. leg. §. quid pertinet. verſic. reſcriptum.

22 Quæ poſſunt obiici † contra reſcripta. Inopeme copia facit. Ecce in primis obiicitur quod impetratum eſt ſuggeſta falſitate, vel tacita veritate, quia non expreſsit totum factum: quo expreſſo, princeps reſcriptum nullo modo conceſsiſſet. infrà, qui filij ſint legit. cauſam. Sed nunquid ſufficit, ſi dicat, non obſtantibus literis ab adverſa parte impetratis, vel impetrandis. diſtin. Vtrum in reſcripto, in quo hæc clauſula continetur, de conſenſu partium fiat mentio, vel non: & vtrum reſpiciat tempus præteritum vel futurum, ſi de communi conſenſu fiat mentio, & futurum tempus reſpiciat, ſufficit talis mentio, ſicut loquitur infrà eodẽ. ex parte decani. j. reſpon. Nam & vbi primum reſcriptum communi conſenſu impetratum eſt, non valet ſecundum, niſi de ipſo fecerit mentionem, vel niſi de communi conſenſu impetratum eſt, ſic intelli-
ge, infrà e. cæterum. §. fi. & c. ex parte decani. h §. fina. nam hãc decre. intelligo, vbi primum reſcriptum & ſecũdum fuit de cõmuni cõſenſu impetratũ: nec obſt. quòd priori ſtatur: qa ibi, nobilis fraudem cõmiſerat, & ex ore ſuo i iudicatur, & habetur ei fides contra ſeipſum. capitulum verò ſine culpa erat, & ideo poteſt quod malueritapprobare, vt fraus puniatur. argu. infrà, de eo qui duxit in mat. quam pol. c. j. Vbi verò non fit mentio de cõmuni conſenſu, concedens reſcriptum non poteſt ſibi, vel ſucceſſori ſuo legem imponere. ff. de arbi. l. penul. infrà, de electio. innotuit. §. quamvis. & quia tractus futuri temporis, &c. ff. de vſuris. l. j. Si verò præteritum tempus reſpicit, & vnicum reſcriptum impetratũ fuerat, non ſufficit talis mentio, ſi authoritate ipſius proceſſum fuerit: ſic intellige, infrà, de dolo & cont. c. ij. & ſi etiã proceſſum ſit, & de proceſſu fiat mentio, quod legitimè factũ eſt, non retractabitur. infrà, de reſtit. ſpo. audita. §. licet. Quòd ſi proceſſum non ſit, generalis mentio ſic poteſt intelligi. infrà, de indic. cauſam quæ. ibi enim non fuit proceſſum, vt innuit, ſed recuſabitur iudex tanquam ſuſpectus. Sed & ſi plura reſcripta impetrata fuerunt, ſufficit talis mentio. infrà de cler. non reſid. cùm ad hoc. ſi enim de omnibus expreſſam deberet facere mentionem, fortè non ſufficeret pergamenum: quare Anglici de Bachallario, nomine non obſtante, ſicut aſſerebant, vno ictu omnia ſua priuilegia deſtruebant, me præſente cõqueſti fuerunt domino papæ, & fratribus in camera tempore cõcilij Lugdunen. ergo cùm iura ſuper hanc quæſtionem diſcrepent, meritò de reuocatione primi reſcripti poterit hæſitari, quia non omnes hanc diſtinct. quæ incipit, de reuocatione, & ſuper quæſtione, quæ incipit, ſi non apparet. verſicu. ſi dubiam. ſi enim tacet aliquid, quòd exprimere debuit, vel contrà, non valet reſcriptum. infrà eodem, ſuper literis. Sed
23 ad hoc vt hanc decre. plenè intelligas, ſic diſtingue. † Si reſcriptũ tacita veritate vel ſuggeſta falſitate impetrat, aut hoc fit per fraudem, vel malitiam: aut per ſimplicitatem, vel ignorantiam. Si per fraudem vel malitiam, ceſſat officiũ iudicis, ex quo ſibi ſuper hoc fuerit facta fides. infrà eodem. ſuper literis. §. nos igitur. comprobatur, xxv. quæſtione ij. & ſi legibus. C. de fun. patri. l. ij. lib. xij. de rebus eo. qui ſub. tut. vel cura. ſunt. magis puto. §. penulti. & vlti. ff. de iudi. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de Carbo. edicto. Carbonianum. §. puberi. ff. de bon. liber. l. antepenulti. Si verò per ſimplicitatem vel ignorantiam, ſubdi. vtrum talis veritas ſit ſuppreſſa: qua expreſſa, vel talis falſitas ſuggeſta, qua tacita princeps reſcriptum nullo modo cõceſsiſſet, aut talis, quòd ipſum nihilominus conceſsiſſet. Si talis ſit, q; princeps nullo modo conceſsiſſet reſcriptum, vel de leui non conceſsiſſet. infrà eodem. poſtulaſti. ad fin. exemplũ de falſitate. infrà eodem, ex inſinuatione. infrà eodem, de tranſactio. ex literis. exemplum de veritate. infrà eodem. verſicul. ſed quomodo intelligemus. non valet. infrà eodem. ſuper literis. §. ſi verò per huius. & hoc in gratioſis reſcriptis eſt ſpecialiter conſiderandum, quæ legenda ſunt. ſecus, in non legendis. infrà, de crimi. fal. cap. vltimo. In vtroq; tamen caſu de precum qualitate cognoſcetur. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & ſi non cognitio, ſic poteſt intelligi. infrà, de ſententia & re iudicata. de cætero. Sed contrà, quia non imputatur ſi ignarus eſt. infrà, de priuileg. ex parte prima. ibi, quorum ipſe non erat ignarus. ſed ibi ſubaudiendum eſt, maximè. Quòd ſi princeps reſcriptum nihilominus conceſsiſſet ſaltem in forma communi, refert vtrum inde poſsit elici æquiuocationis fallacia, aut non. Si poteſt inde elici æquiuocationis fallacia, non valet. argu. infrà eodem. nonnulli. & cap. vltimo. infrà, de libel. oblatio. ſignificãtibus. de appellat. ſignificantibus. ideo non poteſt poni vnus diœceſanus pro ciuitate, vel ecõuersò. nec vnus diœceſanus pro alio. infrà eodem. ſignificante. & c. Rodulphus. cum multi ſint eiuſdem nominis, multi poſſent conueniri, & poſſet fieri fraus concilio, infrà eodem. nonnulli. in eo quod dicit, q; non valet litera, ſine ſpeciali mãdato domini impetrata. quod dic vt not. infrà eodem. verſicul. xcvij. Item in eo quod dicit, Ne trahatur quis vltra
i duas dietas [i] à ſua diœce. quod dic vt no. infrà eodem. verſic. centeſimo. Quid ſi mandatur, quòd prouideatur alicui in diœceſi, nũquid poteſt ei prouideri in ciuitate: & ſi in prouincia, nunquid in eccleſia cathedrali? De hoc dic vt no. infrà, de verborum ſignificatio. §. à quo fieri debet. verſic. quid ſi mandetur alicui, & ſequenti. Sed & ſi non poteſt inde elici æquiuocationis fallacia, refert vtrum erretur circa principalia ſeu ſubſtantialia, vel circa acceſſoria, ſeu accidentalia. ſi erretur circa principalia, ſeu ſubſtantialia, ſine quibus iudicium eſſe non poteſt, puta perſonã iudicis,

[h] Iudex æquitatem ſeruat.] Adde text. in capit. cũ æterni. de ſententia. & re iudicat. lib. 6.

[i] Vltra duas dietas.] Add de text. in c. ſtatutũ. de reſcriptis. lib. 6. iũcta gl. in verbo vnam dietam. Spe. ti. de citatione. in §. 1. verſicu. & not.

a Locus est de substantia.] Adde an locus sit de substãtia famę, vide per Bart. in l. de minore.in §. tormẽta.ff.de quęstio.Et an locus sit de substantia professionis,vide per Cardi. Zaba. in c.sicut. el 2.in primo no. de reg.idem Card. in c.pŏrectum. eo.lib.

actoris,vel rei, seu negotiũ,de quo quæritur. iiij.q.iiij.infrà,de verborum significatione. forus.§. in omni non valet. infrà eodem. significante.& c.Rodulphus. infrà, de offic.deleg. P.&G. Vbi verò erratur circa accessoria, vel accidentalia, tunc procedit iudex secundũ ius commune,quamvis nõ sequatur formam, ad quam cõcedendam motus fuit princeps, propter falsitatem suggestam, vel veritatem tacitam. sic intelligitur.infrà eodem.super literis. §.inter alios. C.si contra ius vel vti.pub.præscriptione.quæ ponitur xxv.q.ij. Idem est,si in nomine erretur,dummodo constet de persona per circunstantias appositas, puta si impetretur contra P.Archidiaconum Parisien. beneficiatum Anglia atque prouincia,legentem Parisiis in Decretalibus, de Senisia oriundum.is enim nullus est.nisi ergo non obst.error nominis, ex quo circunlocutiones sunt indubitatæ.sic intellige,infrà de censi.venerabili.ff.de hære,instit.quoties.&l.his verbis.§.j.&l.in tẽpore.§.quoties.&l.si quis,ij.C.de test.si in nomine.ff.de rei ven.si in rem.ff.si certum pet.certum est.j̃.de testi.licet ex quadam. §. vlti.j̃. de consang. & affi. tua. verba enim ideo inuenta sunt,vt eis quilibet in alterius notitiam cogitationes suas proferat.xxij. q. ij. is autem. sed nec obstat error nominis, vbi constat, quòd vtraque pars de tali sensit: putà,quia hoc confitetur,ff. de re iudi.l.antepenul. ergo ex quo constat de veritate,non refert per quæ verba.sic patet, quòd si rescriptũ impetretur contra R. Remen. qui est Leodien. vel contra G.Leodien. qui iniuriatur super equo,cum tamẽ iniuriaretur super asino: vel si impetretur ad P.priorẽ Antipolitanũ, qui Henricus vocatur: vel si impetret G.Remen.qui est Leodien. nulla alia circunlocutione apposita,rescriptum non valebit,quia aut impetrans intendebat impetrare contra talem: & tunc non potest alium conuenire: vt apparet in eis quæ not. suprà eodem. §.quod gratiam specialem.aut nõ intendebat: puta,hoc fecit per ignorantiam: vt sequitur. vel dic, ꝙ impetrans aut apposuit hoc in fraudem,& tunc non valet,vt suprà.aut per ignorantiã: & tũc cum contra talem, seu sub tali re: seu ad talem iudicem non intẽderit impetrans impetrare iurisdictionem. argu. ff. de cotralien. emptio.in l.j̃.ff.de pactis.tres fratres.ff.de trãsactio.qui cum tutoribus.in fin.per consequens,nec princeps conferre: quia iuxta petitionẽ formatur responsio, C. de transactio.vt responsum. infrà eod.scisitatus.infrà,de sponsa. de muliere. & sic iurisdictionem, quam non habet,non exercebit. j̃. eod.pastoralis.§.quoniã.j̃. de offic.delega.ex literis.ff.de offic.proconsul.l.iiij.§. vltim. sed nec in proprio facto error tolerabilis est. vt not. suprà eodẽ. §. quod continet.ver.quid si lapsa die.debet enim instructus ad iudicium venire,& alij edere,non editionem ab aduersario petere. ff. de edendo.l.j.&l.si quis ex argentariis.§. prohibet. probatur hoc iij. q.iiij.§.spatium.ver. eius autẽ.C. de dila. si quãdo. & quamvis etiam posset allegare simplicitatem, istud certum est. ꝙ secundum rationem naturalem, principali deficiente, deficiet & accessoriũ, infrà eo.cùm dilecta.infrà, de fide instru. inter dilectos. §.penul. & vlt.ff.de reg.iur. cum principale.infrà,de rerum permut. c. fin. error autem qualitatis non nocebit: de quo pones exemplũ, sicvt no.infrà eo.vers.verò.sed substantialis nocet,vt præmisi. probantur hæc apertè xxix. q. j. §.j. ff. de hæred. insti. quoties. ff. de leg.j.si quis.in fundi vocabulo.C.de insti.l.vlti.

HAEC autem substãtialia voco,nedum præmissa,sed omnia: quæ si omissa fuerint, vel suggesta, secundũ iura vitiatur rescriptũ,vbicunq; hoc expressum inueniatur. exempla infrà eodem vers. sed quomodo intelligimus.& sequentibus.Item locus† est de substã-
24 a tia [a] iudicij. arg.ff.de iusti.& iur.l.pen.ff. de arbitris. si cùm dies. infrà,de officio deleg.cõsuluit.Item diœce.& ciuitas.nec accipiatur Robertus pro Martino,vt nota.suprà eodem versiculo,quòd si princeps.& sequenti.& sic rescriptũ non extenditur nisi ad personas & res,quæ ibi reperiri possunt,vt nota.suprà eodem §. gratiam.& quicquid scribatur,intentio Papæ consideratur:infrà eodem capitulo ij.& cap. eam te. & cap. ad aures.& cap.cùm adeò. & cap.seq.& cap.mandatum.& j̃.de præb.cùm causam.& cap.vltimo.Ideo autem error qualitatis non nocet,quia licet propter illum motus fuerit princeps ad aliquam specialitatẽ concedendã, certum est tamen, ꝙ iudicem voluit iudicare: & si non secundum specialitatẽ prædictam,saltem secundum formam iuris.ipse enim tuetur iura,infrà,de elect. ecclesia,ij.§.denique.infrà, de sup. negli. prælat.licet.de quo pone exemplum per decret. infrà eo.olim.vbi si non probat vnum, nihilominus proceditur in alio secũdum ius commune, secundum Goff. sed certè ibi fuit impetratum rescriptum, secundum ius commune,sine aliqua specialitate.vnde si vtrumque probasset,in vtroque obtinuisset. sed quia non probat in vno,ideo succumbit in alio. nam & hoc est de iure communi,infrà vt eccle.benefi.c.vnico.§.j.& sic nedum in vno,imò & in ambobus proceditur, secundum ius cõmune. & qualiter hæc decret.intelligatur,suprà eodẽ,& de ipsius interpretatio.sub dist. cum duo.ver.sin autem copulatiuè,& sequenti.Ponuntur & multa alia exempla in glosis variis: sed quia ex ipsis non possum elicere,quòd iudices procedant,omissa specialitate aliqua, non insisto. Tu verò pone,quòd ego Italicus intellexi me hæredem institutum ab aliquo Anglico, cuius regni consuetudines possum meritò ignorare, quia non conuenit alieni regni arcana scrutari. C.de commer. & merca. mercatores.fuit mihi suggestum, quòd quæstio talis de consuetudine regni, in fauorem morientium de plano procedebat,quæ obligatione libelli & intra tres mẽses terminabatur.ergo licet falsum esset, credens tamen verum, secundum hanc formam porrexi petitionem meam,& rescriptum obtinui: certè hic iudices facient nihilominus porrigi libellum,& lis intra sua tempora suo marte decurret: arg. infrà eodem. causam quæ.In veritate tacita, pone exemplum, quòd prædicta consuetudo vera erat: ego reus hoc tacui,& mandat Papa, ꝙ ordine iudiciario procedatur: certè quamuis de iure cõmuni libellus porrigendus esset,attamen dicta consuetudo seruabitur: & sic libellus non porrigetur.arg.infrà,de consuet.cùm dilectus.§. fin. infrà,de eo qui mit. in possessionem causa rei ser. cùm venissent. §. fi.potest etiam poni exemplum in Cistercien. & Dien. episcopis, super ecclesia sancti Martini & diœce.in limitibus litigantibus.& pone,quòd suggestum est capellano Papæ,confecrato in curia, ꝙ de generali consuetudine prouinciæ de plano,&c.arg. suprà posui in alio exemplo,terminetur. Item potest poni exemplum, ꝙ cùm essem in curia Romipetæ, vicini mei suggesserunt mihi, ꝙ aliquis potens vicinus meus spoliauerat me castro meo,de quo erat lis inter nos, sed possidebam, iustè potui ignorare. arg. ff. de verb.oblig.l.vlti.§.si inter eos.infrà, de præsum. quosdã.& cap. seq.secundum hanc suggestionem, quæ falsa erat, obtinui committi possessorium,& petitorium,& ꝙ iudices intra duos menses possessoriũ terminarent: certè omissa hac specialitate,super petitorio, procedẽt iudices intra sua tẽpora, iuris ordine obseruato. ad hoc infrà, de sequest. possess.cap.j. vel pone exẽplum, ꝙ iidem Romipetæ suggesserunt mihi,quòd aliquis contra me commiserat delictum notorium,cùm tamen esset occultum, per decre.infrà,de iureiurando. ad nostram. secundum hoc intellige iura superiora,& opiniones contrarias insertas,infrà eodem.super literis.respon.prima. Sed quomodo intelligemus veritatem tacitã, qua expressa, literæ nullatenus haberentur. xxviij. exempla his comprehende:

Si lex priuata,si dispensatio, pactum,
Vel si rescriptum,sententia,siue statutum,
Gazæ nobilitas,ac appellatio causæ,
Ac hominis meta,uel confirmatio Papæ,
Processus,titulus,series,professio certa,
Paupertas facti,possessio,lisq; grauamen,
Gratia,uenditio,pater,ac exceptio ciuis,
Clausula,firma fides, sed & his iunges anathema.
Finis tolletur,nisi mentio facta probetur.

[*] Ioannes alibi.Si lex priuata,infrà,de prescri.veniens.infrà,de priuil.ex parte.Si dispensatio,infrà,de fil. presby.ex tua.Pactum,infrà,de deci.ex multiplici.Vel si rescriptũ,infrà eo.ex parte.& c. cæterum.Sententia.C.sen.rescin.nõ pos.l.vlt.ar.infrà,de fi.instr.inter dilectos.§.instrum.ver.in omnib.Siue statutũ, s̃.de consti.cũ accessissent.infrà,de cle.nõ resi.cum dilectus.& de pręb.pro illorum.Gazę nobilitas.infrà,eod.sedes.j̃.de fo.compe.ex parte.infrà.vt lit.non cõte.accedens.infrà,de offi.dele.significantib.j̃.eo. ex parte decani.infrà,de sen.& re iud.cũ Bertholdus. in prim. Ac appellatio,scilicet ꝓpria,infrà e. ex parte,scilicet vel aduersarij.j̃. de confir.vti.bonę.Causæ,scilicet excõicationis:& si plures sunt, oẽs debet exprimere.infrà,de off.or.ex parte.& de sen.excom. cũ pro causa.Ac hominis meta.i.terminus appellationis. sed nec terminus legis præueniendus est minus.infrà,de app.sæpe.§.fi. & c. oblatę.Vel cõfirmatio Papę.s̃.de consti.ex parte.infrà,de cle.non resi.cũ ad hoc.& ne sede vacante illa. Processus.infrà,de sen.& re iud.inter monasteriũ.Titulus scilicet beneficij, & expone vt not. ver.quod aũt.& sequenti.Series:j̃.eo.dilectus filius Abbas.& de coha.cler.& mul.super eo. Professio certa,scilicet vtrum sit clericus vel laicus,infrà eo.cùm adeò.infrà, de transac. ex literis. & c. significauit,infrà, de arbi.innotuit,infrà,de fo,compe, licet. quia nec

nec religio ſupprimenda eſt, infrà eod. cùm ordinem, infrà, de confir. vti ad noſtram. et c. fi. & de regula. qa in inſulis. Paupertas: ĵ. eo. ad aures. infrà, de off. deleg. ſignificantib. ĵ. de fo. compe. ex tenore. & c. ex parte. ĵ. de inſti. c. j. & c. authoritate. Facti poſſeſsio: infrà, de conceſſ. præb. cũ noſtris. & c. literas. Liſcꝫ: infrà, vt lit. pẽ. dilectus. & infrà, de teſt. cauſam q̃ vertitur. infrà, de priui. c. pen. Grauamen: hoc intellige, vt no. ĵ. eo. ver. ſede grauata. Gratia: qa iam receptus eſt in alia eccleſia. ĵ. eo. in noſtra. Venditio: reſcript. ſibi conceſsi à ſede Apoſtolica. ĵ. eo. ad audientiam. Pater: infrà, de fil. presby. c. ij. Ac exceptio: arg. ĵ. de procur. in noſtrã. §. nos verò. Cuius: quia & de diœce. & de ciuitate facienda eſt mentio, ĵ. eo. ſignificante. & c. Rodulphus. Clauſula: ĵ. eo. cũ dilecta circa prin. vbi non valet reſcriptũ ſecundũ, quia non facit mentionem, ꝙ articulus fuiſſet in primo reſcripto inſertus. Firma fides: ſcilicet ſacramentũ. ĵ. eo. cõſtitutus. infrà, de appel. dilecto. Item fides interpoſita. arg. ſuprà, de conſti. ex literis. infrà, quod met. cau. ad aures. Sed & his iunges anathema: quia ſi tacet excommunicationem ſuam, non valet. infrà, de procu. c. vlti. & de proba. poſt ceſsionem, niſi ſuper defenſione impetretur. infrà, de excep. dilecto. & c. dilecti. c. cum inter. c. ſignificauerunt. c. venerabilẽ. & extrà eo. ipſo iure quod quidã habent, quidam non: ſed tamen con tinet ius commune. Finis tolletur, niſi mentio facta probetur: id eſt, reſcriptum poſt prædicta impetratũ non valebit, niſi de prædictis faciat mentionem. Quod aũt dixi ſuprà, ver. titulus. quòd de titulo facienda eſt mẽtio, exponitur, id eſt, de beneficio: ſed diſtinctione opus eſt. Quia aut dicit, ſe nullum eccleſiaſticũ beneficium habere, & tunc quantũcunq; minimũ habeat, non valet, tan quam fraudulenter obtentũ. ĵ. eo. ſi proponente. Aut dicit, ſe pauperem clericum, vel non competens eccleſiaſticũ beneficium aſſe cutum: & tunc ſi primum ſufficiens eſt, idem vt pridem. ĵ. eo. cùm adeò. quia talis non eſt idoneus. infrà, de præben. ſuper inordinata. Si verò ſit minus ſufficiens, poteſt ſubdiſtingui, vtrum impẽtrans ſit diſcretus & cauilloſus, ita ꝙ poſsit contra eum præſumi: & tunc idem quod pridem. arg. infrà, de præſum. mandata. & c. illud. infrà, de præſcrip. ad audientiam. infrà, de contrahẽ. emp. ad noſtram, infrà, de ſen. excom. cùm illorũ. in fi. ff. de eden. ſi quis ex argentariis, id eſt, niſi fortè impetraret in forma cõmuni: quia tũc valeret. argu. ĵ. eo. poſtulaſti. infrà, de cri. Fal. c. fi. Quid ſi ſimplex erat & honeſtus, & talis cui Papa hoc conceſsiſſet: & ſi de primo beneficio certificatus eſſet, quod quidem ex coniecturis nobilitatis affectus, & ſciẽtiæ, bonus iudex æſtimabit: arg. infrà, de prẽben. de multa. in fi. ff. de ali. & cib. leg. cùm alimenta. ff. de lega. iij. ſi filius. non nocebit. ſic poteſt intelligi infrà, de præben. cùm teneamur. & c. dilectus. ij. Sed ſi talis non erat, cui non erat cõceſſurus, non valebit. arg. infrà, de præb. referente. in fin. C. de l. cùm alienam: vt ſic eadem ratio moueat delegatum, quæ & delegantem. infrà eo. ſuper literis, in fine. ideo ſi taceat aliquid: quo expreſſo, non habuiſſet reſcriptum: vel ſi deficiat aliqua de conditionibus, quæ in reſcripto tacitè includuntur, non valebit. vnde verſus:

Clericus, indigena, dignus, pauper, reſidensq́,
Sufficiens numerus, ſi uendita gratia facta,
Scandala, nec prodeſt tibi litera, ſede grauata.

Clericus: nec enim valet, niſi clericus ſit. infrà, de tranſact. ex literis. Indigena: lxxj. diſt. hortamur. C. de epiſcopis & cleric. in eccleſiis hoc intelligas de honeſtate, alioquin contrà. infrà, de inſti. ad decorẽ. nec obſt. infrà, de cler. peregri. c. vltimo. nam ibi nõ remouentur, quia extranei, imò quia minus idonei, vel ſine conſcientia epiſcopi inſtituti ſunt. vt infrà, de inſti. c. iij. nec obſt. infrà, de elec. ne pro defectu: quia & de honeſtate intelligitur ſecũdum omnes: ego tamen contrà, & dico, ꝙ illud ideo eſt: quia ſub certa forma & limitata, deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem: ideo fatuus erit, ſi terminos ſibi impoſitos tranſgrediatur. arg. ĵ. eo. cùm dilecta. §. vlti. infrà, de elec. §. quia propter. §. qui verò. infrà, de ſepul. c. j. §. fi. de hoc dic, vt not. infrà, de elec. §. quis eligi. verſic. Itẽ qui non eſt de eodẽ gremio. Dignus: aliter non valet. ĵ. eo. cùm adeò. infrà, de æta. & qualita, accepimus. Pauper: hoc intellige ſecundum diſtinctionem proximè ſupradictam. Sed nunquid tenetur facere mentionem de patrimonio? Quidam dicunt, quòd non, vt infrà eo. poſtulaſti. vbi non reſpondet ad quæſtionem factã de patrimonio. reſecatis omnibus, dico ꝙ ſi ordinatus eſt ad patrimonium, & de ipſo mentionem non facit, ordinator contra ipſum exceptionem habet, ſecundum Goff. Idem videtur, & ſi ordinatus nõ fuerit ad titulum patrimonij, dum tñ ſufficiens ſit. nã nec pater carnalis tenetur, ſi filius habeat aliàs vnde viuat: vt not. infrà, de infant. & lan. expoſi. §. quib. exceptionib. verſi. vel quia tibi potes. & expreſſum eſt, j. quæſtio. ij. paſtor. infrà, de præbend.

epiſcopus: in fine. & ca. tuis. nec enim dicitur ibi, quòd ad titulum ſui patrimonij ordinentur. Sed quòd hi, qui talia patrimonia habent, poſſunt ordinari, nullo alio titulo aſsignato: vel dic nullo alio, ergo iſto aſsignato. & ſic facit pro Goffredo, quia ſine titulo iſto vel alio, non debent ordinari. infrà, de præben. cùm ſecundum. infrà, de ætate & qualitate. accepimus. Si tamen quæris, vtrum tales licitè vtantur titulo, ſeu beneficio ſibi gratis conceſſo, dico ꝙ ſic, dum tñ honeſtè viuant, prauam intentionem ditandi parentes non habeant cum opere ſubſequuto, & dummodo ſeruitium eccleſiæ faciant: quia qui altari ſeruit, &c. infrà, de præbendis. cùm ſecundum. nec enim tenentur propriis ſtipendiis militare. infrà, de præſcriptionib. cùm ex officij. ſic intellige, ꝙ non peccat qui vtitur iure ſuo. infrà, de electionibus. cùm eccleſia Vulterana. in fine. xxiij. quæſtione v. de occidendis. xiiij. quæſti. j. quod debetur. Quid ſi ſeruitium non faciant, vel in malos vſus expendant, pœna ſuos teneat authores: quia ipſorum vitia non palpabo. Si non credunt mihi, credant Hieronymo dicenti: Quia qui bonis parentum ſuſtentari poſſunt, & opibus, ſi quod pauperum clericorum eſſe debet, accipiunt, ſacrilegium incurrunt, & per abuſionem, quaſi dicat de his qui abutũtur rebus aliorum, iudicium ſibi manducant & bibunt. xvj. quæſt. j. quoniam quicquid. in fine. Et proſpero, qui ait, ꝙ nec ſine grandi peccato recipiunt. j. quæſt. ij. paſtor. xij. quæſt. j. nulli autem. Et Ambroſio, qui dicit, quòd nullus tam iniuſtus, tam auarus eſt, quàm qui multorum alimenta non ſuum vſum, ſed abundantiã & delicias facit. xlvij. diſtinct. ſicut hi. Sed & Valeriano. C. de ſacroſanctis eccleſiis. hæc priuilegia. Et Iuſtiniano in authen. vt determi. ſit nume. cle. col. j. & de menſu. ordi. cleri. col. iij. & vt cleri. qui rece. colum. v. Et regulæ iuris ſecundum naturam, nec enim ferendus eſt clericus, qui lucrum, ſcilicet reditum eccleſiaſticum amplectitur. Onus autem, ſcilicet eccleſiæ deſeruiendi, & honeſtè viuendi, & prouidè diſpenſandi, ei ſcilicet reditui eccleſiaſtico annexum contemnitur. C. de caducis tollendis. l. vnica. §. pro ſecundo. argum. infrà, de cleri. coniug. diuerſis abutens in beneficio. & ſi iura deficiant, propria tamen conſcientia & naturalis ratio te conuincent: ſed nec licet tibi bene diſpenſare, niſi ius habeas: imò grauaris potius quàm iuueris. j. quæſt. iij. ex multis. & vide quod not. infrà, de natis ex lib. vent. §. finali, verſicu. alij perpetui. Excuſantes tamen excuſationes in peccatis ſcripſerunt, quòd iura allegata de conſilio loquuntur. quod vtique crederem, ſi iura inducerent, quæ non habent. Alij dicunt, quòd eſt præceptum: ſed non intelligitur de his qui occaſione diuitiarum patrimonialium ſuperbiunt, & vagantur. Tertij, quòd loquuntur de his qui vſurpant quartam decimarum, pauperibus aſsignatam. Quarti, quando eccleſia non ſufficit omnibus, in quo deberent de ſuo potius ſubuenire, arg. lxxxvj. diſtin. paſce. infrà, de cenſi. licet Hug. dixit, quòd ad bene diſpenſandum conceditur, argum. xxx. diſtinct. hoc ſcripſimus. & xij. q. j. habebat. hoc poteſt exaudiri, quando ius habet in beneficio: aliàs contrarium eſt, vt not. ſuprà, eod. verſi. & regulæ iuris. Ego intelligo, vt dixi, & facit pro me. infrà, eod. poſtulaſti. §. j. nã ad hoc vt litera impetrata ab ordinato valeat, duo requiruntur, ſcilicet vt nullum habeat beneficium eccleſiaſticum, & quòd ſit pauper, vt ibi innuit. ergo ſi pauper non eſt, quamuis nullum habeat beneficium eccleſiaſticum, ſuccumbet. argumen. infrà, de cõſuet. c. vltim. in fin. & infrà, de eo qui duxit in matrim. cùm haberet. §. nec aliquid. & c. vlti. Sed qui ſufficiens habet patrimonium, pauper non eſt, imò diues: & ſaltem à Deo, à quo omnia bona ſunt, beneficium hoc habere intelligitur. ſed & beneficium eccleſiaſticum cenſetur, ex quo ad ipſum ordinatus eſt, vt patet in his quæ no. infrà, de præbend. §. cui ſit conferenda. vnde & quæſtioni de patrimonio propoſitæ, intelligo quòd reſpondet in fine, ibi, & pro habenti beneficij ſufficientis ſubſidium, &c. nam & per verba quæ præcedunt, ſufficienter reſponſum eſt primæ quæſtioni. Sed quid appellas beneficium † ſufficiens? Reſpondeo, quod ſibi & ſuis ſufficiat. l. diſtin. ſtudeat. ad fin. de cohabi. cleri. & mu. c. j. & ſi poteſt hoſpitalitatẽ tenere, & epiſcopalia iura perſoluere. infrà, de ſuppl. negli. præla. ſicut. infrà, de præbend. de monachis. infrà, de contrahen. emptio. c. j. conſiderata nobilitate, & dignitate, in maioritate illius, de cuius prouiſione quæritur. arg. xlj. diſtinct. non cogantur. Sed & ſcientiæ facundiæ conſuetudinis eccleſiæ, ar. ff. de var. & extra. cog. l. j. §. in honorariis. ſuprà, de conſt. cum omnes. in fi. infrà, de conceſ. præb. ex parte. Aſten. ſecundum communem lecturam. Puto, quòd ſi quæras de ordinando agente contra epiſcopum pro titulo aſsignando, & ſtatuta ſit certa ſumma, puta c. ſol. vel x. libræ, ſicut eſt in quibuſdam

b Appellas beneficium ſufficient.] Adde gl. in c. conquerente. de cle. non reſi. gl in c. cum adeò, de reſcri. gl. in c. ſi clericus. 21. q. 1. gl. in c. 1. de inſti.

25 b

ſtatutis legatorum Apoſtolicæ ſedis, in prouincia ſeruanda eſt. arg.infrà,de fideiuſ.quod quibuſdã. Si non eſt conſtituta,habẽs victum & tegumentũ,contentus ſum, iuxta Apoſtolum,&ſi recipit minus ſufficientem, titulũ ſibi imputet,& propriis manib.vi-
16 ctum quærat.xcj.di.§.j.& c. clericus victum. † Quid ſi quæras, vtrum vni clerico maius beneficium q̃ alij aſsignari debeat? Reſpondeo ſic,conſideratis iuribus quæ not.infrà;ver. ſed quod appellas.& §.quod continet.ver. & ſciendum. & hoc cõmitto arbitrio epiſcopi,cui rerũ diſtributio, & animarũ gubernatio eſt commiſſa.xij.q.j.epiſcopus eccleſiaſticarũ rerum.& c.præcipimus. vt tamen magis conſideret morum honeſtatem,diſcretione, matre virtutũ præuia diſpenſatione q̃ ſanguinem nobilem diſsipãtem. ſic intellige,infrà,de præb.de multa.in fi.& c.venerabilis.§.nos igitur.viij.q.j.Moyſes.Si enim cõmunem lecturam cõſideres, vix refrenabitur ambitio clericorum.cõtra decr.infrà, de præb.quia intantum. Sed in hoc diſpenſari poteſt, vt not.infrà,de præb.§. vlti.ſub.§.illud,& ſequenti. Quid ſi dicatur in reſcripto,Recipiatis Petrũ,non ob.q̃ aliàs beneficiatus exiſtit,& hæc quęſtio quotidiana eſt: & puto q̃ ſi vnicum ſufficiens beneficium habeat,vel ſi plura diſpenſatione,obſtat exceptio.arg.infrà, eo. poſtulaſti.& dé præb.cum teneamur. & c.præcedenti. & ad idem faciunt iura ſuperius allegata : ſi dicas q̃ de facto ſeruatur contrarium, reſpõ. non eſt qui opponat : nec eſt quod fit,ſed quid fieri debeat, attendendum.infrà,de conſue.c.ſi.§.vno.infrà, de elec.cauſam quæ.§. quia igitur. Reſidénſq̃ : & hoc ſemper ſubauditur.infrà, de cleri. non reſi.relatum.Sufficiens,id eſt,ſi eccleſiæ facultates,in qua ſcribitur pro aliquo recipiendo in canonicum , non ſufficiant. quod intellige,vbi non eſt certus numerus canonicorum.infrà,de vi.& ho.cleri.quoniam.infrà,de inſt.c.j.& c.authoritate.infrà,de conceſ.præb.ex parte Aſten.§. vlti. & vide quod no.infrà , de conſtit. §.qñ conſtitutio incipiat arctare.ſub diſt.cum quæritur , an capitulum.ver.ſed ſi quæras.& ſequenti. Numerus : ſi enim tunc tacet,non valet.infrà,eo.conſtitutus.Si vendita : infrà,eo.ad audientiam. Gratia facta. Si enim authoritate Apoſtolicæ ſedis, aliquis in aliqua eccleſia receptus fuerit, non valet reſcriptum, niſi de receptione ſua expreſſam fecerit mentionem. infrà , eo.in noſtra. Scandala : ob.enim , ſi non poteſt impetranti ſine ſcandalo prouideri.infrà,de præb.cum teneamur.& arg.infrà,de præſc.nihil.infrà,de cle.coniu.cum olim.in fi.in his caſibus,nec prodeſt litera,ſubaudi, impetrata ſuper beneficiis obtinendis : ſed nec prodeſt,ſi aliàs grauata ſit eccleſia , cui ſcribitur , & ideo ſequitur in verſic.Nec prodeſt tibi litera ſede grata.quod intelligas, quando impetratur ſecundum formam decre.infrà , eo.mandatum literis abbatem , ſecundum Gof. quod & mihi placet ſecundum ius , in corpore iuris clauſum , quantum ad exemptionem ex parte eccleſię, cui ſcribitur,hac ratione,q̃ ſi grauatam afferat opponendam. Ber.verò intellexit, q̃ ex quo authoritate domini papæ receptus eſt aliquis in aliqua eccleſia,obſtat exceptio ſecundo impetranti, niſi de receptione primi fecerit mentionem : quod & mihi placet ſecundum ſtylum curiæ , qui conſiderandus eſt, & ſeruandus.infrà,de cri.falſi.quam graui.vnde ſic ponitur in literis Apoſtolicis, tota die non obſtante , ſi pro aliis vobis ſcripſerimus, &c. Innuit ergo, q̃ niſi illa clauſula apponeretur,obſtaret exceptio : nã clauſula operari debet. infrà, de priui.ex ore. eccleſia enim ex quo ſemel grauata eſt,iterum grauari non debet : vt arg. infrà, de cenſi. procurationes.§.j.Item alia ratione videtur nõ obſtare exceptio, ſcilicet quia reſcriptum præſumitur ſubreptitiũ. quod dic,vt not. infrà,de maio.& obe.§. in quibus conſiſtat maioritas. ver. poteſt etiam poni exemplum,& ſequentibus.Sed quid ſi tres, vel quatuor,vel plures iam recepti ſunt,nunquid ob.illa clauſula? Non videtur : quia ſufficit quòd pro duobus ſupponat,arg. iiij.q.iij. vbi numerus.hoc etiam per arg. efficax ſatis determinatum videtur. cum enim ſtatutum ſit in iure,vt deſeruientes epiſcopo , reſidentes intelligantur,vt infrà,de cleri.non reſiden.de cætero.interpretatum eſt, q̃ duo tantùm pro reſidentibus habeantur,vt infrà eo. ti.ad audientiam.non extendatur in infinitũ. & quia cum per talia reſcripta contingat grauari eccleſiam, reſtringenda ſunt , ar.j. de conſue. c.j.infrà, de deci. ſuggeſtum.qua enim ratione dices,q̃ pro tribus ſupponat, eadẽ ratione potes dicere de quinq̃ , de decem,& de infinitis.arg.infrà,de conſang.tua nos.in fi.& ſicut nihil aliud agitur,quàm vt ſubtrahatur iuriſdictio,& ordo eccleſiaſticus confundatur.xj.q.j. peruenit.Item,quia tales literæ ſunt cõtra cõcilium Lateranen.infrà,de conceſ.præb.c.iij. Item,quia ſunt contra ſubſtantiã rei , de qua agitur : cùm ſine præbenda non debeat diu canonicus permantre,infrà,de pręb.relatum.in fi.j.q.iij. ſi quis obiecerit.vnde videtur, q̃ niſi ponatur certus numerus, vt ſic dicat,non obſt. quòd pro tribus vel quatuor aliis vobis ſcripſerimus,obſtet exceptio,quòd non pro quatuor poſsit ſupponere,eſt ar.in authen.d.N.extrà,eo.cum in multis.Sol.Talem exceptionem coram me propoſitam reciperem , nec vltrà procederẽ, quouſq̃ dominus papa conſultus,mihi contrarium reſponderet. infrà,de fide inſtr. paſtoralis. de præb. dilectus filius iij. hæ exceptiones & quælibet aliæ legitimæ , vbicunque reperiantur , admittendæ ſunt.infrà,eodem ſi quando. infrà,de offic. delegat. ex parte.

27 SEd nunquid proceſſus † authoritate literarum ſubreptitiarum habitus, irritus eſt iure ipſo? Videtur quòd ſic.infrà,de off.vic.ſua nobis.xxxv.q.ix. veniam.ff. de iudi.ſi prætor. infrà,de ſententia excom. cùm pro cauſa.nam & de excep. falſi etiam poſt ſententiã,opponi poteſt : cùm probata falſitate appareat litem nullam retrò fuiſſe.infrà,de procura.in noſtra.& de prob.licet.& ſic non obſt.iij.q.vj.§.exceptio. nec infrà,de ſent.& re iudi.inter monaſterium:quia per tales literas non datur iuriſdictio.ergo non valet quod authoritate illarũ
28 factum eſt.infrà,de offi.dele.ex literis.Sed & replicatio † ante ſententiam omiſſa,etiam poſt ſententiam ex cauſa probabili admittitur. ff. quando acti.de pec.anna.eſt.l.j.& vlti.multo fortius exceptio.ad hoc infrà,de ſenten.& re iudi.ad probandum. & de deſpon.impu.ad diſſoluendum.in fin.In contrarium probo,ſcilicet quòd tenet.Nam per tales literas datur iuriſdictio,quamuis poſſent per exceptionem elidi.infrà eo.ſi autem.& arg.ff.de bo.poſſ. ſecundum tab.l.penu.§.teſtamento. ideo non poteſt dici iudiciũ retrò nullum : quia à veris iudicibus:& ſecundum iuris ordinem lata eſt ſententia , & ſi is contra quem impetratum eſt , ſciuit ſibi competere exceptionem, & non excipit,ſibi imputet. ſi ignoraue rit prætextu exceptionis de nouo repertæ, ſententia non retracta bitur.infrà,de ſent. & re iudi.ſuborta. & c. inter monaſterium. & arg.infrà,de cogna.ſpiri.c.iij. Item tenet libertas per falſos codicillos præſtita.ff. de manu.teſt.cum ex falſis.& legata prçſtantur, licet teſtamentum falſum ſit.ff.de hære. inſti.l. vlti. & videtur caſus expreſſus: quia poſt litem conteſt.non poteſt opponi,cùm ſit dilatoria : ſicut vno modo intelligitur.infrà , de app. ſuper eo. in fin. Sol.Retractanda eſt ſententia per in inte.reſti.vel ſi dicis , q̃ per has literas nulla datur iuriſdictio , tunc nulla eſt ſententia ipſo iure.quod tamen intelligas,cùm iudex ex tali falſo motus, pronunciauit.infrà,de ſent.& re iudi.cum I. & A. & C. ſi ex fal. inſtr. falſam.ſecundum Io.ſed alij dicunt, q̃ per tales literas iuriſdictio datur,& ſi opponatur exceptio,& in contrarium fiat,totum retractabitur.infrà eo.conſtitutus.& c.cùm dilecta.Sed ſi nihil opponitur,tenet, niſi per in integ. reſtit. vel ſupplicationem releuetur. xxxv.q.x.veniam.& c.ſententiam.C.de precib. imper.offe.auth. quæ ſupplicatio,in cauſa enim ſupplicctionis de ſurreptione obtinet,ſi probet ſe ignoraſſe in prima cauſa,ſaltem per iuramentũ: arg.infrà,de teſtib.præſentium. & de exceptio. paſtoralis. & hoc in contentioſis , ſed in literis ad beneficia impetratis , poteſt dici ſpeciale.quòd ſi ſint ſubreptitiæ,totũ debeat retractari.infrà eod. ad audientiam.in fi.hoc ſecundum Bart.& iuuatur hoc,quod dixi de beneficiis : quia non poſsidentur iuſtè,niſi canonicè adepta fuerint.infrà de inſt.& frequentibus.infrà, de elect.cum dilectus. §.nos igitur.& expreſſum infrà,de ſen.& re iudic.cum olim. Sed contrà,infrà eod.in noſtra.vbi valet receptio facta authoritate reſcripti fraudulenter impetrati,dic quòd illud eſt de gratia,& ex vi mandati. ſicut innuitur ibi , faciens eos eſſe contentos : quaſi dicat,bene ſufficere debet eis : quia de iure communi poſſent remoueri,vel ibi fraus non reſpicit primum reſcriptum,cuius authoritate intelligas factam receptionem.Sed ſequẽtia quæ cùm fraudulenta ſint,nullius ſint momenti.vel breuius,ſi intelligas,quòd vno eodémque die literæ illæ pluries impetratæ fuerint, tunc in eo quod dicit faciens eos eſſe contentos, continet gratiam:ſi diuerſis temporibus,tunc continet ius commune. & hunc intellectum finis approbat decre.ibi,de receptione,&c.Ita ſimplex ſum,quòd de hac quæſtione dubitare non poſſum:quia ſi per fraudem vel ignorãtiam hanc veritatem tacuit , vel falſitatem ſuggeſsit talem, quòd ſi princeps certificatus fuiſſet,non conceſsiſſet literas , non tribuitur iuriſdictio.infrà eod.ſuper literis . Sed dic,verum eſt,ſi opponatur,aliàs cognoſcet iudex,vt innuit quod confiteor. Sed non dicit,quòd proceſſus teneatur.reſpon.ſecundum hoc, iuriſdictio ex volũtate & oppoſitione partium pendet potius , quàm ex intentione principis . Sed contradicit litera in fi. ibi , vt ſic in vtroque caſu.& contradicit infrà, de poſt.præ.bonæ.ij.§. nec nocebat.certè alia eſt opinio,ſecundum quam valet proceſſus,quouſque oppoſitum ſit : quia occulta ſoli Deo relinquimus. infrà, de iudi.nouit.& not.ſingu. ſ. eod. §, quod cui præiudicet.ſubdiſ.

dere-

de reuocatione. verſic. vnde dico alia eſt veritas, ſecundum quam nulla iuriſdictio tribuitur, vnde omnia iura clamant, q; tales literæ carent viribus, & irritæ ſunt. Sed ne res exemplis egeat, paucis agam hîc, & infrà, eo. c. dilectus. & c. poſtulaſti. ibi, perpetuus vicarius. & c. ad audientiam. in fi. & c. ſedes. in fin. & c. vlt. §. fin. & c. conſtitutus. in fin. & c. ex tenore. in fin. & c. ſedes. in fin. & c. ad hoc ſumus. & c. ad aures. & c. cæterùm. iuriſdictione ergo deficiẽte, deficit quicquid ſequitur ex ea, vel ob eam. infrà, de elec. qualiter. nam & vbi intendit papa dare iuriſdictionem, non valet ipſo iure, quod fit cõtra intentionem ſuam. infrà, de præben. cum cauſam. & c. vlti. infrà, eo. cãm quæ. ibi, aliàs ſi occaſione. & c. nec moueat te verbum, Vnicam. infrà, eo. cum dilecta. poſt prin. ibi, & ideo, &c. expone enim quod ibi dicit irritandum, id eſt, irritùm nunciandum, per iura ſupradicta certa, aut ſtabis iuribus proximè inductis, expreſsim probantibus, quòd tales literę nullę ſunt: probabis per iura expreſſa, non burſalia, quòd per tales literas iuriſdictio tribuatur: aut diſtingues, aut timendum eſt, ne innitaris prudentię tuę. non obſt. quod dictum eſt de libertatibus, vel legatis: quia ſpecialia ad conſequentiam non trahuntur, maximè circa reſcripta, quæ odioſa ſunt: ideo ſic diſt. Cum quæritur, vtrum
29 proceſſus † per falſas literas [a] habitus, irritus ſit, non abſurdè dici poteſt, quòd ſi exceptio oppoſita fuit, & cõtra ipſam proceſſum, & non appellatum, tenebit, quòd actum eſt. imputet enim ſibi, qui non appellauit. C. de fide inſtru. l. vlt. & arg. infrà eo. ſuper literis. §. j. & pe. & infrà, de ſent. & re iudic. inter monaſterium. & c. ſeq. Si autem appellauit, irritus eſt proceſſus. ſic intellige, infrà, de conceſ. præb. cum noſtris. §. auditor. niſi forſitan minus legitimè fuerit appellatum. Vnde perinde eſt, ac ſi appellatũ nõ eſſet. infrà, de appellationibus. dilecto. Sed ſi nihil oppoſitũ fuit, aut ſciebat ſibi exceptionẽ cõpetere is q eã opponere debuit, aut ignorabat. Si ignorabat, ſemper vſq; ad xxx annos audiet, ſicut in exceptione alterius falſi obtinet. vt no. infrà, de exceptio. §. & quãdo. ver. ſed certè. Si enim vbi iuriſdictio vera eſt, ſed in probationibus falſitas auditur, vt C. de tranſ. ſi ex falſis. multò fortius, vbi circa iuriſdictionẽ falſitas allegatur. arg. ff. de re. iur. cũ principale hoc, niſi ſortè contra perſonã iudicis vel aduerſarij ipſorũ perſonas ſpecialiter & propriè tangens exceptio cõpeteret, q; omnino occulta eſſet. arg. ff. de off. prẽto. Barbarius. j. de ſentẽtia & re iudica. ad p̃bandũ. Sin aũt ſciebat exceptionẽ ſibi cõpetere, & ſic doloſè omiſit, ſed impetrans ignoranter tacuit vel ſuggeſsit, dico q; ſententia lata tenet, ſed ſi ante ſententiã obiiciatur auditus tñ in expenſis cõdemnatur. arg. infrà, eo. cæterùm. §. vlti. infrà, de exce. exceptionem. & ſic dolus culpę prẽponderat hoc, niſi tale quid tacuerit: quod ſi expreſſum eſſet, princeps reſcriptũ nullo modo conceſsiſſet. j. eo. ſup literis. §. ſi verò per huius. Itẽ in beneficiis poteſt admitti diſtinctio ſupradicta. Quod ſi impetrans doloſè tacuit, quandocũq; intra xxx an. excipiens audietur: & ſic dolus cũ do-
b lo [b] cõpenſabitur. nec contra doli exceptione doli replicatio admittetur. vt no. ſ̃. eo. quod cui prẽiudicet. ſubdi. Si de reuocatione reſcriptorũ. ver. quid ſi quis impetrat. & ſequẽti. ſic, iudicio meo, iura ſaluantur, ignorantia excuſat, & malitiæ puniuntur. hoc expreſsè cõprobatur infrà, de pœni. c. ſuã. hodie verò hæc exceptio ſiue peremptoria ſit, ante lit. cõteſt. non opponitur, niſi in trib. caſibus, vt in auth. d. c. extrà, de lit. cõte. exceptionis. ergo ante lit. cõte. nõ eſt in mora: ergo p tales literas iuriſdictio tribuitur, quò ad lit. cõteſt. & precũ qualitatis cognitionẽ. & ſic oportet antiquũ ius intelligi ſecundũ nouum. vnde quod dicit infrà, eo. ſuper literis. §. j. & §. penu. q; iudex nõ intromittat ſe de negotio, ex quo de ſubreptione ſibi fuerit facta fides, ſubaudi, poſt lit. cõte. vel ante, in trib. caſibus, qui in dicto c. exceptionẽ, extrà excipiuntur, ſcilicet ſi rei iudicatę, vel tranſactę, vel finitę, exceptio prętendatur. & hoc verum eſt, ſi exceptio tangat negotiũ principale: in aliis verò ſalua remanent iura antiqua. Et ex hoc videtur, q; circa iura reſcripta gratioſa, nulla poſsit opponi exceptio ante litem conteſtatã, cùm peremptо reſcripto & actio perimatur. & ſic ſemper except. tangit negotium principale.

30 SEd vt ſimplicib. viã excipiendi plenius & planius apẽriã, ſupradictas exceptiones † iterum in inferiorib. repetam, & numerum tradam, & alias addam. Primò ergo obiicitur contra reſcriptum, quòd nõ valet, quia non eſt ibi annus incarnationis, nec dies, nec conſul, neque indictio. C. eo. ſi qua. in auth. vt nomen imper. præpo. circa prin. col. v. tamen in reſcriptis domini Papæ ſufficit, quòd proponatur nomen ſuum, & in fine ſequatur annus pontificatus ſui, & dies, vt apparet in literis, quæ quotidie emanant à curia: ad hoc infrà eodem, eam te, & c. conſtitutus. & c. ſignificauit. infrà, de offic. de-
legat. gratum. infrà, de reſtit. in integ. cùm ex literis. §. fi. infrà, de fide inſtru. inter dilectos. Per hoc intellige, quòd totus tenor tranſcribendus eſt, & plenaria copia facienda. infrà eod. cùm contingat. §. j. & infrà, de offic. de-
b legat. cùm in iure peritus. infrà, de dila. præterea. Quod dic, vt plenè no. infrà, de fid. inſtrum. §. an inſtrumentum. verſic. aliæ publicæ. & verſi. ſi verò dominus, & ſeq. Secundò, quia locus nõ inuenitur ſcriptus, in quo litera data fuit. C. de contrahen. ſtipu. optima. ff. de accu. l. liberorum. in authen. de nup. in fi. ibi, datum xv. Calend. Aprilis. & vt præponatur nomen Imperatoris documẽtis. in fin. ibi, Datum Calend. Septembris. quod valde neceſſarium eſt ad hoc, vt ſciãtur, vtrum is cuius nomen exprimitur, illud
c impetrauit. arg. infrà eod. nonnulli. §. penul. & vlti. infrà, de teſtim. ex tenore. & not. infrà eod. verſic. centeſimo. Tertiò, quia non eſt ibi ſubſcriptio principis. C. eod. ſacri abbatus. Item, quia non eſt ibi ſubſcriptio glo-
d rioſi quæſtoris: in authen. vt diuinæ iuſsiones. colla. viij. ſed hodie in deſuetudinem abiit, exceptis priuilegiis, in quibus ſubſcriptio domini Papæ, & ſubſcriptiones Cardinalium præſentium apponuntur. Quar-
e tò, quia non eſt appoſita hęc clauſula, Si preces [a] veritate nitantur. C. eo. l. fina. Sed ſecundum canones ſubintelligitur, infrà eod. c. ij. & tamen pro magna parte æquipollens apponitur, puta ſi ita eſt. infrà eo. olim. in fi. & not. ſuprà eo. §. quod continet. & §. quod
b iuriſdictionẽ. Quintò, q; nimia raſura [b] vel cancellatura ibi apparet. ff. de proba. ſi chirographum. infrà, de reli. domib. cùm venerabilis. infrà, de fide inſtru. inter dilectos. Sed raſura paucarum literarum non nocet. infrà, de crimi. falſi. cap. vltimo. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. l. j. ſi roſæ. infrà, de fide inſtru. ex parte. & nota. ibi in ſumma. §. quibus inſtrumentis. ver. q; ſi inſtrumento. vbi & multas alias exceptiones poteris inuenire. Habes etiam ſeptem exempla viſibilia de falſitate reſcripti, quæ potes videre j. de cri. falſi. & illa ibi expoſui, & alia in ſumma eiuſdem tit. §. qualiter cõmittatur. verſ. porrò. circa reſcripta quæ nec
c numero inter iſta. Sextò, quia ibi eſt falſa grãmatica. [c] j. eod. ad audientiam. quod ſpeciale eſt in reſcripto. Apoſt. ſed. & eſt ratio ſpecialitatis, infrà, de æta. & quali. c. vlt. & quia reſcriptũ ſuũ pluries ſcribitur, p plures manus trãſit, examinat, moderata magna maturitate decoquit, magnóq; libramine ponderatur. arg. infrà eo. cùm adeò. xxxv. q. ix. Apoſtolicæ. Secus in reſcriptis Imperatoris, literis inferiorum, actis iudicum, quæ nõ cum tanta anguſtiæ & deliberatione procedunt: & inſtrumentis tabellionum, quorũ fides authoritate tabellionis innititur, & in quibus veritas ſubſtãtialis formæ attenditur, non ſanitas verborũ, ſicut & in ſacramẽtis, de conſecra. diſtinct. iiij. retulerunt. & cap. ſi non ſanctificatur. ff. de off. præſid. illicitas. §. veritas rerum. C. de teſta. verbo. & l. error. & l. ambiguitates. & de lega. l. in legatis. ff. de leg. ij. cùm pater. §. fidei tuæ. ff. de hære. inſtit. l. j. ff. de manu. teſt. l. qui habebat. j. de conuer. coniug. dudum. §. ſed ad iſta. Septimò, quia is qui
d impetrauit eſt hæreticus, [d] vel excommunicatus [e]. quod dic, vt
e not. ſ̃. eo. §. quis impetrari. Octauò, quia repugnantia continet: eſt enim ibi oppoſitio in adiecto. ad hoc ff. de regulis iuris. vbi repugnantia. Nonò, quia renunciauit. C. de fide inſtrumentorum. l. iij. infrà, de pactis cùm pridem. nam quilibet poteſt renunciare iuri ſuo. infrà, de reg. ſtatuimus. infrà, de crimi. fal. c. ſi. caue tamẽ, quia licet aliquis nomine capituli ſe ſubiiciat, non videtur renunciaſſe literis. infrà, de renun. ſanè. & c. veniens. & not. q; ſi coram ordinario, vel delegato alio reſpondet, litem cõteſta. vel patitur, q; iudex procedat, & nihil obiiciatur, tacitè renunciat. infrà, de accuſa. ad petitionem Gualterij. & arg. infrà, de off. deleg. inſinuante. & vide quod not. infrà, de off. dele. §. quod ſit eius officiũ. ver. quid ergo, ſi libellus. Decimò, quia eſt contra ius diuinum, & ipſum deſtruit. quod dic, vt not. ſuprà, de conſt. §. quis poſsit. Vndecimò, quia eſt contra ius poſitiuum: vnde abiiciendum eſt. xxv. q. ij. reſcripta. Duodecimò, quia eſt contra ius publicum. C. de preci. impe. offer. nec damnoſa. Decimotertiò, quia licet ſit contra ius priuatum, enormen tamen læſionem inducit. C. ſi contra ius vel vti. publi. quoties. & l. reſcripta. j. eo. c. ij. infrà, de deci. ſug-

a Proceſſus per falſas literas.] Adde c. conſtitutus. &. c. dilecta. de reſcrip. & in c. ſi motu proprio. de prę ben. lib. 6.

b Dolus cum dolo.] Ad de Dd. in c. intellexi-mus. de adul. Archi. diac. in c. decretũ eſt. xj. q. iij. & in l. fin. §. pen. ff. de eo per quẽ fact. erit.

a Clauſula, Si preces.] Adde Abba. in c. ſup literis. de reſcript.

b Nimia raſura.] Adde quid de modica raſura. vide per Anto. de Bu. in c. ex literis. ad fi. de fide inſtru.

c Falſa grammatica.] Adde Bald. in l. Plautius. ff. de auro & argen. lega. & in 4. habebat. ff. de manu. teſt.

d Impetrauit. eſt hæreticus.] Adde c. quicũque. in §. ad hæc. de hæret. li. 6. Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu.

e Vel excõmunicatus.] Adde Domi. & Doct. in c. 1. de reſcript. lib. 6. Feli. in cap. fi. de excep. Et an talis poſſit impetrare ſuper nullitate ſententiæ, vide per Abba. in c. ad cõſultationem. ad fi. de re iudic.

gestum. in his tamē quatuor proximè supradictis exceptionibus, distinguendum est, sicut plenè not. eo. §. quas vires. Decimoquarto, quia vnum est speciale, & aliud generale. ℨ. eo. c. j. & super hoc dist. sicut distinxi. suprà eod. §. quod cui præiudicet. versi. sequentibus, vsque ad dist. quæ incipit, de reuocatione. Decimoquintò, quia impetrans præuentus est coram ordinario. infrà, de appel. vt debitus. Decimosextò, quia duo scripta ibi adinuicem contraria impetrata sunt. infrà, de fide instru. imputari. Decimoseptimò, quia ad futuras controuersias trahit. infrà eod. ca. vlti. Decimooctauò, quia super eo, & contra eundem, idem diuersos iudices impetrauit. infrà. eo. ex tenore. Decimononò, quia idem contra eundem super diuersis, quæ commodius sub vno & eodem iudice terminari possunt, maliciosè diuersos iudices impetrauerit. infrà. eod. c. vlti. Vigesimò, quia ad diuersos iudices, & sub eadem forma, vel ab eodem, sub diuersa impetrauit, & nō apparet, vel quod prius, vel quod posterius, quia eadē data vel delata est in vtroq; ℨ. de offic. dele. sanè. Vigesimoprimò, quia primo impetranti potest dolus vel negligentia imputari. infrà e. fi aūt. & c. plerunq;. Vigesimosecundò, quia posterius expressam mentionē facit de primo, vnde ipsum reuocat. infrà eo. cæterùm. §. j. Vigesimotertiò, quia primum impetratum est, de quo in secundo nulla fit mentio. vnde non valet posterius. ℨ. eo. c. ij. & c. cæterùm. j. respon. Vigesimoquartò, quia dubitatur, vtrum mentio quæ fit in posteriori rescripto, de primo sit sufficiens: quia si quid omissum fuerit, in quo ius esse debeat, non valebit. infrà, de sen. & re iudi. inter monasterium. infrà, qui filij sint legiti. causam quæ. vna pars dicit, Sufficit: alia, non sufficit: ideo ad arbitros finaliter recurrē dum est, & interim iudices non procedant. infrà eo. pastoralis. hęc aūt decem membra proximè dicta, magnam caudā trahunt post se. quod dic, vt plenè no. suprà eo. §. quod cui præiudicet. sub dist. quæ incipit: si de reuocatione, & prosequaris totam distin. vsque ad finem. Vigesimoquintò, quia in rescripto est aliquod verbum dubium: vnde non procedant iudices, quousque per delegātem fuerit declaratum. infrà, de iud. cùm venissent. infrà, de pręb. licet. quod dic, vt no. ℨ. eo. §. & de ipsius interpretatione. & caue tamē de cauillosa dubitatione proposita, & simili interpretatione. infrà, de deci. ad audientiam. infrà, de priuil. in his. Vigesimosextò, quia non est merè executorium. infrà, de iud. exhibita. quod dic, vt no. ℨ. eo. §. quod iurisdictionē. & §. quod executionē. Vigesimoseptimò, qa reus cōuētus intelligit sub clausula generali. ℨ. eo. sedes. j. respō. & §. j. Vigesimooctauò, qa nec reus super ea conuenit, sub clausula generali includit. ℨ. eod. sedes. §. pen. & vlti. quod dic, vt no. ℨ. eo. §. quod continet ius cōm. & ver. sequentib. vsq; in fin. Vigesimononò, qa delegatus mortuus est re integra. infrà, de offic. dele. gratum. & iunge quod no. ℨ. de off. deleg. §. & qualiter finiatur. vbi & quasdam alias exceptiones inuenies. Trigesimò, quia impetrans mortuus est re integra. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescin. l. fin. Trigesimoprimò, quia is contra quem impetratum erat. infrà eo. significauit. quod dic, vt no. ℨ. eo. §. q; gratiā specialem. Trigesimosecundò, quia nō fit mentio in posteriori, q; primum de consensu partium fuerit impetratū, licet dicat nō obesse priorib. literis. ℨ. eod. cæterùm. in fi. quod dic, vt no. ℨ. eod. §. à prin. vsq; ad versi. si rescriptum. Trigesimotertiò, quia impetrans aliquid malitiosè vel fraudulenter suggesit, vel tacuit. quod dic, vt not. ℨ. eo. §. versi. si rceptum. Trigesimoquartò, quia licet non fraudulenter impetrauerit, tamen tale quid tacuit vel suggesit, quo expresso vel tacito, rescriptum nullatenus habuisset: no. ℨ. e. §. ver. si talis. Trigesimoquintò, quia potest inde elici æquiuocationis fallacia. no. ℨ. eo. §. ver. quod si princeps. Trigesimosextò, quia erratum est circa substantialia. no. ℨ. eod. §. ver. si circa principalia. Trigesimoseptimò, quia non fit mentio de priuilegio præcedenti. infrà, de præscri. veniens. Trigesimooctauò, quia non fit mentio de dispensatione præcedenti. infrà, de fil. presby. ex tua. Trigesimononò, quia tacet compositionem factam, infrà, de deci. ex multiplici. Quadragesimò, quia tacet sententiam præcedentem. infrà, de don. inter virū & vxor. per vestras. Quadragesimoprimò, quia tacet statutum. infrà, de cle. non resi. cùm ad hoc. suprà, de constit. ex literis. Quadragesimosecundò, quia tacet nobilitatem. infrà eod. sedes. Quadragesimotertiò, quia tacet diuitias. infrà, de offic. delegat. significantibus. Quadragesimoquartò, quia tacet appellationem propriam. infrà eod. ex parte. Quadragesimoquintò, quia tacet appellationem aduersarij. infrà, de confir. vti. bonæ. Quadragesimosextò, quia tacet causam excōmunicationis suæ. infrà, de offic. ord. ex parte. Quadragesimoseptimò, quòd cùm pro pluribus causis excommunicatus sit, vnam recitet. infrà, de sen. excom. cùm pro causa. Quadragesimooctauò, quia tacet terminum appositum ab homine in appellatione. infrà, de app. sæpe contingit. §. vltim. Quadragesimononò, quia nimis præuenit terminum legis, vt impetratione aduersarium supplantaret. infrà, de appel. oblatæ. §. licet igitur. Quinquagesimò, quia tacuit confirmationem domini Papæ. suprà. de consti. ex parte. de præb. dilecto. §. quanquam. & sequenti. Quinquagesimoprimò, quia tacuit processum habitum. infrà, de sent. & re iudi. inter monasterium. Quinquagesimosecundò, quia tacet beneficium sufficiens. infrà eod. postulasti. Quinquagesimotertiò, quia tacet seriem facti. infrà, de coha. cle. & mul. super eod. Quinquagesimoquartò, quia tacet se clericū. infrà, eod. cùm adeò. Quinquagesimoquintò, quia tacet se laicū. infrà, de transa. ex literis. infrà, de testi. ex parte Adæ. infrà, de arbi. innotuit. infrà, de eo qui cog. consan. vxor. suæ. veniens. Quinquagesimosextò, quia de ordine seu religione non fit mentio specialis. infrà eo. cum ordine. infrà, de confir. vti porrecta. infrà, de regula. quia in insulis. Quinquagesimoseptimò, quia non fit mē tio de regularibus. infrà, qui clerici, vel vouen. insinuante. Nam regula seruari debet, infrà de elect. cùm monasterium. infrà, de relig. domib. c. fi. Quinquagesimooctauò, quia non fit mentio de paupertate. infrà, de instit. c. j. & c. authoritate. infrà, de censi. licet. Quinquagesimononò, quia non fit mentio, q; alius de facto possideat beneficium, super quo impetrat. infrà, de concessio. præb. c. nostris. §. auditor. & c. literas. §. vlti. Sexagesimò, quia non fit mentio de lite pendente. infrà, vt lite pendente. dilectus. nec licet secundum. l. supplicare ante sententiam diffinitiuam, nisi tribus casibus. C. vt lite pendente. supplicare. neq; post sententiā, appellatione non suspensa. & si quis contrauenerit, infamis fit. C. vt lite pendente. l. fi. infrà, de ele. cùm dilectus. §. vlt. in auth. vt iudices in medio litis non expectent sacra iussi. §. super hoc. col. viij. Sexagesimoprimò, quia grauata est ecclesia in alio, infrà eod. mā datum. Sexagesimosecundò, quia tacuit, q; receptus sit in alia ecclesia, authoritate Papæ. infrà eod. in nostra. in fin. Sexagesimotertiò, quia tacuit, q; literas vendidisset. infrà e. ad audientiam. Sexagesimoquartò, quia tacuit defectū nataliū. infrà, de filiis presby. per totum. Sexagesimoquintò, quia tacuit exceptionem ,,positam. infrà de proc. in nostra. §. nos verò. Sexagesimosextò, quia tacuit interlocutoriam latam: vt infrà, de sent. & re iud. cùm olim. Sexagesimoseptimò, quia tacuit nomina ecclesiarum. infrà. de don. & contu. c. ij. Sexagesimooctauò, quia tacuit in secundo articulum, in primo principaliter delegatum. ℨ. eo. cùm dilecta. Sexagesimononò, quia tacuit dio. ℨ. eo significāte. Septuagesimò, quia tacuit ciuitatem, infrà eod. Rodulphus. Septuagesimoprimò, quia tacuit certum numerum canonicorum. infrà, de præb. dilecto. Septuagesimosecundò, quia tacuit iuramentum. ℨ. eo. constitutus. infrà. de appel. quæstioni. Septuagesimotertiò, quia tacuit dignitatem reuocatam. suprà, de constit. cum accessissent. Septuagesimoquartò, quia non fit mentio de iure diœcesani episcopali. infrà, de deci. dudum. §. vlt. infrà, de off. delegat. super eo. Septuagesimoquintò, quia nimis eneruatur iurisdictio ordinaria, vel nimiam generalitatem continet. infrà eod. ad hoc fumus. infrà, de for. comp. ex tenore. & c. ex parte. infrà, de app. vt debitus. per mandatū enim generale non prohibentur, nisi illicita, infrà, de testi. spo. audita. infrà, de verb. sig. super quibusdā. xj. q. iij. quod prædecessor. xxxiij. q. ij. quos Deus. ff. de iu. pa. adigere. Septuagesimosextò, quia generalem clausulā trahit ad multitudinem effrenatam. infrà e. sedes. quod est, si vltra quatuor conuenit. quod dic, vt no. ℨ. e. §. quod continet. versi. sed nec licet. Septuagesimoseptimò, quia non est impetratum secundum stylum curiæ. infrà, de crimine falsi. quàm graui. & infrà, de senten. excō. ad hoc cùm inter parochianos. Septuagesimooctauò, qa suggerit monitorias præcessisse. infrà eodem. ex insinuatione. Septuagesimononò, quia nulla cōmittitur causæ cognitio, sed defertur. ℨ. eod. ab excōmunicato. vel incitatur, vt suum officiū exequatur: vt ℨ. de off. ord. licet in corrigendis. Octuagesimò, quia non extēditur ad dignitatē seu rectoriā, cùm scribitur pro simplici beneficio obtinendo. infrà, de præb. c. fi. Octuagesimoprimò, quia non est scindenda præbenda, vna pro alia reintegrāda. infrà, de præb. cùm causam quæ. Octuagesimosecundò, quia is qui impetrauit præbendā, puer est. infrà, de præb. super ordinata. Hic tamen dist. vt no. infrà, de præb. §. cui sit conferenda. Octuagesimotertiò, qa is qui impetrauit ecclesiā parochialē, minor est xxv. anno. vel in scientia vel morib. de fectū patitur. infrà, de æta. & quali. eam te. Octuagesimoquartò, quia is qui beneficium impetrauit, non potest facere seruitiū. infrà, de cler. non resi. quia nonnulli. & c. conquerente. infrà, de præb. super inordinata. Octuagesimoquintò, quia is qui impetrauit beneficiū, est vxoratus. ℨ. de cleri. coniu. cū decorē. & per totū. Octuagesimosextò, quia is qui impetrauit, vt in

in ſcholis reditus ſuos percipiat, nõ eſt in loco, in quo ſit cõpetẽs ſtudium literarũ. infrà, de cler. non reſid. tuæ fraternitatis. excipe primarũ literarũ doctrinã. ff. de vaca. mune. l. ij. §. vlt. Octuageſimo ſeptimò, quia non poteſt fieri quod prȩcipitur. j. eo. ſi quãdo. Octuageſimo octauò, quia impetratũ eſt, q̃ non teneatur quis ex cõmunicatos vitare, vel q̃ poſsit percutere clericum ſine metu canonis. infrà, de ſenten. excom. nulli. Octuageſimo nonò, quia in litera impetrata ad abſolutionem obtinendam, non continetur de ſufficiente cautione præſtanda. infrà, de ſent. excom. ad hoc. Nonageſimò, quia quod notoriũ erat, dixit occultũ, & impetrauit q̃ abſolueretur, præſtita cautione. infrà, de appel. conſuluit. j. & de ver. ſig. ex parte. §. vlti. Nonageſimo primò, quia ſecundũ reſcriptum impetratum eſt, ex quo impetrans ſciuit primum reſcriptum cõtra ſe impetratum ab aduerſario. talem enim ſupplantatorem, fraudulentum, vel malitioſum reiicio, quamuis alĳ fraudẽ in hac parte fouentes aliter intelligãt. infrà, de off. dele. cùm cauſam quȩ. infrà, de appel. ſuggeſtum. Nonageſimo ſecundò, quia remittitur cauſa ad eum, à quo noſcit appellatũ. j. de ap. ad hoc, ſi in vna cauſa. & c. accepta. Nonageſimo tertiò, quia non eſt proſecutus appellationem intra ſuã tempora. infrà, de appel. perſonas. & c. cum ſit Romana. niſi per impotentiã excuſetur. infrà, de app. ex ratione. Nonageſimo quartò, q̃a nõ detulerat appellationi. infrà, de app. an ſit deferẽdum. Nonageſimo quintò, quia is cui ſcribitur, eſt cõ ſanguineus impetrantis, vel aliter ſuſpectus. infrà, de app. poſtremò. infrà, de off. del. ſuſpicionis cauſa. Nonageſimo ſextò, q̃a mater contra quam impetratur nomine filiorũ, ad ſecũda vota tranſiuit. infrà, de app. ex parte M. Nonageſimo ſeptimò, quia reſcriptum impetratum eſt ſine ſpeciali mandato. j. eo. nonnulli. §. pe. & vlti. quæ exceptio hodie ſecundũ obſeruantiã & conſuetudinẽ, in literarum audientia locũ habet, & non in iudicio negotiorum, ſecundum Goff. Sed opponitur ex decr. j. e. ex parte decani. §. vlt. & ipſe reſpondet, q̃ loquitur in procuratore reuocato, cuius impetrationem dominus ratã non habeat: ſecus ſi nullo mãdato prȩcedente, impetraſſet quis nomine alterius, & poſtmodũ is cuius nomine impetratum eſſet, ratum haberet. tu dic contrà: & quod dicit Gof. eſt contra tex. eiuſdem capituli, ex parte. §. petente. nam vt ibi apparet, nobilis, quantum in ipſo erat, ratificabat literas, & ipſis in iudicio vtebatur. præterea quis dicet correctum conciliũ, cuius verba allegabat Papa, & authoritate ipſorum quæſtionem determinat. in §. vlt. eiuſdem ca. adhuc non fluxerunt xl. an. à tempore concilij. ergo deſuetudo contra ipſum non eſt præſcripta. Item talis deſuetudo irrationabilis eſſet, cùm falſitatib. & figmentis daret occaſionem, quæ intendit euitare concilium, vt apparet in litera: ergo talis deſuetudo non eſt præſcriptibilis. quod dic, vt no. infrà, de conſue. §. quid ſit cõſuetudo. & ver. ſequ. Item mens ipſius concilĳ renouatur. j. eod. c. vlt. in prin. Item, ipſo in iudiciis vtimur tota die: imò eſt illa exceptiò, quæ poſt exceptionem recuſationis & excõmunicationis eſt iudicio meo, in iudicio aliis prȩponenda. ergo qui ſine ſpeciali mandato impetrauerit, niſi coniũcta perſona fuerit, & reſcriptũ non valeat, & impetrans tanquam falſarius puniatur, vt dicit ipſum conciliũ in fi. nam & in curia mãdatum non requiritur, niſi literæ contradicant. Sed quæ ſunt cõ
31 iunctæ † perſonæ f: liberi, quamuis in poteſtate ſint parentes, af
f fines, & liberti. ff. de proc. ſed & hæ perſonæ. Sed nunquid canonicus impetrabit pro eccleſia ſine mandato? Non puto. Gof. eſt tamen contrà, ſcilicet quòd admittatur cum cautione de rato. in
g frà, de offic. del. coram. Et nunquid pro canonico g videtur, quia quaſi quædam proximitas ſpiritualis eſt inter eos quæ maior eſt carnali. xxx. q. iij. c. j. & ij. nam & inter ſocios vinculum fraternitatis eſſe videtur. ff. pro ſoc. verum. ff. de hær. inſti. nemo dubitat. §. qui frater. & miles admittitur procurator pro cõmilitonib. ſuis. ff. de proc. non ſolùm. §. vetera. puto tñ contrà, & ſto legi quæ loquitur de proximitate carnali. Gof. ar. contrà, j. de offic. del. cũ R. canonicus. de cõſuetudine curiæ eſt, q̃ nullũ admittit ad impetrãdum vel contradicendũ, nomine alterius, ſine ſpeciali mandato, niſi ſit coniuncta perſona, ſicut Gof. intelligit. Si tñ interſit cõtradicentis, quòd non tranſeat litera, cauetur ei, & ſic eam recipit impetrator. hoc de facto expertus fui, dum præſidebam Ciſtercien. eccleſiæ, præpoſito de monte Celico Apten. diœ. contra Crocien. præpoſitum Ciſtercien. diœ. impetrante, & me, ac ſi perſona coniuncta eſſem, cõtradicente, quia epiſcopus ſuus eram. & intereſt principis, habere ſub ſe locupletes: in authẽt. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio. col. ij. hæc tamen ratio admiſſa non fuit per adiutorem, ſed tot alias habuit, q̃ litera non tranſiuit. Sed quis probabit mandatum in non coniunctis perſonis? Dicas quòd is, qui dicit, quòd de mandato impetratum eſt. ff. de probat. ei qui dicit, quia negantis factum, &c. infrà, de electio. bonȩ. j. §. contra. ni

ſi alius vellet probare impetrantẽ fuiſſe præ- f
ſentem tempore datæ. infrà, de teſti. ex tenore. & hoc idẽ locũ habet, etiã ſi per principalem dicantur literȩ mpetratæ. Ioãnes diſtinguit, vtrum dicat in litera talis ,,curator, & tunc non eſt neceſſe ,,bare mandatum, quaſi in curia videatur fuiſſe probatum. Sed ſi dicat talis, & nõ iungat procurator, tũc neceſſe eſt probare mandatum, quia plerique fingũt ſe alios eſſe: & ſub nomine aliorũ impetrant, g
& hoc eſt verum, niſi in cauſa appellationis. ibi enim non habet locum hȩc exceptio. quia non eſt veriſimile, quòd aliquis negligat ius ſuum. ar. C. qui & aduer. quos. l. j. Alĳ reſtringunt hanc exceptionẽ ad caſum iſtius cõſtitutionis, vt Ber. quaſi dicat, hoc habet locum, qñ cauſa mercimonĳ fit aliquid bona fide, quia vult ſubuenire actori habenti. ar. j. de cõmo. c. vnico. in fi. ff. de ſeruis expor. ſi ſeruus. quaſi cauſa venalitatis, finalis ſit. ſed potius credo, quòd fuerit cõpulſiua, ſicut dicit de Calfurnia. ff. de poſtu. l. j. §. ſexũ. Inſt. de Atti. tut. reſpõ. j. ibi, vn de in his, &c. & hoc ſatis denotat mens verborũ: ibi, cũ aũt lites, &c. & ibi, decreto ſine ſpeciali, &c. aliàs illa cõſtitutio nunquam locum haberet, quia hȩc fraus difficulter reprobaretur. Item ſecũdum hoc coniunctæ perſonæ, quas excipit, poſſent impetrare in fraudẽ, cauſa venalitatis. quod ſentire, admodũ eſt abſurdum. Dico cũ obiiciatur contra literã, q̃ non eſt impetrata de ſpeciali mãdato domini. refert vtrum de cõmuni cõſenſu impetrata fuerit. & cum de hoc cõſtiterit, ceſſat hæc exceptio. arg. ff. de iudi. l. antepe. & j. eo. cæterũ. §. vlti. infrà, de ſen. & re iud. cauſam quȩ. in fine. Vel alias: & tunc, ſi fuerit litigatũ in curia, vel contradictum, idem videtur. ar. j. eo. cũ dilecta. & c. ex parte decani. Sed ſi cõtradictum non fuerit, nec litigatum, & dominus Papa exprimit nomen proprium, & certum, & locutionẽ talem, q̃ non ſit timendum de ȩquiuocationis fallacia: & eſt certũ, q̃ notus eſt ei idẽ vt pridem: puta, dicit talis capellanus noſter. ar. j. eo. dilectus. ij. & infrà, de cler. nõ reſid. dilectus. Idem videt, ſi ſit perſona authentica, contra quam non de facili prȩſumatur. Sed ſi ſit prȩſumptio pro ipſo. ar. op. j. de cri. fal. dura. vñ. cum prȩſumptio iuris ſit pro talibus, approbatione mandati releuatur. arg. in his quæ no. infrà, vt benefi. eccl. §. datur hæc, & alia regula. Vbi verò perſona ſuſpecta eſt, vel timetur de ȩquiuocatione, habet hoc locum j. eo. c. vlt. Sed vt breuioribus verbis, dico iſtud arbitrarium, vt iudex, qualitate perſonarũ inſpecta: infrà, de renuncia. ſuper hoc quod ſciſcitaris. in fi. deferat iuramentũ ei qui dicit: ſi & credat ei, vel & teſti vnico, cõſiderata etiã re, quȩ petitur. arg. infrà, de proc. ex. infinuatione. & c. ſeq. §. nos verò. infrà, de tranſac. c. vlti. infrà, de iureiu. c. fi. in fi. & j. de ſent. excõ. ſi verò. ij. & c. cùm deſideres. §. ij. & vide quod not. j. de ſpon. ſub Rubrica, de matri. §. qualiter impediatur. verſi. vij. & ſequentib. Dicere autẽ, quòd exceptio in iudiciis locũ non habeat, non placet mihi: quia, ſicut dixi, prædictum concilium contradicit. j. eo. ex parte decani. §. vlt. & infrà, de excep. c. olim. Sed hoc eſt verũ, q̃ vbi non opponitur, locũ non habet: & q̃ niſi habet perſonã ſuſpectã, ſic mandatũ de facili comprobatur. Item hoc videtur, q̃ in reſcriptis gratioſis hæc exceptio locũ non habet. arg. j. eo. nonnulli. §. cùm aũt lites. Nonageſimo octauò, q̃a tacet dignitatẽ. j. eo. ad aures. Sed hîc cadit di. quia cùm dignitas in impetratione reſcripti ſupprimitur, aut dignitatem habens eſt reus, aut actor. Si reus, non valet reſcriptum. arg. j. eo. ſedes. q̃a tales conſueuerunt habere ,,curatores in curia: vnde impetrãs præſumit hoc malicioſe ſupprimere, ne ſibi contrãdicatur. de facili. n. contra impetrantes præſumi põt, quia cauilloſi ſunt. j. eo. nõnulli. & c. fi. & c. cæterũ. in fi. & reus fauorabilis eſt. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Si actor etiã impetrat ſuper beneficio obtinendo, idẽ, vt j. eod. ad aures. Si ſuper alio, puta pecunia, vel feudo, & agit nomine dignitatis, idem: quia non poteſt extendi ad dignitatem iuriſdictio, ex quo reſcriptum de ipſa mentionẽ non facit. j. eo. ſedes ſignificante. & de duobus. c. ſe. & c. vlt. infrà, de off. deleg. P. & G. Si nomine proprio, & hoc facit in fraudẽ, idem. j. de off. deleg. ſignificãtibus. Si ſine fraude, & tũc valet, & in hoc caſu poteſt intelligi ſententia Goffr. qui ſcripſit indiſtinctè decr. j. eo. ad aures, intelligendam, qñ ſuper beneficio impetratur. Nonageſimo nonò, quia nõ fit mentio de conuentu, vbi impetratur contra Abbatẽ, inter quẽ & conuentum ſuum, ſunt omnia bona communia: ſecus, ſi eſſent diſcreta. j. eo. edoceri. tñ diſcretè agit, quia Abbatẽ conuenit nomine ſuo, & conuentus. nam & ſi conuentus conueniretur, nominaret prælatum in iudicio, & ſic inducias obtineret. infrà, vt lite non conteſtata. quoniam frequenter. §. penul. infrà, de procur.

Quæ ſunt coniunctæ perſonæ.] Adde ca. nonnulli. de reſcrip. glo. in c. fi. de poſtu. auth. licẽtiã. C. de ep. & cle. gloſſ. Barto. & Raph. Ful. in l. quod quidam. in §. quod dicitur. ff. de acqui. her. Bart. in l. t. ff. de accuſatio.

Nunquid pro Canonico.] Adde Spe. tit. de reſcrip. præſenta. in §. 5. circa princip. Card. Zab. in c. nonnulli in §. ſunt & alĳ. in 4. q. de reſcri.

h Prælatus posſit eſſe.] Ab.in c.edoceri. de reſcri. Adde Abb. in c.ſignificauit.de appellatio.

i Vltra duas dietas.] Ad de tex.& ibi Doct. & gl.in c ſtatutũ.de reſcrip.lib.6.

dilectus.quia nec ſine licentia prælat.tenet iudicium.infrà de iudic.cauſam.xvj.q. j. monachi.& q.iij. ſi ſacerdos. ſicut obtinet in filiisfa. C.de anna.excep.l.j.in fi.nec ſubſequens conſenſus prælati ratificat præcedentia.arg. ff. de autho.tut.obligari.§. vlt. Inſtit. de autho. tut. §.tutor autem. & ſi inter prælatum & collegium lis oriatur,dandus eſt per ſuperiorẽ collegio curator ad litem.Inſtit.de autho.tut.§.vlti.dico tamẽ,quòd nullum collegium convenit,nec convenitur,ſinè licentia prẽlati: & econverſò,ſine authoritate capituli, prælatus non poteſt ſtare in iudicio,ſed per ſyndicum,vel actorem,vel procuratorem,ab ipſo prælato de conſenſu capituli conſtitutum,vbi prælatum tangit negotium principaliter.infrà,de proc.c.j.& econverſò,à capitulo conſtitutum authoritate prælati.infrà,de iudi.cauſam. C.de epi.& cleri omnes.§.& hoc nihilominus. Et hoc vbi bona diuiſa ſunt.nam ſi communia,prælatus dẽ conſenſu capituli procu. conſtituet,& cauſam ordinabit.infrà eo.edoceri.ideo vacante ſede nihil innouatur,nec currit præſcriptio, quia non eſt qui defendat. infrà,de præſcri.c.j.& c.de quarta.& ne ſede vacan. c. j. & ij. & iij. cùm enim vnus ſine reliquo non poſsit alienare, ergo nec rem in iudicium deducere. ff. de iure delibe. ait prætor. nam in iudicio quaſi contrahere videntur.ff.de peculio.licet.§.ſed ſi filiusfa. & ſi per ſe prælatus conveniretur, fortè multoties procuraret ſe conveniri,& concluderet,quæ colluſio vitanda eſt.infrà de collu.detegenda.audiuimus.& c.in tantum. Illud tamen credo, quòd vnus ſine reliquo agere poteſt,ſi vult.cauere de rato.arg.C.de procu.maritus.& de conſor.eiuſdem litis.l.j.& ij.& infrà,de offic.deleg.coram.vel reſpondere,ſi caucat iudicatum ſolui, cùm & quilibet extraneus ad defenſionem admittatur. ff. de proc. ſeruum quoq;.§.publicè.nec ob.xij.q.ij.non liceat.quia in revocatione alienationis quilibet admittitur,cum per hoc conditio eccleſię fiat melior.infrà, de reb.ecc. non alie. ſi quis presbyterorum. in fi. & vbicunq; invenis alibi,quòd adminiſtratori competit actio,concedas : non tamen exercitium, niſi caueat de rato, vel niſi probet mandatum. Vel dic,quòd in rebus eccl.non debemus ſecundum leges,ſed ſecundum canones iudicare,ſecundum B.& alios,quos ſequitur.Ego contrà:quia adminiſtratori datur actio. ff.quòd cuiuſque vni.no.l.vlti.imò nullus alius.& ille ſolus agit,qui ab epiſcopo ſuo mandatum recepit. in authent. de ſanctiſ. epiſcopis.§. pro omnibus.& §.reuerendiſsimum verò Apocriſarij. col. ix.mirum enim eſſet,quòd miſer præceptor agere poſſet,ex quo apparet,quòd conſtitutus eſt.infrà,de iud. cùm deputati, vel miſer vicarius. infrà, de fide inſtr. G. perpetuus vicarius. qui nec tantum ius,nec tantam authoritatem habent. & epiſcopus hoc non poſſet,cui committitur generalis & libera adminiſtratio : infrà,de elect.cum nobis olim. in fin. & cui committuntur animæ, multò fortius & res.xij.q.j.precipimus.& quòd poſsit prẽlatus etiam ſine conſenſu capituli conveniri,probatur infrà,de fo. compe. c.fi. & de iur.calum.c.fi.& expreſſum eſt idem infrà, de app.ſignificauit.nec poteſt dici,quòd actor ibi fuerit authoritate iudicis conſtitutus, quia fruſtrà quereretur de ſigillo.C.de ſatiſdando.l.vnica. nec ob.infrà,de procu.c.j. imò eſt pro. quia ibi bis fuit admiſſus procurator ſine conſenſu clericorum,& iam bis deceperat dominum Papam,ideo maior ſolicitudo fuit adhibenda in tertia vice, vt litera dicit.nec ob.l.fi.de iure delib.ait prætor.quia illud ſpeciale eſt,in fauorem pupilli deliberantis, an ſibi expediat hæreditatẽ adire.aliàs enim video,quòd tutor de quo ibi loquitur, non poteſt alienare ſine decreto.C.de admi.tut.lex quæ tutores. & tamẽ ſine decreto actiones exercet. C.de admi. tut.l.vlti. omnes enim legitimi defenſores,& legitimi adminiſtratores,ex quo de adminiſtratione apparet,& actiones exercent, & de calumnia iurant, & tamen ipſas res alienare non poſſunt.C.de iuramen.calum.l.ij. §.j.ibi,quòd obſeruari oportet,&c.ſed capitulum ſine prælato auditur,nullo etiam curatore dato ad litem:infrà,de inſti.cum veniſſent.ad fi.ibi,ad petitionem Eboracen.&c.ideo ad ſaluandas opiniones aliorum,breuiter ſic diſtingue.Cum quæritur,vtrum prẽlatus ſine capitulo agere, vel conveniri poſsit, vel econverſò,refert,vtrum agatur dẽ diminutione honoris vel dignitatis eccleſiæ,puta de ſubiectione vel limitatione epiſcopatus vel membrorum,vbi quidem vnus ſine reliquo eſſe non poteſt in iudicio, cũ vnum corpus ſint.infrà,de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu capit.nouit.& c.quanto.& quia omnes tangit,arg.j.de maior.& obe.his quæ.& c.cùm olim.ideo ab omnibus comprobandum,infrà,de maio.& obe.humilis doctrina.hæc enim & ſimilia adeò eis communia ſunt,quòd nullatenus inter eos diuidi poſſunt.Vel agitur de his quæ ad menſam pertinent:& tunc,aut menſa eſt communis,& ſic idem vt pridem: hoc ſaluo, quòd prælatus tanquam caput nomine ſuo,& collegij,de conſenſu ipſius eſt in iudicio, vbi ſyndicus conſtitutus eſt, vt patet, ſcilicet in gl. B.in prin.ibi,tamen diſcretè agit.& ibi,dico tamen,&c.& ſic loquitur infrà eo.edoceri.vſq; in fi.ibi,niſi,&c.& ſic habent locum vacante ſede,&c. neq; quo ad prælatum,neq; quo ad collegium, vt ſuprà. ibi, hoc. vbi bona diuiſa ſunt,& cætera.Sed & in hoc caſu quamvis ſyndicus,vel œconomus agat,tamen gubernator dicitur querelam exponere.infrà,de elect.querelam.& in his duobus caſibus eſt vera ſententia Bern. Aut diuiſa : & tunc prælatus regulariter de iure ſuo per ſe aget,vel per procuratorem, ſicvt eligit generalem, vel ſpecialem,infrà,de procur. auditis. & c. petitio. infrà, de iura.calum.c.pen.& vlt.niſi ex cauſa cõtra ipſum ſuſpicio oriatur : infrà, de proc.c.j.& collegium per ſyndicum,infrà de ſyndico. c.vnico. & de iuramen.calum.in pertractandis.vel procura. quia non facio vim in nomine,vt no.infrà de procur. §. quis dicatur procur. ver.ſed ſecundum iura noſtra,vel per præpoſitum,ſiue decanum, qui adminiſtrationẽ gerit,de conſenſu collegij,ſicvt vides in Abbate & conuentu,infrà, e.edoceri. & in hoc caſu intellige, quòd non currit præſcriptio,quò ad ius epiſcopale,id eſt,quò ad ea quę de menſa ſua ſunt, vacãte ſede,& quòd nil debet innouari. Secus, quo ad ius collegij,dummodo præpoſitum vel decanum habeat: aliàs contrà,eadẽ ratione.arg.in his quæ no.infrà,de elec. §. quo tempore.& j.de conſeſ.præb.§.& infrà quod tempus.infrà eo.ex parte decani.hoc bene probatur infrà,ne ſede vacante.c.j.§.attẽdentes. ibi,cùm non ſit epiſopale ius,&c.& ibi, vt cũ Bathon.&c. & c.vlt.vbi incepta fuit cauſa contra epiſcopum ſine conſenſu capituli. Si ergo diuiſi ſunt vnus ſine reliquo admittitur, nec alium defendere compellatur,vt infrà c.edoceri.in fi.quamuis prælatus cum cautione admitteretur,vt dixit Ber. & ſic ſeruat curia Romana,& obtinet de conſuetudine.nec placet,quòd conſenſus prẽlati ſequens non ratificet : imò dicas,quòd ratificat, vt probatur j. de his quæ fiunt à prẽla.ſine conſen.capituli.c.ij.& iij.de dona.paſtoralis. Hæc tamẽ diſt.videtur deſtrui,infrà de iudi.cauſam quę. vbi bona diuiſa ſunt : & tamen innuit,quòd ſine prælato non poteſt conueniri conuentus. Sed intellige,quòd ibi conueniebãtur monachi ſuper eccleſia,vel poſſeſsione alia.& ſic ſecundũ ea quæ s.not. in princ. diſt. cum de diminutione ſeu alienatione agatur, quæſtio eſt communis.poteſt & illud dici, quòd quamuis prælatus poſsit eſſe [h] in iudicio ſine capitulo,non tamen econuersò,cũ nec ſine conſenſu epiſcopi poſsit ſubditus iurare : ſic per conſequens nec agere. ad hoc j. de iura.calum. c.j.ad finem.§.pen. Itẽ capitulum † non dicitur procurator eccleſiæ, ſed prælatus.infrà, de donatio.c.ij.& j.q.iij.ſaluator.non ergo mirum, ſi non procurator non admittitur. ſed is qui procurator eſt admittitur.hoc eſt quod dicitur, quòd prælatus habet ex officio negotium eccleſiæ procurare.infrà eo.edoceri.& ſic admitti debet.j.de procur.petitio. de hac materia tangitur infrà de tranſ.§. quis poteſt. ver. ſed quæritur.quòd dic, vt no. infrà de his quæ fi. à præl. ſine conſen. cap.§.j.añ finem.in diſt.quæ incipit,Cum quæritur vtrũ ea.Quid ſi præbendæ diuiſæ ſunt, nunquid canonicus ratione præbendæ ſibi aſsignatæ,ſine conſenſu capituli aget, vel conuenietur? ar.q; ſic.vt habetur j.de fide inſtr.G.perpetuus vicarius.quod credo verum indiſtinctè, ſi canonici inter ſe agant : quia quicunque lucretur,capitulum nihil amittit.ar. ff. de lega.ij. vnum ex familia. §.j. & ij.& l.peto.§.factæ.idẽ quo ad illos, qui non ſunt de collegio, niſi agatur de diminutione præbendæ : quòd ſi de diminutione agitur, cum totum capitulum tangat,non amittã ipſum,ſine conſenſu capituli,niſi & de rato caueat,ſi agit: vel de iudicato ſoluendo,ſi defendat. Centeſimò, quia trahit quis vltra duas dietas [i] extra ſuam diœce.infrà eo.nulli.j.reſpõ.& §.j. & not. quòd aliud priuilegium habet reus, ſcilicet ne trahatur extra ſuam prouinciam.iij.q.vj.non liceat.& c.vtſaquæq;, & c.neminem.& c.ſi quis clericus. Quid ergo,ſi trahatur vltra duas dietas:ſed infrà ſuam prouinciam.dic quòd locum habet hoc priuilegium, ceſſante antiquo. Sed quid ſi trahitur extra prouinciã,ſed citra duas dietas? dic qđ ſi trahitur authoritate Papæ, ceſſat antiquũ priuilegium, quia & in dictis capitulis authoritas Apoſtolicæ ſedis excipitur. & hoc eſt verum, vbi Papa certus eſt de facto.& de hoc poteſt fieri fides,alioquin cum limites prouinciarum ignorare præſumatur : quia facti ignorantia plerũq; peritiſsimos fallit.ff.de iur.& facti igno.plurimum excipi poteſt contra literam. Et hæc poteſt dici centeſima prima exceptio.idem eſt, ſi authoritate inferioris, extra prouinciam quis citatur.ar.infrà. eod. nonnulli.& dictis.c. iij.q.vj.non licear.& ſequentibus.quòd enim non mutatur,quare ſtare prohibetur. C. de teſta.ſancimus.circa prin.& de ap.præcipimus,in fi.Quid ſi citatur vltra duas dietas, nunquid ire tenetur?

tur? Non videtur, quia incertis, &c. ff. de verb. obli. continuus. dicas, quòd tenetur ire allegaturus ſaltem priuilegium ſuum. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. & ĵ. de app. ſi duobus. & c. cum parati. & expreſſum eſt ĵ. de fo. compe. ex parte. & infrà, de exce. olim. & ar. eo. dilectus filius I. Sarracenus. & eſt ratio. quia multoties renunciatur huic cõſtitutioni, vel promittitur aliquid certo loco ſolui. infrà, de foro compe. dilecti. ideo poteſt iudex prima facie meritò dubitare. Sed alio veniente, & tracto erit trahens in expenſis condemnandus, niſi aliud probet. arg. infrà eod. cæterùm. & c. vlti. Quid ſi iudex diſtat vltra duas dietas, ſed non trahit vltra duas dietas? Dic quòd citatus non grauatur, dum tamen de expenſis, quas iudex facit, vſque ad locum, ad quem trahitur, nihil ſoluat, aliàs fieret fraus huic conſtitutioni. arg. ff. de edendo. prætor ait. in fi. dicitur, quòd locus aſsignandus eſt, nedum tutus reſpectu inimicitiarum, ſed & commodus, ſcilicet reſpectu expẽſarum. infrà de teſtim. cum olim. & de fide inſtru. accepimus. & de appel. ex parte. & de confir. vti cum dilecta. §. nolẽtes. arg. ff. de arbitris. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & de iudic. ſi locus. Quod intellligo, etiam infra duas dietas. puta quòd citatus ſemper trahitur per duas dietas, minus vna leuca. citans per leucã tantùm, quia æqualitas ſeruanda eſt in iudiciis. ĵ. de mutu. peti. c. ij. & de exce. cum inter prio rem. ff. de reg. iur. non debet contra, quia videtur Papa ipſum grauare. Sed eſto, ꝙ plures dicæ. habeat à qua debet fieri computatio? ab illa, in qua habet principale domicilium, ſi quæſtio perſonalis ſit. ar. in his quę not. infrà, de foro cõpe. §. ex quibus cauſis. Quòd ſi realis, debet computatio fieri ab illa dicæc. in qua res ſita eſt, infrà eo. dilectus filius I. Sarracenus. infrà, de for. compe. ſanè. & c. ex parte. & no. infrà e. verſi. quid ſi quis conueniatur. Quid de comitibus, & Regibus, quorũ iuriſdictio extenditur in diuerſis prouinciis, & vltra v. vel vj. dietas? Si quęſtio realis ſit, expeditum eſt. Item ſi perſonalis ſit, & in aliquo loco magis conuerſatur, vel ſit aliquis locus, qui caput ipſius dignitatis ſit, expeditum eſt, quia dicæ. iſtius loci conſideratur, aliàs reſpiciam locum, in quo initus eſt contractus. ar. in his quæ no. infrà, de for. compe. §. quibus ex cauſis. ver. Item ratione contractus. infrà, de plus peti. §. quot modis. ver. quæ loco. Quid ſi quis conueniatur ſuper eccleſia à iudicibus diſtantibus vltra duas dietas, & ad locũ vbi degunt trahẽtibus, illa ratione, ꝙ tractus habeat alia beneficia prope iudices, quæ non diſtant vltra duas dietas? & quidem adhuc iuſtè excipitur, vt infrà eod. dilectus. ij. nec enim ſola poſſeſsio facit incolam. ff. ad muni. libertus. §. ſola. imò ibi intelligitur quis habere domicilium, vbi larem tenet, & maiorem partem fortunarum ſuarum. C. vbi ſena. vel clariſ. l. ij. & vbi vendit, vbi emit, vbi dies feſtos colit. ff. ad muni. eius qui. §. j. & ſi ab hoc diſcedat, peregrinari videtur: & cum redierit, peregrinari deſiit. C. de incolis. ciues. li. x. verum & in pluribus locis poteſt quis habere domicilium, dummodò ſe collocet æqualiter in vtroque. ff. ad mu. Labeo. & l. aſſumptio. §. viris prudentibus. vnum tamen non omitto, ꝙ etiam in rei vendicatione cogitur reus reſpondere, vbi domicilium habet, & hoc innuit rubrica, vbi in rem actio. Sed ſi cõueniatur vbi res eſt, poteſt ibi, ſi vult: ſed nõ cogitur reſpondere. & hoc ſequitur in rubrica vult, vel eſſe queat. aliter autem intelligantur præcedentes rubricæ. ſ. vbi agi oportet. & hoc ſi res immobilis vendicatur ſecundum quoſdam. Item ſi mobilis, ſecũdum Ia. Bal. d. m. quia indiſtinctè loquitur. l. C. vt in rẽ actio. l fi. ff. de iud. ꝙ legatur. §. ſin autem. de hoc in ſumma Azonis, de iuriſd. om. iud. in fi. ſecũdum Gof. & ego no. infrà, de for. compe. §. quibus ex cauſis. ver. Item ratione poſſeſsionis, & ſequenti. tamen de conſuetudine cogitur hodie indiſtinctè in rei vendi. vbi res ſita eſt, reſpondere. Adde centeſimamſecundam exceptionem, vbi quis impetrauit reſcriptum, pro beneficio eccleſiaſtico obtinendo, & imminet ſcandalum, infrà, de præb. cùm teneamur. Sed de quibus dietis eſt hoc intelligendum. tria enim ſunt genera dietarum, ſcilicet legales, in quibus aſsignantur xx. miliaria pro dieta. ff. ſi quis caut. l. j. ff. de verb. ſig. l. ij. Item ſpeciales & ſingulares, quia inueniuntur aliqui, qui vtuntur felici diplomate, id eſt, de duabus dietis faciunt vnã. infrà, de verb. obl. continuus. Item vulgares, quæ ſunt mediæ & cãmunes, ſicut eſt à Lugduno vſq; ad turrim de Pino, vel vſq; ad Matiſconum, vel à monte Peſſulano, vſq; ad ſanctum Aegidium, vel à Cantuaria vſq; ad Ropham, vel à Secuſia vſque ad Taurinũ. de quibus ergo hæc intelligam? dicitur cõiter, ꝙ de vulgaribus: quia medium tenuêre beati. infrà, de offi. deleg. quærenti. & arg. infrà, de ſpon. ex literis. & quia nomina ex communi vſu intelligenda ſunt. ff. de ſupel. leg. Labeo. & vſui ſtatur contra naturã vocis. ff. de leg. iij. vxori. in prin. & l. nõ aliter. & quia lex debet patriç conuenire. iiij. diſt. erit. & quia conſuetudo eſt legis interpres, ĵ. de conſue. cũ dilectus. §. j. ad fin. dicas hoc eſſe arbitrari. quid enim, ſi traham te per mediam leucam, vltra duas dietas: & quid, ſi traham te ſaris vltra leucã: & quid, ſi vulgares dietæ ſciri non poſſunt, puta in montanis, citatur quis de loco ad locum, vbi perrarò, aut nunquã vadunt homines, certè quod lege, vel conſuetudine omittitur, non omittet religio iudicantis. ff. de teſti. quæſitum ſcio. nã & qualitas locorũ hoc facere poterit. vt ſi hæc exceptio in hyeme locum habeat, nullũ tñ obſtabit obſtaculum in æſtate, vt ſi de Morienſi ad Ebredunen. dicæ. quis citetur, & licet conſulam, ꝙ magis adhæreat iudex vulgarib. hęc tñ ab ipſo inſpicienda erunt, vt neꝙ nimis delicatus tractus, nec oneroſus trahẽs in alterius partis enormi grauamine audiatur. ff. pig. act. ſi ſeruos pignoratos. in ff.

k Par parem.] Adde gl. in verbo Marcellin⁹. in c. nunc autem. ar. diſt gl. in verbo, confirmet. in c. 1. de treu. & pa. & in l. nam magiſtratus. ff. de arb.

Quæ pœna malè impetrantium vel abutentiũ?

33 † Et quidem vt careant cõmodo literarũ ſecundũ diſtinctiones, quas s̃. fecimus. vt & condemnent aduerſariis in expenſis ac æſtimatione damnorũ, quæ ꝓpter hoc eos conſtiterit pertuliſſe: ĵ. eo. cap. vlti. in fine. in itinere, ſiue circa ipſum iter expenderint, infrà eodem. cæterùm, in fine. C. qui accuſare poſſunt. qui crimen. in fine. infrà, de elect. & pæteritæ. infrà, de proc. cum procauſa. infrà, de dolo & contu. ex literis. & c. finem. & aliàs ſcueritati iudicantium ſubiaceant. xxv. q. ij. & ſi non negotio. ſed per l. Corn. de falſo puniri poſſunt. ff. ad l. Corne. de fal. ſi quis obrepſerit. ergo iudices non ad modum ſuæ rationis debent ferre ſententiam, ſed legum veritati, & vigori iudicare ſatisfacientes, per omnia peruenire debent ad indaginem veritatis. C. de appel. l. vltim. in fin. Quædam enim conditiones reſcriptis inſunt, & ſubintelliguntur, quamuis non exprimantur: vt illa, ſi preces veritate nitantur. ĵ. eod. cap. ij. item ſi quis idoneus, vel ſi qua idonea fuerit, infrà de elect. cauſam quæ. ff. de muneri. & hono. vt gradatim. reſponſo j. in fin. Item cum quis natalibus reſtituitur, ſubintelligitur, ſi ex ingenua natus ſit: nam ſi de ancilla, nihil agitur. ff. de nata. reſtit. l. j. ſecundum Goffre. Hoc autem non dicitur ibi expreſsè, ſed quòd ſi ingenuũ ſe affirmauerit, cùm non ſit, nihil videtur impetraſſe. Item in conceſsione viæ, ſubauditur, ſi ciuiliter vtatur. ff. de ſerui. ſi cui ſimplici. Item in generali mandato patris quærentis ſponſum filiæ ſuæ, ſubauditur ſi perſona ſponſi patri oſtendatur, & talis ſit quem non ſit pater repudiaturus. ff. de ritu nup. ſi filius eius. l. generali. & l. quenquam. Item ſubauditur, ſi fieri põt, ĵ. eo. ſi qñ. & nota, ꝙ duplex eſt impotentia, iuris & facti: ĵ. eo. ſciſcitatus. aliqui tamen dicunt, ꝙ quinq; modis, aliqui ſex. Ego dico, ꝙ omnis impotentia ad primos duos modos reducitur, proſequor tñ nouem. vnde verſus:

Poſſe dabit factum, ius, & natura, poteſtas,
Officium, meritum, commodum, deitas, & honeſtas.

Poſſe dabit factum. De facto enim non poteſt aliquoties aliquis ſoluere quod debet, quia non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem. vnde, excuſare videtur, & ſi iurauerit. arg. ff. qui ſatisda. cog. l. ſi. infrà, de iureiur. breui. infrà, de pig. ſignificante. ibi, quam idem nuncius, &c. infrà, de ſolu. Odoardus. infrà, de reſtit. ſpo. olim vobis. Ius hac impotentia mentiri non poſſumus. xxij. q. ij. faciat. nec vnus coniugum ad religionem tranſire, altero inuitò poſt carnis copulam. xxij. q. ij. Agathoſa. quod dic, vt no. infrà, de conuer. coniu. §. qualiter poſsit conuerti. Et natura, quia puer vel naturaliter frigidus, non poteſt cognoſcere mulierem: infrà, de ſpon. iuuenis. & de deſpon. impub. puberes. & de frigi. & male. quod ſedem. Poteſtas: quia impeditus ſpecialis delegatus, non poteſt compellere legatum ad exequendum, nec legatus ſpecialem delegatum, quo minus procedat, infrà eo. de off. leg. ſtuduiſti. ſecundum Gof. vel melius, filiusfami. non poteſt prohibere patrem, quo minus res aduenticias pro libito adminiſtret, repugnãte patria poteſtate. C. de bonis quæ liberis. cum oportet. §. non autem hypothecas. erubeſcit enim lex filios fieri caſtigatores parentũ. in auth. de nup. §. ſi verò expectet. colla. iiij. ĵ. de maiori. & obed. cum inferior. Officiũ, quia nõ põt ligare ſuperiorẽ. xxj. diſt. inferior. ar. xxiiij. q. j. §. ſed iſtud Auguſtini: vel par parem k ſicut exemplificauit Gof. in præcedenti membro. & ꝓbatur infrà, de ele. innotuit. §. quãuis. Meritũ: quia nihil Iudæus Iudæo. xxxij. q. vj. nihil iniquius. xxx. q. vij. §. tria. ver. idem teſtatur, infrà, de adult. c. pen. & vlt. C. de inof. teſta. in arenã. Commodũ: qa illud ſolũ poſſumus, quod commodè poſſumus. ff. de verb. ſigni. nepos Proculo. infrà, de ele. quia propter. infrà, de dila. c. fi. §. pe. Deitas: quædã enim congruũt diuinæ potentiæ tantũ, ſcilicet ſciẽtia ſecretorum, vt no. s̃. §. quas vires. ſub di. quæ incipit. ſi quæratur. & ꝓbatur infrà, de iud. nouit. inde eſt, ꝙ iudicium ſuum nec fallit, nec fallit. ĵ. de ſent. exc. à nobis. ij. §. j. & ſolus impotens eſt peccare. de

k ſicut exemplificauit Gof. in præcedenti membro.

a Quid sit cõsuetudo.] Adde Cy. in l. ij. C. quæ sit lon. consue. & per Doc. in rub. de consuet. & in quo differt à lege, statuto, stylo, & præscriptione. vide glo. in c. cæterũ de testib. cogen.

b Præscribi potest.] Ad de Abb. in c. j. in i. col. de consue. Card. in c. fi. eo. titu. Car. & Doc. in c. cum eccle. de causa posse. & proprie. Doc. in c. cum in tua. de consue. li. vj. Doc. in c. cũ de beneficio. de præb. eo. li. Et per quantũ spaciũ prę scribit. Azo in l. ij. C. quę sit lon. cõs. dicit qd̃ ꝓscribit spacio x. an. inter ꝓsentes & xx. inter absentes: sed de iure Canonico ad ꝓscribendam consuetudinem requitur tempus. cl. ann. secundũ Car. ind. c. fi. § licet. in xxxij. q. secũdũ Io. An. in d. c. fi. dicit canonistas tenere quod in consuetudine præter legem sufficit tempus x. ann. si autẽ est contra legem. requiritur tempus xl. annorum.

c Id est, diuino.] Adde Car. Zab. in c. fin. de cõsuetudi. x. no. Car. Alexand. in c. in his. xj. distin.

d Grauiora crimina.] Adde text. in c. cum in eccl. de simo.

pœ. dist. ij. §. charitas. Item, quia permissione Dei sublata, aliquoties homo redditur impotens. Nã dispositione diuina, maiorib. occupatur. xxij. q. ij. Beatus. Et honestas: quia illud solum possumus, quod honestè. ff. de vsu & ha. nam taliter. nam etiam ea quæ aduersus bonos mores sunt, nos facere posse credẽ dum non est. ff. de cond. insti. filius. & l. conditiones. Hęc gl. multa offerẽtibus, & in paucis subuenientibus, putà prouincialibus subsidiaria est. vix enim, aut nunquam erit, quin per aliquam dictarũ impotentiarũ se valeant excusare. Sed quis condemnabit in expensis: delegatus? non: quia nõ habet iurisdictionẽ: ordinarius? non: quia nihil ad ipsum. Aliqui dicunt, ꝙ ordinarius. mihi videtur, ꝙ idẽ delegatus: vt saltẽ, quo ad cognoscendũ de precũ qualitate, & cõdemnandũ de expensis iurisdictionẽ habeat. ar. j. e. super literis. in fin. infrà, de ap. vt debitus, & si nõ fecerit de hoc requisitus, de suo proprio tenetur resarcire. C. de iudi. sancimus. & hoc intelligas verum, nisi dicatur, quòd primi iudices condemnent, quia constat, ꝙ iurisdictionẽ habent. & sic non ob. j. de dolo & cont. ex literis. aliàs lites ex litib. orirentur: ꝙ esset contra propositum principis. C. de fide instr. l. fi. ff. de eo quod certo loco. quidam. j. de dolo & cont. finem. j. eo. non nulli. Sunt aũt damna & expensæ primò per iudicem moderandæ & taxandæ, postmodũ per iuramentum probandæ. j. de procu. constitutis. infrà, de iniu. c. j. & c. olim. quandoq; tamen potest agi de expensis, & non de damnis: infrà, de iniuriis. in nostra. Sed cum tam tradens rescriptum quàm recipiens, & abutens, teneatur insolidum quilibet. infrà, e. c. fi. j. responso. & §. vltimo. nunquid vno soluente, alius liberatur: sic ff. de his qui deie. vel effu. l. iij. Sed nunquid qui soluit habet actionẽ aduersus alium? Dic quòd sic, si ante solutionem fuit sibi cessa actio: ar. C. de fideiuss. l. fideiussoribus. aliàs contrà: quia solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. Insti. quibus modis tollitur oblig. in prin. Sed certè non potest aliter desiderare, vt sibi actiones cedantur. ar. ff. de admitut. si plures. videtur etiam, quòd contra vtrunq; agi possit, cùm pœnalis sit constitutio. ar. ff. de iurisd. om. iud. si quis id quod. §. vltimo. Sed illud in pœnali, in qua actor petit quod sibi non abest, nec reo adest, & quæ introducitur pro bono publico: aliud est in pœnali, in qua actor petit quod sibi adest, & reo non adest: & quæ pro priuato commodo introducitur: vt infrà eo. c. fin. in fi. ibi, in moderatis, &c. quia prima pœnalis est, respectu vtriusq; & ideo contra plures agi potest. secunda pœnalis est, respectu rei tãtùm: & ideo vno soluente, alter liberatur. ff. de eo per quem factum erit. l. j. §. si plures.

De Consuetudine. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Consuetudo quid sit.
2 Consuetudo rationabilis præscribi potest.
3 Consuetudo irrationabilis non præscribitur.
4 Actus binus inducit consuetudinem.
5 Consuetudo qualiter & quot modis probari debeat.
6 Exemplis iudicandum non est.
7 Consuetudo dicitur quasi communis assuetudo.
8 Consuetudo an ualeat, quòd quilibet possit debitorem suum pignorare.
9 Consuetudinem allegans, eam probare debet.
10 Testes quot requirantur in probatione consuetudinis.
11 Consuetudinis uirtus dicitur esse quintuplex.
12 Consuetudo generalis quæ dicatur.
13 Consuetudo & præscriptio, qualiter differant.
14 Titulus & bona fides requiruntur in præscriptione.
15 Consuetudo erronea non iuuat.

AVdiuimus de iure scripto, sed quia omne ius quo vtimur, aut ex scripto constat, aut ex non scripto. Insti. de iure natur. §. constat. quia quod in scriptis redigitur, lex vocatur: quod aũt sine scriptis est, cõsuetudo est. j. dist. §. cũ ergo. præmisso de iure scripto, corpore iuris clauso, & non clauso, videamus de iure nõ scripto, & sic de cõsuetudine. similis ordo in ff. veteri. & Insti. & in princ. Decretorũ obseruatur. Dicendum igitur, Quid sit consuetudo. Obtentus quanti temporis consuetudinem firmet. Quot actus consuetudinem inducant. Qualiter probari debeat, & quot modis. Quis debeat probare consuetudinem. Et per quot testes probetur. Quæ cui præiudicet. Quot sint eius effectus.

a Quid sit † consuetudo. [2] Ius quoddam moribus
1 institutum, quod pro lege accipitur, cùm deficit lex, di. j. consuetudo. viij. di. frustra. & dicitur moribus institui, id est, assiduis vel frequentibus actibus hominum. Consuetudini autem est ratio præponenda. nã sicut per l. fit probatio, ita per rationem. Sed si vtrunq; deficiat, de similib. ad similia est procedendum. xx. di. de quibus §. ti. j. inter cæteras. ff. de legib. nam imperator. & inferius plenius apparebit. Sed qa nimis breuis est hæc descriptio, ideo vt omnia includas, sic potest magistraliter describi: Consuetudo, est vsus rationabilis, cõpetenti tempore præscriptus vel firmatus, nullo actu contrario interruptus, binario actu, seu cõtradictorio iudicio, cuius non extet memoria, inductus cõmuni vtentium cõprobatione. Bene di
2 xi, Rationabilis. † sic enim prę scribi potest. [b] j. e. c. ij. & c. cũ olim.
b & c. cum dilectus. & c. cum consuetudinis. j. de post. prælato. bonæ memoriæ. ij. §. cæterũ. in fi. j. de ele. scriptũ. & c. Cumana. c. in gen. in fi. j. de fo. compe. cum contingit. in fi. C. de emanci. l. fi. de cleri. coniu. cũ olim. ad fi. j. de offic. archid. c. fi. & de excessib. prælato. c. accedẽtib. C. de ædifi. pri. l. iij. & quæ sit lõg. consue. prę ses. omnia iura ista dicunt consuetudinẽ attendendã in iurisdictionibus, & electionibus, et similib. & generaliter tibi trado, ꝙ vbicũq; ius deficit, semper tenẽda est cõsuetudo, dũmodo non sit iniqua, vel aliàs à iure reprobata. ff. de legi. de quibus & l. nam imperator. xl. di. in his. vtrum autem sit rationabilis, vel non, relinquo iudici, cum nec certa regula possit tradi. argum. infrà de offic. deleg. de causis. §. vnico. ff. de vsuris. mora, & de testi. l. iij. & de verbor. oblig. l. continuus. & de act. & oblig. l. fin. infrà de transi. c. fi. Vt tamen scias illam consuetudinem rationabilem fore, quæ à iure comprobatur, & quam Romana ecclesia seruat, & præcipit obseruari: nec est contra fidem, etiamsi contra concilia sit. xj. di. nolite. de conse. di. j. Basilicas. super quo vide quod no. j. de cog. spiri. §. quis sit effectus. verſ. effectus verò tertiæ. & quam quis in præiudicium suum inducit. ff. communia prædiorũ. si venditor. §. constat. sed tunc magis valet ratione pacti, quàm ratione consuetudinis, secundum Gof. tu dic, vt no. infrà sub §. extra summã.
3 ver. iij. † Irrationabilis aũt, vel iniqua non præscribitur, qualis est illa, infrà e. c. j. & c. ad audientiam. & c. quanto. & c. cũ inter vos. c. cũ venerabilis. & c. ex parte. j. de ele. Massana. j. de sent. & re iud. cum causa. & j. de vita & hone. cler. cum decorem. & de præb. extirpandæ. & c. vnerabilis. & de insti. ad decorem. j. de simo. non satis. & c. seq. Et generaliter, vbicũq; per ius expressum reprobatur,
c vel aliàs est iniqua, quia contraria iuri naturali, id est diuino [c], quod in Lege & Euangelio continetur: vel si sit contra concilia, in his quæ ad fidem spectãt, non valet, vt in prin. Decretorum. & viij. di. §. dignitate. & c. seq. xj. di. c. j. & ij. hoc quantum ad præcepta moralia, seu prohibitiones, vt honora patrem tuum, &c. &, Non occides, &c. secus de mysticis seu cærimonialibus, vt de custodiendo sabbato, & quòd mulier arceatur ab ingressu ecclesiæ, si masculum pariat. xl. diebus: si fœminã, lxxx. vt v. di. §. j. & c. seq. & di. vj. §. is itaq;. secund. hoc potest intelligi, ꝙ naturalia iura immutabilia permanent. Insti. de iure naturali. §. sed naturalia. & ꝙ malè adinuenta, prauæq; consuetudines, nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur, in auth. vt nulli iudi. §. quia verò. col. ix. xxxij. q. vij. flagitia. quia tanto sunt grauiora crid minã [d], &c. j. eod. c. fi. de eo qui duxit in matri. quam pol. cùm haberet. huius autem iuris naturalis ignorantia neminem excusat. quod dic, vt no. j. q. iij. §. notãdum. & in summa Hug. super d. §. & infrà, de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. & de hoc iure dicitur, ꝙ nihil interest in vitio decipere, vel decipi posse. xvj. q. j. si cupis. & ignorans ignorabitur. xxxvij. di. §. vt itaq;. Vel quòd non valet, si sit contraria iuri naturali, id est, naturæ naturanti, id est, Deo: quasi dicat, si consuetudo cõtradicat iuri. quo non seruato, anima periclitatur, reprobãda est. nã generaliter tibi trado, quòd vbicunque cõsuetudine seruata, periclitaretur anima, non valet. super quo vide quod no. j. de offic. Archi. §. quid sit eius officiũ. ver. quare autem. idem, si fit onerosa ecclesiis, infrà e. c. j. idem, vbi contradicit iuri publico. cui non potest quis renunciare. quod dic, vt no. j. de renun. §. quæ possunt renunciari. Item vbicunque est contra conciliũ, vel aliàs à iure improbata, infrà, de consang-

non

non debet.§.fi.nec à Romana ecclesia comprobatur, ipsam irrationabilem iudicabis. Item cùm inducitur contra ius impræscriptibile, infrà de præscr.causam.& c. cùm non liceat, infrà eo.cùm inter vos.& c.cùm venerabilis.

Obtentus, quanti temporis consuetudinem firmet.

Ideo dixi in descriptione competenti, tempore prę scriptus.erit enim competens tempus, secundum canones. xl.an. infrà, de præsc.auditis.& c.vigilanti.xvj.q.iij.§.quas actiones.& q.iiij.neq; decennij.sed secundum l.est diuersitas, quia secundum Iac.sufficiunt x.an.inter præsentes, xel xx.inter absentes, vt patet ex rubrica C. quæ sit lon. consl.j.& ex ru.ff.de leg.& se con.l.sed ea.dicunt enim expectandã longam consuetudinẽ,& longum tẽ-
e pus [e] est x.vel xx.an.vt in rub.C.de præsc.long.temp.& l.fi.& Insti.de vsuca.§.j.ff.qui & à quib.ma.li. non fi. sicut fideicõmissaria libertas.§.Aristo.Sed secundum Placen. Columb. & Lanfra. spectandum est tempus longissimum, scilicet quod non extet memoria.vt ff.de leg.& se.com.de quibus.§.inueterata.Insti.de iure natu.§.ex non rescripto.C. quæ sit longa consue.l.ij.hoc etiam probatur quadam naturali ratione. sicut enim seruitutes vsucapi nõ possunt longo tempore, cùm incorporales sint, quia non habent continuam causam. ff. de ser.seruitutes. ij. sic nec consuetudo.oportet ergo q; non extet memoria, sicut in aqua plu. arcen. ff. de prob.l.penul.& vbicunq; inuenies, longa, expone, id est longissima. sed prima sententia magis approbanda est, secundũ ll.& vbicunq; inuenies diuturnã vel inueteratã, expone, id est, diutinam. hoc est longam.satis enim est talis inueterata ad hoc, Inst. de vsuca.§.diutina.nec obst.l.de seruitu.quia illud verum est de seruitute, quæ alicui specialiter acquiritur.sed consuetudo non magis acquiritur isti, quàm illi. Hæc eadem dissensio secundum canones posset habere locum, quia quidã dicũt, consuetudinẽ longæuam attendendã, quidam longam, infrà e.cum consuetudinis.& c.fi.& di.j.mos.xj.di.consuetudinis.xij. dist. consuetudo & longũ tempus est x.vel xx.annorũ.xvj.q.iij.§.potest.ij.& non obst.iura quæ loquuntur de xl.annis, quia intelliguntur in præscriptione rei ecclesiasticæ, vbi ecclesiis præiudicium paratur,& ideo restringitur, sed per consuetudinẽ non paratur præiudiciũ ecclesiæ, vt j. eo. c.j. & ideo posset dici, q; consuetudo citius mutatur.xvj.q.iij.placuit. huic sanctæ magnę maximæ, quia hodie nulla consuetudo tenet, nisi sit rationabilis, vt ſ. probatũ est.ver.bene dixi.& ver. irratio-
f nabilis.& in proxi.alleg.c.placuit. Consuetudo & priuilegiũ [f] æquiparantur, ergo consuetudo amplianda, sicut priuilegium. Sed præscriptio odiosa,& ideo restringenda. ff. de libe. & posth. cùm quidã.infrà, de concessione præb.constitutus.& de decimis. tua. infrà, de donatio. cùm dilectus.in fin. Omnes tamen Canonistæ dicunt spectandum tempus xl. an. sic intellige j. de ele. Cumana. & de causa possessio.& proprie.cùm ecclesia Sutrina,& similia.& hoc expressum comprobatur, infrà de censi.olim.vbi non profuit tempus xxxvj.annorũ. Sequitur in descriptione, nullo actu contrario interruptus,& bene.aliàs enim non esset completa præscriptio: infrà, de præscriptio.auditis.& c.illud, infrà, de in integrum restitutio.auditis. C.de præscriptio.xxx.annorum, sicut in rem & de annali.excep.l.j.& l.vt perfectius.

Quot actus consuetudinem inducant,

4 ideo dixi in descriptione binario,& c.quia binus actus † inducit consuetudinem.xxv.q.ij. ita nos. C. de episc.audien. l. iij.in fine. ff.de seruo cor.Neratius.§.j.in auth.de defen.ciuita. §. fin.collat. iij.dominus meus dicebat locũ habere in dilectis, sed in consuetudine sufficit, q; ita obtentũ sit longo tempore.Insti.de iure naturali.§.ex non scripto.vbi dicebat tradi descriptionem cõsuetudinis. Alij dicunt, q; necesse est, vt sic fuerit decies iudicatum, sicut decem
g oues [g] faciunt gregẽ.ff.de abigeis.l.fi. In his dissensionib.credo notãdũ quadruplicẽ modũ probãdi cõsuetudinẽ, ideo videamus.

5 Qualiter consuetudo † probari debet,

& quot modis. Et certè dicunt quidam, quòd probari non potest, nisi probetur, q; sic obtentum fuerit sine interpretatione,& pacifi cè.j. de off.Archi.c.vlt.§.vlti.& à tali qui præscribere potuit: alioquin contrà, j. de præscrip.causam quæ.& tale ius q; præscribi potuit: alioquin contrà, infrà eo.cum inter nos.infrà, de præs. cùm ex officij.& c.cùm non liceat.& c.vlti.respon.j. Itẽ secundũ quosdam probari oportet, q; in contradictorio iudicio sit obtenta,& q; vtens eo animo vsus fuerit, vt intẽdat in posterũ ius habere: ar. ff.de itine.actúq; priua.l.j.§.Iulianus rectè ait.& l.vlt.& quemad. serui.amit.l.vlti.Item, q; maior pars populi vsa sit.Item q; de conscientia principis inducta sit, nõ tantũ tolerata, infrà de pręb.cùm iamdudum,& de concesio.pręb, literas. Sed certè, ibi non est cõsuetudo rationabilis.Item q; non per errorẽ, e sed ex certa scientia sit inducta.hoc no.Io.sed non placet per omnia, qa de diuersis modis ꝓbandi consuetudinẽ, difficultatẽ, imò quasi impossibilitatem probationis induxit. ideo dic, q; quatuor modis probatur. Primò, quia f populus vel princeps ista statuit, no tñ in scriptis redegit, & per longum tempus durauit, quo non fuit factũ contrarium. super quo vide suprà, de const.§.j. sicut.n.consuetudo roborata est ad hoc dist.j. ius ciuile.& c. consue g tudo. dist. ij. constitutio. Insti.de iure natu.§. & non ineleganter. Sed nunquid in hoc casu potest allegari ante lapsum longi temporis? sic.sed posset ꝓbari, q; non est iudicandũ secundum eam, quia populus contrà operatus h est, intra decennium, sciente, promulgante,& tolerante. vnde non valet dist.iiij. §. leges.& ff.de legi.de quibus sic intelligo, cum domino meo, quia sufficit q; probetur ita obtentũ fuisse, per longũ tempus.& sic intelligo dist.j. consuetudo, ideo dico, q; si post lapsum decẽnij factũ sit contrà, non obest cõsuetudini iam prę scriptæ, nisi fortè & secunda præscriptio cõpleta esset.sic intellige, j. de elec.cùm ecclesia Vulterana.§.j. Secundò probatur, q; bis iudicatũ intra lõgum tempus, secundũ consuetudinem allegatã, non contradictã, vt differat à sequenti.hic sufficit, q; probetur bina sententia,& sic binus actus consuetudinẽ inducet, quamuis non ꝓbetur, q; sic sit statutũ, vel obtentũ sit contradictorio iudicio.& sic intelligo verbum Probatis, his quæ frequenter, id est, bis in eodem genere causarum sententiatum est in oppid. C. de ædifi.priua.l.iij.C.quæ sit long.consuetu.l.j. Vel probatur, q; bis ita vsus est: quia interfuit binę electioni.sic debet interesse, dũmodo tempus legitimũ sit elapsum. In hoc recedo à sentẽtia domini mei.quia nõ viderat decretales.infrà, de electione.venerabilẽ, ad fi.& c. Cumana.infrà, de cau.poss.& proprie.cùm ecclesia Sutrina.& c.cùm olim.quę loquuntur nedum in delictis, imò & in aliis, vt ex ipsarũ electione colligere liquet. Sed binus actus, sine præscriptione non sufficit, licet fortè vnus actus sufficeret cum præscriptione, quia per vnicum vsum possessionẽ acquiro. ff. de aqua quotidiana & æsti. in l.j.§.quod aũt.& de serui.vrba.prædio.l.seruitutes quæ in superficie.in princ.arg. C. de serui.cùm talis.& de fideicõ.l.j.suprà, de consti.cum M.infrà, de præb.pro illorũ.est tñ contrà arg.ff.de itinere actúq; priua.l.j.§.ij.secundum Vinc. Tertio modo probatur consuetudo, quia obtenta fuit in contradictorio iudicio. infrà, de verb.signi.abbate.ff.de legibus.cùm de consuetudine. sed
6 contrà, † quia non est exemplis [h], sed legibus iudicandum.C. de
h sententiis & interlo. omnium iudi. nemo. ideo dicunt quidam, quòd necesse est probare, iudicem eo animo pronunciasse, quod de cætero sic pronunciaretur in futurum. Sed hoc mihi non placet, quia facultas probationum angustanda non est.C. de hæreti. & mani. quoniam multi.in fi.& de re.credi. generaliter. j. respon. ff. de testibus, curent. sed dico, q; non iudicatur exemplis, imò cõsuetudine, quæ per exempla probatur,& quæ in contradictorio iudicio obtenta fuit. Caueat ergo sibi allegans consuetudinem. nam si dicat ita pronunciandum, quia sic fuit pronunciatum, male proponit, quia sic dicit iudicandum exemplis. sed si dicat ita ꝓnunciandum, quia talis est consuetudo terræ, & ad probandum consuetudinem, inducat q; pronunciatum fuit, secundũ eam in cõtradictorio iudicio, bene proponit, quia præsumitur, q; iudex nõ sic pronunciasset, nisi & corã eo consuetudo probata esset.ar. infrà, de elec.bonæ.j.§.contra,& seq.Si.no.j. de censi.§.quis census. ver. census aũt ignorantiæ,& seq. Quarto, quia probatur, q; ita obtentum fuit, in tantùm vt nec extat memoria, q; contrà factum sit: infrà, de præb.venerabilis. hic non est necesse, q; probetur statutum, nec q; probetur sententia. iij. q. vj. hoc quippe. ff. de aqua quotidia.& æsti.§.hoc iure.§.ductus aquæ. & de aqua plu. arcen. in summa.§. idem Labeo. imò & si probetur, quòd testes de vna ciuitate ad aliam sæpe vocati fuerint. huic consuetudini standum esse, affirmat lex. ff. de testim. l. iij. §. fi. & sic intellige sententiam Placen. & Columbi. ergo de diuersis modis probandi consuetudinem, fecerunt dissensiones, vt suprà eo.§.obtentus. & sic patet, quare dixi in descriptione, Binario actu,&c. Sequitur in descriptione, Vsu communi vtentium comprobato, & bene. Instit.de iure natu.§.ex non scripto.& §.sed naturalia.in fi.di. j. cõsuetudo.& tangit hic primus modus probãdi consuetudinẽ.
7 quod dic, vt ſ. eo.§.qualiter. Inde consuetudo, † quasi communis

e Longum tempus.] Add de gl. in l. cùm de in rẽ veri. ff. de vsu. Bal. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. Ioan. de Ana. in c. querelã. in 3. col. de simo.

f Consuetudo & priui legiũ.] Adde c. nouit. de iud. c. cùm contingat. de for. cõpe. Bal. cons. 49. incip. In facto. in 3. vol.

g Decem oues.] Adde glossam in c. 1. 10. q. 1. & in c. 1. de elect. c. licet canon. de elect. li. 6. & gl. in c. 1. de decim. eod. lib.

h Non est exẽplis.] Ad de c. de quib. 20. dist. c. ex merito. 6. q. 1. ca. magnæ. in ver. prẽterea de voto. c. cũ. ex injuncto. de hær. & in l. sed licet. ff. de off. præsi.

i Per quos testes.] Adde an ualeat consuetudo, quod vnus testis plenè probet. Vide per Ioan. An. in addit. Spec. tit. de instrumen. edit. in §. compendiosæ. ver. sed nũ quid consuetudine.

k In ore duorum.] Adde c. ab isto die. 35. q. 6. c. licet. de testi. ca. nouit. de iud. originaliter. Deuteron. xix.

assuetudo. dist. j. consuetudo. in fi. requiritur ergo, quòd maior pars populi sic vsa fuerit. qa sicut minor pars non potest condere legem, sic nec consuetudinem inducere, secundum Ioan. & ex hoc videtur, quòd vnus solus non posit allegare consuetudinem, quamuis dicat se contra multos acquisiuisse, licet multi contra vnum possent. ff. commu. præd. venditor. & est ratio, quia sola collegia seu corpora ipsa acquirere possunt. C. quæ sit long. consuet. l. fi. nec obst. infrà, de offic. Archid. c. fi. & de excess. prælato. accedentibus. quia ibi acquirit singularis, nomine dignitatis suæ, non proprio. sic & vna ecclesia contra aliam, vt patet ex his quæ no. infrà e. sub §. extra summam. versi. ergo discretus. & comprobatur hoc infrà, de inst. cum venissent. §. j. Quid ergo, si vnus miles consueuit colligere ligna in nemore alterius? Dic quòd debet agere ex conuentione, quã dicat præscripsisse: ad quam probandam inducet patientiam legitimæ præscriptionis, sicut no. in censu. infrà, de censi. §. quis census soluendus est. sic intelligo, secundum dominum meum. ff. si serui. ven. si quis diuturno. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. & de itine. actúq; priua. l. apparet. §. si quis seruitutem. Per hoc etiam videtur, quòd si per errorem inducta est, cõsuetudo non erit. ff. eo. quod non ratione. quidam contrà. erit enim consuetudo, quamuis erronea, sed in cæteris similibus non obtinebit. ponunt tale exemplum. Inductum est de consuetudine in Purgo Panigalli, & per errorem, quòd si quis mihi ducat vinũ in plaustro, ex quo ego apposuerim manum ad plaustrum, periculum effusionis ad me pertinet. hoc bene obseruabitur in vino de cætero. Sed, nunquid idem in oleis liquidis, puta oleo, melle, vel similibus, non: quamuis si per errorem inducta non esset, procederetur de similibus ad similia. ff. eod. nam imperator. C. eod. l. j. sed certè nihil est, secundum nos: quia non valet consuetudo, nisi rationabilis, vt suprà eod. §. j. versic. bene dixi. & sequenti. Sed si erronea est, non erit rationabilis, nec consensu inducta. ff. de iurisd. om. iudi. per errorem. & de iudi. l. ij. Quid ergo consuetudine, quam quidam seruant, scilicet †, quòd quilibet valeat authoritate propria
8 ignorare debitorem suum? dico, quòd non est vilis authoritatis, inter eos qui de facto eam seruant, sed tamen eam irrationabilem iudiço propter rixas, vulnera, & homicidia, quæ inde prouenire possunt, & ideo meo iudicio quantumcunque præscripta sit, non vincet legem, infrà. c. fi. ff. quod met. cau. extat. & de vsuf. æquissimum. & de pac. dot. conuenire. C. de Iudeis. nullus. & ne quis in causa sua iud. l. & vnde vi. si quis in tantam, j. de iur. cal. cęterùm. & de fideiu. constitutus. & in his quæ no. infrà, de loca. & con. §. fi. super decr. potuit. ver. item est natura contractus. & de maledic. §. quot genera. versi. si quis verbis tantum. ff. de reli. & sump. fun. ossa. j. respon. Item, quia talis furtum committit, quod mortale est, ergo non excusat cõsuetudo, vt patet in his quę no. j. de off. archi. §. quod sit eius officiũ. ver. quare hoc dico. si cõsuetudo sit, q; eũ inuitũ pignorare possit, quamuis etiã dicat, q; paratus est stare iuri: secus dicerem, si consuetudo esset, quòd posset debitorem voluntarium, & nihil prætendit pignorare. nam talẽ dicerem valere, quamuis in hoc casu curialius hoc faceret, si reposceret per prætorem. C. de pig. l. iij. ergo quia vituperari potest, præcaueri debet, j. de elec. licet. & de seruis non ord. c. j. Quid de consuetudine siue statutis aliquorum locorum, vbi limitatum est in pecunia, quantum soluat delinquens, si homicidium vel aliud delictũ cõmiserit? dic, non valet, quia per talia statuta inducuntur homines ad homicidia, & talia crimina committenda. talis enim non timet pœnam pecuniæ, qui suspendio terreretur. ad hoc Instit. vibo. rap. §. sed nedum talia. ff. de pœnis. in seruorum. in fi. & l. aut facta. §. fin. j. e. ex parte. ff. de pact. si vnus. §. pact. in auth. de mãd. princ. §. oportet ergo. colla. iij. & vide quod no. j. de offic. ord. §. quid pertinet. ver. non antè debet leuare pecuniam, &c. non ob. j. de delictis puer. referente. quia ibi non quæritur, vtrum consuetudo valeat. quod autem ibi Papa innuit, à contrario sensu, pecuniam leuare posse, hoc ideo facit, vt vindictam sanguinis vitet. xxij. q. v. reos. infrà, ne cle. vel mo. sententiam.

9 Quis debet probare consuetudinem †.

Is qui eam allegat, vel negans interruptionem, si cõsuetudo probetur. C. de ædifi. priua. l. iij. C. e. l. j. j. e. cum dilectus. §. fi. sic & quilibet allegat, ipsum probare debet. ff. de proba. ab ea parte. ff. de testibus. l. j. ff. ex quibus cau. maior. necnon. §. q; eis. ff. de proc. inuitus, infrà, de rerum permutatione. ad quæstiones. Sed contrà, j. de trãsl. episc. inter corporalia. §. sed neq; j. de tẽpo. ordi. dilectus. ff. de illic. col. l. j. in fi. Sed illud in prohibitis per. l. quia ex quo aliqd semel prohibitum est, semper videtur prohibitum, nisi inueniatur concessum.

10 Per quos † testes. i Per duos idoneos. ff. de test. vbi numerus, qa in ore duorũ, k & c. j. de test. cùm esses. & c. relatũ. quod dic, vt no. j. de test. §. quotus numerus. Posterior priori, vt patet s. e.

i k Quæ cui præiudicet. §. qualiter. vers. sed nunquid. sic & in constitutionib. obseruatur, vt no. s. de const. §. qualiter cõstitutionib. derogetur. sed & lex sequens tollit consuetudinẽ præcedentem. ff. de sepul. vio. l. ij. §. diuus. secundũ quod Azo eã legit & punctuat, quamuis Placen. eã aliter intellexerit. verùm demùm tollitur prima consuetudo per posteriorẽ, si nõ possunt reduci ad consonantiam, aliàs consuetudinem concordare consuetudini, promptum erit. arg. C. de inoff. do. l. vnica. sed ad ius cõmune reducenda est, si fieri potest, j. e. cùm dilectus. §. fin. Tollitur aũt vna per aliam, quando in eodem loco inductæ sunt diuersæ, vna post aliam: nam si in diuersis, vtraque in suo loco obtinebit. nec enim sunt aliquorum consuetudines aliorum contraria consuetudine subuertendæ. xij. di. illud breuiter. & c. sit sancta.

11 Quot sunt eius effectus. † Et quidem sciendũ, q; quintuplex est. Habet. n. consuetudo primò virtutẽ imitandi. imitatur. n. legem, id est, supplet, vbi lex deficit. infrà, e. cum olim. j. de sepul. de vxore. in fi. & c. certificari. Insti. de iure scrip. §. ex non scripto. Secundò, habet virtutem interpretandi ius dubium, j. e. cùm dilectus. §. j. ad fi. ff. eo, si de interpretatione. Tertiò, habet virtutẽ abrogandi. Quartò, derogandi. Quintò, præsumptionẽ inducendi. Circa quæ videndum, quot sunt species consuetudinis. Sunt autem quatuor, generalissima, generalis, specialis, & specialissima. Generalissima, vt est consuetudo inter omnes catholicos, versus orientẽ orare. xj. distin. ecclesiasticarum. per hanc dicunt abrogatam l. quę dicit, quòd patroni, siue aduocati, iurare debent in initio litis, q; cõtra conscientiam causam non foueant desperatam. C. de iud. rem non nouam. vnde dixit Gul. q; iuretur. l. cauetur. sed in consuetudine non habetur, sed reprobatur. C. de iureiur. propter calum. l. ij. §. & quia veremur. vt not. j. de litis contesta. §. & quando ver. puto. & præcedent. & quãuis aduocati pro magna parte cauillari volentes, & sibi adinuicem deferentes, hanc glossam Gul. amplectantur, ipsam tamen non approbo: quia contra l. illam non puto valere consuetudinem vel desuetudinem: sicut nec valet consuetudo, quòd de calumnia non iuretur: infrà de iura. calum. cæterum. & est ratio in vtroque, ne per talem cõsuetudinem peccata mortalia nutriantur, argum. infrà eod. c. vlt. j. respon. & quicquid velant, vel palliant pessimi aduocati, quamuis non iurent, si contra conscientiã foueant, ędificant ad gehennã. j. de scruti. in or. fa. c. vnico. j. de præscr. c. fi. & parum refert, quo ad periculũ animæ, si non iurent, quia Deus non ex operib. iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde. xxij. q. v. iuram. & c. qui periurare. ergo quicquid dixerit Gul. si coram me exigatur, præstari faciam. Sed quia non exigitur, ideo non seruatur. & iunge ea quæ no. infrà, de postulando. §. quid pertinet. versic. item ad officium. Per hanc etiam dicit Gof. abrogatum consilium, s. tit. j. nonnulli. §. penul. & fin. quod non credo. Sed dico, vt no. s. tit. j. §. quæ possunt obiici. versicu. xcvij. In his ergo, in quibus consuetudo potest abrogare vel derogare, puto quòd desuetudo abroget: ergo desuetudo ius naturale, id est diuinum, non abrogat, sed tantùm positiuum, infrà e. c. fin. secundum hoc intellige. ff. eod. de quibus iiij. di. §. leges. & quod no. in sequentib. de hac loquitur infrà de testa. cùm esses. Sed expone, ibi generali, id est, generalissima. sed & specialis consuetudo Romanæ ecclesiæ, generalissima potest dici, cùm vbiq; tenenda sit: infrà de sen. & re iud. in causis. & te
12 tigi s. e. §. quid sit. ver. vt tamen scias. † Generalis verò est, quando nedum vna ciuitas, sed tota prouincia sic obseruat, vt in Tuscia, vbi de generali consuetudine, ad capitulum tantùm pertinet sine episcopo ordinatio præbendarum. infrà de elec. cum ecclesia Vultera. ad fi. sic infrà de vsu. pal. ex tuarum, sicut infrà e. cum venerabilis. §. postmodum, aliter accipitur generale interdictum infrà, de ver. sig. cum in partibus. Sed specialis quando in vna ciuitate, vel in alio loco specialiter obtinet, ff. commu. præd. venditor. C. de ædi. pri. l. iiij. infrà, de iureiu. venientes. Hæ duæ species derogant iuri in ciuitate, siue loco, siue prouincia, in qua specialiter siue generaliter obtinent. & hoc verum est, si consuetudo post l. inducta sit, alioquin alia l. superueniente vincetur, vt no. suprà e. §. responso j. & probatur in procœmio Instit. §. igitur, in authen. de hęr. & fal. §. j. colla. j. & infrà, de fideiuss. cõstitutus. Itẽ est specialissima, secundũ quã in dubiis iudicat, & hęc præsumptionẽ inducit, cui

cui statur: nisi forte contrà probetur, hæc est consuetudo patrissa. ff. de pig. act. vel vniuersorum. ff. de vsu. qui semisses. ff. de leg. j. si seruus plurium. §. numerus. infrà, de præscri. ex studiis. & c. mã data. & c. cum iuuentute. infrà, de testi. testimonium. infrà, de pig. illo vos. in fi. Sic habes quinque effectus, & quatuor species consuetudinis. prima species, scilicet generalissima, habet virtutem abrogandi & supplendi. vltima verò, scilicet specialissima, habet virtutem & præsumptionem inducendi. duæ verò mediæ, scilicet generalis & specialis, habent virtutem mutandi, seu supplendi, derogandi, siue interpretandi. Sed pone, quòd inter laicos sit aliqua consuetudo in aliqua ciuitate, siue prouincia: puta, quòd si agitur de mutuo, non offeratur libellus, vel alia quæcunque volueris, nunquid talis consuetudo debebit inter clericos obseruari? Non puto, nisi & inter ipsos fuerit sic obtentum. diuersæ enim sunt professiones, vt patet xij. q. j. duo sunt. & ideo consuetudo vnius, aliam non adstringit. ar. xij. di illud. & c. scit. & cùm consuetudo legem imitetur. Instit. de iure na. §. ex non scripto, sicut statutum laicorum clericos non adstringit, sic nec cõsuetudo, ad quod facit quod no. suprà, de constit. §. quis posit. ver. item imperator. talis etiam potest dici clericis onerosa, ergo est remittenda, infrà eo. c. j. Quid ergo, si laicus conueniat clericum super mutuo coràm episcopo suo? patet per prædicta, quòd laicus cogetur libellum offerre. Quid si clericus episcopum conueniat super mutuo, & consimilibus, nunquid cogetur libellum offerre. sic ar. infrà, de consti. cum omnes. Sed quid si clericus conueniat laicũ super mutuo coram iudice seculari, nunquid cogetur libellum offerre? Nõ, cum contraria sit consuetudo in foro seculari, sed nec laicus si ipsum velit reconuenire. arg. infrà de mutu. peti. ca. ij. ad quod pertinet quod no. infrà, de testa. §. qualiter. ver. verum. super hac materia. & ver. seq. quod si videatur in aliquibus cõtradicere suprà dictis, tamen si sanè intelligas, nullatenus contradicit. Damasus tamen hanc doctrinam tradidit in summa sua, quòd consuetudo inducta contra ius naturale, nullo tempore confirmatur. de hoc dictum est suprà ver. irrationabilis. Si verò inducta sit contra ius positiuum, introductum in fauorem vtentium, tollitur ius per contrariam consuetudinẽ, quia licitum est renunciare, &c. infrà de regularibus, statuimus. de cri. fal. c. fin. cum si. sed si non sit inductum in fauorem vtentium, sed aliorum, contraria consuetudine non tollitur ius, nisi consuetudo sit præscripta. j. de causa pos. cum ecclesia. vbi aũt consuetudo inducitur cõtra ius ecclesiæ nõ præiudicat, nisi confirmetur à Papa: suprà de const. ecclesia sanctæ Mariæ, infrà e. c. j. j. de dec. tua. & infrà e. à nobis. & c. in aliquibus. §. vlt. Tu dicas, quòd iuri naturali per consuetudinem minimè derogatur, secundum ea quæ no. suprà e. §. quid sit consuetudo. ver. & generaliter probatur. infrà eo. c. fi. respon. j. positiuo verò, id est humano, quod pro voluntate condentis ponitur, & deponitur, Instit. de iure na. §. sed quod principi. non derogatur per consuetudinem contratiam quantumcunq; præscriptam, nisi rationabilis, nec per rationabilẽ nisi legitimè sit præscripta, secundũ ea quæ no. suprà e. §. obtentus. vt C. quæ sit long. consue. cõsuetudinis. infrà e. c. fi. §. vnico. Consueuit autem ibi formari puerilis quæstio, hæc scilicet, de qua consuetudine loquatur ibidem. si dicis de mala, contradicit tibi vilis authoritas: si dicis de bona, cõtradicit tibi rationabilis, & ibi præiudicium respon. pueriliter. nam sicut puer respõdet, quòd diligit patrem & matrem. Si dico, q; loquitur de bona & mala, primò implicitè, & notat factum: secundò explicitè, & notat ius. vnde secundum hoc, sic expones. infrà e. c. vlt. §. licet enim longæuæ consuetudinis, siue bonæ siue malę, non sit vilis authoritas inter eos. s. qui eam seruant, vt not. suprà e. §. qualiter. versi. quid ergo. & probatur, ff. de offi. procon sulis. si in aliquam. nam & malam assumunt impij pro priuilegio. viij. di. mala consuetudo. non tamen est de iure. ideo sequi debet vsque adeò, in tantum valitura, scilicet præscripta vt iuri positiuo, &c. vsque præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & repete. rationabilis, non est vsque adeò valitura, &c. vsque præiudicium generare, nisi legitimè sit præscripta, si non debemus spectare voluntatem, siue factum vtentium. Sed quomodo & qualiter sit vtendum. ff. de offic. præsidis. sed licet. & j. de elect. cùm causam quæ. secundum hoc intellige dictam l. quam habes xj. distin. consuetudinis.

13 a Xtra summã, notanda est differentia † inter præscriptionem & consuetudinem [a], & hæc est differentia, secundum quosdam, quia vbi consuetudo prætenditur, admittitur probatio in contrarium. argumento C. de agri. & censi. litibus. li. xj. Sed contra præscriptionem non admittitur. Dic q; sextuplex est differentia. Prima differentia est, quia præscriptio locum habet in rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus & incorporalibus, infrà de præscr. auditis, & c. seq. infrà, de censi. c. olim. Consuetudo verò, in incorporalibus tantùm. vt in serui, iurisdictionibus, electionibus, & similibus, vt not. suprà. §. quid sit consuetudo. ver. bene dixi rationabilis. Secunda hæc est, quia præscriptio acquiritur singulari, & priuato. Sed consuetudo non acquiritur magis isti, quàm illi, vt no. suprà e. §. qualiter. versi. sequitur in descriptione vsuũ; communi. & §. obtentus quanti temporis. Tertia est, quia in præscri-
14 ptione exigitur titulus, † & bona fides, infrà de præscr. si diligenti. Sed in consuetudine non requiritur titulus, vt patet in his quę no. s. e. §. qualiter. ver. quarto. hic. n. non requiro nisi vsum & tempus cõpletum. habetur ergo vsus loco tituli. q; dic, vt no. infrà, de præscr. sub respõso de præscr. rerũ immob. quę exiguntur. sub hoc §. quo ad res. ver. circa hãc materiã, & seq. secundũ hoc intellige, ff. cõmu. præd. venditor. quãuis quidam intelligant ibi pactũ intercessisse, sed & sine pacto idem esset, ff. eo. sed ea quæ. Insti. de iur. nat. §. ex nõ scripto. Ergo discretus est monachus, si in perceptione decimarum alleget consuetudinẽ contra episcopum, vel ecclesiã parochialem, & non præscriptionẽ, vt patet ex superioribus, & j. pe dec. Apostolicę. & c. cùm contingat. & c. cùm in tua. & c. dudum. sed caueat de cõscientia, vt no. infrà, de censi. §. quis census. Quarta est, quia præscriptio & priuilegiũ aliquoties non concurrunt, infrà, de fide instr. inter dilectos. §. cæterũ. infrà, de præscr. veniẽs, sed cõsuetudo & priuilegiũ bene cõcurrunt, j. e. cũ dilectus. j. de ver. sig. abbate. xvj. q. iiij. placuit huic sanctę. Videt & quinta posse notari differentia, qa præscriptio de natura sui, est actionis siue iuris petendi exclusio. ar. §. de an. exce. l. vlti. in fi. sed cõsuetudo de natura sui est actionis, siue iuris acqsitio, vt apparet j. de cle. cõstitutus. & c. in genesi. in fi. j. de fo. cõpe. cum cõtingat. infrà, de causa pos. & pprie. cùm eccl. & cùm olim. præscriptio n: pprie vsum nnon respicit. ideo. n. præscribitur contra aliquem, qa non agit, vel nõ vtitur iure suo: cõsuetudo verò respicit vsum. & ideo allegatur, qa cõmuniter ita actum, vel vsum est, vt apparet in his quę no. s. e. §. quid sit consuetudo. in prin. & §. qualiter. versic. sequitur in descriptione, & sequenti. ideo præscriptio negatiua respicit. quare sic proponitur, Non potes hoc petere, vel non potes hoc facere, quia præscripsi. consuetudo verò affirmatiua quare sic proponitur, Hoc possum petere, vel hoc possum facere, quia talis est consuetudo. nunquid ergo sic potest allegari consuetudo: Nõ potest petere hoc, vel facere, quia consuetudo est, quòd hoc non petatur, vel non fiat: certè videtur q; non, propter rationes quas suprà proxi. ver. induxi. Item quia naturalis ratio non patitur, quòd non ens sit causa entis. Item, quid iuuaret hæc allegatio? nam allegans consuetudinem, ipsam probare debet, vt not. suprà eo. §. quis debet. porrò negantis factum, per rerum naturam nulla est probatio. vj. q. vlt. §. actor. Sed contrà videtur expressum, infrà. de elec. cum ecclesia Vulterana. ad fi. & de his quæ fi. à præla. fine consen. ca. ca. noscitur. Item consuetudo & priuilegium concurrunt, vt ibi. & no. suprà e. ver. quarta. Sed per priuilegium conceditur, nec sic quod fiat, vt infrà, de priuile. Si de terra. & c. ac cedentibus. ergo & per consuetudinem. Item consuetudo legem imitatur, vt no. infra. e. ver. in fi. ergo sicut lex seu constitutio inducit statuta affirmatiua, siue præceptoria negatiua, seu prohibitoria, vt apparet in his quæ no. suprà de consti. §. quæ & quoties. ita & consuetudo pro & contrà: infrà, de iuram. calum. cæterùm. Solutio. Propriè loquendo, consuetudo respicit vsum, desuetudo non vsum. Item sicut est, & non est, contraria. sunt, sic consuetudo & desuetudo. vnde consuetudo inducit, depriuat assuetudinem, vt apparet ex superioribus, & in his quæ no. suprà e. versi. generalissima. Sed sicut præscriptio transcendit aliquoties naturam suam, de qua not. suprà eo. ver. videtur, quia ex ea agitur, vt C. de præscri. xxx. annorum. si quis emptionis. sic & consuetudo, vt apparet in contrariis suprà signatis. dicas ergo, quòd consuetudo semper potest respicere negatiuam, vbicunque probari potest. Sed si nullo modo posset probari: quod dic, vt no. infrà, de proba. §. quis debet probare. Quid si quis de mandato receptus in canonicum ad probandam vacaturam, petat se admitti ad communes tractatus, sed canonici nolunt ipsum admittere, dicentes quòd cõsuetudo ecclesię est, quòd nullus admittatur ad communes tractatus, quousq; præbendam fuerit assecutus? Hanc quæstionẽ vidi de facto, & puto q; talis cõsuetudo nõ obsit. Tum quia negatiuã respicit, vt dictum est. Tum quia est contra substantiam rei, vt apparet in his quæ notantur j. de præb. §. quid sit præbenda. ver. canonica, & suprà, de constit. §.

[a] Inter præscriptionem & consuetudinem. Adde gl. in c. fi. de cõsue. li. 6. Doc. in regula, sine possessione. de reg. iu. eo. lib. Bal. in c. fi. in 6. col. de cõsue.

quando constitutio incipit arctare. sub §. & quia de protestatione. Tum quia malitiosa seu inuidiosa videtur. in nullo enim releuantur canonici, si hunc de nouo receptum non admittant: vt nisi officiant, & ius suum impediant, ergo non sunt audiendi, vt ff. de rei ven. in fundo. Tum quia est irrationabilis. impedit enim, ne istius cõsilium requiratur, & tamen fidelius est iudicium quod à pluribus quæritur. xx. di. de quibus. C. de fideic. l. fi. infrà, de of. deleg. prudentiam. respon. j. ad fi. Nec obest, si iuuenis est, vel simplex, ideo dicit capitulum, quòd videtur satis soluere quæstionem, pessimæ consuetudinis est in quibusdã ecclesiis, facere presbyteros præsentibus episcopis non loqui: quasi eis inuideant, aut eos dedignẽtur audire. Sed si aliud, id est, melius, inquit apostolus Paulus, reuelatum fuerit sedenti,
b id est, minori, prior. i. maior taceat. Gloria. n. patris[b] est, id est, esse debet filius sapiens. xcv. di. esto subiectus. Nec obest, ꝙ non posset puniri per capitulũ, si delinquat: quia & si non possit suspendi à præbenda quam non habet, vel excõmunicari, quia fortè capitulum non habet hanc potestatẽ, ex causa tñ poterit, etiam ab his
25 cõmunib. tractatib. suspendi. arg. suprà, de const. ex literis. † Est & sexta, quia consuetudo erronea non iuuat, vt no. suprà eod. §. qualiter. versi. per hoc etiã videtur. secus in præscriptione, vt patet in his quæ notan. infrà, de præscri. pro legato. vt patet ex præmissis. In fine verò nota, ꝙ consuetudo debet esse pacifica, alioquin non prodest. infrà de of. Archi. c. fi. §. fi. debet etiam esse certa, & clara, & possibilis, quia talis est lex. iiij. dist. erit autem lex. suprà, de consti. c. vlt. & in proœmio. §. sanè igitur. cum consuetudo legem imitetur. Insti. de iure natu. §. ex non scripto. j. dist. consuetudo. si consuetudo incerta sit, obscura, vel impossibilis, non valebit. Quid ergo si episcopus dicat, ꝙ de consuetudine potest, quotiescunq; vult, ad aliam ecclesiam declinare, & ibi debet splendidè procurari? dic quòd non valet, vt ex præmissis patet: quia talis consuetudo est incerta, obscura, & impossibilis, irrationabilis, & ecclesiis onerosa: infrà e. c. j. & vlt. hanc quæstionem bis vidimus de facto, primò inter priorem Antipolitanum dominum Bernardum, bonæ memoriæ, Antipolitanum episcopum, cuius occasione episcopatus inter ipsos diuisus fuit, & certa dignitas præposituræ, & sedes translata apud Grassam. Secundò eandem quæstionẽ vidimus inter episcopum Cistertien. & Forcaquerien. præpositum. Sed episcopo translato ad Ebredunensem ecclesiã inter dictum præpositum successorem, amicabilis compositio facta fuit, & vide quod notatur de simili materia, infrà de scrutin. in or. fa. §. quando fieri debet.

b Gloria enim patris.] Adde originaliter Prouerbiorum 10. & 15. c.

2 Parum prodest.] Adde c. vbi periculum. in §. præterea. de elect. lib. 6. c. decernimus. de senten. excom. e. lib. Arch. in ca. humanum genus. 1. dist. idem Archi. 21. di. in summa.

De Postulatione prælatorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Postulatio quid sit.*
2 *Postulari debet habilis ad promouendum.*
3 *Non professus in regularem prælatum, non postulatur.*
4 *Epilepticus non postulatur.*
5 *Membro mutilatus non postulatur.*
6 *Bigamus non postulatur.*
7 *Electio facta à maiori, & saniori parte capituli, siue de proprio, siue de alieno præualet.*
8 *Postulatio à quo fieri debeat.*
9 *Postulare quis possit.*
10 *Postulatio qualiter fiat.*
11 *Postulationis effectus quis sit.*
12 *Ius per postulationem an acquiratur.*
13 *Pauperi elemosynam petenti, non datur actio, & tamen tenetur diues dare.*

a TRactatum est suprà de iure scripto, & non scripto: sed quoniam parum prodest[a] iura habere in ciuitate, nisi sit qui iura reddat. ff. de ori. iuris. l. ij. §. post originem, quia non est portabile, sine iudice relinqui prouinciam. in authent. de administratoribus. §. illud autem omnibus. coll. vij. ideo subijcit tractatum, de creatione ministrorum ecclesiæ, per quos iura reddantur: & quia per postulationem peruenitur frequenter ad electionem, uel quia per postulationem, sicut & per electionem ecclesijs aliquoties, & caualiter prouidetur, ideo præmittendo de postulatione, subsequenter annectetur de electione. Dicamus igitur, Quid sit postulatio. Quis postulandus sit, & à quo. Quis postulare possit. Qualiter fiat postulatio. Quis est effectus postulationis. Et utrum ius acquiratur per postulationem.

1 Quid sit postulatio †. Respondetur, quòd est gratiæ petitio: arg. infrà eo. bonæ. secundum Gof. Sed non placet, quia non est conuertibilis cum suo descripto. vnde dic, quòd postulatio, est alicuius personę quæ eligi prohibetur non propter uitium, sed propter defectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit ad prouidendum ecclesiæ. concors, & certa capituli facta petitio. bene dixi, non propter vitium: sic enim patet.

2 Quis postulandus sit. Habili † ad promouendum: ergo non criminosus. sicut enim periurus, incontinens, homicida, inobediens eligi prohibetur, sic & postulari: infrà eod. c. j. & ij. j. de elect. scriptum est. sed & quandoque propter defectum prohibetur eligi, si defectus ipsum
3 omnino inhabilem reddit. idem vt pridem ergo. † Non postulatur non professus in regularem prælatum, infrà tit. j. cum causam. & c. cum ad nostram. & c. cum in magistrum. nisi forte necessitate instante: tunc enim potest hoc fieri, dummodo in regula fuerit competenter instructus. sic potest intelligi, infrà eod. tit. cum monasterium de Pellina. &c. officij. §. ult. item & talis ad secularem prælaturam uocari potest, infrà de voto & vo. redempt. per
4 tuas. † Nec postulatur epilepticus, sicut nec eligit, infrà titu. j. cùm inter canonicos nisi forte curatus sit, ita quòd per annum ad
5 minus steterit liberatus. xxxiij. di. communiter. † Item nec postulatur membro mutilatus: quia talis omnino inhabilis est. in-
6 frà, de cor. vit. expoſuisti. quod dic vt in summa. eod. tit. † Sed nec postulat bigamus: uel irregularis, vel alius consimilem defectum habens, quia talia & similia omnino inhabilem reddunt postulatum: ideo dixi in descriptione, si propter defectum, &c. nam quando talis defectus est, qui postulatum non omnino inhabilem reddit, admittitur postulatio. Ergo postulari potest, si defectus sit in ætate, infrà tit. j. cum nobis olim. §. penult. & vlt. Vel inordinabilis, infrà tit. j. dudum. j. §. fin. infrà, de æta. & quali. à multis. Vel in natalibus, infrà tit. j. innotuit. Vel in consensu, puta ligatas habet alas, vnde non potest liberè consentire. in his & consimilibus defectibus postulari permittitur, sed eligi prohibetur: vt patet infrà eod. cap. j. infrà. tit. j. innotuit. §. habito ergo. Postulatur etiam clericus alienæ diœ. vel laicus vndecunque. lxxj. di. priuatus laicus tamẽ à Papa postulandus est, cùm sit ineligibilis. lx. di. per totum. & iunge ea quæ not. j. eod. §. & à quo. ver. aliquoties. & idem intelligas de clerico in minoribus ordinibus constituto. Clericus uerò in sacris cõstitutus à suo prælato postulatus. lxiij. di. literas. lxxxvj. di. electionis. lxxj. di. fraternitatem. lxxv. di. Archi. Florentinum. ideo verò talis dicitur postulari, quia quandiu in eadem ecclesia idoneus reperitur, non debet eligi aliunde. lxvj. di. nec emeritis. & cap. nullus inuitus. huic tamen iuri in fauorem collegij introducto potest renunciare, idem collegium totum, vel maior pars, & assumere aliunde. infrà tit. j. cum inter canonicos. & c. Vintonien. secundum Gof. Alij dicunt, quòd clericus alterius diœce. distinctè postulandus est, quia hoc indistinctè dicitur. lxj. dis. Ofius. & §. sed aliud, & inuatur hæc opin. infrà, de renun. admonet. & quia vt ibi inuenitur sine licentia prælati, transire non potest. ergo uidetur habere alas ligatas, vnde videtur eadem ratio, vel quasi, quæ est & in episcopo. nec etiam uidetur, quòd episcopus possit concedere subditum subditi, sine licentia prælati subditi, sicut nec archiepiscopus clericum episcopi suffraganei. arg. liiij. di. c. j. & ix. q. ij. cap. j & ij. Io. scripsit & Vin. cum eo. quòd semper prævalet electio, de proprio gremio facta, etiamsi à duobus fiat, vt in iuribus allegatis. suprà eo. ver. postulatur. & lxj. di. obitum. vj. q. j. deniq; ad finem. ibi, memoriale, inquit, filiis Israel, &c. C. de episcop. & cle. in eccle. j. de cleri. pere. c. fin. nec obst. infrà tit. j. cùm inter canonicos, quia ibi de hoc nõ fuit exceptũ efficaciter corã Papa, uel qa pars cõtradicens de proprio gremio, nõ eligit. nec ob. j. tit. j. in causis. quia illud contingit ex forma compromissi.
7 † Tancre. dixit, ꝙ electio facta à maiori & saniori parte capituli, siue de proprio, siue de alieno, prævalet, nisi aliud impediat: j. tit. j licet. §. fin. & c. cùm inter canonicos. & c. in causis. & c. coram. & c. quia propter. & c. ecclesia. j. de iud. cùm deputati. j. de instit. ad decorem. nec obstant capitula à Io. inducta, uel quia loquuntur de honestate, uel quia licet non sit facienda de alieno gremio, tamen electio facta tenet. ar. infrà, de iureiur. quemadmodum. §. ꝙ si post huius. nam & optimus eligendus est. lxiij. di. metropolitano. xxv. di. §. nunc autem. ix. q. j. licet ergo. ff. de decurio. eos. in prin. C. de his qui ad eccl. confugi. præsenti. §. ꝙ si in finibus. & tamen sufficiens toleratur, infrà ti. j. cùm nobis olim. §. is igitur. & c.

cum di-

cum dilectis. §. j. & ij. vbi meliores erant, quia sufficit ne malus exi stat. xvj. q. vlt. monasterium. Laurentius distinxit, quia aut duæ partes conueniunt in extraneum, & tunc valet. nam duæ partes instar totius capituli obtinent, j. tit. j. licet. §. fin. cum suis conc. & sic vera est sententia Tancredi. aut vnus de duabus partibus desi cit, & tunc tenenda sunt iura à Ioan. inducta. Dico indistinctè, sententiam Ioan. & Vinc. reprobandam. Sed quò ad saluandas aliorum opiniones, sic potest distingui. Si quæras, vtrum clericus extraneus possit eligi, refert vtrum immediatè subsit Papæ, puta exemptus est. & talis postulari debet: arg. s. tit. j. cùm venerabilis. j. de renunc. c. fin. Vel non sit subditus Papæ, sed alteri, & tunc subdistin. vtrũ sit astrictus ecclesiæ parochiali, qui quodammodo sponsus dicitur. xxj. q. j. sicut. & tunc similiter postulari debet, non eligi. & sic intelliguntur iura allegata, s. eod. ver. alij dicunt. & in his casibus vera est distinctio Lauren. sed iunge eã quę not. j. eod. §. & vtrum ius. nec ob. j. titul. j. cùm inter canonicos. & c. per inquisitionem. §. pen. in fin. quia intelligi potest, quòd præpositus fuit electus in postulandum. sicut not. s. e. ver. magister. vel tenetur ibi eligere largo modo. sic j. de tempor. ord. dilectus. vbi & his qui in minoribus ordinibus est, electus dicitur. & tamen eligi nõ potest, vt not. s. eod. ver. vel in ordinibus. arg. j. eod. bonæ. j. in fin. Si verò sit simpliciter beneficiatus, non allegatus, vera est sententia Tancredi. Quamuis autem de rigore iuris sic posit distingui, tamẽ opinio Tancredi generaliter tenet, & comprobatur à consuetudine, quæ est optima legum interpres, s. tit. j. cùm dilectus. §. dictus. ad fin. & secundum ipsum pronunciatum fuit in quadam causa, de facto durãdo, de rectore ecclesiæ, de trocis, Claudeten. diœc. electo in præpositum Viennen. Sed nunquid religiosus eligi potest: & certè nõ videtur, quia nec transire potest ad aliam religionem sine licentia. j. de reg. licet nec ad honores ecclesiasticos promoueri. xvj. q. j. si quis monachus. & cap. cùm pro vtilitate. cùm enim quædam alienatio censeatur, etiam consensus totius conuentus requirendus videtur, xix. q. iij. statuimus. xij. q. ij. sine exceptione: quia maior est alienatio personę, quàm rei. ar. xij. q. j. præcipimus. & expressum est, quòd prior conuentualis, etiam necessitate vrgente, ad aliam ecclesiam sine fratrum consilio non transfertur, j. de stat. mon. §. fin. & adde, j. de instit. §. quis instit. ver. Item instituendus est clericus secularis, & sequent. Solu. dicunt quidam, quòd eligi potest, quia hoc edictũ prohibitorium est. arg. j. de spon. cùm apud. alij contrà, quia cùm episcopus prohibeatur eligi, propter defectum consensus, j. eod. c. fin. multò fortius monachus, quia neque velle habet. xij. q. j. nolo. j. de stat. mon. cùm ad monasterium. quia de similibus ad simi lia, &c. s. de rescript. inter cæteras. & vbi eadem ratio, idem ius. j. de consan. tua. ad fin. C. de lib. præter. vel exhær. l. j. C. de constit. pe. l. vlt. Magister Iac. dicebat, quòd ipsum eligeret in postulandum. nam & si quis cautus sit, & dubitet an persona defectum patiatur, prouidebit sibi, si in postulandum eligat, j. titul. j. in causis. respon. j. ad fin. j. de renun. post translationem. j. respon. & §. cùm ergo. de consuetudine tamen simpliciter eligitur, tota die. Sequitur in descriptione ad prouidendum ecclesiæ, hoc ideo, quia per postulationem ad electionẽ peruenitur, vt patet in his quæ not. j. eod. §. quis sit effectus. vel melius hoc ideo dixi, quia tribus modis prouidetur ecclesijs per electionem canonicam. de qua j. tit. j. in summa. Item per postulationem concordem, de qua hìc specialiter tractatur, & de his duobus modis prouidendi, j. eod. bonæ me. ij. §. cæterum. & §. verum per nominationem etiam solennem prouidetur. & de his tribus habes j. eod. bonæ me. j. in fin. & dicitur nominatio solennis, cùm duo vel tres excellentiores sunt in ecclesia, quorum nomina in scriptis solenniter rediguntur: & supplicatur Papæ, quòd dignetur de altero prouidere. lxxxv. dist. archidiaconum. ideo dixi in descriptione certa, & alicuius personę, vt inter postulationem & nominationem differẽtiam notarem, quia in postulatione vnica persona, & certa nominatur, nisi capitulum diuidatur. j. eod. bonæ. j. & ij. sed in nominatione plures exprimuntur, & sic incerta est petitio. tamen secundum Goff. per talem nominationẽ acquiritur ius. arg. à contrario sensu. ij. q. vij. diffinitiua. vers. nominationes. xvj. q. vlt. contra sanctorum. & ipsa pendente, non eligitur alius, ne Papa illudatur. j. eod. bonæ ij. §. nec nocebat. secus autem, si nominatio sit simplex, non solennis: & dicitur simplex illa quæ fit in tractatu, quando dicitur, Petrus esset bonus, vel Gulielmus, vel talis. idem videtur de nominatione in scrutinio facta, quousque fuerit publicata, j. tit. j. publicato, secundum Goff. & de hac simplici loquitur infrà, tit. j. quòd sicut. & c. se. vel potest dici, quòd nominationem solennem, vocat promissionẽ per vnam factam, quæ nec propriè electio dici potest. quod dic, vt not. infrà tit. j. §. qualiter. vers. ij.

Summa Hostiens.

8 **Et à quo.** † Patet ex præmissis, quòd quando propter defectum voluntatis eligi non potest, à proprio prælato postulandus est, vt notat. §. prox. vers. postulantur. & vers. sed nunquid. qui si consentire noluerit, ad superiorem recursus habetur. infrà, de iure patron. nullus. vij. quæst. j. omnis qui gemebat. ix. quæst. iij. nunc verò. Vbi verò propter defectum ordinum, vel natalium, vel ætatis, eligi prohibetur, postulandus est ab illo qui dispensare potest. quod dic, vt notat. infrà, de ætate & qualitate. §. ætas. & §. sequent. nam in minoribus beneficijs. quin imò etiam si abbatia sit à diocœsano, postulandus videtur, infrà tit. j. cùm monasterium. de ap. de ætat. & qualit. tuam. Aliquoties etiam postulatur quis à seipso. nam si sit laicus eiusdem diocœs. à seipso postulatur, his verbis, Petimus vt facias te promoueri, quia volumus te eligere. Sed si sit de alia diœcesi, tunc postulandus est à prælato proprio, & collegio. lxxj. dist. primatus. & quia consensus illorum non sufficeret, postulandus est postea à seipso. Quòd si dicat, Nolo tonsurari, nisi de electione certificer, nullum pactum interponendum est. & si fiat quod ex eo, vel ob id sequitur, nõ valebit, sicut intelligitur, lix. dist. hoc ad nos. & per totam. xvj. quæst. vij. per laicos. Sed non peccat qui hac spe recipit ordinem. dum tamen principaliter eo proposito nõ ducatur. lix. dist. si offic. lx. dist. quid proderit. lxxxiiij. dist. consuluit. lxxvj. dist. in singulis. viij. q. j. sunt in ecclesia. secundum Hug. & secundum hoc potest intelligi, infrà tit. j. cùm post petitam. Sed intellectus iste videtur reprobari ibidem, & infrà tit. j. cùm ad nostram. & c. offic. & infrà, de simo. c. fin. & iunge, quod not. s. eodem. §. quis postulandus. vers. postulatur.

9 **Quis potest postulare.** † Is qui eligere. infrà, eod. bonę. ij. §. cæterùm. & per totum, j. tit. j. innotuit. §. vlt. super quo vide infrà tit. j. §. quis possit.

10 **Qualiter fiat postulatio.** † Dicit quòd non requiritur forma, nisi hoc q, concorditer & communiter consentiant postulantes. cùm enim gratia requiratur, concorditer & communiter peti debet. infrà, §. eo. bonæ. j. & ij. cæterùm. & sequen. aliàs Romana ecclesia non consueuit postulationem recipere. posset tamen, si vellet postulationem factam à maiori, & saniori parte capituli admittere, minori parte minimè eligente, sine cuiusquam iniuria, quia generaliter obtinet, vt stetur maiori, & saniori parti. lxv. dist. c. j. ij. & iij. x. q. ij. hoc ius porrectum. j. de his quę fiunt à ma. parte cap. cap. j. Sed si minor pars eligat, tunc ad hoc vt prævaleat postulatio, requiritur consensus duarum partium, infrà titul. j. scriptum secundum Goffr. magister Iac. dicit, quòd decretum requititur, quia est de substantia postulationis. sic intelligit, j. eod. bonæ. ij. §. nec nocebat. lxj. dist. episcopus. vij. q. j. episcop. ij. adde quod not. infrà, eod. §. & vtrum. vers. hæc vera.

11 **Quis sit effectus** † **postulationis, vt po**-stulatione admissa habilitetur postulatus ad eligendum, infrà tit. j. innotuit. §. fin. hunc tamen ordinem & si iure procedat, non seruat Romana curia: imò expostulationem recipit cum effectu, recipiendo corroborat, & corroborando recipit, sicut consueuit dici de Papa, quia eligendo confirmatur, & confirmando eligitur. xxiij. distin. in nomine Domini. infrà tit. j. licet approbatio enim postulationis & postulati, p electione & confirmatione habetur, ideo datur episcopis tãtũ licẽtia transeũdi sine cõfirmatione alia. j. eod. bonæ. ij. §. fin. j. tit. j. de causis. §. fin. vel accedẽdum. infrà, de renun. post translationem. cùm ergo tales enim assumuntur. infrà tit. j. officij. §. fin. hoc ideo facit curia, vt vitetur circuitus. ff. de condit. indeb. dominus. & vt ecclesiarum dispendijs occurratur. j. tit. j. ne pro defectu. & cap. quia propter. & cap. nihil est. secundum Goff. videtur tamẽ, quòd confirmari debeat, j. tit. j. cùm monasterium. & iunge quod not. s. eod. §. quis postulandus. vers. sequitur. & j. eod. §. & vtrum.

12 **Vtrumuis** † **acquiratur per postulatio**-nem, dixit Da. quòd non. quia gratię innititur. infrà, eod. bonæ. j. & cap. postulationem. nec obst. infrà, eod. bonæ. ij. §. nec nocebat. nec enim sequitur, Resilire non possunt, ergo ius acquiritur. nam si omnes socij præter vnum, mihi concesserint in communi feudo seruitutẽ, nihil acquiritur mihi, & tamen qui concesserunt, resilire non possunt. ff. de seruit. ru. præ. per fundum. dic ergo, quòd nisi sequatur electio, nullum ius acquiritur postulato. si tamen postulantes faciant aliquem ordinari, sub hac spe, vt eum eligant, & postea eligunt alium, tenet electio: dum tamen postulatio superiori non fuerit præsentata: alioquin contrà, vt in dicto §. nec nocebat. Sed tamen eludentes, tenentur eluso actione in-

c Postulatio & electio.] Adde Bald. super ista rub. in 2. col. vers. sciendum est.

d Duæ electiones.] Ad de an sors possit seruari in isto casu. vide per d. Card. Zaba. in c. fin. de sort.

e Legibus est solutus.] Adde l. ex imperfecto. C. de testa. ca. iustum est. 9. dist. ꝯ. fin. xxv. q. j. Card. Alex. in c. si Romanorum. xix. dist.

f Diues tenetur.] Adde glos. sing. in c. sicut hi. in verbo, ex vi

g Date eleemosynam.] Adde text. in c. quia tua. 12. q. 1. c. decimas. 16. q. 1. c. medicamentum. de pœni. dist. 1. originaliter. Lucæ 11.

iuriarum, quia non licet mutare consilium in alterius iniuriam. ff. de reg. iur. nemo. argum. xxij. q. ij. primum. secundum Hug. & Da. tamẽ quicquid dicant, potius videtur dari actio de dolo. arg. ff. de dolo. cùm quis. & l. si cùm mihi. de hoc dic, vt not. s. eod. ꝯ. & à quo. vers. ali quoties. ad fin. Guil. Nas. dicit, quòd per postulationẽ acquiritur ius. vt j. tit. j. scriptum. Si enim non haberet ius, postulatus non admitteretur ad appellandum. j. titul. j. cùm inter R. seniorem. ꝯ. j. quòd tamen fit. j. tit. j. bonæ me. magnum. & cap. in causis. Item nec posset agere, quia sine actio. &c. vt not. j. de li. ob. ꝯ. quid debeat continere libellus. Item postulatio & electio [c] æquiparãtur, vt patet in his quę not. s. eod. ꝯ. quis postulandus. ver. sequitur in descriptione. sicut enim vna electione pendẽte, alia fieri non debet. vt not. j. tit. j. ꝯ. qualiter facienda sit electio. post tractatum formatum in illa quæstione, Quid si duę electiones [d] fiũt in discordia, & distin. ibi sequenti, ita nec vna postulatione pendente: j. tit. j. bonæ me. mag. circa princ. & cap. in causis. ꝯ. j. nec plus iuris habet electus, quàm postulatus, quia neuter ante confirmationem administrat, & vtriusque consensus requiritur. j. tit. j. nosti. & c. qualiter. & c. innotuit. & de translat. episc. c. j. & fin. Item in vtraque decretum requiritur, vij. q. j. episcopus. j. eod. bonç. ij. ꝯ. j. lxj. dist. episc. nec obst. ꝯ. ibi præcedens. sed aliud, vbi innuit, quòd postulatio fiat sine decreto, quia allegando hoc dicit, non probat, quando aliquis à seipso postulatur, de quo dixi s. eod. & à quo. ver. aliquot. nec obstat j. c. postulationem. quia ibi loquitur de inepta postulatione, quare dicit Huius. nec obstat j. eod. bonæ. ij. ꝯ. nec nocebat. vbi innuit, quòd nõ acquiratur ius quousque repræsentata fuerit, quia allegatio est, nec illi rationi innititur Papa. Sed alij, vt apparet in sententia, ibi intelleximus itaq; etc. nec obstat j. eod. bonæ. j. ꝯ. pe. vbi dicit, non tam ex iustitia, quàm ex gratia, quia non debet excludi, ergo nõ de iustitia, sed de gratia, imò debet concludi, ergo de iustitia & gratia: licet magis de gratia, secundum Guil. Nas. prima expositio est priuatiua, secunda verò comparatiua, sicut dicitur vulgariter, in hoc scypho non est tantum de vino, quantum de aqua. Potest etiam vitari Guil. Naso per eandem decreta. in fin. vbi hæc tria ponuntur, sub disiunctione, electionem, postulationem, & nominationem, vnde videntur æquipollentia. arg. s. de rescriptis. inter cæteras. j. quòd me. cau. ad aures. ꝯ. j. j. de præb. dilecto. ꝯ. quanquam. nec obstat quòd Papa potest ipsam admittere, vel non admittere, sine cuiusq; iniuria. j. eod. postulationem. & quòd de gratia admittit ipsam. quod etiã intelligas, si vis mera & pura et sine iniustitia, quia hoc intelligitur secundum plenitudinẽ potestatis, quam habet. j. tit. j. illa. & de vsu pallij, ad honorem. secundum quam de iure potest supra ius dispensare, infrà de concess. præben. proposuit. & secundum quam dicitur gratiam facere, etiam si ius reddit, puta, concedendo rescriptum, s. de rescript. quia nonnulli. & c. nonnulli. & c. sedes. vel etiam de iure confirmãdo electionem, j. titul. j. cùm inter vniuersas. in fine. secundum quam sequeretur, quòd de sola gratia electionem canonicam confirmaret. ergo largo modo, gratia est quicquid facit, quia legibus est solutus. [e] ff. de legi. princeps. C. de legi. digna vox. Gos. sequens opinionem Tan. dixit, quòd postulato non acquiratur ius, per quod agere possit, cùm ex gratia pendeat. ff. de alime. leg. rem legatam. ff. de euic. ad res donatas. tamen si postulatio fiat concordia, & de digno, ex debito incumbit superiori ipsam admittere: quod si non fecerit iniuriam, facit ad gratiam, si admittat, argum. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. j. ꝯ. pen. ff. qui satisd. cog. l. si verò. in fin. tamen de tali iniuria agere non potest, sic aliàs iniuriam facit synodo, si quis semel iudicata ac rectè dispositа reuoluere contendit, & in publico disputari. C. de sum. tri. l. iij. in princ. sed ex ea agi non potest, quia nec tanta est. C. de app. & in maioribus. Simile in præsentato à laico, qui variè potest. infrà, de iure pat. cùm aduocatus. nec ratum est, quod incipit, quousque per prælatum fuerit approbatum, infrà de iure pat. quòd autem consulis. & de gratia admittitur præsentatus, xvj. q. v. si quis episcoporum, infrà de iure pat. quoniam. & de pœn. in quibusdam. sed si prælatus non admittit, potest haberi recursus ad superiorem, vt notat. s. eod. ꝯ. & à quo. respon. j. sed & si alium instituat à non patrono præsentatum, primo repræsentato agente, remouebitur, & j. de sen. & re iud. cùm Bertoldus. sed & si ad repræsentationem eiusdem patroni alium instituat, tenet institutio, iniuriam tamen facit primo præsentato, ideo debet ei in consimili beneficio prouidere, j. de iure pa. pastoralis. Sic dispensatio ex gratia petitur, & tamen ad ipsam ex causa concedendam superior tenetur. l. di. pendere. & c. domino sancto. & c. si quis diaconus. † Sed pauperi, eleemosynam petenti, [f] non datur actio, & tamen diues tenetur [f] ipsam dare, iuxta illud, [g] Omni petenti à te, tribue. & illud, Date eleemosynã, [g] etc. & probatur. xvj. quæst. j. prædicator. & cap. fin. Item acquiritur ius postulato, quia postulantes resilire non possunt, ex quo repræsentata est, vt dictum est. Electo verò acquiritur ius petendi confirmationem. j. de accusat. super his. Ego verò, quod ad iura & opiniones saluãdas pertinet, quicquid alij cantauerint, sic distinguo. Aut duo postulantur, aut duo eliguntur. Aut vnus postulatur, & alius eligitur. Si duo postulantur, aut in alterum conueniũt duæ partes capituli, & postulatio fit ex causa, puta propter vrgentem necessitatem, vel euidentem vtilitatem ecclesiæ: aut alterum istorum deficit. in primo casu acquiritur ius postulantibus, adeò, quòd etiam confirmatio peti potest. argum. j. tit. j. cùm monasterium. & cap. cùm nobis olim. ꝯ. vltim. & cap. in causis. ꝯ. fin. j. de ætat. & qualit. tuam, & cap. quæris. j. de concess. præben. cum nostris. ꝯ. fin. etiam si non professus in prælatum regularium postuletur. dum tamen in regula sit competenter instructus, vt in dicto c. j. tit. j. cùm monasterium. & c. officij. ꝯ. fin. & sic potest intelligi sententia Guil. Nasonis, & iura sua. Sed non acquiritur ius postulato: & sic intellige sententiam Da. & iura sua, nisi fuerit superiori repræsentata, alioquin ius acquiritur, sicut dixit Goss. non tamen aget postulatus, ne de se nimis præsumendo se ingerere videatur. argum. j. tit. j. qualiter. viij. quæst. j. in scriptis. verùm in modum denunciationis fortè admittentur, ob vtilitatem ecclesiæ, argum. j. titul. j. publicato. j. de iureiur. quemadmodum. & c. ad nostram. viij. quæst. j. c. qui episcopatum. Multò fortius hic locum habeat, si vnanimis & concors sit postulatio, vt patet in his, quæ not. s. eod. ꝯ. qualiter. & ꝯ. quis postulandus. vers. sequitur. Quid si neuter duorum postulatorum habeat duas partes, vel habeat, sed nõ fit ex causa, non iuri, sed gratiæ innititur. fic etiam intelligi potest sententia Da. & iura sua, argum. j. tit. j. licet. ꝯ. j. & ij. & c. venerabilem. ꝯ. obiectioni. vers. quòd autem. Vbi verò duo eliguntur, ibi semper maiori & saniori parti eligentium standum erit, nec requiritur causa, sicut in postulatione. j. tit. j. licet. ꝯ. fin. & coram. et ca. venerabilem. ꝯ. obiectioni. vers. exercuit. et c. quia propter. et c. ecclesia. ij. ꝯ. fin. Si autem vnus eligitur, & alius postulatur, & in postulatum duæ partes conueniunt, & ex causa fit, præfertur postulatio, et vincit electionem, ergo in hoc casu fortior est quàm electio: et sic intelligi potest sententia Guiliel. Nasonis. j. tit. j. scriptum. ꝯ. j. Quid si vnus de duabus partibus deficiat, vel causa non subest, electus obtinet, j. tit. j. scriptum. ꝯ. quod si ad faciendum. Hæc vera intelligas, dummodo personæ idoneæ sint, et formæ generalis concil. ex quo de discordia duorum agitur, fuerint obseruatæ, secundum quosdam, quibus non assentio, quò ad postulationem. Sed dic, vt not. j. tit. j. ꝯ. vtrum mutari. super decret. publicato. in illo verbo, electores. alioquin, scilicet si personæ nõ sunt idoneæ, persona idonea contra personam postulatam minus idoneam, quamuis duas partes habeat, obtinebit. j. tit. j. dudum. j. ꝯ. fin. et c. scriptum. ꝯ. si verò. et c. congregato. secundum hoc intelligi potest sententia Lauren. quam not. s. eod. ꝯ. quis postulandus. vers. Lauren. dixit. et dist. sequens.

De Electione, & electi potestate. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Electio quid sit.
2 Electio in quibus ecclesiis & beneficiis habeat locum.
3 Electio ubi fieri debeat.
4 Electio in communi fieri debet.
5 Eligere quis possit.
6 Suspensus eligere non potest.
7 Episcopus suspensus beneficia an conferre possit.
8 Ligatus minori excommunicatione, an eligere possit.
9 Eligi qui prohibentur.
10 Reprobatus semel propter uitium personæ, dicitur ineligibilis.
11 Electio qualiter sit fienda.
12 Zelus in animi affectione consistit.
13 Meritum circa personas eligentium attenditur.
14 Forma arbitraria in electione.
15 Electio non habet locum, nisi quando sunt duo uel tres.
16 Electio quando est concors & communis, debet confirmari.

17 Electio

17 *Electio quando eſt concors & canonica, uenit confirmanda.*
18 *De electione ſummi Pontificis.*
19 *Electio quo tempore ſit ſienda*
20 *Conſecratio epiſcoporum ultra tres menſes differri non debet.*]
21 *Electio an mutari poſsit.*
22 *Nominatio nuda & ſimplex mutari poteſt.*
23 *Poſtulatores an poſsint uariare ſcrutinio publicato.*
24 *Ratihabitio an ſemper retrotrahatur.*
25 *Matrimonium ſpirituale contractum authoritate Papæ, quare ſoluitur.*
26 *Electio gignit confirmationem.*
27 *Electio à quo ſit confirmanda.*
28 *Caſus in quibus electio facta, irrita eſt ipſo iure.*
29 *Confirmato quod ius acquiratur.*
30 *Ius audiendi cauſas criminales, an acquiratur confirmato.*
31 *Prælati quæ officia habeant.*
32 *Eligentes uitiosè quam pœnam patiuntur.*
33 *Capitulum ſi transfert poteſtatem in alium, & ille ſit negligens, nunquid propter hoc priuabitur poteſtate eligendi.*
34 *Canonici ſi delinquant, deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem.*
35 *Compoſitionem recipiens, iuri ſuo renunciaſſe uidetur.*

EXplicito iuris tractatu, ad tractatum de miniſtris eius, ſcilicet clericis, accedamus: de ipſorum creatione, ordinatione & officijs tractaturi. Sed quia eorum creatio per electionem fieri habet s. prox. titul. in princ. alio modo continuatus eſt. ideo de ipſa electione pleniſsimè tractantes, cùm tractatus quotidianus ſit vtilis & neceſſarius, primitùs videamus, Quid ſit electio. In quibus eccleſiis et beneficiis locum habeat. Vbi fieri debeat. Quis poſsit eligere. Quis eligendus. Qualiter ſit facienda electio. Quo tempore. Vtrum mutari poſsit. Quid operetur. A quo confirmanda ſit. Qualiter. Quod ius acquiratur confirmato. Ad quid tenetur. Quid iuris, de expẽſis, hac occaſione factis. Quam pœnam patiuntur eligentes, ſi vitioſè eligant.

1 Quid ſit † electio. [a]Et dico quod eſt perſonæ ad dignitatem vocatio, ſecundum Goff. quamuis aliàs verbum Eligere, ad multa ſe habeat. nam dicitur quis eligi, in poſtulandum, vt not. s. tit. prox. §. quis poſtulandus. verſ. magiſter. dicitur etiam quis eligi in canonicum, ĵ. eodem, cùm eccleſia. ĵ. de præben. dilecto. Idem arbitror, ĵ. eodem, in cauſis. ĵ. de foro comp. ſi quis contra aliquem. ĵ. de appellat. cum ſpeciali. ſed in his & ſimilibus, dicitur fieri electio, largo vocabulo, ſicut & dicuntur poma eligi in caniſtro. hîc autem ſtrictè ſumitur verbum Eligere, ſecundum Goff. Sed cùm hæc deſcriptio conueniat nominationi, et poſtulationi, de quibus dixi s. tit. ĵ. §. quis poſtulandus. verſ. ſequitur. & etiam in inferioribus beneficijs electio locum habeat, vt apparet. ĵ. eo. §. in quibus. ideo ſic deſcribe. Electio, eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem, ſeruata forma, canonicè facta vocatio: & quare ſic deſcribatur, in inferioribus apparebit. & colligitur hæc deſcriptio, ĵ. eod. cùm in cunctis. & cap. cùm eccleſ. & cap. quia propter. ĵ. de arb. ca. olim. Ideo dixi, Canonicè, quia ſi vitioſa fuerit electio, nec tranſactione, nec tractu temporis conualeſcit, cùm tempus electionis inſpiciatur. vt not. ĵ. eodem. §. quis eligi. verſ. Item ſciendum. licet amicabilis compoſitio authoritate ſuperioris admitti poſsit. quod dic, vt notat. infrà, de tranſact. §. in quibus ceſſet. verſ. Item ceſſat in ſpiritualibus.

2 In quibus eccleſijs † & beneficijs locum habeat. & quidem in epiſcopalibus & ſuperioribus, ſed in archipresbyteralibus, et in plebanalibus, ſi penes clericos ius eligendi reſideat, & collegium tantum et tale ſit, quòd forma obſeruari poſsit. Quid enim ſi duo, vel tres tantùm ſint: procedatur ſecundum morem antiquum, ĵ. eodem. cap. j. idem in præpoſituris, decanatibus, et alijs perſonatibus, ſi extra epiſcopales eccleſias ſint, per iſtorum mortem dicantur eccleſiæ viduatæ. Secus, ſi ſint in choro cathedrali, cùm eccleſiæ per mortem talium minimè videntur. ſecundum Goffr. quæſt. d. non eſt forma ſeruanda, niſi in beneficijs, per quorum vacationem dicuntur eccleſiæ viduatæ. ſuper hoc vide infrà, ne ſede vacan. §. de qua ſede. Alij dicunt, formam in epiſcopalibus, et non epiſcopalibus, regularibus tamen, & conuentualibus omnibus, obſeruandam. infrà eodem. c. j. cùm terra. ne pro defectu. et cap. ſacroſanct. ſed in minimis, minimè. nam et in capitulis fit repræſentatio per patronum. infrà de iure pat. à nobis. Ego dico, quòd ſupradicti adhærent verbis: ſed ex mente dici poteſt, quòd forma locum habeat in beneficijs maioribus et minimis, etiam in præbendis, infrà eod. cùm eccleſia. infrà, de præben. dilecto. infrà, de conceſ. præben. literas. §. ĵ. reſpon. ĵ. verùm vbi ad vnum pertinet tantùm collatio, ſeu prouiſio, ibi non poteſt habere locum electio, quia eligere, eſt ex pluribus perſonis vnam eligere, ex pluribus votis legere, id eſt, colligere quid melius et vtilius ſit. et hoc vltimum non poteſt habere locum, niſi inter plures: et ideo quando ad plures pertinet, dicitur quis eligi ad præbẽdam: infrà, de præben. tuæ. ſed dicitur repræſentari, ſi patronis ſit: infrà, de præben. dilectus. iij. infrà, de conceſ. præben. c. vlt. vel conferri, ſi prælatus ſit: infrà, de præben. venerabilis. vel prouideri ſeu ordinari: infrà, eod. ne pro defectu. infrà, de præben. c. vlt. vel creari, ſeu inſtitui: infrà, de conceſ. præb. ex parte. vel collocari: infrà, de inſtit. ad decorem. vbi verò ad plures pertinet, ſi ſint patroni laici, non poſſunt eligere, vt patet infrà eod. §. quis poſsit. verſ. laicus. Sed dicuntur conſentire, et repræſentare, infrà de iure pat. cap. j. et ij. per totum. verùm quia ex pluribus maior pars eligitur, id eſt, colligitur. dicuntur eligere, infrà eod. querelam. lxiij, diſtin. ſi in plebibus. igitur ex quo ad plures collegiatos & clericos religioſos, ſeu ſeculares pertinet, dico formam concilij obſeruãdam etiam in minimis beneficijs. quamuis enim verba concilij deficiant, quia loquitur de eccleſijs viduatis, mens tamen hoc deſiderat, quę vult, quòd vitetur diſſenſionis materia: & ne patiantur eccleſiæ detrimenta, quæ etiam in minimis ſunt ſeruanda. arg. ad hoc. ff. de vſufruct. æquiſsimum. & in authentica de armis. coll. vj. infrà, de appell. c. de appellationibus. infrà, de præb. maioribus. nam & vitandum eſt ſcandalum puſillorum. infrà, de no. ope. nun. c. ij. §. vltim. & expenſæ in minimis ſunt vitandæ. ij. quæſt. vij. anteriorũ. §. illud. hoc hodie expreſsim comprobatur in authentica d. N. extrà, eod. ſtatuimus. vbi dicit, quòd ſi quis electionem, vel poſtulationem, vel prouiſionẽ factam impugnat, in formam obijciens vel perſonam, à die obiectionis ad ſe. Apoſtolus iter accipiat intra menſem. & ſequitur, Hoc autem in dignitatibus, & perſonatibus, & canonijs obſeruari volumus, et mandamus: ergo in canonijs ſeruanda eſt forma, alioquin nihil obijci poſsit. argum. infrà, de deſpon. impu. ad diſſoluendum. quamuis verba concilij, aliorum intellectum amplectantur, tamen mens ipſius aliud vult, cui ſtandum dico, vt not. ſuprà, de reſcriptione. §. quod cui præiudicet. ſub diſtin. ſi de reuocatione. verſ. breuiter dico.

a Quid ſit electio.] Ad de hſc in rubr. eo titulo.
b Vbi fieri debet.] Ad de cap. quia circa. de elect. lib. 6.

3 Vbi fieri † debet. [b]Hoc planum eſt. nam ibi, vbi conſueuit, vt infrà, eod. cùm terra. prope finem. dummodò non in popina, vel lupanari: ſed in loco honeſto. argum. ff. de iuſt. & iur. l. pen. poteſt ergo fieri in capitulo: ſuprà eod. titul. prox. bonæ. ij. §. verùm. vel in choro: infrà eod. cùm nobis olim. poſt princ. vel in eccleſia: infrà eod. quòd ſicut. circa princ. xxiij. diſtin. in nomine. non ergo in camera regis, quamuis in palatio epiſcopi, vel in camera, electio cõfirmari poſsit. Sed honeſtius eſt, in eccleſia. infrà, de appel. qua fronte. reſpon. j. non facio vim, dummodo locus clericorum ſit & honeſtus: niſi fortè de conſuetudine in vno loco tantùm fieri conſueuiſſet: quia tunc dicerem conſuetudinem ſeruandam: infrà, eod. in cauſis. & c. auditis congregato. & c. in Geneſi. in fine. ff. de offic. procon. l. iiij. §. etiam. & l. ſi in aliquem. ff. de arbit. ſi cùm dies. §. ſi locus. niſi ex cauſa alibi debeat fieri. quòd notat. infrà eod. §. j. ſub §. & qui nullo iure. verſ. tertius. et ſequent. Item debet fieri in cõmuni: † quia ſingulares conſenſus non valent. argum. lxiij. diſtin. c. quanto. & c. plebs. viij. quæſt. j. licet. & c. qualis. infrà, eod. quia propter. & c. in Geneſi. ſed contrà, ſuprà tit. j. bonæ. ij. §. vltim. dic, quòd valent ſingulares conſenſus, ab his qui de capitulo ſunt, & in capitulo habiti, in omnibus his, quæ electionem præcedunt, & electionem ſequuntur, & alijs ab electione. infrà eod. in cauſis. j. reſponſo. & c. cùm dilecti. §. verùm. infrà, de teſti. tam literis. §. vltim. & in contrarijs ſignatis ibi, conſenſus tamen debet eſſe vnanimis. infrà eod. in cauſis. §. fin. ibi, & vnanimiter. infrà, de proba. tertiò. in electione autem non valẽt conſenſus ſingulares, licet vnanimes ſint. infrà eod. in Geneſi. Sed quare non valent ſingulares conſenſus: quia ibi videtur quædam diuiſio, & Spiritus ſanctus, cuius gratia iniri debet electio. diuiſionem vel ſchiſma non diligit, ſicut apparet Actuum ij. Et dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes, non ſinguli, pariter, id eſt, vnanimes, non diuiſi, in eodẽ loco, non diuerſis: & factus eſt repentè de cœlo ſonus. & adde quòd not. ĵ. de teſti. ſub §. fin. verſ. ſed quæ eſt ratio. & ĵ. de ſchiſma. §. j. et ij.

4 lo iure. verſ. tertius. et ſequent. Item debet fieri in cõmuni: † quia ſingulares conſenſus non valent. argum. lxiij. diſtin. c. quanto. & c. plebs. viij. quæſt. j. licet. & c. qualis. infrà, eod. quia propter. & c. in Geneſi. ſed contrà, ſuprà tit. j. bonæ. ij. §. vltim. dic, quòd valent ſingulares conſenſus, ab his qui de capitulo ſunt, & in capitulo habiti, in omnibus his, quæ electionem præcedunt, & electionem ſequuntur, & alijs ab electione. infrà eod. in cauſis. j. reſponſo. & c. cùm dilecti. §. verùm. infrà, de teſti. tam literis. §. vltim. & in contrarijs ſignatis ibi, conſenſus tamen debet eſſe vnanimis. infrà eod. in cauſis. §. fin. ibi, & vnanimiter. infrà, de proba. tertiò. in electione autem non valẽt conſenſus ſingulares, licet vnanimes ſint. infrà eod. in Geneſi. Sed quare non valent ſingulares conſenſus: quia ibi videtur quædam diuiſio, & Spiritus ſanctus, cuius gratia iniri debet electio. diuiſionem vel ſchiſma non diligit, ſicut apparet Actuum ij. Et dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes, non ſinguli, pariter, id eſt, vnanimes, non diuiſi, in eodẽ loco, non diuerſis: & factus eſt repentè de cœlo ſonus. & adde quòd not. ĵ. de teſti. ſub §. fin. verſ. ſed quæ eſt ratio. & ĵ. de ſchiſma. §. j. et ij.

5 Quis poſsit eligere: †Is qui ius habet in electione, & qui nullo iure impeditur. Ideo

c Allegat præscriptionem.] Adde Doc. in c.si diligẽti. de præsc. Doc. in ca.volumus. 16.q.4. Archi. in ca.1. de præsc. lib.6. Doc. in c.cùm personæ. de priui. eo.li.

a Vocem in capitulo.] Adde Clem. vt hi. qui de ætat. & qua. fallit, si tales habẽt, ex consuetudine prescripta. nam tunc eam habere possunt, vt est gl. fin. in c. ex eo. de elect. lib.6.

dico, Qui ius habet in electione: quia non omnes habent ius in electione, & refert de quo beneficio quæras. Si quæris de electione prælati, ad proprium collegium pertinet electio: vt probant concord. fignatæ. suprà eodem. §. in quibus. lxiij. distinct. Adrianus. & c. nosce. & §. ex his. xvj. quæst. vltim. congregato. Si ergo aliquis dicit, interesse debere, qui non sit de collegio, probet pactum, vel priuilegium, vel consuetudinem, vt probant concor. signa. s. de consuet. §. quid sit. versic. bene dixi rationabilis. & infrà eod. titul. cùm dilectus. infrà eod. scriptum. Cautè tamen facit collegium, si ipsum admittat sub protestatione conuentionali, vt ita demùm numeretur vox sua, si potest probare, quòd ibi habeat ius: quia nisi hoc probet, succumbet. infrà eodem, Cumana. Sed alius stultè procedet, si magis confidit de quasi possessione, quàm de proprietate: quia appellare potest, ne alij procedant, ipso excluso, cùm in quasi possessione sit eligendi. argum. infrà, de sent. & re iudic. cùm olim. & infrà de appel. constitutus. sic intelligo expressum casum de hac materia. infrà eodem, in Genesi. Sed & si quis allegat præscriptionem,[c] necesse est quòd titulum ostendat & possessionem. infrà eodem. constitutus. infrà, de deci. dudum. super hoc vide quod not. suprà de consuet. §. vltimo. ver. prima differentia. & sequent. & infrà, de deci. §. & vtrum præscribi possit. Sed contrà, quia vocantur religiosi. xxiij. distin. in nomine Domini. lxxix. distin. cap. j. dic, quòd de honestate loquuntur: vel dic, vt not. infrà eodem. §. quis eligi. vers. his etiam. vsque ad sub §. nedum. Laicus autem nec consuetudinem, nec prescriptionem, nec quasi possessionem allegare potest, quia hoc ipso vitiatur electio, quòd laicus interest, infrà eod. quisquis. & c. sacrosancta. & capit. Messana. nec ad clamorem laicorum est aliquis eligendus. infrà eod. Ofius. quia vanę voces populi nõ sunt audiendę. C. de pœnis decurionum. Sed & electione facta, potest requiri consensus patroni, tamen irritabitur, etiamsi dissentiat sine causa. infrà eodem, cùm terra. & cap. cùm inter vniuersas. in fine. & cap. quòd sicut. fine causa, ideo dixi, quia si à principe temporali, temporalia teneat, & suspectus est, vel infidelis, meritò auferetur. sicut in illustris Regis Anglorum priuilegio continetur, quod comprobatur infrà de iure pat. nobis fuit. §. j. idem videtur, & si temporalia non teneat. argum. in vtroque. infrà de iureiur. nimis. & cap. petitio. Sed & vocari possunt principes, vt clericos ab oppressionibus tueantur. lxij. distin. §. principibus. sic & populus non ad eligendum, sed ad consentiendum vocatur. lxiij. dist. §. econtrà. & cap. sequentibus, infrà eodem, innotuit. §. multa. omnes ergo canones, qui innuunt laicos interesse electioni, corriguntur, nisi intelligas electioni iam factæ. non obstat infrà, de iure pat. nobis fuit. §. j. quia quòd ibi dicit, de sua iurisdictione expone, id est priuilegio à Papa concesso. xvj. quæst. j. hinc est etiam. nullus enim alius tale priuilegiũ cõcedere posset, sicut nec immunitatem decimarum, infrà de decim. tua. & cap. seq. & arg. suprà, de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. vel dic, de sua iurisdictione, scilicet temporali. & dic electioni, id est electionis confirmationi faciendæ, & c. quæst. dict. antequam confirmetur, requiritur consensus: infrà eod. cùm terra. sed sine eo, vt suprà not. eius contradictio nullatenus audietur. Quid de præbendis? nec enim semper electio ad collegium pertinet: imò videtur, quòd ad solum episcopum spectat collatio. nam Dominus, cuius vices gerit episcopus, xxxij. quæst. v. mulierem. xij. Apostolos, & lxxij. discipulos elegit. xxj. dist. in nouo. & Moyses ex præcepto Domini, Aaron in pontificem, & filios eius in sacerdotes elegit. xxj. distin. §. j. & districtè præcipitur, quòd sine iudicio episcopi, nullus præposituras, decanatus, ecclesias, vel præbendas tribuat, vel recipiat: & si quis hanc potestatem, quę episcoporum est, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesię liminibus arceatur. xvj. quæst. vj. nullus omnino. xij. quæst. j. præcipimus. & cap. præcedenti, nec valet aliqua consuetudo contraria, infrà de offic. archiep. cùm satis. & c. sequent. & hoc expressum videtur in authent. vt deter. sit nu. cler. & de men. ordin. colum. iij. & de sanct. episcop. §. interdicimus. & sequen. §. vt autem. & §. si quis oratorij domum. & §. œconomos. & infrà, de offic. ord. cùm vos. j. quæst. iij. si quis episcopus. lxx. dic. ij. lxiij. dist. & si in plebibus. Contrà, infrà de his quę fiũt à præl. c. j. ij. iij. iiij. & v. vbi innuit, quòd communiter spectat ad prælatum & capitulum. & xij. quæst. ij. alienationes. sed dic, quòd hæc iura loquuntur in alienatione rei ecclesię, vel intelliguntur, quando habent omnia communia. Item, quòd communiter spectat ad prælatum & capitulum, est argumentum expressum infrà de magistris. cap. pen. §. verum. Sed certè illud loquitur de electione magistri, cuius electio potius tangit capitulum, quàm prælatum, cùm prælatus doceri non debeat, sed docere, in authent. de san. episcop. §. damus. sed alij habent addiscere, & magistri dilectio multum operatur. vnde non esset tutum, vel vtile, quòd prælatus per se magistrum eligeret: nec canonici non audirent magistrum, quem fortè odio haberent, quia quod quis non diligit, facilè contemnit. xx. quæst. iij. præsens clericus. ad hoc infrà, de fil. præsul. proposuit tamen per hæc iura proxim. allegata not. Tan. Goff. & quasi omnes, quod ad prælatum & capitulum simul spectat, nisi de contraria consuetudine appareat, secundum quod contraria iura dicunt, intelligenda & inducunt, infrà de concess. præbend. postulastis. sed contrà, quia ad solum capitulum pertinet, infrà eod. cùm ecclesia Vulterana. ideo sic dist. Cùm quæritur de beneficio conferẽdo, scilicet per quem hoc fieri debeat, aut apparet de consuetudine, aut non. Si appareat, consuetudo seruanda est, & sic aliquoties ad solum capitulum pertinet, infrà eodem, cùm ecclesia Vulterana. aliquoties ad prælatum & capitulum simul, sicut est in ecclesia nostra Ebredunẽsi, cuius consuetudinem nouimus ferè, in qualibet ecclesia prouincię. de hac consuetudine nostra expressum loquitur, infrà de concess. pręben. postulastis. quę scribitur archiepiscopo Petro præposito, & capitulo Ebredunensis, si non credis, vide in quarta compilatione antiqua, & ibi inuenies. & ego vidi prępositum, & literam bullatam. sic & in electione prælati ecclesię collegiatę, statur consuetudini. suprà, de consuetud. cùm dilectus. infrà eodem, scriptum. infrà, de verbor. signific. abbate. nisi laicus hanc alleget. infrà eod. Massana. & not. suprà, eod. §. ver. laicus. Si non apparet de consuetudine, & quęris de prælatura collegiatę, vel conuentualis ecclesię, de iure communi spectat electio ad collegium: vel conuentum, vt not. suprà, eod. §. ver. ideo dico. & probatur. xvj. quæst. vltim. congregato. infrà eod. cap. j. & cap. cùm terra. cõfirmatio verò ad proximum superiorem, infrà eod. cùm dilecti. & c. venerabilem. §. j. & cap. nihil est. vtrunque membrum probatur suprà de consuet. cùm dilectus. §. vltimo. Sed si quęris de alio beneficio inferiori, puta ecclesia, archidiaconatu, præbenda, & similibus, & est ibi patronus, qui præsentare habeat, ad ipsum spectat præsentatio, & institutio ad prælatum, infrà eod. sacrosan. infrà, de concess. præben. cap. vltim. infrà de iure patro. nobis fuit. §. j. & c. pastoralis. & cap. postulasti. Si verò non habeat patronum, aut omnia communia sunt, aut diuisa. Si sunt communia, tunc confert episcopus de consensu capituli, vel in contrarijs suprà signatis, nisi consuetudo prælato tribuat, quòd consensum capituli non requirat: infrà, de his quę fiunt à prælat. ea noscitur. Si diuisa, tunc iure communi pertinet collatio, institutio, & destitutio ad prælatum. vt in contrarijs signa. suprà eod. ver. quid de prębendis. & argumen. suprà, de rescriptis. edoceri. Sed ipsam facere debet de consilio capituli: infrà, de his quę fiunt à prælat. nouit. & c. quanto. vel de consensu illius, cuius principaliter interest: infrà, de offi. archid. ad hoc §. vltim. ne videlicet archidiaconus vel presbyter socium vel vicarium habeat, quem habere nollet: infrà, de fil. presbyt. proposuit: infrà, de offic. vicar. ad hęc infrà, de excess. pręl. illud. Sed si nullus principaliter interfit, sine consensu hoc facit: infrà, de off. ord. quoniam in plerisque. consilium tamen requirere debet, vt notat. suprà. fic etiam nihil æquius est, quàm vt hinc inde quędam fiat compensatio, vt canonici sibi prælatum quem voluerint, eligant, & prælato canonici eligantur, vt & ita, neutro inuito, & non delinquenti, detur dominus, vel subiectus, & concordia pariter nutriatur. lxiij. dist. nullis inuitis, infrà de translat. episcopi. quanto. §. cæterùm.

ET qui nullo iure impediatur, ideo dixi, quia aliqui impediũtur ꝓpter ætatẽ: puta si canonicus minor est xiiij an. j. de æta. & qual. c. ij. & c. indecorũ: quia dicit lex, ꝙ minor xv an. suffragiũ pręstare nõ potest. ff. de decur. spurij. §. minores. multo minus impubes, ꝙa discretione caret. iij. q. vij. §. tria. ff. de arbi. diẽ proferre. §. corã. imò videtur ꝙ nec minor xviij ann. nisi authoritate Papę factus fit. quia nec iudex esse põt: j. de off. del. cum xx. & vide quod not. in sum. eo. tit. §. cui. & j. de præb. §. cui conf. & de testa. §. quis possit. Iure etiã consuetudinario, seu statuario, vel pœnali, impeditur ꝙs ꝓpter defectũ ordinum. dicunt. n. constitutiones legatorũ seq. appel. in prouincia ꝙ a nullus habeat vocem in capitulo,[a] nisi in sacris ordinib. constitutus. quę seruandę sunt, intra prouinciam legatorum: infrà, de off. leg. c. vltim. Sed nunquid hanc pœnam patitur quilibet ipso iure, si monitus non fuerit? Non videtur, arg. xij. q. ij. indignè. credo contrà, dũmodo sit in mora, nec enim potest ignorantiã allegare: vt

vt probatur in his quæ not. s. de constit. §. quando constitutio. & intelligo eum esse in mora, si iusto impedimento cessante, in primis ordinibus, qui occurrent, ex quo factus est canonicus, se non fecerit ordinari. arg. ĵ. eod. cùm in cunctis. §. inferiora, & de ætat. & qua. c. j. & c. quæris. Et nunquid episcopus contra talem constitutionem poterit dispensare? non videtur, cùm inferior sit legato. arg. in his quæ not. suprà, de constitut. §. qualiter. credo quòd non potest ex toto ipsum absoluere, sed ex causa, vsque ad tempus ipsum poterit prolongare, quia quòd differtur, non aufertur. arg. ff. de iudic. si debitori, ĵ. de pœnit. omnis. respon. ĵ. §. j. & hoc dicit dictum consilium expressè. Quid si iustum impedimentum habeat & perpetuum? dic, si in ipsum culpa sua inciderit, imputatur. sic intellige ĵ. de ætat. & quali. cap. j. si sine culpa, authoritate iuris, perpetuò excusatur. sic intellige ĵ. eod. cùm in cunctis. §. hoc sanè. & ad hoc facit, quòd not. ĵ. eod. §. quo tempore. versic. sic dantur. Quid si postea voluerit promoueri, fortè non est audiendus: arg. ĵ. de frigid. c. j. respon. j. & c. laudabilem. §. fin. vt puniatur in eo, in quo deliquit: ĵ. tit. j. quanto. §. cæterùm. contrà, quia suæ conscientiæ relinquendus est, arg. ĵ. de iureiur. mulieri. xxxiij. distinct. habuisse. relinquo ipsum arbitrio prælati, cui tamen consulo, quòd si fabula extra capitulum non exiuit, relinquat ipsum conscientiæ. ĵ. de tempor. ordin. ex tenore. ad finem. si verò se publicè iactabat canonicum, ipsum omnino repellat. arg. de tempor. ordin. ad aures. & de excess. prælat. quàm sit graue. Ipse etiam Episcopus iure suo hanc pœnam potest imponere, secundum ea quæ habes ĵ. de ætat. & qual. quæris. & not. in summa eod. titul. §. ordo. vers. hoc circa quæritur. & sequen. Item iure im
6 peditur suspensus: † quia talis nec eligere, [b] nec eligi potest: s. de
b consuet. cùm dilectus. §. quia verò. s. titul. j. cap. j. ad fin. ĵ. eodem. cùm inter R. seniorem. ĵ. de ætat. cùm bonæ. nec beneficia conferre: ĵ. de concess. præb. quia diuersitatem. Sed contrà, quia hęc iurisdictionis sunt, & suspensus iurisdictionem exercere potest. vt ĵ.
7 eod. nosti. & cap. transmissa. Dicunt quidã quòd episcopus † su-
c spensus [c] potest conferre beneficia, nec ob. c. quia diuersitatem. quia intelligunt, quòd ibi erat suspensus ab officio & iurisdictione. Sed canonicus non potest eligere, quia suspensus est ab officio: & eligere, officij est, nec potest dici suspensus à iurisdictione, quia eum nõ habet, nisi de speciali consuetud. ĵ. de foro compet. cùm contingat. Alij dicunt, quòd episcopus suspensus potest dare beneficia. xxiiij. quæst. j. audiuimus: nam sicut simpliciter excommunicatus, & à participatione sacramentorum, & à communione fidelium, semotus intelligitur. ĵ. de sentent. excom. si quem. sic simpliciter suspensus ab officio & iurisdictione, vel hoc ex crimine considerari potest. argument. s. de constit. ex literis. §. de pœnis. si præses, secundum Ioan. licet enim confirmatus, & non consecratus hoc possit, non tamen suspensus, quia plus aufert ei suspensio, quàm contulerit consecratio: vt dici consueuit, Plus tollit negatio, quàm bona affirmatio. consecratio enim non multum operatur: ĵ. de translat. episcop. inter corporalia. §. j. nam sicut maritus post matrimonium consummatum non potest intrare religionem, sed antè bene potest. ĵ. de conuer. coniug. ex publico. sic per contrarium, episcopus confirmatus, non potest aliqua, quæ tamen potest consecratus, sicut episcopus in archiepiscopum translatus, ante receptionem pallij non potest clericos ordinare, quos tamen posset ante translationem: j. eod. quod ficut. §. præterea. Item beneficium conferre, & recipere, ratione ordinis competit, & ius accessorium est. j. quæst. iij. si quid obiecerit. vnde cui interdicitur ordo, & beneficium. lxxxj. distinct. eos etiam. & cap. si quis diaconum. secundum Tancr. Hoc intelligas, si suspensus sit ab homine, secus si à canone: ĵ. eodem. cùm in cunctis. §. clerici. & est ratio, quia mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis. ff. de arbitr. Celsus. & l. præcedent. §. vltimo. & de compens. si cum multi. Sed breuiter dic, quòd excommu-
d nicatus [d] maiori excommunicatione interdictus, vel suspensus ab homine, vel suspensus à canone, ab officio & beneficio, vel ab officio tantùm, nec eligere, nec eligi potest. sic intellige con. cord. signa. s. proximo versiculo. Item iure impeditur, & ĵ. de appel. constitutis. Idem est, si suspensus sit à collatione sacramentorum per canonem. Secus si à participatione tantùm. Item liga-
8 tus † minori excommunicatione, eligere potest, quamuis non debeat scienter eligi. ĵ. de cler. excommun. mini. si celebrat. Sed instabis, Nónne per electionem eligentium, & consensum electi contrahitur matrimonium spirituale: ĵ. eodem. cùm inter canonicos, quòd fortius est in carnali. vt not. ĵ. tit. j. §. cuius authoritate. vers. spirituale verò matrimonium. Sed matrimonium est magnum sacramentum inter Christum & Ecclesiam: ĵ. de bigam. debitum. igitur excommunicati minori excommunicatione, nõ

sunt admittendi ad electionem, vbi propriè contrahitur? Respondeo, per electionem non propriè contrahitur matrimonium, sed initiatur, vt dicitur ĵ. titul. j. licet. vel aliter, carnale matrimonium sacramen-
e tum est, [e] quia in eo inueniuntur illa significata; quæ not. in illa decret. debitum. & ideo in ipso, per bigamiam receditur à significato: in spirituali verò matrimonio, non sic inueniuntur. nam si hic esset translatus de vna ecclesia ad aliam, bigamus censeretur, secundum Goffr. quia inter prælatum & ecclesiam intelligitur esse matrimoniũ. de quo dic, vt not. ĵ. tit. j. §. cuius authoritate. vers. verùm cum matrimonium. sed contrà, ĵ. eod. illa dic, quòd ibi nõ asserit, quòd defectus sit: imò conditionaliter loquitur, secundum Goffr. vel dic, quòd ibi loquitur de maiori excommunicatione, & intelligitur de his, qui participauerint in crimine criminoso: ĵ. de sentent. excom. nuper. §. in primo. & cap. quod in dubiis. §. illi. & quòd dicit simplicis, expone, id est, non solennis, de qua habes xj. quæst. iij. debent. & c. cùm aliquis. vel si vis intelligere de minori, intelligas quòd nedum eligentes, sed & electus, quòd nec eligentes ignorabant, eodem vinculo tenebantur adstricti: & sic non valebat. ĵ. de cleric. excommun. c. fin. adeò necesse fuit, quòd plenitudo potestatis suppleret, de qua tetigi suprà, titulo j. §. vtrùm. versic. potest etiam iurari. Guliel. Naso. Item hi prohibentur qui scienter indignum elegerunt, in prima tantùm electione, quæ facienda occurrit: ĵ. eod. cùm Vinton. Item, si sufficienter indignum postularunt, ĵ. eod. scriptum. §. fin. Item si negligentes fuerunt, ĵ. eod. ne pro defectu. Item si super sententiam priuati sunt, quia formam non seruauerunt: ĵ. eod. quia propter. §. quia verò. Item prohibentur, qui per laicalem abusum elegerunt, lata tamen sententia, contra eos, quousque fuerint restituti. sic intellige ĵ. eod. quisquis. Item hi, quibus interdictum est, ne absq; superioris licẽtia eligant: ĵ. eod. cap. vlt. super hoc vide quod not. ĵ. eod. §. quam pœnam. Item, impeditur is qui absens est, & venire renuit. nec enim potest aliquis per procuratorem consentire, nisi in quatuor casibus. Primus est, si sit præsens: ĵ. de appellat. constitutus archid. Claromon. in prin. Secundus ex speciali pacto: ĵ. eod. scriptum. §. ij. Tertius, quando is qui absens est, timet sibi violentiam inferri. Subaudi, nec ei potest aliqua cautione mederi, arg. ĵ. vt lite nõ contestata, accedens ij. ĵ. de restit. spo. literas. §. fin. in hoc enim casu alios ad se vocat, vt in loco tuto conueniant, & communiter eligant. hic etiam hi, qui aduocantur, poterũt per procuratorem constitutum de ipso collegio consentire. sic potest intelligi, ĵ. eod. bonæ me. Magun. respon. j. alij dicũt, quòd corrigitur per aliud, quod habes ĵ. eod. quia propter §. illud quod non puto. Sed quare in hoc casu is qui absens est, non tenetur mittere procuratorem, cùm ipse solus sit: & melius esset, quòd solus sequeretur capitulũ, quàm capitulum solum? Respon. consensus electionis, sicut & consensus matrimonialis, liber debet esse. vnde, qui sibi timet, sicut per se non posset, sic nec per procuratorem præsumitur posse liberè consentire. ad hoc ĵ. de proc. accedens: ĵ. de sponsal. cùm locum. & c. veniens ij. Sed & intelligi potest c. cùm bonæ. quando hi, qui præsentes sunt, immittunt, vel procurant metum, & violentiam. ff. quod metus causa metum. §. sed & licet. & sic puniuntur in eo, in quo delinquunt. & hæc causa potest dici vna de tribus, de quibus loquitur in fin. §. eiusdem decret. & hic est verior intellectus. Quartus est, quando iusto impedimento detinetur, ita tamen, quòd de hoc per iuramẽtum, si opus fuerit, fidem faciat, & committat vnĩ de collegio vicem suam. ĵ. eod. quia propter. §. illud. intelligo autem, quòd opus si exigatur, ff. de iureiur. iusiurandum. §. qui iusiurandum. alioquin contrà, ĵ. eod. significasti. §. aiunt. ideo cõsulo, quòd instrumentum procurationis mittat, in quo contineatur expressim, quòd procurator de impedimento quod allegat, si opus fuerit, fidem faciat, & in animam suã iuret, alioquin incurret anceps periurium. ff. rerum amotarum. l. Marcellus. §. iurare. & si insufficiens sit procurator, repelletur, ĵ. de procur. constit. Vbi verò aliquis gerit vices absentis, vel absentium, quot numero sunt absentes, quorũ vices gerit, tot vices intelligitur habere, vt probatur ĵ. eod. scriptum est in Apocal. §. j. & cap. congregato. respon. ĵ. de sententia & re iudic. cùm olim. mag. ĵ. de appel. constit. archid. Clarom. in princ. Quid si de certa persona mandauerit, Dic quòd

b Talis nec eligere] Add de Fel. in c. Apostolicæ. de except. in 7. col. vers. limita materiam.

c Episcopus suspẽsus.] Adde Doct. in c. si celebrat. de cle. excommin. Doct. in c. cùm inter. de elect. Doct. in c. tãta. de exc. prælDoct. in c. cùm bonæ. de ætat. & qua.

d Quòd excommunicatus] Adde Bald. in c. illa quotidiana. in 2. col. de elect. Fel. in cap. dilectę. de except. 3. col. quam adduco.

e Matrimonium sacramentum est.] Adde cap. non omnis, 22. q. 3. gl. in cap. veniens. & de transact. Arch. in c. final. 23. distinct. Card. Alexan. in cap. cũ haberet. in 8. not. de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adulter.

f Anni xxx. scilicet cõpleti] Adde glos. in c. ad nostrã. de regula. gl. in c. Subdiaconus. 77. dist. gl. in cle. generalem. de ætat. & qualit.

g Suspensus] Adde gl. in c. ne pro defectu. de cle. Innoc. in c. cũ dilectus. de consue. Old. consil. 286. inc. In electionis negotio.

procurator eam vice sua nominare debet, si idonea sit, & nihilominus aliam nomine proprio, si sibi videatur magis idonea, poterit nominare. argum. s. de rescriptis. cùm dilecta. in fin. ff. de administr. tut. l. j. & de operis libert. duor. & de assignat. libert. l. ij. & iij. Quid si persona nominata sit contra conscientiam procuratoris, non recipiat procuratorem: j. de scru. cap. vnico. Et nunquid absens potest significare capitulo voluntatem suam per literas? In hoc casu puto quòd sic. argum. j. de præbendis. accedens. & de conuers. coniugal. ex parte tua. responso primo. ibi, mediantibus internuncijs. & erit illa voluntas per tres scrutatores cum alijs vocibus publicanda. & consulo, quòd litera clausa sit in hoc casu.

9 Quis eligendus? † Quicunque non prohibetur: prohibentur autem multi: vnde versus,

Anni triginta facer ordo, pura voluntas,
Et morum grauitas, sapientia, sponsa parentis,
Concurrens fama, decus hoc dant pontificale.

f Anni xxx, scilicet completi †, ita quòd nec dies desit: & est ratio, quia Dominus Iesus Christus, cuius vicarius est Episcopus, vt not. s. eodem §. proxim. vers. quid de præb. in tali ætate baptizabat, & prędicauit. lxxviij. distinct. presbyt. authenticum etiam requirit xxx. annos. vt in authent. de sanct. episcop. § presbyterum. aliàs autem, quando agitur de honoribus, sufficit annum attingere. ff. de muner. & honor. ad rempublicam, etiam si quæras de ecclesiasticis. j. eod. cùm in cunctis. §. inferiora. hoc tamen consueuit dici, quòd quandoque fauor est in causa. vt in vsucapione, & tunc sufficit incipere. ff. de diuer. & tempor. præscr. l. in vsucapione, quandoque odium, vt in præscriptione xxx ann. & tunc oportet annum impleri. ff. de act. & oblig. in omnibus. quandoque vtrunque, & tunc computatur de momento ad momentum. ff. de min. l. iij. §. minorem. secundum Laurent. signatur. contra huic quod dixi de completione xxx annorum. j. eod. cùm nobis olim. sed quod dicit attigisset, subaudi necdum compleuisset, vel supple maximè, & vide quod not. j. de ætat. §. ætas. Sacer ordo. j. de ætat. à multis. Pura voluntas, per hoc excluditur seruus. j. de seru. non ordin. c. j. & episcopus. s. titul. j. c. fin. quod dic, vt not. s. titul. prox. §. quis postulandus. Et morum grauitas xxiiij. distin. qui episcopus. & adde hic xiiij regulas, de quibus not. j. de temp. or. §. & cui. Sapientia, quò ad spiritualia. xxxvij. distin. omnes psallentes. j. de ætat. & qualit. c. penult. & vltim. & temporalia. xxxix. distinct. Petrus. Sponsa parentis, scilicet quòd sit de legitimo matrimonio natus. j. eod. innotuit. Concurrens fama, quia in nullo debet vacillare fama sua. xxxiij. distin. laici. j. de accu. omnipotens. Decus hæc dant pontificale, id est, hæc requiruntur in persona promouendi in episcopum, per electionem. Sed oportet electio canonica sit, quòd dic vt not. j. eodem. §. qualiter facienda sit electio. Patet ex præmissis, quòd suspensus [g] vel excommunicatus, ineligibilis est. vt not. s. eodem. §. quis possit. vers. Item iure impeditur suspensus. Prohibetur etiam his, qui interdictum violauit, s. titul. j. c. j. & ij. quia nec talis potest conferre beneficia. j. de excess. prælat. tanta est clauis. Sed & prohibetur habens plura beneficia cum cura, vel plures personatus, etiam sine cura, quæ dispensatio subreptitia non excusat. vt patet j. cap. dudum. ij. §. insuper. & §. penult. & vltim. Sed nec admittitur morbo contagioso laborans, nisi plenè liberatus sit. j. eod. cùm inter canonicos. j. de cleric. ægrot. tua. quod dic, vt not. s. titul. j. §. quis postulandus. & vers. sequentibus, vsque ad vers. postulari potest. Is etiam qui non est de eodem gremio, eligi non potest ab archiepiscopo, ad quem deuoluta est potestas per negligentiam canonicorum: imò debet eligere vnam de personis negligentibus, si qua ibidem reperiatur idonea. j. eod. ne pro defectu. ad fin. à contrario sensu, quòd fortissimum. j. de his quæ fi. à prælat. cum Apostolica. §. finali. & intelligas hoc de honestate, secundum Iac. & quasi omnes. alioquin contrà, j. eod. cùm inter canonicos. & concor. aliàs signa. s. titul. j. §. quis postulandus. vers. Tan. nam eadem potestas quam capitulum habebat, intelligitur ad archiepiscopum deuoluta. ergo sicut capitulum poterat aliunde eligere, sic & archiepiscopus. j. eod. vt lite pen. ecclesia. j. ad finem. j. de pig. ex literis. & de priuileg. porrò. j. eod. scriptum. & cap. in causis. nec inuenies, quòd propter hoc cassetur electio, & multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. xxvij. quæst. j. nuptiarum. xxvij. distinct, si vir. j. qui cleric, vel vo, consuluit, secundum Tan, tamen videtur, quòd si aliunde eligat, irritanda est electio. nam hæc potestas deuoluitur ad superiorem, beneficio istius iuris limitata, & sub certa forma, quæ si non seruetur, canonicam vltionem patitur, non obseruans. j. eodem. ne pro defectu. in fin. argumen. j. eodem. quia propter. §. quæ verò. & non inuenies, quòd aliunde electus sit in hoc casu, imò contrà. j. de concess. præben. dilectus. & intelligo iura in hoc casu loqui de necessitate, quę alij intelligunt de honestate. lxj. distinct. nullus inuitis detur. subaudi à superiore, ad quem deuoluta est potestas, electus. & capit. obitum. xviij. quæst. ij. quam sit. ff. de tu. & cu. da. diuus Marcus. vnde nec Papa vult præficere alienum, s. titul. j. bonæ. ij. §. finali. nec obstat quòd ibi non erat de gremio. nam erat de suffraganeis, & fuit prouisum per illum qui super omnes est. nec poterant canonici conqueri: nam & ipsum canonici postulauerant. sic vbi capitulum transfert potestatem eligendi in alios limitatam, seruandus est limes, ne quis transgrediatur. j. eodem, cùm dilectus. §. verùm. & §. si verò. Illud tamẽ assero, quòd canonici possunt quod factum est ratificare: quia in fauorem ipsorum hoc inducitur. argum. à contrario sensu illius capitul. nullus inuitis. j. de reg. sta tuimus. j. eodem, quòd sicut. §. si autem. non ita sequitur de archiepiscopo, quia non in fauorem ipsius, sed canonicorum inductus est, ergo aliunde eligere non potest. nam si consuetudo hoc priuilegium dat, quòd aliunde eligatur, non de gremio proprio, j. de verb. signific. abbate. §. vltimo. s. de consuet. cùm dilectus, multò fortius ius, quod non aliunde, sed de proprio gremio assumatur, vt hìc. & vide quod not. j. de offic. custod. versic. ad horum solutionem. Quid si aliqui discordant, isti volunt ratificare, quod per archiepiscopum, qui aliunde elegit, factum est, alij contradicunt. & videtur, quòd maiori parti standum sit. j. eod. auditis. §. ipse verò. j. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. j. sed dic contrà. augum. j. eod. cùm dilectus. respon. j. ibi, vnanimiter. & j. eod. quia propter. in secunda forma, ibi, vicem omnium. ergo archiepiscopus debet canonicè procedere, id est, seruata forma, quod de eadem ecclesia primò accipiat. alioquin contraueniens vltione canonica ferietur: intelligas arbitraria, secundum Goffr. argum. j. de offic. deleg. de causis. §. illis. & quod non canonicè, sed contra canonem fit, canonicè & per canonem dissolui meretur. x. distinct. vides. j. eodem, æqualiter. Sic intellige j. eodem, ne pro defectu. §. vltimo. sic not. distinct. sequentem. scire debes, quòd aliquando habet quis actionem electionis actiuam & passiuam. j. eodem, cùm in iure. & cap. cùm dilecti. & cap. in causis. Aliquando actiuam, & non passiuam, vt suspensus à canone. j. eod. cùm in cunctis. c. cum Vinton. & c. per inquisitionem. j. de cler. excomm. minist. c. si celebrat. Aliquando verò habet passiuam, sed non actiuam, quod est dignum not. j. eod. ne pro defectu. j. de concess. præb. nulla. Aliquando neque actiuam, neque passiuam, vt excommunicatus à maiori, vel suspensus ab homine. quod dic, vt not. s. eod. §. quis possit eligi. vers. hoc intelligas. & sequentibus.

10 NEdum criminosus, ineligibilis est, quinimò, & is qui propter vitium personæ † semel reprobatus fuit. j. eod. super eod. Sed & is qui vltra sex menses per suam negligẽtiam teneret ecclesiam viduatam. arg. j. de transact. episcop. inter corpor. §. sed neque. j. de excess. præl. ex literis. & est ratio, quia fama electi in nullis vacillare debet. xxxiij. dist. laici. xxxj. dist. tantis. ij. q. v. presbyt. c. si mala fama. j. de testi. testimonium. j. de acc. omnipotens. & talis saltem de facto infamiam incurrit, quæ apud bonos & graues reprobatur. ff. de obseq. honor. & dignitate repellitur talis infamia. C. de dignit. l. ij. lib. xij. nec obstat §. de ord. cog. cùm dilectus. §. final. & de excep. denique. quia illud fallit, quando exceptio tangit negotium de quo agitur, vt patet j. eod. per inquisitionem. j. de confes. cùm super. ideo consueuit apponi in sententiis non personę, sed electionis vitio. j. eod. cùm post petitam. in fin. & c. cùm in veteri. ad fin. & in hoc casu, scilicet quando propter vitiosum processum reprobatur, nõ remanet infamis electus. quia vitium quod in materia non est, imputatur electo. ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. si calicem. ff. loca. Item quæritur. §. gemina. secundũ Goff. Quid si obijciatur contra personam & electionem, & cassatur simpliciter non assignata causa, non videtur ineligibilis. arg. ff. de his qui not. infam. ait prætor. §. ignominiæ. ff. de susp. tu. ltæ causæ. resp. j. & §. j. Sed contrà, ff. de re milit. l. milites. & §. si sine. Solu. hanc proximam legem intellige, quando constat, quòd miles authorizatur, ideò vt infamis efficiatur. vt in l. præal. ait prætor. alioquin contrà. quia semper remanet fama illæsa. ff. de pœnis. si præses. Illud not, dignũ, quòd vbi vnus tantùm in dissensione eligitur, sed

ſed electio propter vitioſum proceſſum caſſatur, non impeditur eius promotio in eadem eccleſia, etiam prima vice, & infrà eodē. ſuper. & capi. innotuit. & infrà titulo primo. inter corporalia: §. fi. vbi verò duo electi fuerint, neuter eligendus eſt in prima vice. infrà. conſideraũimus. in fin. quam magiſter meus contra tex. intellexit. & hoc ideo, vt diſcordia euitetur. arg. ſuprà, de conſuetudine. cum conſuetudines. infrà e. auditis. Si tamen alter iſtorum communiter eligatur, deficit ratio, & ideo confirmatur, vt j. eo. cùm Vintonien. & c. cùm inter R. ſeniorem, nec vnus vel plures qui ſe indignos reddiderunt, contradicere poſſunt. j. eo. bonæ. j. §. vlti. & c. bonæ. ij. §. j. niſi ſimonia interuenerit. j. eo. ſuper eo. Quòd ſi vitio perſonæ reprobata fuerit, lepra percutitur, quæ ſemper, vt ex præmiſsis patet, concomitabitur reprobatum. Vbi verò alicuius electio propter ſimoniam commiſſam, eo ignorante, nec ratum habente, fuerit reprobata, in maioribus beneficijs diſpenſare non poterit, niſi Papa: ſed in ſimplicibus, Epiſcopi diſpenſare poſſunt. vt interim ad idem recipi valeant, ipſo tamen prius liberè reſignato. j. eo. ſi alicuius. quod dic, vt no. j. eo. de ſimo. §. quæ diſpenſatio. ver. quòd ſi quis aliud beneficium, & ſequen. Canon tamen antiquus dicit, quòd confirmandus in Epiſcopum, debet eſſe Natu. prudens, Docibilis, Maioribus obtemperans, Vita caſtus, Sobrius, Suis negotijs ſemper cautus, Humilis, Affabilis, Miſericors, Litteratus, in lege Domini inſtructus, In ſcripturarum ſenſibus acutus, In dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, Et ante omnia, fidei documenta ſimplicibus verbis aſſerens, id eſt, patrem & filium, &c. xxiij. di. Epiſcopus. j. diſt. c. vlti. Et Petrus dicit, quòd talem oportet eſſe Epiſcopum, vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſsit aptare, &c. j. Debet igitur apprimè, id eſt, valde eſſe eruditus, & doctus, Irreprehenſibilis, & maturus. Et pauidus, ſicut fuit clemens. Debet etiam ſingulos iuuare, prout poterit, ſingulos portare, & ſingulos releuare. viij. q. j. oportet. & c. ſequenti. Et ideo dicit Augu. nihil eſſe hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laborioſius & periculoſius Epiſcopi: vel diaconi officio, ſed nil apud Dominũ beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter præcepit Imperator, id eſt, Deus. Sed nil facilius, nil vel leuius, & acceptabilius, ſed nihil damnabilius, ſi perfunctoriè res agatur. xl. di. ante omnia. Hanc vltimam partem multi tenẽt, Deus meus adiuua me, & ſaluus ero. multa enim de prædictis, imò ferè omnia, in me deficiunt. Conſulo, ſi talem habere poteris, ipſum eligas: ſed qui talem voluerit, ipſum fabricet de nouo, quia res penè contra naturam eſt, vt homo ſine peccato ſit, tamen eligendus eſt, cuius reſpectu cæteri de eccleſia, grex dicantur. xxv. di. vnum. §. nunc autem. & melior & ſanctior de eccleſia propria, antequam de aliena. lxiij. diſt. metropolitano. j. e. ne pro defectu. in fi. & accedit. lxj. di. lxiij. di. per totum. tantum. quicquid dicatur, ſufficit quòd bonus eligatur. xvj. q. vlt. monaſterium. & no. ſuper tit. j. §. quis poſtulãdus. ver. tunc dixit. Quid ſi de extraneo aliquis vocetur? Dic vt no. ſuprà ti. proxi. §. quis poſtulandus. ver. poſtulatur. & ſequenti. vſq; ad §. & à quo. & ſuprà eo. §. verſi. is etiam qui non eſt de eodem gremio, & ſequenti. De his etiam quæ requiruntur in Epiſcopo, & inferioribus Epiſcopo, dic vt no. j. de æta. & qua. §. ętas. §. ſequentib. Quid ſi pluribus detur poteſtas eligendi ſimpliciter, nunquid poſſunt eligere vnum ex ſeipſis? Dic vt not. j. eo. §. qualiter. ſub §. & no. ver. quid ſi duobus, vel tribus ſequen.

ITem ſciendum, quòd vbi quæritur vtrum perſona eligi potuerit, an electio tenuerit, initium ſpectatur. Nam ſi reſpectu initij nulla eſt, ex poſt facto non conualeſcit. j. eo. dudum. j. §. nos igitur. & §. ij. & vlti. j. de æta. cum bonæ. & eſt ratio, quia ex iuſta inſtitutione acquirũtur beneficia. & non præſcribuntur. j. q. j. principatus. & cap. cùm Paulus. xvj. q. iij. ſi ſacerdotes. j. q. ij. legum. j. de pręben. dilecto. reſpon. j. & §. fi. & de inſtitutionibus, ex frequentibus. ff. de decurionibus. Herennius. & quia ex his quæ inordinabiliter, &c. infrà, de accuſa. qualiter. j. & optimè probatur hodie in aut. d. N. extrà de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. eum qui. imò tanto ſunt grauiora peccata, &c. ſuprà, de conſue. c. fi. & tenetur iniuſtè inſtitutus, ad reſtitutionem perceptorum. j. de præben. dilecto. in fi. j. de his quæ fiunt à præla. continebatur. j. de iur. patr. cùm dilectus. in fi. & vide ſuper hoc, quod not. infrà eod. §. qualiter. ver. quid ſi non confitetur. & ver. quid ſi omnia. Nedum in prælatis requiritur idoneitas perſonæ, ſed & in promouendo in imperatorem, vt patet infrà eo. venerabilem. §. ſed & principes. Ideo conſultus apud Lugdun. in concilio generali quidam Epiſcopus. Primò, ſuper potentia deponendi. Secundò, ſuper contemptu clauium. Tertiò, ſuper captione, deprædatione, & interfectione prælatorum. Quartò, ſuper fractione pacis, per eccleſiã firmatæ, in quib. omnib. ſicut pro firmo tenebat, quòd curia peccauerat, Federicus iuxta propoſita reſpondit: Secundũ opiniones maiorum meorũ imperator pro quolibet mortali peccato deponi poteſt, q̃ intelligas, de grauib. & ſi incorrigibilis ſit, maximè, quando eccleſia vniuerſalis inde ſcãdalizatur & concutitur, vt in iſto. de hoc no. per Ioan. xl. di. ſi Papa. in glo. q̃ incipit, q̃ intellige. in fin: ſuper verbo à fide deuius. & in ſumma huius. Si enim Zacharias papa regem Francorum, qui à Romano pontifice coronam non recepit, nec per eum examinatur, nec ab eo comprobatur vel reprobatur, non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ poteſtati erat inutilis, à regno depoſuit, & alium loco ipſius ſubſtituit. xv. q. vj. alius. multò fortius imperatorem, qui in ſpiritualibus quodammodo ſubeſt ei, pro ſuis iniquitatibus poterit remouere. vt j. eo. venerabilem. & xcv j. diſtinction. duo ſunt, & c. ſi imperator. De contemptu clauium, planum eſt, quòd ſufficit, quia qui Ro. ec. priuilegio detrahit, hic proculdubiò in hæreſim labitur: fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ mater eſt fidei, & illi, hoc eſt Deo, contumax inuenitur, qui eam cunctis eccleſiis cognoſcitur prætuliſſe. xxij. diſtin. omnes. & dicit Ioan. quòd talem imperitum vel maleuolum, aut etiam ſe non catholicum, ſed hæreticum comprobauit. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & c. rogamus. & capitul. alienus. & c. omnibus conſideratis. & quaſi per totum, & optimè. C. de hære. quicunque. & de ſum. tri. & fid. ca. l. vlti. in authentica. de eccleſiaſticis ri. nam & ſi nihil contra poteſtatem clauium dicere attentaret, tamen ſi excommunicatus per annum ſatisfacere contemneret, talis pertinacia non careret ſcrupulo hæreticæ prauitatis. infrà, de pœnis. grauem. non enim eſt vis in biennio, de quo loquitur decretale, vt probatur xj. q. iij. rurſus. & capitul. quinque. infrà, de hæreti. excommunicamus. §. moueantur. qui enim rebelliter viuit, hic magis membrum diaboli, quàm Chriſti eſſe oſtenditur, & eſſe infidelis. xxxviij. di. c. ſi talis, etiam peccatum paganitatis incurrit, & ſcelus idololatriæ. lxxxj. diſtin. ſi qui ſunt presbyteri. Item captio, deprædatio & interfectio prælatorum [a] ſufficere videtur: aufert enim ei nomen boni principis & religioſi. xcv j. diſt. boni principis. vnde ſi caret nomine, per conſequens & effectu. C. de ferijs. à nullo. Inſti. de dona. ij. eſt & aliud, infrà, de verb. ſig. nam & ego. regum enim officium eſt, facere iudicium, & iuſticiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos: & non ſolùm liberare, ſed etiam nec pati debeant, vt eorum conniuentia ab alijs contriſtentur, nec effundant ſanguinem innocentem. Si enim, inquit, hoc ſeruaueritis, ô reges Iuda, tenebitis priſtinam poteſtatem. ergo à contrario ſenſu alias amittetis. xxiij. q. v. regum. & capitulo adminiſtratores. & c. principes. nam ſi gens & ciuitas impetenda eſt, quæ vendicare negligit quod à ſuis improbe factum eſt, reddere quod per iniurias ablatum eſt, quare non imperator quod proprio commiſſo. xxiij. q. ij. Dominus Deus noſter. certè cùm in hoc caſu Patroni, ius patronatus: Aduocati, aduocatiam: Feudatarij, feudum: Vicedomini, vicedominatum: Beneficiati, beneficium amittere debeant: ſicut præcipitur in concilio generali, infrà, de pœnis. in quibuſdam. §. ſacri. nulli conuenit magis hæc pœna, quàm imperatori, qui tot beneficia recipit à Rom. ec. & ipſius exiſtit feudatarius: necnon & ei competunt, quandiu bene regit, omnia nomina ſupradicta. Item, qui contra pacem eccleſiæ ſunt, ſi dignitatem aut cingulum habeant, nudentur eis. xxiiij. quæſtio. j. qui contra pacem. & certè meretur priuilegium amittere, & capitul. ſuprà titu. proxim. ca. j. & ij. xij. q. iij. priuilegium. Sed nec merentur regere, crimine periurij irretiti: infrà, de iureiuran. querelam. vnde his omnibus conſideratis, & alijs quæ allegari poſſent, ſi temporis ſpacium ſuffragaretur, & librorum copia, liquet ſatis de poteſtate depoſitionis. vtrum autem expediat, ſi pax firma & honorabilis haberi non poſsit, quod vix aut nunquam credit, nolo ponere os in cœlum. Sed qui ſupereſt, diſcutiat & conſideret quod lucrum reportauit ex expectatione diutina, quot & qui principes inſurrexerunt pro eccleſia contra ipſum, vel potius contra eccleſiam, vel ad minus an tepidi ſint, qui feruere in defenſione eccleſiæ conſueuerunt, & quòd omnes fideles & vaſalli imperij, pro minori parte aſſerunt, quòd domino ſuo deeſſe non debent, quandiu dominus eſt, ſi quidem & de tranſacta in ipſo vita didicimus, quid de ipſo ſubſequenti præſumere debeamus,

[a] Interfectiò prælatorũ. Adde qualiter punitur ciuitas quæ interfecit ſuũ Epiſcopũ. vide in c. quia nos 25. q. 2. Doc. in c. ih quibuſdã de pœ. & in c. ad aures eo. ti. Doc. in cle. ſi q̃ in §. ciuitas. de pœ. Et an tales interficientes ſuũ electũ, incurrãt tãtã pœnã, ſicut ſi tales interficerent Epiſc. vide per Bal. in l. ſi nõdum. C. de fur.

b Et citandi.] Adde in quibus casibus absentes sint citādi. vide gl. in c. præsentium. de testi. li. vi. diffuse per Feli. in c. cum omnes. de consti.

c Quod omnes tangit.] Adde in regula, quod omnes. de reg. iur. li. vi.

Nam rumor de ueteri, faciet uenturа timeri.
Cras poterunt fieri turpia, sicut heri.

Sed hoc quomodo, cùm tantus princeps sit, nec accusetur, nec denuncietur, nec citatus sit, nec conuictus. Quòd citatus fuerit, hoc certum est: sed esto, quòd non fuerit, quare Apostolus Corinthium absentem & irrequisitum condemnauit: ij. quęstio. j. de manifesta. infrà, de appella. cùm sit Romana. in fin. certè, quia excessus notorius examinatione non indiget, infrà eod. bonæ me. j. §. contra. sunt autem crimina notoria, quæ aliàs fuerunt contra suum patruum allegata. Pater sanctissime considera, quòd idem est in eodem, scilicet excommunicatio publica, periurium manifestum, ac persecutio diuulgata, quam progenitores eius, & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem, & in alias ecclesiasticas exercere: infrà eo. venerabilem. §. sunt enim notoria. Henricus enim primus, de genere Paschalem Papam cum Episcopis Cardinalibus captiuauit. Federicus auus, contra Alexandrum longo tempore schisma fouit. Henricus pater, interfectores quorundam Episcoporum puniri omisit. vt hæc narrantur infrà eod. venerabilem. extrà de iu. in antiquis. §. quòd autem. quod ergo bonum ab isto filio, qui in tot atrocibus patrizauit, possumus expectare, certè solet sæpe similis filius esse patri. ff. de redhibi. act. quòd si nolit. §. qui mancipia. vj. quæstio. j. §. verum. suprà, si quis cum militibus. l vj. distinct. si gens Anglorum. infrà, de fi. presby. literas. eligat igitur, & determinet sanctitatis vestræ circunspectio, quid magis debeat expedire.

Qualiter facienda sit hæc electio.

hæc magnam cau

n dam trahit. † Est enim facienda canonicè super quo attenditur persona eligens, & eligenda. quod dic vt no. suprà eo. duob. §§. proximis. Item, quòd non fiat vna post aliam ex interuallo. alij dicunt, quòd vbi prima electio nulla est ipso iure, valet secunda: infrà, de app. constitutus. & de hoc no. infrà eod. sub §. tertia forma. ver. quid si duæ electiones. Item attenditur, quòd forma obseruetur, quæ traditur infrà eod. quia propter. vbi traduntur tres formæ. prima est hæc, Vt præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de collegio, fide digni qui secretò & figillatim vota cunctorum diligenter inquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior pars, & sanior capituli consensit. bene dicit Præsentibus, quia omnes vocandi

b sunt & citandi, [b] aliàs plus obesset contemptus vnius, quàm contradictio multorum. infrà eodem. venerabilem. §. obiectioni. & capitulo bonæ ment. cred. in fine. quandoque verò plus facit contradictio quàm absentia. liij. distinctio. quis autem leges. Sic ergo necesse est, vt electio concorditer fiat. Sed tamen contemptus potest ratificare electionem propter bonum pacis: infrà e. quod sicut. & ideo hæc verba non sunt adeò de forma quin ratificari possit, infrà eo. ecclesia vestra gregis. §. denique. vide super hoc quod no. infrà e. sub §. tertia forma. in di. quæ incipit, Electio

c enim. Omnibus: quia quod omnes tangit [c], ab omnibus approbari debet: infrà, de tempo. ordi. si Archiepiscopus. & c. sequenti, infrà de offi. Archi. ad hoc, versus fi. & de his quæ fi. à præla. c. fi. C. de autho. tuto. præstan. l. fi. ff. de aqua plu. ar. in concedendo. Qui debent: ideo hoc dicit, quia aliquoties debet interesse, qui non est de collegio, nec omnes de collegio semper interesse debent. quod dic, vt no. suprà e. §. quis possit eligere. Et volunt: quia nec cogitur interesse, si non vult, cùm quilibet possit renunciare iuri suo: infrà, de reg. statuimus. & de crimine falsi. c. fi. vnde si non venit, videtur se fecisse alienum, ex quo citatus est: infrà e. quòd sicut in causis. & ca. congregato suprà ti. j. bonę. ij. §. verum. quod intelligo, si citatio facta fuit congruo tempore: aliàs contrà, infra eodem. bonæ me. cre. in fin. Sed nunquid si citati non veniunt, possunt præsentes statim eligere? Videtur quòd sic, per præmissa iura. & arg. infrà, de testi. in nomine Domini. lxv. dist. si fortè. j. de offi. deleg. cùm super. & c. prudentiam. §. adijcimus. j. eodem. ecclesiam. ij. §. j. ad fi. maximè, quia mora periculosa est hic, infrà e. cùm inter vniuersas. & c. ne pro defectu: infrà, vt lit. nō conte. quoniam frequenter. §. j. & arg. C. de diui. tute. l. ij. post medium. & l. j. ad fi. contrà, quia expectandi sunt vsque prope finem trium mensium. ar. ij. q. vj. appellatore. xvj. q. iij. placuit. j. infrà, de offi. dele. consuluit. §. j. nam & sæpius vocandi sunt. lxiij. dist. plebs. & reus expectatur vsque ad finem triennij. C. de iudi. properandum. §. & si quidem pars actoris. ar. ff. de excusa. tut. non tantùm. de ver. obli. insulam. Dixit Io. quòd procedere possunt præsentes circa finem trium mensium, non præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione. ff. de admi. tut. tutor qui repertorium. §. j. infrà, de off. deleg. consuluit. Hoc non videtur: nam quamuis ecclesia vltra tres menses vacare non debeat, vt not. infrà eodem. §. quo temp. non tamen prohibetur præsentibus, quo minus intra tres menses eligant. ideo dic, quòd si vsq; ad tempus congruum considerata locorum distantia, & alijs circunstātijs assignatum, absentes non venerint, extunc præsentes eligāt, & hoc per prima iura. secundum Tan. & Ber. qui dicunt, quòd sic obseruatur, nisi absentes aliquid rationabile prætendant: infrà, de his quæ fi. à ma. par. capituli. c. j. exemplum infrà eod. bonæ. j. & hoc idem asserit Gof. nec enim tenentur præsentes arctare se nimis. ff. si quis cau. le. ij. §. si quis tamen. infrà, de offi. dele. consuluit. in fi. infrà e. quod sicut. §. si autem. Puto, quòd si duæ partes præsentes sint, & causa arctationis assignetur, vera est sententia Tancre. quia nec debet absens vni saltem de collegio committere vices suas, infrà eod. quia propter. §. illud. Si verò duæ partes absentes sunt, vel non assignatur causa, puto veram sententiam Io. ar. infrà eod. licet. Sic ergo priuatum tempus à lege cōcessum, sine causa non auferet vel diminuet, vt no. infrà eo. §. quo tempore. versi. quid si ante. Sed & hoc intellige, nisi periculum de nouo superueniat. arg. in his quæ no. infrà e. ver. quicquid dicatur. & sequentibus. Quid ergo si citati sunt hi, qui citandi non erant? dixit Trancre. quòd expectandi sunt. argu. iiij. distin. in istis. & ff. de serui. vr. præ. per fundum. Io. contrà, cùm non interfit absentium. argu. ff. de reg. iur. nemo. & de condictio. ob causam. si pecuniam. & locati. l. sed addes. §. pe. & l. pe. Solutio. Si non immineat periculum, vera est sententia Tancre. alioquin vera est sententia Io. secundum hoc. indistinctè puto sententiam Io. veram, quia talia re integra reuocantur, infrà eo. in causis: infrà, de renun. lectæ. sed vbi periculum non vertitur, vrbanius facient, si expectent si. C. de pig. l. iij. Si tamen expensas faciunt veniendo, dico illos qui vocauerant condemnandos. ar. suprà de rescrip. cæterùm. in fin. & in legibus à Io. inductis. Et possunt: hoc ideo dicit, quia si propria persona interesse potest, non poterit committere vices suas. vt hic videtur. & argu. à contrario, infrà eodem. quia propter. §. pe. Sed falsum est, vt in secunda forma. quod dic vt no. suprà eod. §. quis possit. sub §. & qui nullo iure. ver. Item impeditur. & seq. ad fin. quod autem dicatur iustum impedimentum, relinquo iudici, tamen multa interuenire possunt. ff. si quis cau. l. ij. C. de vsufruct. l. fin. Commodè interesse. hoc verbum liga & repone in scrinio pectoris tui: nam quotidie quæritur quis est citandus, & à quo loco, dicunt quidam omnes illi de prouincia: infrà eodem coram. infrà, de maio. & obe. c. vlti. vocabuntur autem absentes per literas vel nuncium. arg. infrà, de offi. deleg. prudentiam. Sed qui præsentes sunt, per campanam: infrà eodem. in causis, secundum Goff. hoc intelligo, vbi talis est consuetudo, aliàs per nuncium contrà. infrà, de do. & contu. c. fi. ff. q̃ sen. fine ap. rescin. l. j. §. Item est ex edicto. quia decuriones non per tabellam vocādi. C. de decu. l. fi. li. x. nec intelligas prouinciam talem & tantam, vt dicit canon, vj. quæst. iij. scitote. nam multæ prouinciæ sunt diffusæ, & mora periculosa est: infrà eodem. cum inter vniuersas. & c. ne pro defectu. sed sicut vulgariter dicitur, vna prouincia Lombardia, Tuscia, terra laboris, secundum Goffr. sicut tetigit suprà de rescrip. §. & quæ possunt. versic. centesimo. Citabuntur etiam, & si non sint remoti à diœce. vltra duas dietas, quamuis sint extra prouinciam. argu. suprà de rescri. nonnulli, infrà eo. bonæ me. cre. imò de toto regno, si de cōsuetudine sit, infrà e. in Genesi. in fin. Imò citramontani omnes, quando agitur de electione citramontana, & econuersò de vltramontana. ar. infrà eod. nihil. Quicquid dicatur, magis attendo mentem huius verbi, quàm aliud argumentum. Si ergo aliquis dicat se esse contemptum, bonus iudex æstimabit, vtrum commodè & sine periculo potuit citari: & sic infringet electionem secundum iura prœmissa. vel non potuit commodè, & tunc confirmabit, nisi aliud obsistat. arg. infrà eod. cùm inter vniuersas. & c. ne pro defectu. quia terminus trium mensium non est nimis arctandus, nisi ex causa. argu. infrà eod. cùm in veteri. in fi. de offi. dele. consuluit. ff. de re iud. l. ij. & iiij. §. si quis. infrà, de sen. & re iudic. quòd ad consultationem, secundum Gof. & accedit optimè, in authen. vt spon. lar. §. adhoc quoque. col. ix. Consueuit etiam illud dici, quòd canonici tam remoti, sicut Panormit. est à Capua, non sint citandi, infrà eod. cùm inter vniuersas, in qua notabis potius hoc, qui certus est de morte, citandus non est. Sed à Genua citandi sunt Mediolani. lxiij. di. quanto. Tamen ego potius eligo mentem huius verbi, vt dixi, id solum possumus, quod commodè possumus. ff. de verb. sig. nepos Proculo. plerunq; enim nec locus, nec tempus

pus patitur plenius deliberandi consilium. ff. de exer. ac. l. j. ergo periculum ecclesiæ præ omnibus uitandum dico. Quid enim si dominus Federicus imperator sit prope per dictam, & cras debeat intrare ciuitatem, & certè non expectabo per diem, ne sine capite inueniat ecclesiam viduatam. arg. infrà eodem. ne pro defectu. non enim contemnitur, nisi in uocatione periculum imminet. infrà eo. quod sicut. §. si aũt. Quid timeant canonici, ne Papa uel legatus suus prouideat, & ideo præueniunt? uidetur quòd si habeatur suspicio ne puerum uel minus idoneum uelit ibi ponere, procedere possunt, quia princeps, propter importunitatem petentium, multa etiam non concedenda concedit. infrà, de purga. canon. cùm in iuuentute. §. cæterùm. de pœ. di. j. importuna. C. de peti. bo. subla. l. j. lib. x. Sed nec uult princeps, quòd tales etiam authoritate literarum suarum admittantur. infrà, de ætate. eam te. quamuis enim imputaretur, si ideo deuoluta esset potestas ad Papam. infrà, de sup. negli. præla. cap. pen. non tamen uidetur iniuriam facere, qui utitur iure suo. infrà eod. cùm ecclesia Vulterana. in fi. econtrà uidetur: quia hoc fit in elusionem Papæ. & sic non uidetur ualere. argum. infrà de alie. mut. in causa fac. ca. j. & de ap. suggestum. so. curialiter faciet contemptus, si quòd factum est ratificet, non tamen dico, quòd contemnatur absens: quia hoc non est iustum periculum. argum. xvij. q. iiij. §. qui autem. C. de crimi. sacri. l. disputatur. suprà tit. proxim. bonæ. ij. §. nec nocebat. infrà, de app. suggestum, & de præben. inter cætera. Assumantur tres, hic credo quòd incipiat substantia formæ, ut ab isto loco in antea nisi ordinatum obseruetur, totum irritandum sit: quia forma diligenter est obseruanda. vt no. infrà de offi. deleg. §. quod sit eius officium. Sed alij dicunt, quòd incipit ibi, qui secretò vota, &c. hoc tenet curia. Sed uerba concilij cõtradicunt, secundum Goffr. mihi tamen videtur, quòd hîc incipit, vt dixi. nam mens concilij est, vt discordia vitetur & expensæ, & quod fideliter fiat, & apparet in principio, & hic sequitur, quorum neutrum tollitur, nisi hîc forma seruetur, ideo in tres compromittitur, ut dissensio tollatur. ff. de arbi. item si vnus. §. principaliter. infrà, de offic. deleg. suspicionis. Si dicas, Quare statutum non fuit de uno. infrà, de arbit. c. j. respon. quia ita possent dissentire in illo, sicut & in electo. argum. infrà eod. in causis. respon. j. nam de facili non inuenies capitulum, quòd vota sua vni tantùm committere uellet. Et est etiam melior ratio, ne quid falsitatis committi possit. C. de fideicommis. l. fi. & not. infrà, de fi. instru. §. an instrumenta. uerfic. sed si de falso. ar. infrà eod. cùm dilectus. §. fin. vbi de consensibus creditur dicto duorum, & quia vox vnius vox nullius. infrà, de testi. cùm à nobis. & firmius est, quod pluribus committitur. infrà, de offic. deleg. prudentiam. respon. j. Si dicas, Quare non fuit statutum de v. vel vij. respon. propter raritatem canonicorum, quæ est in multis ecclesijs, ut in Vencien. vbi sunt tantùm vij. vel octo canonici. ad hoc. infrà eod. cùm inter canonicos. circa princip. & in pluribus ecclesijs xij. tantùm. vnde contingeret absurditas, scilicet quòd plures vel ferè tot essent inquirentes quot inquisiti. nã ea ratione, qua diceres eligendos v. eadem dicere posses de omni impari numero. argu. infrà, de consang. & affi. tua. in fi. Præterea, si essent v. vel plures, adhuc non remouetur dissensio, quia posset facere tres partes facilius, quàm tres faciant. uix enim erit, quin duo de tribus simul concordent. Ergo propter hunc numerum ratus est ad inquirenda uota. argum. ff. de postul. l. j. §. pueritiam. nec potuit facere diuersas constitutiones: quia lex cõmunis debet esse omnibus, quantum possibile est. iiij. distinct. erit autem lex. & quòd hic fuit mens constitutionis, patet in secunda forma, vbi non posuit numerum, sed dixit, Viris simpliciter: nec dixit de collegio, vt hic requiritur. Sed quid si tam pauci sint canonici, quòd formam hanc seruare non possint, puta duo sunt. infrà eod. c. j. respondeo, seruent secundam. vel fortè hic habent locum antiqui canones, volentes quòd religiosi vocentur. lxiij. distinct. obeuntibus. quod uerum est, quò ad consilium habendum, non tamen quò ad eligendum. licet enim ad vnum deuoluatur potestas, nunquam tamen per se sine consilio aliorum eligere debet: sicut quando archiepiscopus eligit propter negligentiam capituli, in quo casu traditur certa forma alia, quàm in isto consilio, & quam puto seruandam. infrà eod. ne pro defectu. infrà, de concess. præbend. nulla. Eodem modo intellige, quando omnes delinquunt, præter unum, scilicet quòd ipse solus eligat, non obstante sententia Ioan. Quid enim si omnes morerentur, vno excepto: certè ille eliget & seruabit secundam formam uel tertiam, secundum Bernar. qui concordat opin. meæ, & per eadem iura: vt not. infrà eod. sub §. secunda forma. in quæstione quæ incipit, Quid si omnes. De collegio, non est vis secundum alios: sed ego dico, quòd de forma est, & est ratio, quia semper præsumitur, quòd illi qui sunt de collegio melius & fidelius procurent vtilitatem ecclesiæ, quàm extranei. argum. infrà, de testa. cùm in officijs. ff. de pœn. hære. sed si hac lege. §. consuluit. C. de in integr. restitu. mino. l. de tutela. & de libera. cau. l. si filium. & de diuor. & repu. l. consensu. & quia non conuenit alieni regni arcana scrutari. C. de commer. & mercat. mercatores. iij. quæstione sexta. non liceat. non enim esset honestum, quòd extranei scirent conscientiam cuiuslibet: hoc tamen intelligo, de his qui sunt de collegio, id est, qui debent interesse electioni, siue de iure, siue de consuetudine. quod dic, ut no. suprà eod. §. quis possit eligere. Fide digni, id est fideles, honesti, & maturi. hoc ideo, quia si negatur consensus, statur testimonio omnium, uel duorum: ergo debent esse omni exceptione maiores. infrà, de proba. ad nostram. infrà, de consan. ex literis. & credo, quòd debent seipsos primitùs examinare: aliàs posset contingere casus, quòd darent electionem cui vellent, maximè in ecclesijs, vbi pauci sunt canonici: & certè omnis materia fabricandi falsum remouenda est, vt dixi suprà, super illo uerbo, Qui secretò, & c. & ar. suprà, de rescrip. nonnulli. & quia nonnulli. Si ergo inter tres est is qui habet primam vocem, primò examinetur. secundò alij, si non est, possunt eum omnes primitùs examinare, secundò seipsos. argum. ij. quæst. vij. quærendum. ff. de testi. testium. nisi enim seipsos scrutarentur, non seruatur forma, ut apparet. infrà in uerbo, cunctorum. & in verbo, omnes. secundum Goff. argum. j. de maio. & obe. solitæ. §. pen. Sed esto, quòd sint infames, nunquid propter hoc vitiabitur electio? Magister meus dicit, quòd non: imò recipitur eorum testimonium, si in modum inquisitionis agatur: secus, si in modum petitionis. infrà, de sen. & re iu. cùm I. & A. Sed si in modum petitionis ageretur, inquisitores, id est, scrutatores replicare possent, quòd non possent reprobari, cum semel approbati essent. infrà, de senten. excom. in præsentia. ff. de adult. si vxor. §. fin. Optimum ar. quòd non possunt repelli, nisi propter crimen postea commissum. infrà, de testi. cogen. præterea, & de pur. cano. c. fi. §. vltim. tamen infames vel infideles ad legitimos actus non admittuntur. infrà, de test. licet. ij. quæst. vij. alieni. & ca. non potest. & c. pagani. Qui secretò & sigillatim. hoc ideo dicit, vt liberius dicat, quod sibi uidebitur, & ne ducatur timore fortè episcopi: vnde si episcopus vel alius fortè de capitulo, cuius vultus timeri posset, eligeretur ad inquirendum vota, mens horum uerborum non obseruaretur. ad hoc, infrà de test. venerabili. & de accu. inquisitionis. C. de testi. nullum. viij. quæst. ij. dilectissimi. infrà eod. ca. proxi. infrà, de spon. cum locum. & si poneretur inter inquisitores, credo quòd posset appellari adiecta causa ista, maximè quando est talis qui intendit promouere aliquem, etiam alijs inuitis: quia omnis suspicio remouenda est. ideo etiam dixi, fide digni. & no. ex his verbis, quòd si vota in cõmuni inquirantur, ficut fit, nimis sæpe non obseruatur forma, dummodo vnus dissentiat, vt patet hîc & necessaria forma. infrà eod. sub §. iij. Item inquisitores debent inquisitum seu inquirendum respicere in vultu, quia per exteriora comprehenduntur interiora. infrà de præsump. ex studijs. & de cler. non residen. c. j. & ideo dictum est,

O` quàm difficile est, crimen non prodere uultu.

l. dist. in capite. & accedit C. de fi. instrum. aut. apud aliquem eloquentissimum iudicem. Vota cunctorum, qui interesse volunt, vt suprà no. super illo verbo, & volunt. & dic vota, id est, desideria seu consensus. & sequitur, Diligenter inquirant, quia cum magna diligentia facienda est inquisitio: quasi dicat, inquirenda sunt vota, quo desiderio, quo affectu, qua conscientia mouetur ad petendum talem. nam & de zelo & de meritis nominandorum & nominatorum inquirendum & scribendum puto, vt sic plenè fieri possit collatio, de qua sequitur. hoc tamen malè obseruatur. Sed certè sicut liberius nominat in secreto, ita liberius conscientiam dicet. & tota mens est, vt libera sit electio, & discordia fugiatur, & malitijs hominum obuietur. Et in scriptis redacta, ergo si non scribantur vota, non obseruatur forma. Sed per quem scribentur? dico per tabellionem clericum, ad ecclesiastica negocia per episcopum deputatum, siue sit in sacris, siue non: nec ob. infrà, ne cler. vel mona. sicut te accepimus, quia illud intelligitur in secularibus negocijs, vt patet ex ipsa rubrica. laicus enim tabellio scribere non debet, quia ob hoc solum fuit reprobata electio Placentini. secundum Ia. & ad hoc. infrà eod. Massana. & de iudic. decernimus. vel isti tres scribant, quilibet manu propria alijs videntibus, quod tutius est, vt inferius apparebit. ad hoc infrà, de proba. quoniam contra falsam. Alij tamen dicunt, quòd si laicus scriberet, propter hoc non vitiaretur electio. nam

laicus

laicus tabellio bene potest interuenire in ecclesiasticis, vt eo. c. quoniam contra falsam. Sed & si illud concederetur in iudicijs. secus in electionib. sicut puto, vt præmisi. tamen de hac materia dic vt no. infrà. ne cle. vel mo. §. quæ sunt permissa clericis. sub §. clericis. etiam in sacris. Sed esto, q; vota negentur, quid erit? planum est, quòd si per tabellionem fuerint scripta vota, & omnes scrutatores cum eo concordant, eis stabitur. quia alij sunt in suo testimonio singulares. sed si duo discrepant, & cum eo vnus concordat, fidem sibi derogant, quia tabellio vni testi comparatur. C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. & sic ex qualibet parte inueniuntur duo tantum. & in hoc casu fortè dicto duorũ, qui haberent secũ maiorem partem canonicorũ singulariũ; crederetur, quia quilibet veritatem exprimit suæ partis, quæ corroboratur dicto duorum, vnde sic sunt tres, & alij duo tantùm. Sed posset esse, quòd omnia essent æqualia. vnde adhuc esset locus dissensioni: ideo dixi, quòd tutius est, vt ipsi tres scribant, quia tunc crederetur dicto duorum omnino. infrà eo. cùm dilectus. §. nos verò. & bonæ memo. magnum. §. contra. Sed esto, quòd scripsissent omnes, vt dixi, isti tres dicunt contra scripturam propriam, & contra singulares, quid erit? certè potest dubitari, vtrum electio valeat. sed si vnus trium cõcordat cum scriptura, & cum singularibus, planum est, quòd scripturæ statur. ar. C. de nõ nu. pecu. authen. contra. qui propriam. & l. generaliter. infrà, de proba. per tuas. sic enim propria scriptura obuiat. j. q. vij. saluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ. xx. q. j. vidua. alij enim sibiipsis sunt contrarij: infrà, de testi. sicut nobis. certè si infideles sint inquisitores, multa mala possunt perpetrare: ideo dixi, quod debent esse fide digni. tamen hæc omnia possunt committi arbitrio iudicis. arg. in authen. de instr. cautela. §. si verò aliquid tale contigerit. quale in Armenia, posset etiam circa hoc cautela alia adhiberi, vt scilicet magnum facerent rotulum, in quo sic plicato, quòd vnus non posset perpendere votum alterius, quilibet etiam manu propria scribet votum suum, & idem nihilominus scriberẽt scrutatores. sic enim cuilibet postmodum contrarium asserenti, vt præmissum est, scriptura propria obuia-
d ret. Mox [d] id est, incontinenti, hoc est, antequam diuertant ad contrarium actum. ff. de verb. ob. l. j. §. j. & l. continuus. & de duobus reis deben. duos reos. §. j. & l. si ex duobus. quasi in prin. & de adul. quod ait lex. §. vlti. C. de pœ. in bonæ fidei. infrà, de testi. cogen. præterea. nam omnia vno contextu fieri debent, vt patet in sequentibus, & infrà e. cum post petitam. & ff. de hær. instit. hæredes. Quid si discordes sunt, & trahunt se aliqui ad partem de concordia tractantes, vel quid si dicatur interim missa de Spiritu sancto? & certè non omne quod deferẽdi causa fit, morę annumerandum est. ff. de vsu. sciendum. & tempore indigemus, & c. l. di. ponderet. absit ergo, quòd talem actum dicamus contrarium, ne virtutes in vitia conuertamus. xj. quæstio. iij. væ qui dicitis. sicut nec econtrà. xl. di. sæpe. hæc igitur à iudice erunt inspicienda. ff. de pig. act. si seruus. in fi. ita tamen, quod nec moratoria cunctatione, nec præcipiti festinatione, tam publicatio, quàm collatio & electio fiant. ff. de admi. tu. tutor qui repertorium. §. j. in fi. ff. ad l. fal. l. j. §. non solùm. Quid si tot sunt canonici, quòd collatio non potest fieri vna die, & continuetur secunda, & sic de singulis: ar. j. de temp. or. literas. vt tĩ scias, quòd ex quo publicatio facta fuerit statim, nullo contrario actu interueniente, sequi debet continuè collatio & electio, vt not. j. super verbo, Nullo prorsus, &c. Quid si fecerint interuallum, certè priuilegium merentur amittere, &c: xj. q. iij. priuilegium. & vide quod not. j. de testa. §. qualiter conficiatur. Publicẽt in communi, id est in capitulo: hoc ideo, quia non debet esse clandestinum, vt infrà e. quia propter. in fi. & de clan. despõ. cùm inhibitio. & ex hoc etiam habes, quòd electio debet fieri in communi, & communis esse, non singularis. infrà eod. cum terra. & in c. in Genesi. & no. suprà eod. §. vbi. & infrà eod. sub §. iij. Nullo prorsus, etc. hæc clausula potest determinare præcedentem, et tunc punctabis in communi suspensiuè. q. d. ex quo facta est inquisitio, incontinenti debet publicari, non ob. ap. Sed contrà, infrà eodem. publicato. vbi dicitur à contrario sensu, quòd ante publicationem possunt resilire. dixit Magister meus, quòd hic loquitur, quando non adijcit causam. infrà, de app. vt debitus. et infrà eodem. cùm nobis olim. et capitul. cum inter vniuersas. infrà, de his quæ fi. à ma. par. cap. c. ex ore. Sed si dicerent, Nolumus quòd procedatis ad publicationem, quia reuocamus consensum: et si contrà feceritis, appellamus: tunc valet appellatio. hoc mihi non placet: quia malitijs via aperiretur. & quod dicit publicatio, intelligo antequam vocati sint simul, vt publicationem audiant. nam tunc liberum est uenire ad inquisitores & dicere, Domini, ego cõsensi in P. Sed postea cogitaui, quòd Guil. utilior est, ideo reuoco consensum P. & consentio in Guil. sic planum est, & sic re integra. argum. infrà eod. in causis. §. ultim. tamen multa latent in animo, quæ licet bona sint, & bono animo fieri possint, exprimere tamẽ fas non est, cùm & viam parent malitijs, & sensus hominis pronus sit ad malum. Potest etiam determinare sequentem clausulam, ut is, &c. & tunc punctabis sic, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus, &c. interiecto, vt propinquius, &c. q. d. appellatio valet ante publicationem. Sed ex quo publicatio facta est, non admittitur, quin contineantur omnia quæ sequuntur. & est ratio, quia decæterò inquisiti resilire non possunt: & si collatio vel electio differretur, vel omitteretur, uel transponeretur, nihil valeret quod actum esset: vt probatur. infrà eod. cùm petitam ecclesiam. & c. Cumana. & hoc denotat ordo scripturæ, qui sequitur, & qui seruandus est omnino. suprà, de rescrip. cùm dilecta. versus fin. infrà, de off. dele. venerabili. ad fi. Credo, quòd præcedentem clausulam, & sequentem determinat. ar. infrà, de ap. secundo. si tamen ante publicationem vel post, diceretur ab aliquo, Ego appello, ne procedatur ad electionem sine consensu maioris & sanioris partis capituli, vel ne fiat electio, nisi canonica ualeret. infrà eo. cum nobis olim. & c. auditis. Sed hi qui confidunt de electione, non debent obedire appellationi: nam si obtemperent, & decæterò dicant sibi ius, non ualet quòd agunt. ar. infrà, de concess. præb. post electionem. & de hoc etiam no. infrà eo. §. utrum mutari, in decre. publicato. ibi commendata. super uerbo, Publicato. & super uerb. nequiuerint. Collatione habita, quæ triplex est, scilicet zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, & plenè fieri debent. infrà eo. in Genesi. & hæc dixi scribenda ab inquisitoribns. suprà eo. super illo verbo,
12 vota, cunctorum. Zelus † consistit in affectione animi, scilicet vtrum carnaliter moueatur quis, vel spiritualiter. vtrum moueatur prece, uel precio, uel timore, uel ex fonte viuo charitatis. infrà de regula. licet. in fi. de præb. graue nimis, & ut benefi. ecc. vt nostrum. §. pe. si dicat malum zelum inquisitus, planum est, quòd habetur ei fides contra se. ff. de inter. ac. de ætate. §. j. Sed & si pro se, habetur respectus ad personas. ar. infrà eo. ecclesia uestra. ij. nam dolũ ex perspicuis indicijs probari oportet. C. de dol. dolũ. ff. de
13 re mil. non omnes. §. à barbaris. Meritum † attenditur circa personas eligentium & electi, utrum sint bonæ famæ vel malæ. argu. infrà de testi. testimonium. & infrà de præsump. mandata. cum si. Item, vtrum sint in dignitate constitutæ. infrà eod. dudum. j. & in quo ordine quilibet constitutus est. infrà de app. constitutis. ij. In quo autem attenditur numerus, non est exponendum, quia per se patet. Et de his omnib. dico faciendam collationem, quantumcunque numerus numerum excedat, per decr. per quas antiqui contradixerunt. infrà eo. dudum. j. & ca. scriptum. ubi numerus numerum in multum excedebat, & tamen nihilominus merita, & studia, & dignitates considerantur. nam & merita in dignitate attenduntur. hoc etiam probat forma decre. infrà eo. in Genesi. & c. ecclesia. ij. volunt enim, quòd collatio fiat, & plenè, non semiplenè: nec distinguitur, utrum numerus numerum in multum excedat. & de hoc infrà eod. super illo verbo, In quem omnes. tamen Guil. Na. dixit semper standum maiori numero. frater Guil. parochia scholaris suus, excusando ipsum, scripsit, quòd fortè Gregorianæ falsam literam continebant. Eligatur, scilicet communiter. Sed per quem? per scrutatores? non: quia ad hoc dati non sunt. j. eo. innotuit. in fin. Per inquisitos? non, quia si quilibet diceret, Eligo, figillatim esset repetitio inutilis. nam idem dixerunt in nominatione. Si similiter dicunt quilibet, Eligo, & in simul tot sunt electiones, quot numero eligentes, est hoc absurdum. infrà eod. in Genesi. ff. de verb. obliga. scire. & l. quòd dicunt. ff. de do. cau. mor. senatus censuit. ergo clamet aliquis ay. oe. oe. ut sic uoce finita, omnes simul clament, Eligimus. sic enim erit communis. Sed certè hęc est nimia subtilitas. Ideo videtur bonum consilium, quòd quando tres scrutatores eliguntur, detur eis potestas inquirendi uota, & in scriptis redigendi, & in communi publicandi, & collationem faciendi, & ut omnes, uel unus ipsorum, possit pronunciare electionem faciendam de illo, in quem maior & sanior pars capituli consenserit, & eligendi ipsum, ut non cadat in labyrinthum, & hoc uice omnium. ad hoc infrà eod. in causis. & c. cùm dilectus. §. j. quæ est gl. & supplet defectum concilij, & licet periculosum sit, quòd detur potestas eis eligendi, quousq; collatio facta sit, ut no. j. eo. ver. quid si per tres. potest tamen dari: nec facit quis contra formam in hoc casu. Sed addit & supplet, & per hoc peruenitur ad formam, & pronunciabuntur hoc modo.

Inuo-

Inuocata Spiritus ſancti gratia, quia facto ſcrutinio per nos, iuxta formam concilij generalis,& conſequẽter publicatione,mox & collatione plena, inuenimus maiorem & ſaniorem partẽ capituli conſenſiſſe, ſiue conſentire in Petrum: idcirco poteſtate ab omnibus de collegio, & qui ius habent in electione nobis conceſſa, pronunciamus electionem de ipſo, vice omnium faciendam, & ipſum vice omnium eligimus in paſtorem. Te Deum laudamus,&c. Veruntamen magiſter meus dixit, quòd inquiſitores eligere debebant, ſiue daretur poteſtas, ſiue non, nec faciebat vim vtrum dixerint,Eligimus, vel,Vos qui conueniſtis,in talem eligitis eum:& alij reſponderent, ſic. in hoc etiam concordat Tan.Gof.& Lanfr. & multi alij.& eſt ar. pro ipſis infrà e. Oſius.in fi.j̃.de obl.ad ratioci.c.vnico.in fi.Sed certè, forma non dat eis poteſtatem collationem faciendi,nec eligendi, cùm impersonaliter loquatur. verum quantum ad ſuperiora, dat poteſtatem. vnde dixit,Inquirant & publicent. & ideo credo tutius. & iunge quod no.j̃.e.ſub §.ſecunda.ver.quid ergo.& §.& vtrũ mutari.ſub §.& vt plenius ſuper verbo,Commenti. & electio celebranda.In quam omnes. Hoc planum eſt. Vel maior pars & ſanior poteſt exponi,id eſt ſana. vt ſi Boñ.ſtatum fecit,et minor malum vel eligit dignum,et minor indignum. vel poteſt exponi comparatiuè. nam licet vtraq; pars dignum elegerit, alia tamen ratione maioris numeri ſanior cenſebitur, vel quia altera partium,bona ratione vti poteſt,et alia meliori.infrà,de fer.capellanus.xij.di.cap. vlti.in fin.infrà, de do. et contu. cùm olim. reſpon.j. ad fin.ibi, et magis rationabiliter facta, etc. nam et minor pars quodlibet rationabile obijcere poteſt:infrà,de conceſ.præben.ex parte Aſteñ. et de his quæ fi.à ma.par. cap. c. j. Conſentit, id eſt, conſenſerit. nec enim ex quo vota publicata ſunt, poteſt de nouo conſentire. Vel hoc ideo dicit, quia totum capitulum debet facere collationem : quaſi dicat , Is eligendus eſt, in quem omnes, vel maior et ſanior pars capituli conſenſit : id eſt, is de quo ſibi videtur , quòd habeat meliorem collationem. et hoc eſt contra magiſtrum meum , qui dicebat , inquiſitores habere poteſtatem , quamuis non eſſet data poteſtas , vt proximè no. ſuprà eod. ver. veruntamen magiſter meus.certè et contra me videtur facere , qui dico formam omnino ſeruandam, non eſt verum. ſeruatur enim forma ex quo datur poteſtas , quia quod faciunt hi tres, qui vicem omnium gerunt , omnes feciſſe videntur : vt probant decret. in cauſis. et c.cum dilectus. et ideo etiam dixit, Eligatur, imperſonaliter : vt daret intelligere,quòd ipſis poſsit dari poteſtas, vel omnes poſſent eligere, ſi vellent. Sed et caue tibi, quia ſi ab initio des hanc poteſtatem tribus, poſtea re non integra non poteris reuocare.infrà eod. in cauſis.§.fi. Quid ſi partes ſint in capitulo , et diſſenſio? Certè ſi tres ſcrutatores ad alteram partem declinent , ipſa obtinebit. quia ex quo data eſt poteſtas eligendi , ipſi eligent quem voluerint : infrà eod.cum dilectus. §. j. ij. et iij. et ideo tutius eſt,quòd non detur poteſtas , quouſque collatio facta fuerit. et tunc ſi diſcordia ſit , det quælibet pars poteſtatem vni de ſuis, qui primam vocem habet , vt vice omnium partis ſuæ eligat , vel vltra et neutra teneat , ſuperior determinabit. infrà eodem, auditis. et c. ſcriptum. arg. infrà de ap. vt debitus. Sed et vbi data fuit poteſtas ab initio tribus ſuſpectis , credo quòd appellare poſſet ex cauſa , ne eligerent illum ad quem declinant , et quia propter ſuſpicionem non poſſunt dici fidedigni , quod tamen concilium requirit , et etiam ſuperior ex officio debet retractare , quòd inueniet malè attentatum. ar. infrà , de ap. paſtoralis. Maior dicit reſpectu numeri totius capituli , ſiue omnium eligentium, non reſpectu partium tantum. infrà.eo. eccleſia.j.et ſic intellige, quòd maior numerus debet eſſe ex altera partium.lxxix.diſt.ſi duo.infrà eod.c.auditis. et de his quæ fi.à ma.par.ca. ex ore.ad fi. in quo ſecundum quoſdam non computatur vox electi in numero eligentium.ar.ſuprà , de poſtul. bonæ memoriæ.ij.§. vlt.ibi omnes.nec enim computat quinqueccleſieñ.qui erat poſtulatus. Sed dic,quod illud ideò eſt, quia etiamſi conſenſiſſet, illa poſtulatio nulla erat , & quia nimis ingerebat ſe, vnde ſuſpectus erat. infrà,de præben. cùm iamdudum. aliàs bene computatur. ſuprà eo.cùm in iure peritus, &c. eccleſia. ij. dic vt no.infrà eo.ſub §.iij. verſi.ſed nunquid nominatus. Et ſanior. Hoc dicit reſpectu zeli & meriti. Sic ergo non ſufficit,quod ſit maior,niſi & ſit ſanior: & ecouuerſo,vt probat hæc copula,& hic poſita,& infrà eo.licet. in fi.& c.coram.& c.cùm in iure.& c.eccleſia.& c.Cumana.& c.in Geneſi. & ca. eccleſia veſtra. Hoc autem ſic intellige, ſi ex vna parte ſit zelus & numerus. nam vincent merita ex altera parte meliora. Idem eſt, ſi numerus,& merita, dummodo perſona digna ſit. Idem videtur, ſi zelus & merita: infrà, de teſti.in præſentia.& c.præterea.infrà,de app.conſtitutus.licet ſit ar.contra.infrà eo.eccleſia.ij.§.fi.ergo ſi à maiori numero quantumcunq; voluerit indignus eligatur , & minor eligat dignum , etiamſi eligat dignum canonicus vnicus , vno contextu vel incontinenti, ille ſolus contra omnes alios obtinebit, cùm habeat maiorem,& ſanio rem partem. nam maior dicitur , qui maiore pietate mouetur,& meliori zelo. xl.diſt.multi.in fi.de pœ.di. ix.ſana quippe.xxxj.di. in cœna.viij.q.j.ſi ergo.ff.de pac.maiorem.Sed ſi hinc inde merita & zelus concurrant, ſtatur numero.C.de bo. autho.iudi.poſ.l. vlti.infrà,de his quæ fi.à ma. par. cap. c.j.& vlt. & de parochijs.c. j.ſi tamẽ alter electorum maioris ſit meriti, dicunt quidam,quòd obtinere debet.lxiij.di.ſi forte.Alij dicunt,quòd ſi numerus ex vna parte multum excedat numerum ex altera parte,præfertur authoritati.j̃.e.dudum.j.& infrà,de app.conſtitutus. Sin autem modicum excedat,ſuccumbit numerus, & præfertur authoritas.j̃.de teſti.in noſtra.xix.diſt.in canonicis.Sed inquantum excedere debeat,arbitrio iudicis relinquitur, cum non ſit lege diffinitum. ff. de iure deli.l.j.& de teſt.quæſitum ſcio.ſecundum Gof.hęc tamen opinio reprobari videtur, infrà e. eccleſia. ij. reſpon. j. ad fi.& §. fin.Vbi aũt omnia æqualia ſunt,neutra valet de iure,quia neceſſe eſt,quòd maior pars totius capituli in alterum electorum conueniat.infrà eo.eccleſia.& c.Cumana.& c.in Geneſi.& c.quia propter. hoc approbat Ber. remotis omnibus alijs,nec puniuntur in hoc caſu canonici, quia non faciunt directè contra canonem,nec ſecundum ipſum per ſortem dirimetur.infrà, de ſortil. eccleſia. & dicit,quòd hęc not.olim locum habere potuit.Sed hodie neceſſe eſt,quòd aliqua de formis ſeruetur,aliter non valet electio,remotis omnibus,ſecundum Ber.videtur tamen,quod papa gratificare poſsit.infrà eo. venerabilem. §. obiectioni.verſi.quod autem, j̃.de paro.c.j. & de iure patro. cùm autem aduocatus. ff.ad Senatuſc.Silla.ſi quis in graui. §. ſi cùm omnes.ff. de reli.& ſump.fu.l. vlt. Gof. dixit, quod ad hunc caſum , quia raro contingit,ſcilicet quòd omnia paria ſint , non ſunt iura adaptanda. ff.de legi. nam ad ea.tamen dici poteſt,quòd iterum reuertantur ad ſcrutinium. lxxix.diſt.ſi duo.curia tenet,ſicut Ber.no.& aliquoties gratificat & ſupplet papa,de plenitudine poteſtatis, ſi quis defectus eſt hac clauſula ſæpe vtitur dominus noſter , quæ comprobatur infrà eod.illa.infrà,de vſu pallij.ad honorem.infrà, de conceſ. præben.propoſuit.

Secunda forma plana eſt , ſcilicet, quòd detur poteſtas aliquibus viris idoneis, vt vice omnium eccleſiæ prouideant de paſtore.dicitur hæc forma † arbitraria ſeu
14 compromiſſaria:vnde dicitur, tales elegerunt per formam compromiſsi , quæ poteſtas ex quo data eſt,non poteſt re non integra reuocari. infrà e.in cauſis.§.fin. & per hoc,quòd dicit Viris, non eſt vis vtrum committatur duobus vel v. vel vj. vel vij. infrà eod. in cauſis. & ca.cum in iure.c. cum in veteri. Sed & aliquando committitur vni , etiamſi non ſit de collegio. infrà eod. cauſam quæ. aliqui tamen dicunt illud ſpeciale in Epiſcopo , & malè. infrà,de renun.poſt translationem.alij dicunt,quòd corrigitur:quia nunquam vnus ſolus eligere poteſt. Quid ergo,ſi omnes delinquunt , præter vnum, nunquid ille ſolus eliget vel poſtulabit? Vin.Lau. & Tan.dixerunt,quod ſic:non tamen ſeipſum.infrà eo.qualiter.& de iure patr.per veſtras.viij.q. j.in ſcripturis.Io.contrà, infrà eo.bonæ.ij. lxx.diſt. ſi forte.Goff.ſequens Io.opinionem ſcripſit, vnum ſolum non poſſe eligere, tribus ra-
15 tionibus. Prima eſt, quia electio † locum non habet, niſi vbi duo vel tres,&c.infrà eo.c.j. Secunda,quia vnus non facit collegium.ff. de verb. ſig. Neratius.ff.de leg. j.ſi grege. Tertia, quia non poſſet ſaluari aliqua formarum quas habes , infrà eod.quia propter.ſatis autem putauit,quòd iſte vnus poſſet à ſuperiore petere,vt eccleſiç prouideretur.Ego puto, quòd vnus ſolus ius collegij retineat , & ſi collegium eſſe deſierit. ff. quod cuiuſque vni.ſicut municipium. & hoc idem probat,c.ſi forte. Sed ibi eſt tale negocium , ſcilicet conſecratio Epiſcopi, quæ per vnum ſolum expediri non poteſt. vt patet infrà,de temp. ord. ſi Archiepiſcopus. & cap. ſeq. & hoc etiam patet per l. ſi grege. quia & ibi vnum caput , tanquam grex vendicatur.ad idem.ff. de rei vend. l. j. §. vlti. & l. ij. & iij. & à ſecundo, quòd & ſi vnus ſolus eligere non poſsit, electionis propriè ſumpto vocabulo.ar.infrà eod.in Geneſi.nam & impropriè ponitur.infrà eod.cum eccleſia Vulterana.& de conceſ.præben.dilectus.tamen vnus ſolus eccleſiæ prouidebit.non obſt. rationib. Gof. de concilio religioſorum, ſicut vides , quando poteſtas capituli ad ſuperiorem deuoluitur.nam ſuperior vnus & ſolus eſt, & tamen eccleſiæ prouidebit de religioſorum concilio, vt patet infrà eo. §. quam pœnam. ſic etiã fit,

quando capitulum in vnum solum transfert potestatem. infrà eo.causam quę.nec in hoc casu dico prouisionem singularem,sed communem: quia non respicio singularitatem personæ,sed ius communitatis in ipsum redactum.arg.suprà,de rescrip. pastoralis.respon.j.nam & si procurator decẽ voces habeat, x personas repræsentat,quo ad hoc pertinet,vt apparet in his quæ no.eo.§. quis possit.sub §.& quæ nullo iure. versi. item impeditur. & seq. & versi.vbi verò dies. etiam quod seruatur mens concilij, quod propter vitandas discordias factum fuit, vt in ipso apparet.sed nemini conueniet qui secum dissidet ipse. hoc etiam apparet in hac secunda forma,& tertia sequenti.nec obst. c. bonæ memoriæ cre. nam ibi ideo non valuit electio facta ab vno,quia dixit sibi ius,vt bene probat litera à contrario sensu. & ad idem infrà eod. venerabilem.§.obiectioni.versi.& ex eo quod.Circa hoc notandum,quod contemptus cautè faciet,si etiam vbi partes sunt,neutram ratificet : quia si hoc fecerit,& pars illa quam ratificauit ex alia causa succumbat, peribit vox sua cum alijs. infrà eo.ecclesia g°.si non prosequeretur ius suum,& causa aperta videatur,quòd ex nulla alia causa infirmari potest, nisi ob hoc solum,quòd contemptus fuit, tunc erit locus gratiæ faciendæ, alioquin ius suum prosequatur,& habita sententia pro se eligat personam, quam voluerit idoneam,& honestam: saluo eo quod not.suprà eod.§. quis eligitur.sub §.nedum.ver. illud not. dignum. Committitur autem potestas hæc aliquando sub certa forma, & tunc nisi diligenter seruetur,non valet quod agitur. infrà eo. cùm dilectus. & cap.cùm in iure.& cap.cùm in veteri lege.& hæc forma plana est, dummodo omnes simul prouideant. Quid ergo si vnus prouideat,& pronunciat alijs consentientibus,vel contradicentibus,sicut fuit in electione Cantuarien. facta de domino Bonifacio de Sabaudia.vide infrà de arbit.§. qualiter constituatur. sub §. dicitur.versic.ita demùm.& sequenti. & sub §. constitutus. versi.sed & hoc modo, & sequentibus. potest ergo committi vni vel pluribus paribus,vel imparibus. & iunge quod not.suprà eodem.in prima forma,super verbo Eligatur.versicu. sed per quem.& versicu.veruntamen magister meus : sed tamen tutius est,quòd imparibus committatur. argu.in concordantijs quas not.suprà,in prima forma super illo verbo,Tres,& super illo verbo, Eligatur. Sed nunquid hanc formam potest sequi maior pars capituli? quidam dicunt, quòd sic: quia hoc regulare est,vt quod maior pars facit,valeat.infrà,de renuncia. cap. inter P. Gaufr. infrà e.de his quæ fi.à ma.par.cap. c.j. & quia ideo factum est concilium,vt discordia fugetur. hoc non credo, quia quilibet habet ibi ius, nec cogitur renunciare iuri suo inuitus. adhoc infrà, quod me.cau. Abbas ad audientiam.C.de contrahen. emp.inuitus.ff.fami.erc. Abbas ad audientiam.C.de contrahen. emp.inuitus.ff. fami.erc. fi pignori. §. fi. & probatur, infrà eo. cùm dilectus.respon.j.ibi, si pignori. §. fi. & probatur, infrà eo. cùm dilectus.respon.j.ibi, vnanimiter.C.de dona. nec ignorans. & hoc denotat verbum ꝙ vnanimiter.C.de dona. nec ignorans. & hoc denotat verbum ꝙ est in hac secunda forma,ibi, vice omnium. & hoc tenet curia,secundum Gof.Potest & illud dici,quod si tertia pars,& vnus vltra cundum Gof.Potest & illud dici,quod si tertia pars,& vnus vltra contradicant,duæ partes vno minus nihil possunt facere : & sic contradicant,duæ partes vno minus nihil possunt facere : & sic intelligatur opinio curiæ.Sin autem duæ partes conueniant, vin intelligatur opinio curiæ.Sin autem duæ partes conueniant, vincent tertiam,causa vera,& vrgente assignata: & sic potest intelligi prima opinio.ar.infrà e.licet. & c. scriptum. §. per Apostolica. & seq.C.de decu.nominationum. lib. x. ff. quod cuiusꝙ vni.no. & seq.C.de decu.nominationum. lib. x. ff. quod cuiusꝙ vni.no. nulli.ff.de decre.ab ord.fa.l.iij.Sed melius est,vt consuetudini curiæ indistinctè adhæreas, vt patet in his quæ no. infrà e.sub §. proxi.versi.ponendum.& hoc, si per viam electionis velint procedere. Secus si per viam postulationis,vt apparet in his quæ no. suprà tit.j.§.& vtrum.versi.ego quo ad iura.versi. fi. Et quoniam forma repræsentanda est illi ad quem confirmatio pertinet,scien dum est,quòd literæ dirigendæ sunt ei,in quibus contineatur forma, videlicet vtrum & qualiter, prima,secunda,vel tertia fuerit obseruata, & sic in fine debet petere confirmationem,in quibus etiam debet de electo seu postulato bonum testimonium perhibere de ætate,ordine,scientia,moribus & conuersatione. not.ar. infrà eo.dudum.j.& tales literæ proprijs canonicorum manibus subscriptæ,decretum vocantur.de quo decre.tetigi suprà ti.j.§.& vtrum ius. ver. item in vtraque. & de tali decreto loquitur lxiij. dist.vota.j.q.vj.si quis autem. infrà eo. cum inter canonicos.ver. etiam quis canonicorum. in quo sit ordine,scribi debet,nec refert,vtrum per manum publicam,aut priuatã scribatur:quia subscriptiones singularium canonicorum sufficiunt. C. qui pot.in pig.ha.scripturas,vel sigillo authentico,vel proprijs sigillari debet.infrà,de fide instru.si authentica. Sed nunquid sine decreto, hic nulla erit electio.videtur quod sic.ar.lxj.dist. Episcopus.lxiij. di.quanto.xlvij.dist.de Petro.ij.q.j.legum.ideo enim subscriptio requiritur,ne decæterò varient, cùm propria obesset profesio.j. q.vij.saluberrimum.& vt sciatur an omnes præsentes fuerint,infrà, de his quæ si.à præla. quanto. in fi. alij dicunt, quod non est de substantia.licet enim requiratur, tamen & ea omissa valebit: simile in numero, xxx. q. v. nostrates. C. de proba. cùm res. hoc scripsit Gof. Sed magister meus dicit, quòd est de substantia postulationis,non electionis. infrà eo. innotuit.suprà titu. j. bonæ. ij.§.nec nocebat.

CErtia est, quando quasi inspiratione diuina omnes vnanimiter in vnam personam concordant : & hoc quasi non intelligas solum expressiuum veritatis.ar. xxxiiij. dist.fraternitatis. sed etiam similitudinarium. q.d.verè inspirata est,si canonici inspirati,& inebriati,& calefacti paracleto (ad exemplum Apostolorum) vno ore loquentes eligant. Sed & sufficit, quod concordent simul in capitulo,& figillatim, dummodo tamen communis electio subsequatur, alioquin contrà. infrà e. in Genesi. hoc enim ad exemplum inspiratæ valebit: ideo dicit, Quasi per inspirationem. Sed oportet quod sit absq; vitio, scilicet simoniæ, conspirationis, seu coniurationis, requisitionis, vel consensus. extra capitulum habiti ante electionem.ar.infrà eo.per inquisitionem.cùm ad nostram. officij.& c.cùm post petitam. Secus, si in tractatu habito in communi ad concordiam redigantur.argu.suprà titu.j.bonæ.ij.§.verùm.infrà eo.cum tertia.§.fi.& c.cum in veteri. §. relato. Item secus,si extra capitulum consentiat contemptus electionis iam factæ,propter bonum pacis.Electio enim aliquoties est concors & communis, & sic confirmanda est, nisi aliud obsistat. infrà eod.
16 quia propter. & c. nihil est. Aliquoties concors:† sed non communis.Aliquoties nec communis,nec concors : & in his duobus casibus non valet.infrà eod.in Genesi.Aliquoties communis:sed nec concors,& hæc aliquando ratificatur,scilicet quando aliquis contemptus est,vt no.suprà eo.§.respon.j.ver.quid si timeant. & ver.præsentibus, nisi iusta appellatio impediat. infrà eod.considerauimus. & c. auditis. quandoq; verò confirmatur sine ratificatione : puta, nullus contemptus est, sed diuisa sunt vota in scrutinio,quælibet pars suum eligit:confirmabitur enim illa quæ maiori & saniori parte capituli roboratur.infrà e.dudum.j. corã.
17 & c.congregato.Item,electio aliquando est concors † & canonica:& hæc confirmatur,etiamsi postulatio sit,infrà eo.cùm monasterium.& c.nihil est. Aliàs nec canonica nec concors:& tunc nec ratificari potest,nec confirmari debet,sed potius irritari, vel irrita nunciari.suprà eo.ti.c.j.& ij.& c.bonæ.ij.§.cæterum. j. eo.cum Vinton. Aliàs canonica,sed non concors: & tunc irritatur,nisi contemptus ratificet ipsam. infrà, de dona. pastoralis. in fi.infrà, de iure patro.cura.Aliàs concors,sed non canonica : & tunc non confirmatur.suprà tit.j. c. fi. nisi papa dispenset ex causa.infrà eo. cum nobis olim.§.pe.& vlti.vel sine causa.j. e.innotuit.§. quamuis. & §.pe.& c. bonæ memoriæ mag. §. fi. nec credas, quòd hæc distinctio sit eadem cum prima : hæc enim respicit c.cùm in cunctis.sed prima,c.quia propter. Hæc autem tertia forma vix contingit,tamen fit.ff.de iud.vix.Ponendum est ergo frenum ex parte caudæ, quia primò de tertia tractandum est, & si vnus discordat,tunc recurrendum est ad secundam : quod si vnus à secunda discrepat,ad primam subsidiariam reuerteris, & secundum hoc comprobatur consuetudo curiæ, quam no.j.e. §. ij. ver. sed nunquid hanc formam.Tertia enim refutari non potest,cùm communis sit,& quilibet possit dicere quod vult. Sed si à secunda vnus discrepet,decæterò non posset obseruari forma secunda, q̃ vult, q; hi quib. potestas datur vice omniũ eligant.& no.de simili materia,infrà,de spon.sub rubrica de matrimonijs.§. fi.sub §.& vt nihil.Gof.dicit,quod tertia nõ est forma, imò est exceptio à formis, vt patet in concil. ibi,aliter electio facta, &c. Quid si duæ electiones fiant in discordia? videtur quod neutra teneat.j.e.considerauimus.sed contrà,infrà,de ap.constitutis.ideo sic distingue.Cùm duæ electiones fiunt,aut simul,aut ex interuallo.Si simul,illa valet quæ melioribus & maioribus meritis adiuuatur.infrà eodem. licet. in fi. dudum. j. coram. & c.ecclesia.ij.in fi. & intelligo quod simul fiant,quando etiam in scrutinio diuisa sunt vota, & secunda electio fit incontinenti post primam, antequam diuertant ad actum contrarium eligentes.j.e.congregato.quia quod incontinenti fit,inesse videtur.j.e.offic.§.nos aũt. ff. si cer.pe.lecta.Si verò ex interuallo, aut prima est annullanda, aut ipso iure nulla.Si annullanda est,secunda semper cassanda est. infrà eod.bonæ mecre.j.de concess. præben. post electionem, nisi in gratia fiat, sicut secundum vnam lecturam potest intelligi.j.e.bonæ me.mag.§.fi. Si nulla,aut est occultũ,aut notoriũ. Si occultũ : puta quia appellatum est,& nescitur aut per superiorem appellatio admittatur.j. de off.dele.pastoralis.§.præterea.vel aliàs quocunq; modo impedimen-

dimentum occultum eſt,idem vt pridem. ſ. quòd ſecunda eſt caſſanda. infrà e.conſiderauimus.& c.auditis. Si notorium, valere poteſt ſecundo.infrà,de ſup.negli.præla.c.fi.infrà e.venerabilem. §.fi.ver.ſunt enim notoria.& ſic poteſt intelligi,infrà,de ap.conſtitutis.vel poteſt dici, quòd in prima non fuit electio,ſed nominatio,quæ non potuit electioni ſequenti impedimentum præſtare.ĵ.e.quod ſicut, magiſter Ia.dicebat, quòd in illo. c.conſtitutis. is qui primò appellauit, primò eligit, ideo deferendum non fuit appellationi ſuæ. ĵ. e. bonæ me.mag.ĵ.de app.an ſit deferendum. ego verò intelligo, vt diſtinxi, ſic.ſponſalia quæ nulla ſunt, impe-
a diente conſanguinitate [a] impedimentum præſtant ſecundo matrimonio. infrà, de ſpon.ad audientiam. Sed ſi notorium eſſet ſponſalia nulla fore, vtpote inter eos qui in cunabulis ſunt contracta,non præſtarent impedimentum.infrà, de deſpon.impu.literas. & c.acceſsit. nec ob. infrà,de exceſ.prælat. inter dilectos. §. præterea.& ſequenti.quia ibi ille idem qui primò ſcienter publico luſori dederat ſuccentoriam, dedit & ſecundo immediatè,& cum ea vice ipſo iure priuatus erat, vt patet in his quæ no.infrà e. §.quam pœnam. ideo ipſo iure ſecunda donatio nulla fuit.arg.ĵ. de iure pat.quod autem.in fi.ſecus ſi facta fuiſſet ſecunda donatio,ab illo ad quem poteſtas donandi foret deuoluta: quia tunc valeret ſecunda.infrà,de ſup.negli. præla.ca.fi.

18 ET no.quòd in electione ſummi pontificis † neutra dictarum formarum vendicat ſibi locum, imò is ab vniuerſali eccleſia Romanus põtifex habeatur,qui à duabus partibus Cardinalium electus fuerit, & receptus: quòd ſi quis de minori parte confiſus ſibi nomen Epiſcopi vſurpauerit, tam ipſe, quàm ſibi adhærentes excõmunicati ſunt ipſo iure,infrà e.licet.lxxix.di.ſi quis papa.xxiij.di.In nomine Domini. Quid ſi vnus deeſt de duabus partibus? reſpon.non valet,niſi Cardinales renunciaſſent expreſsim illi decre. licet ſecundum Gof.videtur etiam,quòd in totum poſsint ipſam conſtitutionem infringere. ar. infrà de ma.& obe.his quæ.& ca.cum olim. Sed contrà,quia pro bono publico introducta eſt, vt patet in ſui prin. ergo ei renunciari non poteſt,infrà de foro compe.ſi diligẽti, nec infringi poteſt per inferiorem, etiam ſi concilium concordaret. arg.infrà eod. ſignificaſti. §. aiunt enim. quamuis ſucceſſor poſſet.argu.infrà eod.innotuit.§.quamuis.nec puto,quòd cardinales in hoc ſuccedant. Quid ergo reſtat,niſi quòd electus & conſentientes hoc canone ligantur, & per conſequens eis adhærentes, durum eſt, tamen ſic ſcriptum eſt. ff. qui & à quibus.ma.li. non ſi.proſpexit legislator.vj.q.iij. ſcriptum. Hoc intelligas,vbi duo eliguntur in diſcordia,& alter aſſumit ſibi cornua, maiorem concordiam non expectans:ſecus,ſi ex poſtfacto duæ partes conſentirent, quamuis ab initio diſſenſiſſent, vt bene probatur,infrà eodem, licet.§.præterea.ibi non maior concordia,&c. Quid ſi duobus vel tribus vnanimiter poteſtatem dederunt, quòd ſummum pontificem nominarent, & quòd reciperent illum, quem omnes vel duo ex ipſis darent: vel quid ſi omnes in hoc conueniant, quòd ille in quem maior pars cardinalium numero conſenſerit, ab omnibus ſummus pontifex habeatur,puto quòd talis electio valeat, quia talis conſenſus,nedum conſenſum duarum partium, ſed vnanimiter omnium intelligitur habere: arg. infrà eodem.in cauſis.§.quia verò.& c.cùm dilectus. reſpon. j. & §.nos verò.ver.ſi verò. Sed nunquid nominatus computatur in numero duarum partium? Hæc quæſtio mouetur,infrà,cum eod. in iure. vbi computatur vox in numero eligentium, quibus data erat poteſtas eligendi. Et dicunt quidam, quòd illud ex forma compromiſsi contingit,aliàs ex ſeipſis eligere non poſſent, vt innuit in fi. eiuſdem c. ibi iuxta compromiſsi tenorem, &c.& infrà de ſortileg. c. vlt. non enim debet habere quis originem à ſeipſo,nec ſe ingerere: infrà eod. qualiter.infrà,de inſtitut. cùm ad noſtram.& de iure pa.per veſtras.ff.de tu. & cu. da.ab his prætor.xxiiij.q.j.audiuimus.ſecundum Tancre. & Ber.Ioan.contrà,arg.ff.de tuto.& cu.da. niſi quod approbo. ff. quod cuiuſque vniuer. nulli. & l. plenè. dum tamen alij primò eligant ipſum.ſed ſecus, ſi ipſe primò nominaret ſe, & ſic loquuntur iura pro tunc inducta.nam & Domino quærenti Eſaias ſe vltrò obtulit, viij. q. j.in ſcripturis.& iſti vij.vicem capituli obtinent,infrà eod.in cauſis.ergo poſſunt vnum ex ſeipſis eligere, quamuis hic dictum nõ ſit.aliàs ſequeretur,quòd capitulum nunquam poſſet de proprio gremio eligere, cùm electus, ſi conſentiret, à ſeipſo, qui vocem habet in capitulo,orietur:quod eſſet contra iura, vt no. infrà eo. §.quam pœnam. nec ob. quod dicit infrà eo.cum in iure.quia factum narrat,& eodem modo reſponde ad c.de ſortilegijs,ſuperius allegatum.nec ob.infrà de iure pa.per veſtras. Illud enim verum eſt, quando vni ſoli data eſt hæc poteſtas.Secus,ſi pluribus: quia tunc vocatur à ſocio, vel à ſocijs, ſi duo tantum fuerunt:& ſic poterit conſentire. nam & tunc non à ſeipſo a vocatur, ſed ab alio oritur, & à Deo vocatur. Ideoque rectè conſentit. Quid ſi vni detur poteſtas talis, & iurauerit eligere meliorem, & credit quòd ipſe melior ſit, furioſus eſt, ſi poteſtatem recipiat in hoc caſu,niſi perſonam ſuam excipiat, vel niſi tacitè intelligatur excepta,quia in generali ſermone perſona loquentis excepta intelligitur.ff.de pignor. Paulus. & de condit. & demon.qui hære.§.vlti.C.de ſolu. inquiſitio. aliàs ſi alium eligat, contra conſcientiam venit & deierat.ſed etiam repellitur, ſi ſeipſum. C. de epi. & cleri.ſi quenquam. & in concor. pro Tanc. inductis, tamen ſecundum Goff. poteſt ſic dicere,puto me magis idoneum,& etiam magis aptum: & ita nec ſe eliget,& tamen ſatisfaciet iuramento:quod mihi non placet, quia per hoc fouetur ambitio, & talis nimis ſe ingereret, & præſumeret de ſeipſo.arg. infrà de purgat. cano. accepimus.§. porrò. Ex quo ſummus pontifex à duabus partibus electus eſt, voce electi computata, ab omnibus recipiendus eſt.eligendo enim confirmatur, & confirmando eligitur.ita quòd nulla obſtat exceptio, infrà eod. licet. §. j. Item de nullo crimine excipi poteſt contra ipſum,excepta hæreſi,de qua accuſari poteſt:etiam conſecratus,xl.diſtin.ſi papa, & cui damus actionem,&c.ff.de ſuperfi. l.j.§.cui damus.

a Impedicte cõſanguinitate.] Adde cle.1. & ibi Doct.de conſa. & affi.

a Continuũ.] Adde gl. in c.ſi.de dolo & cõtu.gl.in c. ſi propter tua. de habita.de reſcri.lib.vi. Bar.in l.j. ff. de diuer. & tẽpo. præſcri.

19 Quo tempore. † Si agatur de electione cathedralis eccleſiæ, intra tres menſes debet fieri electio. l.diſtinctio. poſtquam.lxiij.diſtinctio.obeuntibus.idem ſi de regulari eccleſia agatur,infrà eo.ne pro defectu. cuius mentem extendo ad omnes exemptas eccleſias, prælato qui caput eſt mortuo,vel etiam ad præpoſituras vel decanatus, vel abbatias conuentualium eccleſiarum regularium vel ſecularium,licet non exemptarum,non cathedralium:ſed & cathedralium vbi præpoſitus vel decanus eſt adminiſtrator capituli. & bona inter Epiſcopum & capitulum ſunt diuiſa: tunc enim ſatis intelligo eccleſiam viduatam,quo ad adminiſtrationem, de qua quæritur,quia pro magna parte inter Epiſcopos & capitula conſueuit regnare liuor diſcordiæ, quare cauendum eſt, ne paſtor conuertatur in lupum. ar. ij. q. vj. decæterò. ad fi. in alijs verò omnibus dico vj.menſes ſpectandos:infrà,de conceſ.præb.nulli.ar. infrà, vt lite non conte.quoniam.§.ſi verò.infrà de cleri.non reſi.ex tuę. intra quos vj. menſes tenentur hi ad quos ſpectat nedum eligere, ſed & repræſentare.quod dic vt no. infrà. §. quam pœnam. ver. quid ergo ſi capitulum. Alij ſtant verbis tantum,dicentes,quòd concilium ne pro defectu, non niſi in cathedralibus & regularibus eccleſijs vendicat ſibi locum. & hanc opinionem conſuetudo vſque ad hæc tempora fuit potiſsimè amplexata. Tertij nimis extendunt mentem,dicentes quòd loquitur de omnibus prælaturis, etiam de rectorijs eccleſiarum, infrà de offic. ord. cum ab eccleſiarum prælatis.& c.cum vos.hæc reprobatur indiſtinctè, quia etiam ad dignitates extenditur concilij Lateranenſ. non generale,infrà de ſup. negli. præla. literas. infrà de æta. & quali.eam te.tu autem,ſi placet,mediam teneas,vt prædixi.ar.infrà,de off. dele. quærenti. Hoc tempus quod ad eligendum datur, vtile eſt. quia non currit ignoranti:infrà,de ſupplen.neg.præ.licet.infrà, de conceſ. præb. quia diuerſitatem.nec iuſto impedimento detentis currit,infrà e. ne pro defectu.puta,mandatur aliquibus, quòd non eligant,niſi de licentia ſuperioris.hic non currit, niſi fuerint in mora petendi licentiam: infrà eo. eis quibus. ſic vtile eſt hoc tempus,quia non ceſſantibus officere non poteſt.C.de inoff.teſta. contra maiores. ſi ſuprà, de reſcri.ſi autem.& c. plerunque.ij.q.vj.§. biduũ.ff.de diuer.& temp.præſcri.l.j.ff. de redhibi. ac. cum ſex.ff.quando actio de pecu.an.eſt.l.j.§.annus. Quid ſi electus non vult conſentire? Dic vt no.infrà eod.§.vtrum mutari.ver. quid ſi electus. Contia nuum autem tempus [a] eſt illud, quod continuè currit,ſicut eſt videre in actione de dolo.l.fin.ſimiliter in reſciſſoria.C.de temp.in
20 integ.reſtitut. l. fin. Conſecratio † verò epiſcoporum & aliorum ſuperiorum, vltra alios tres menſes differri non debet,niſi ex cauſa.lxxj.di.§.j.& c.diſt.c.quoniam. eſt autem iuſta cauſa, ſi ſine vitio ſuo vitietur corpore, puta amittit oculum, vel aliquid tale, propter quod eius promotio impeditur. Multa exempla habes infrà de corpore vitia. & probatur infrà eo.cum in cunctis.§. hoc ſanè.vel quia laicus vel curiæ adſtrictus poſtulatus eſt,& admiſſus ex cauſa.lxj.di.Oſius. Item quia diſcordia eſt de electione, vel de confirmatione.xxviij.diſtinct.de Siracuſanæ.Item quia ab hoſte impeditur eius conſecratio, lxxj. diſtin. fraternitatem.Item

a Continuum autem tempus eſt illud, quod continuè currit, ſicut eſt videre in actione de dolo.l.fin.ſimiliter in reſciſſoria.C.de temp.in integ.reſtitut. l. fin.

quia non occurrunt ordines intra tres menses, vt not. infrà eod. versi. sic dantur tres menses, & seq. & not. quod in primo exemplo administrat electus, & alia supplentur per Episcopos inuitatos. vij. q. j. pontifices. vbi verò confirmatus non constituitur in ecclesia custos, vel visitator. vij. q. j. constitutum. suprà de rescript. cum dilecta. §. j. Sed nunquid iusta causa est, si metropolitanus consecratus sit, nondum tamen confirmatus fuerit, infrà eo. suffraganeis. Sed contrà, quia propter pallium non receptum differtur consecratio. c. dist. quoniam. nam sine pallio hoc facere non potest archiepiscopus. infrà eo. quod sicut. §. præterea. vt not. intrà, de vsu pallij. §. quid sit pallium. ideo dicunt quidam, quòd illa decre. suffraganeis, non est decre. quia quod facere non potest, alijs non demandabit, nec transferre potest, quod non habet: suprà, de consue. quanto. §. fi. j. de consecra. eccl. aqua. & de iure pa. quod autem. §. vnico. ff. ad Maced. filium habeo. alij contrà, quia quandoq; facit quis per alium quod per se non potest. lxxxvj. di. Episcopus benedictioni. ff. de neg. ge. at qui natura. §. cũ me absente. & de off. proc. aliàs non, secundũ Tan. & Gof. arg. ff. de vsufru. quod nostrum. & quod dictum c. quoniã, intelligi potest, qñ metropolitanus nõ habet nisi duos Episcopos sub se. ar. infrà, de temp. ord. si archiepiscopus. Tu dic, quòd electus confirmatus iurisdictionem habet, infrà e. transmissa, & ideo ipsam demandare potest, & ipsum demandare consecrationi, iurisdictionis est, ff. de iurisd. omnium iudi. l. iij. in fi. infrà, de off. deleg. pastoralis. & cap. ex literis. ergo ipsam transfert, quamuis ipsam exercere non possit: suprà, de rescript. pastoralis. in fi. ff. de off. proc. l. iiij. §. pen. & accedit. C. de noua. l. iij. Instit. deliber. §. j. aliàs sequeretur, quòd archiepiscopus sine pallio ipsam demandare non posset, quia nec exerceret, vt dictum est. puto etiam quòd capitulum metropolitanæ ecclesiæ, vacante ecclesia hoc demandare potest: j. de maio. & ob. his quę. & c. cum olim. sicut & electus in Episcopum, confirmatus potest demandare ordinationem clericorum suorum, quã tamen ipse fãcere nõ potest. ar. j. de tempo. ordi. quod translationem. & de ord. ab Episcopo qui re. Epis. c. j. aliàs qui iudicare non posset, nec ordinare, j. de paroch. nullus. nam & quando Episcopus cõsecratus demandat talia, non transfert nisi materiam: j. de con. eccle. aqua. characterem enim dignitatis non posset transferre, nisi per manus impositionem: j. de sacra. non iterã. c. j. & fi. ergo translata claue iurisdictionis, sera poterit reserari. ff. de off. eius cui man. est iu. cognitio. in auth. de colla. §. prohibemus. col. ix. Sic dantur tres menses ad consecrationẽ faciendã. vt not. §. eo. ver. consecratio. Sed & dantur alij tres menses, si enim electus vltra sex menses per negligentiam suam, ecclesiam ad quam vocatus est, tenuerit viduatam, iudicio metropolitani cedat, j. tit. j. inter corporalia. §. sed neq. sed nec ante confirmationem negligẽs potest dici, cum nec antè valeat consecrari: ergo sex menses dantur à tempore confirmationis, & adeptæ administrationis connumerandi, quibus elapsis, beneficia quæ electus habebat, conferenda sunt, & non antè. vt patet, infrà eod. cum in cunctis. §. cùm verò electus. tamen non videtur, quòd sic intelligatur, sed de tribus primis mensibus tantum, intra quos debet fieri consecratio. alij enim tres sequentes dantur contumaci de gratia, vnde non videtur, quòd delictum contumaciæ hoc priuilegium ei afferat. arg. infrà, de dona. inter vi. & vxo. & si necesse. ergo si ei nihil potest imputari, sex menses habebit. nam ex causa differtur consecratio. vt not. suprà eod. vers. consecratio: puta subdiaconus electus in Octobri, in Pentecoste confirmatus fuit. huic necesse est, quòd differatur consecratio, vsque post festum sanctæ Luciæ, cùm nec antea valeat consecrari, nisi duos ordines. quòd non licet, vt j. de temp. ord. literas, & c. dilectus. reciperet vna die, igitur cum crimine obiecto, in modum exceptionis probato, non priuetur beneficijs habitis, vt arg. infrà, de ordi. cog. cum dilectus. §. fi. sed tamen repellatur à consecratione, vt infrà, de accus. super his necesse est, quòd per idem tempus expectetur, antequam beneficia electi vacantia possint dici. ad hoc infrà, de præb. de multa. & de purg. ca. c. fi. §. fi. nec ob. infrà, de concess. præb. post electionem. in prin. & infrà, de his quæ fiunt à ma. parte. ca. ex ore. respon. j. ibi, electus & confirmatus. vbi innuit, quòd statim post confirmationem vacant priora beneficia, quia intelligenda sunt secundum illam, cùm in cunctis. Quid si ante tres primos menses fuerit consecratus? videtur quòd conferri possint. arg. infrà, de concess. præb. post electionem. & de his quæ fi. à ma. par. c. ex ore. xxj. q. ij. si quis iam translatus. xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. nam recipiendo maius beneficium, videtur renunciare minori tacitè. ar. infrà, de concess. præb. cùm nostris. ff. de procura. filiusfa. §. fi. ff. si quis cau. l. ij. in prin. respon. j. ff. de arbi. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de eo quod certo loco. l. fin. C. de iure do. impe. l. ij. contrarium credo, quia non vacant, nisi decurso tempore, &c. vt dicit, c. cum in cunctis. quod tempus, cum datum sit electis à lege, priuatus auferre non poterit. xxviij. di. de his. in auth. de nup. §. de augmentis. col. iiij. & constitutio de digni. §. illud. col. vj. & dico hoc priuilegium electorum Episcopos, ergo latè interpretandum est. infrà de dona. cùm dilectus. in fi. & sit hoc de vrbanitate, secundum Gof. vel dic, quòd motus est princeps ad concedendum hoc priuilegium, propter infinitas expensas, quas electi in introitu suo facere consueuerunt, ergo ante consecrationem, & non decurso tempore, duplex est ratio: vna scilicet, quam statim dixi. Secunda, quia adhuc non habet Episcopatum cum effectu, cùm in consecratione possit per exceptionem remoueri: infrà, de accusa. super his. nam habere, est cum effectu. ff. de verborum significatio. nomen. §. habere. Tancre. dixit, quòd electo consecrato, vacant priora beneficia. per leg. proxi. alleg. & c. si quis iam translatus. Mihi videtur, quòd hæc & priora iura in inferioribus Episcopis locum habeant, infrà, de præb. de multa. & sic intelligo, quòd in hoc releuatur electus in Episcopum: grauatur autem in alio, quòd cùm inferioribus sufficiat ætatem attingere, in ipso requiritur, quòd ipsam perfectè exegerit, vt not. suprà eod. §. quis eligi. ver. anni xxx. sed hoc grauamen, considerato onere, releuatio potest dici. huic tamen quod dixi, quòd sex menses dantur electo ad consecrationem recipiendam, videtur obstare. capi. distin. quoniam, vbi dicit, vltra v menses. dicunt quidam, quòd litera falsa est, quia debet habere vj. vt infrà ti. j. inter corporalia. §. sed neque alij. econtrà secundum Ber. & Tanc. vel dic, quòd decr. intelligitur secundum decretum. si enim vltra v menses retinens punitur, vt in d. c. quoniam. multò fortius, si vltra vj menses viduam retineat, punietur, vt in decre. quia maior numerus non excludit minorem. ff. de leg. j. qui filiabus. vel dic, vltra sex menses, id est, vltra principium vj mensium. vel quod dicit decr. Sed neq; illud quod in canone legitur, scilicet c. distinct. quoniam. de quinq; mensibus non ob. Quid si vltra v menses distulerit, per horam vel diem, vel paucos dies, nõ credo q; debeat remoueri, quia in mora modici temporis, &c. nisi eius fraus apertè deprehendatur. de pœnit. distinct. j. cogitationis, secundum Hug. hoc dictum Hug. puto expositum in decret. quia post v menses potest purgari mora intra mensem, qui ibi de nouo additur: quasi dicat, hi sunt pauci dies de quibus Hug. quæsiuit & glossauit, ergo elapsis sex mensibus, non poterit purgari mora. argum. infrà vt lite non contestat. quoniam. §. si verò aliter. & de cleri. non resi. ex tuæ. vnde quod dicit decret. quòd in canone legitur, subaudi non expressè de vj mensibus, sed interpretatiuè, quia sic intelligi debet.

21 **Vtrum mutari possit.** † Dixerunt quidam, quòd potest variari vsquè ad subscriptionem. lxviij. distinct. quanto. j. q. ij. saluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ. argum. pro eis, infrà de censi. olim. Alij dicunt, vsque ad confirmationem esse ambulatoriam eligentium voluntatem. arg. dictorum. c. xxviij. distin. de Siracusanæ. lxj. di. fudij. vnde dicitur in d. c. quanto perdurare, &c. & ideo priora stipendia retinet, vsque ad confirmationem. vt not. suprà eod. §. quo tempore. ver. quid si ante tres. nec cogitur inscribere qui excipit contra non confirmatum, quia non dicit ab obtento, infrà titul. j. inter corporalia, & infrà, de accu. super his. Tertij dixerunt, quòd electio initiatur in deliberatione, & talis mutari potest: perficitur in pronunciatione, & talis mutari non potest, infrà eodem, cùm inter canonicos. viij. q. ij. dilectissimi. nisi sit non canonica. xxviij. distinct. de Siracusanæ, infrà eod. cum terra. consummatur in consecratione, infrà titul. j. licet. & talis etiam cassari non potest, nisi præcedente legitima inscriptione: infrà, de accus. super his. Hodie his anfractibus locus esse non potest,

22 vnde sic dico, quòd nominatio † nuda & simplex mutari potest: infrà eodem, quòd sicut. sed vestita per publicationem, mutari non potest, infrà eod. publicato. ergo à contrario sensu, ante publicationem licet variare. quod argu. fortissimum est. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. l. j. infrà, de his quæ fi. à præla. cùm Apostolica. §. fin. ver. pe. & de regula, cum virum. §. nec obloquitur. sed secundum hoc contradicit, suprà eod. quia propter. in prima forma: vbi innuitur, quòd non obstante appellatione, fiat publicatio. sed potest responderi hoc quod dicit intelligendum est, quando omnes electores, vel maior & sanior pars consentiunt in variatione minore, nihil rationabile opponente. argu. infrà, de his quæ fi. à ma. par. ca. cùm in cunctis. Nunquid ergo vnus electorum potest variare, dicunt multi, quòd fic. alij distinguunt, vtrum adhuc venerint in communi, & tunc non potest: vel non venerint, & tunc potest, mihi videtur, quòd

quòd ſi is qui vult variare,antequam habuerit tractatum cum aliis canonicis, reuertatur & corrigat dictum ſuum, licitum eſt, aliàs autem ſuſpectus habetur, ſicut conſueuit in teſte notari: infrà, de teſt. cogen. præterea. vel dic, quòd bonus iudex hoc examinabit ex qualitate perſonarum; & cauſa quam reddidit, quare variauit.ij.q.j.in primis,prope fi.ver. quòd autem. ff. de edendo. ſi quis ex argentarijs. §. j. Quid enim, ſi de nouo audiuit vitium vel defectum latens,quod adhuc non audierat, certè potuit mutare,infrà de iura.calum.cæterùm.& de exce.paſtoralis.ff.de redhibi.ac.l.j.§.ſi autem intelligatur. Item, quid ſi is à quo audiuit, hoc fraudulenter dixit, certè iudex non admittet variationem, ſed ſuccurret decepto. ff. de dolo. l. j. infrà. de re.permut.cùm vniuerſorum.argum. infrà de teſti. licet ex quadam. & ſic iſtud arbitrarium dico taliter arbitrandum , quòd quatenus humana fragilitas iudicis patietur, omnis fraus excludatur. Et vt plenius videamus de variatione iſta , quid iuris ſit, proſequamur text. decreta. infrà eodem , publicato ſcrutinio , id eſt , votis fratrum , ſeu conſenſibus ſcrutatis & examinatis in partem, à tribus aſſumptis de collegio , & ad hoc deputatis , vt ſuprà eodem,quia propter. variare, omnis variatio à iure ſuſpecta habetur : & ideo ſemper contra tales iudicatur, niſi releuent ſuſpicionem ex cauſa, infrà vt eccleſia. bene. cap. vnico. §. omnibus: infrà, de pœnis. ſuper his.ff.de quæſtion.ex libero. & l.de minore.§.tormenta.& de procu.in cauſæ. C. de modo mulcta.l.vltim. in fin.iiij.q.iij.ver. qui falſo nequeunt. Sed & nominatus agere poteſt, vt ſequitur. ergo à contrario ante publicationem agere non poteſt. quod verum eſt, & reſpectu huius ſubauditus omnino eſt locus hic,argum.à contrario ſenſu. ſed oſtendo, quòd poſſunt variare, infrà eod. cum poſt petitam. contra. & ca. Cumana. contra & c.eccleſia.& c.in Geneſi.contrà reſpondent quidam,hic non poteſt variare.res enim non eſt integra,quia ius acquiſitum, iam nominato eſt acquiſitum per publicationem, & quia mora periculoſa eſt in electionibus. Sed certè omnia hæc in contrarijs concurrunt, quia omnia innuunt, quòd publicatio facta erat,ſicut eſt hic,ideo nihil ſoluunt. Tu dic, quòd expreſsim non poſſunt variare, vt hic:ſed tacitè poſſunt, vt ibi. Simile in clerico,qui expreſsim non poteſt renunciare priuilegio ſuo : infrà, de foro compe. ſi diligenti. & de ſen. excom. contingit. Sed tacitè poteſt,infrà de vi.& ho.cle.c.vlt.& de ſen.excom.in audientia.& ca. perpendimus. ſed certè illud locum habet, quò ad præiudicium renunciantis: ſecus ,ſi quæritur de præiudicio alterius,quia tunc prohibita vna via,&c.infrà,de procuratoribus. tuæ.cùm ſuis concordan.ibi ſignatis.argumen.ff.de regulis iuris.nemo. & de procurator.Pomponius. infrà xxxij. quæſtio. v.horrendus.nec enim aperienda eſt via maleficijs.xxxij.q.j.dixit infrà, vt benefi.eccleſi. vt noſtrum. in ſi. Inſti.vi bo. rap. §. ſed nedum talia. Ideo diſtinguunt alij, vtrum varietur de conſenſu nominati:& tunc valet,vt in contrarijs,vel eo ignorante,& tunc non valet,vt hîc: vel refert, vtrum variatio contraria hic ſignata fiat ab amico , & tunc valet vt in contrarijs. vel ab inimico , & tunc non valet, vt hic.argum. infrà de ſimo. nobis fuit. reſpon. j. & c.ſicut nobis.§.penult.mihi videtur,quòd expreſsim variare non poſſunt, vt hic,nec per contrarium factum ſcienter, vt hîc.vnde dic nequeunt, ſcilicet de iure,ſuprà de reſcrip.ſciſcitatus. Ignoranter autem poſſunt,etiamſi inimici eſſent, vt in contrarijs,ſed contrà, quia ſecundum hoc magis punitur ignorantia,quàm ſcientia, contra decre.infrà eo. mihi.§.quia ſi ſecus.ſuprà de reſcrip. ſuper literis,infrà tit. j.inter corporalia.§.fi. reſpon. non eſt verum, imò vtrunque punitur: quia ſi hoc facit ignoranter, apparet quòd volebat habere nominatum: ſed quia deliquit in forma,punitur in eo,vt non habeat quẽ volebat : vbi verò hoc facit ſcienter, apparet quòd hoc facit in fraudem. punitur ergo in hoc, vt habeat ipſum quem volebat. comprobatur hæc ſolutio,infrà titu. j.quanto.§.cæterùm,nec ob. quod poſſet opponi:quia qui peccat contra concil. Lateranenſ. ſcienter punitur : ſed ſi ignoranter,non punitur, ſuprà eod. innotuit.§.parentes.& ca.dudum.j.in fi.& c.ſcriptum. §. vlti. Quia ibi loquitur de ignorantia facti probabilis, quæ excuſat: hic aũt de ignorantia iuris,quæ non excuſat.j.q.iiij.notandum.ff.de iur. & facti igno.in omni parte.& l.plurimum,ſed ſigno fortius contrà,ſuprà eod.quod ſicut dixit magiſter meus, quòd facta publicatione tranſit nominatio in electionem, ſed contrà ſuprà eo.eccleſia.j.tu dic,quod per nominationem nudam & frigidam non acquiritur actio, vt in contrarijs, ſed per publicationem veſtitur, & ideo agi poteſt ſic. C. de rerum permut. ex placito.ſic & per citationem perpetuatur iuriſdi.infrà, de offi. dele. gratum.ca.licet. & per expreſsionem rerum aperitur iuriſdictionis exercitium: ſuprà,de reſcrip.paſtoralis.in fi.electores ergo innuit,quòd facta eſſet electio : ſed hoc non eſt verum, vt ſequitur, nec iſtud verbum ad hanc ſignificationem trahi poteſt. non enim dixit Eligentes , quod ſumit ſignificationem à præſenti tempore:ſed Electores,quod venit à futuro,quaſi dicat electi, & dic electores ſcilicet omnes, quia indefinita æquipollet vniuerſali. xix. di.ſi Romanorum, infrà de priui.quia circa.ff.de offic.præfec. vr.l.j.ergo à contrario ante publicationem poſſunt omnes variare. quod dic.vt no.ſuprà eo.ſuper verbo,Publico. Sed nunquid poſtulatores † poſſunt variare ſcrutinio publicato?Dicũt quidam,quòd 23
non, vt hic, quaſi ſit ſimilis ratio: & tamen hi qui hoc dicunt, aſſerunt nullum ius acquiri per poſtulationem: & ſic contradicunt ſibijpſis,quia ſi bona eſſet ſimilitudo,ita poſſet agere poſtulatus,ſicut & nominatus,quod tamen falſum eſt. Ego dico,quòd in poſtulatione non requiritur forma concilij, quod apparet ex diuerſis rubricellis,quas poſuit cõpilator in hoc libro:præmittit nempe de poſtulatione, per quam ad electionem peruenitur,vt no.ſuprà titu. j. reſpon. j. & §.quis ſit effectus. per quod patet, quòd in poſtulatione non eſt neceſſarium , formam electionis obſeruare,quod in electione neceſſarium eſt,infrà eod.quia propter. alioquin vix ſeruaretur forma, ſcilicet in poſtulatione,& in elect.Item poſtulatio præparatoria eſt electionis, & ei ſeruit tanquam dominæ:quis ergo vnquam dicet tantam ſolennitatem requirendam in præparatoria, ſiue ancilla,quantam in principali ſiue domina.nec ob. infrà eod.ſtatuimus.quia quod dicit de forma,reſpicit tantùm electionem,non poſtulationem vel prouiſionem: multi tamen dicunt etiam in poſtulatione, forma generalis concilij eſt ſeruanda,ſed deficiunt eis iura, & contradicit eis ratio naturalis : poſſet tamen etiam in forma poſtulationis obijci diſcordia.in poſtulatione enim nulla forma requiritur,niſi concordia.ar.ſuprà tit.primo.c.j.in fi.& c.bonæ.j.& ij.§. cæterùm. & dicitur concors, ſi duæ partes conſentiunt,non aliàs: vnde ſi xxx. ſint canonici,& xj. volunt eligere, & formam canonicam obſeruare,obtinebunt.ſuprà e.ſcriptum.§.vlt. & eſt ratio, quia non eſt recurrendum ad extraordinarium auxilium, quamdiu habetur ordinarium.ff.de mino. in cauſæ. ij. Sed ſi viginti concordant in poſtulatione , perinde eſt ac ſi omnes concordarent. ar. ff. quod cuiuſq; vniuer. nonnulli.& l.planè.& de decr.ab or.fa.l.iij.ideo dico,quòd cum poſtulatio in ſubſidium & in fauorem poſtulãtium inuenta ſit & conceſſa,ſemper re integra, id eſt,quamdiu eſt in poteſtate ipſorum.hoc eſt,quouſq; miſerit pro confirmatione petẽda,ſcilicet quando ob neceſsitatem eccleſiæ fuit facta poſtulatio, vel gratia,quando ſine cauſa ſecundum diſt.quam not.ſuprà ti.j. §. & vtrum ius. ver. ego verò. & ſeq. poſſunt variare,& ſic dico, eſſe locum.ar.à contrario ſenſu.ſuprà tit.j.bonæ.§.nec obſtat.ſupple tamen illud,per decr. infrà, de offi.deleg. licet. & de app.intimaſti.cum ſit facienda,ſcilicet inter publicationem & electionem non eſt tranſponenda.ſuprà e.Cumana. in fi. collatio. ſcilicet zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum.infrà eo.in Geneſi. nullo actu contrario interueniente, vt no.ſuprà e.§.qualiter in prima forma. ſed ſuper verbo Mox,& ſuper verbo Nullo prorſus eſt electio celebranda non ipſo facto,imò verbis hoc opus eſt:vt infrà eo.eccleſia.j.ſic no.quòd plus eſt verbis,quàm factis.Aliàs plus eſt factis, quàm verbis:infrà, de ſen.& re iud.cum aliquibus.infrà,de cle.non reſi.relatum.ff.de legi.de quibus aliàs tam factis quàm verbis.infrà,de app.dilecti. & c.vt noſtrum.Sed & fieri debet electio , nedum ab aliquibus,imò ab omnib. ſimul, vel ab vno vice omnium,qui tamen hoc facere poſsit ex ſpeciali priuilegio , vel ex conſuetudine iam præſcripta. infrà, de exceſ. præla.accedentibus.ſuprà, de conſue. cum dilectus. vel qui recipit hanc poteſtatem ab omnibus.ſuprà e.in cauſis.§.vlti.& c.cum dilectus.& c.cum in iure.alij volunt dicere, quòd is qui habet primam vocem in capitulo , eligere poſsit vice omnium,& ſufficit, quòd alij reſpondeant,Placet. & facit pro eis,infrà de his quæ fi.à præl. cum vos. quia generaliter omnis ratihabitio retrotrahitur, &c.C.ad Macedonia.l. vlti. in fi. ſed mirabiliter refragatur, infrà e.in Geneſi.quia licet vice omnium loquatur talis,tamen certum eſt,quòd ſingularis eſt,& ſingularem vocem habet,cum nullæ aliæ in ipſum translatæ ſint,nec data poteſtas deſuper, nec deſubtus. vnde ſi voces etiam omnium ſingulariter prolatæ non faciũt omnem electionem, multo minus ſingularis vox & vnius vox tantum ipſam faciet:oportet ergo,quòd electio à pluribus fiat ſimul,vel ab vno qui vices plurium gerat:ar.infrà,de app.conſtitutus. ſed ſi quilibet diceret ſigillatim,Eligo vice omnium eandem perſonam:nunquid diceres communem electionem? Abſit,multo minus ſi quilibet reſpondeat,Placet: quia ſic reſpondens non eligit.ad hoc Inſti.de auth.tu.tutor.ff.de arb.item ſi vnus. §. vl.& l. ſeq. C. de ſententijs ex breui. reci. l. j.ij.q.vj.§.diffinitiua.ver.ſi

b Ratihabitio.] Adde regulã, Ratihabitionẽ. de reg.iur.lib.vi.

c Quos Deus cõiunxit.] Adde cap. quos de. xxxiij.q.ij. &in c.sunt qui.27.q.ij. in c.quãto iuncta gl. de transla. præ. & in c. ad limina beati Petri xxx. q. j. originaliter. Matthæi xix.& Marci x.

d Sed post carnis copulam nõ potest.] vt est gl.in d.ca.ex publico. & per Abb. in c. quanto in notabilibus. de diuor.

plures iudices.& vide ℣ not.ī.e.§.qualiter.in
24 prima forma, sub verbo,Eligatur. Sed † quæ
est ratio, ℣ hîc fallit illa regula,Omnis rati-
habitio [b] retrotrahitur,&c.respon.quia nul-
lus potest eligere nomine alterius, nisi man-
datũ receperit: j. e.scriptum.ideo quod nomi
ne alterius sine mãdato fieri nõ potest, necra
tificari. Sed quare nõ potest fieri sine alterius
mandato,& nomine? Respon.quia nimium
quærenti non est respondendum. vel dic,
istud ideo, quia circa maiora maius periculũ
vertitur. xlij.di. quiescamus. ideo considera-
uit papa, quòd melius prouideretur per plu-
res, & cautius, quàm per vnum. xx. dist. de
quibus infrà de offi.deleg. prudentiam.C.de fideicom.l.vlt.ideo
plures etiam in vnũ potestatem suã transferre possunt,quia & ipsi
vidẽtur examinasse,℣ magis expediat.ar.j. de off. del. super quę-
stionũ.§.intẽtionis.Item,si absens est in loco de quo citari potest,
& debet,& citatus non venit, videtur renunciare: & sic alius no-
mine suo eligere non potest. Si aũt citandus non erat,ergo non
habebat ius in electione: sic nomine illius qui nullum ius habet,
eligi non potest. Quid ergo, si citandus erat,& non fuit citatus?
Adhuc sequitur, quòd non potest fieri nomine suo electio: quia
tunc demum potest hoc fieri, quando iusto impedimento deten-
tus est,& ideo committit vni de collegio vices suas: & de hoc eti-
am, si opus fuerit, debet fidem facere proprio iuramento: infrà e.
quia propter.§.illud. Quid ergò erit.potest totum irritare, si vo-
luerit, & totum ratificare, id est, iuri sibi competenti renunciare,
j.eo. quod sicut. sed nunquam poterit ratificare, vt suprà not.id
est, ratificando numerum augmentare, quia initium electionis
spectat: infrà eo.dudum. j. & ij. & iunge quod no.suprà eod.sub
§.secunda.& ver. circa hoc notandum.ad quod,scilicet ad facien
dam collationem,electionem,per superiorem,scilicet proximum
ad quem pertinet confirmatio,vt suprà eod.cùm dilectus. & cap.
venerabilem.§.j.Si oportuerit, vt puta, quia scienter & malitiosę
hæc differunt.nam si hoc facerent bona fide, non credentes delin
quere,secus esset,vt not.suprà eod.§.& c.super verbo variare. hîc
autem propter malitias hominum multa reticeo, quia & volo
quòd mihi ipsi secretum sit ad idem: & ideo transeo sicut murile-
gus super prunas,compellantur. quo instante,dicunt quidam no
minato qui agere poterat in hoc casu:sed contrà,quia adhuc nul-
lum matrimonium est contractum inter ipsum & ecclesiam,nec
etiam initiatum,quousq; electio facta sit, infrà titu.j.licet dicant,
quòd pro tanto dicitur hic initiari, quia resilire non possunt.hoc
bene scribam,& ideo signabat contrarium, & aliud si. ergo fortius:
infrà, de spon. de illis, & c. sicut. & de spon. duorum.c.j.nam
vt ibi probatur, in sponsalibus carnalibus variari potest,etiam
initiatis.quare ergo non potest in spiritualibus,nedum initiatis,
infrà eo.considerauimus.& c.auditis.imò & in initiatis.vt hîc.re-
spon.quia in spirituali matrimonio prælationis nulla carnalitas
vertitur, nulla fraus, nulla deceptio toleratur, vt infrà eod.cum
dilectus. §. nos igitur. vnde spiritualis homo,ea quæ semel pro-
cedunt de labijs suis,non faciet irrita:infrà, de pact.qualiter.& de
don.per tuas.quæ enim sine conditione ꝓmittuntur, sine condi-
tione solui debent.xxxij.q.vl.c.vl. & qui non cœpit, deliberet:sed
quæ egressa est,perseueret.xxviij.q.j.nuptiarum.quia graue est,fi-
dem fallere.ff.de consti.pe.l.j.secus in carnali. arg. infrà, de spon.
tua nos.xxix. q. j. §. j. & hæc est ratio, quare patronus spititualis
variare non potest,sed carnalis potest:infrà,de iure patr.cum aũt.
& ca. pastoralis. ad hæc infrà ti.j.inter corporalia.& de hoc plenè
no.j.de spon.duorum.§.quæ quibus. ver. aut vtraq; de præsenti.
25 & seq.Quare ergo soluitur matrimoniũ † spirituale,contractum
authoritate Papæ,vt ibi,sed carnale non potest, infrà de transact.
c.vlti.respon.quia in matrimonio peccatum committeretur con-
c tra præceptum Domini dicentis, Quos Deus [c] coniunxit, &c.
not.non dixit Coniunget. & sic consensus sponsalis non negatur
per dominum separari posse, sed consensus matrimonij tantùm.
vnde, quos Deus coniunxit, homo non separet.& Papa con-
tra verbum Domini dispensare non potest, sed de spirituali ni-
hil prohibuit, quamuis illa authoritas ad hoc inducatur,etiam
in spirituale, sed illud fit impropriè, & translatiuè, siue inter-
pretatiuè: vel dic, quòd multis modis dicitur ecclesia. vno
modo, vnitas fidei catholicæ Christianorum, & omnium ec-
clesiarum, simul vnita, quæ inuisibilis est, suprà, de summa
trin. firmiter. §. vna.& capit. ij. vij. q. j. Nouatianus.& §.item &
Episcopatus vnus. & hanc dispensare intelligitur quilibet Epi-
scopus in consecratione. est autem & ecclesia, scilicet cathedra-
lis vnica,& visibilis, cui spiritualiter alligatur, & matrimonia-
liter coniungitur, vt per hoc possit peruenire ad matrimonium
primæ, siue vt nomine primæ intelligatur contractum. quan-
tumcunque ergo mutetur, quantumcunque transferatur, nun-
quam dissoluitur matrimonium inter prælatum, & primam
ecclesiam contractum: sed semper firmum primum permanet,
quamuis administratio immutetur. aliam tamen rationem red-
dit papa, infrà titul. primo, inter corporalia.& capitul.quanto.
scilicet quod non videtur hoc facere homo, sed Deus, ex quo fit
authoritate eius qui vicem veri Dei gerit in terris. Sed illa ratio
non est sufficiens, salua authoritate & reuerentia reddentis,nisi
aliter intelligatur, vt not. infrà. quia secundum illam sequeretur,
quòd etiam matrimonium carnale diuidi posset authoritate sua,
sicut spirituale.sed tamen aliter innuit, infrà de restitu. spon. lite-
ras.& de spon.duorum. c. vlti. infrà, de conuer.coniu.ex parte ij.
posset etiam illud dici, quòd matrimonium carnale ante carnis
copulam communi dissensu, authoritate Papæ interueniente,
dissolui possit.ar.infrà de conuer.coniug. c. ij. & c. ex publico.&
de regulis iur. omnis res. sed post carnis copulam non potest,
d [d] quia nõ potest interuenire nõ cõtrarius actus congruus. quia
cùm Deus omnia possit,& c.xxxij.q.v.si Paulus:argu. optimum,
ff.de pac.ab emptione. C. quando licet ab emp. dicse.l.j. & ij.nec
ob.infrà,de spon.duo.c.fi.quia ibi papa non interponit authori-
tatem.nec ob.infrà,de conuer.coniug.ex parte.ij.§.j. in prin.quia
licet dicat,quòd posset non inconsultè videri,tamen incontinen-
ti respondet contrà, sequens prædecessorum suorum vestigia.sed
qua ratione poterunt in illo casu interpretari, possent & in isto.
nec Inno.adstringebatur eos sequi,nisi vellet.ar.infrà e.innotuit.
quod dic,vt no.infrà de conuer.coniug. §. fi. versi.sed quare ma-
gis. & sequentibus & ex his satis patet, quare authoritate Papæ
matrimonium spirituale dissolui potest, quia contrarius actus
congruus interuenire potest. & ex hoc videtur, quòd sine con-
sensu canonicorum,non fit facienda translatio.ar. suprà eo. cum
inter canonicos.& infrà,de statu mona.monach. ad fi. sed contra
rium fit de plenitudine potestatis,quæ quanta sit,no.infrà de off.
leg.§.quid pertinet.versi.plenusq; vicarius extat. & præcedenti-
bus,maximè quò ad hanc materiam, facit quod no. ibi. ver. mo-
nachum.reuocat renuentem,& iunge quod no.infrà ti. j. §. cuius
authoritate.ver.item requiritur consensus clericorum. & dic, vt
ibi not. consecratio verò non est contraria, imò magis est actus
consecratus,ar.j.ti.j.inter corporalia. §. sed neq;. secundum hoc,
bona est ratio Inno. quam suprà reprobaui.dicamus ergo ipsum
sic intellexisse:aliter non possumus rationem illam saluare, scili-
cet quòd ex quo papa dissoluit, Deus dissoluit.vel dic, vt no. in-
frà tit.j.§.cuius authoritate. verfic. spirituale.& sequentibus,vsq;
in finem.Vnum tamen non omitto, quòd quamuis Goff. nota-
uerit hic,quòd facta collatione, posit in electione variare mi-
nor pars, & sequi consensum maioris:hoc non credo intelligen-
dum, quòd propter hoc mutetur consensus primus,nec nume-
rum augere possit, imò per superiorem iudicabitur, quia bene
posset esse, quòd electus etiam ab vno confirmaretur,quamuis
socius eius,qui primò in scrutinio cum eo consenserat, in electio
ne reliquisset eum, infrà eo. dudum. & c.congregato. suprà tit.j.
gratum.& sic nihil immutat. ar.j. eo. auditis.sed si diffidit de iure
suo,bene potest renunciare.suprà ti.j. bonæ. ij.§.j.nihilominus ta
men iudex inquiret ex officio suo, omnia quæ fuerint inquiren-
da, licet etiam nihil à partibus opponatur, infrà eod. cum nobis
olim.§.his igitur. quamuis etiam omnes, vel quasi intelligant,
quòd taliter nominatus agere possit, & petere confirmationem,
non consentio.ar.infrà,e.qualiter.viij.q.j.in scripturis.§.de Epis.
& cle.si quenquam.admitto tamen,quòd hæc possit denunciare.
ar.j.de iu.quẽadmodũ. & c. ad nostrã.ij.ff.de off.præfec.vr.l.j.§.
℣ aũt dictũ est.& secũdũ hoc intellige,℣ dixi superius ipsum age-
re posse,verũ est,in modũ denunciationis,& quod præcedit,si o-
portuerit, potest exponi: vtputa, quia canonici per nominatim,
ter moniti,℣ procederent sicut debebant,acquiescere noluerunt.
ad hoc j.q.j.si peccauerit,infrà,de accu.cum dilectus filius. & j. &
ca.qualiter.ij.§.ad corrigendos. Nunquid ergo oberit, quia ele-
ctio dilata est,suprà e.cùm post petitam.non,quia fraus & dolus,
&c.suprà,de rescri.sedes.Quid si electus non vult consentire,nec
dissentire? dic quòd iudex potest ei assignare terminum, quo e-
lapso, nisi interim expressim consenserit, præsumetur renun-
ciasse, argum. infrà, de conuer. coniug. ex publico.de clan.de-
spon.cum inhibitio. C. de inge.& manu. diffamari.ff.de op.lega.
mancipiorum. & est expressum, infrà vt lite non contest.quoni-
am frequenter. §. si verò. ver. quòd si forsan. & iunge quod no.
infrà e.§.quam pœnam.ver.quid ergo, si capitulum.& ar.optimũ

infrà

infrà eod. venerabilem. §. obiectioni. ver. quòd autem. & ver. nun quid enim. quòd ſi conſentiat, acquiritur ius electo, infrà eod. cũ inter canonicos. Si quæras quale ius, dico quòd ius prælaturæ & adminiſtrationis, ſed non exercitium prælaturæ, vel adminiſtrationis: per confirmationem enim nihil noui iuris acquiritur, ſed exercitium tantum. Sic intellige, infrà eod. noſti qualiter. & c. nihil. §. fi. ſic per expreſsionem perſonarum vel rerũ iuriſdictionis tantum exercitium aperit: ſuprà de reſcri. paſtoralis. ad fi. Electio igitur ritè facta, nullo modo tollitur, niſi per diſſenſum electi tacitum vel expreſſum. infrà eo. cum inter canonicos. infrà tit. j. inter corporalia. §. j. & ij. ſed quid ſi omnes in ſcrutinio in vnum conſenſerunt, & publicatione facta, eum ineptum omnino inueniãt? Dic, ſi iam repreſentata eſt electio ſuperiori, reſilire non poſſunt, vt ſuprà tit. j. bonæ. ij. §. nec nocebat. infrà eod. bonæ me. mag. & c. innotuit. alioquin ante repræſentationem potuerunt reſilire; & ad nouum redire ſcrutinium, nec intelliguntur variare, quia hoc faciunt authoritate iuris: ar. ff. de colla. bo. nonnunquam. ff. de inoffi. teſta. Papi. §. ſed nec impuberis. ff. quorum leg. l. j. §. quod autem. nam & qui optauit acetum pro vino, iterum poteſt vinum optare. ff. de opt. leg. l. ij. & qui iurat aliter quàm defertur, iterum iurare debet. ff. de iureiur. qui per ſalutem, & ſententiam licet corrigere. C. de accu. l. iiij. ff. de arbi. qui tamen. reſpon. j. & errorem, infrà de accuſa. qualiter. j. xxij. q. iiij. magnæ. ſic & electionem reprobam licebit corrigere: arg. ff. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. ff. de autho. tut. nulla differentia. ſed hoc totum ſine captione intelligas, cum ſcilicet uitium, quod deregitur in aperto eſt, tũc pœnitere licet. ff. de interrogato act. de æt. §. Celſus, nec ob. quòd per ſuperiorem coguntur eligere, ſicut dicit decr. publicato. & ar. infrà, de iure pa. nullus. ix. q. iij. nũc verò. viij. q. iij. Artaldus. nam illud intelligendum eſt, ſi idoneus ſit is, in quem conſenſum fuerat: alioquin contrà, j. eo. cauſam quæ. ff. de mu. & ho. gradatim. reſpon. j. in fin. ſecundum Goff. nec poteſt dici, quòd priuati ſint iure eligendi, quia adhuc non elegerunt, imò deſiſtunt ab electione ex cauſa conceſſa, infrà eod. cum terra. ad fin. ſicut ergo iudici delegato licet corrigere interlocutoriam: infrà, de app. cùm ceſſante. ff. de re iudi. quod iuſsit, & non diffinitiuam, infrà de offic. deleg. in literis. ff. de re iudi. iudex in quo caſu Caſsius magiſtri ſui Sabini ſententiam bene excuſat. ff. de arbitr. qualem. & l. diſcere. aliàs eſt. §. fin. ſic electorem ante electionem vel poſtulationem ſuperiori repræſentatam, non poterunt uariare, & hoc ſi omnes conſentiant. Quid ergo, ſi diſſentiant, appellent diſſentientes, & alij varient, & quælibet pars ius ſuum proſequatur coram ſuperiore, ſuper quo vide quod not. ſuprà eod. in tertia forma, in diſtinctione quæ incipit, Electio enim. & ver. ſequentibus, & ſuprà, in prima forma. ſuper illo verbo, Nullo prorſus. & ſuper verbo, Conſentit, in quæſtione quæ incipit, Quid ſi partes, & infrà eod. §. quid iuris.

Quid operatur vt electus ſi conſenſerit

eccleſiæ viduatæ, ſpiritualiter coniungatur, infrà eod. cùm inter
26 canonicos. electio † autem gignit confirmationem, infrà eod. poſtquam. confirmatio concedit adminiſtrationem. j. eod. tranſmiſſa, & cap. nihil, & ideo hæc tria ordinatim ponuntur, infrà eo. cùm in cunctis. ſi enim electus ante cõfirmationem adminiſtrat, remouendus eſt, infrà eod. qualiter, & de præbend. cùm iamdudum. hoc fallit in ſummo pontifice, qui eligendo confirmatur: infrà eod. licet xxxiij. diſt. In nomine Domini. aliàs remouetur, ſi non confirmatus adminiſtrat, niſi parcatur, infrà eo. noſt. vel niſi ſit valde remotus à ſede Apo. vt Theutonici, Prouinciales, Gallici, & Burgundiones. ſi enim tales in concordia electi fuerunt, adminiſtrare poſſunt ante confirmationem: ita tamen vt nihil penitùs alienent. & loquitur de exemptis, infrà eod. nihil idem videtur, ſi ordinarius negligit confirmare abbatem ex mente, quamuis verba deficiant. infrà, de ſup. negli. præla. c. j. quod dic, vt not. in ſum. eod. tit. §. quot modis. Sed nunquid electus non confirmatus, poteſt ſine pœna adminiſtrare de licentia prælati, tanquã cuſtos: ſic infrà, de ſimo. ſicut nobis. & infrà, de dolo & cõtu. cùm olim. §. fi. Iuramentum autem exigitur ab eo, ante confirmationem, ne dilapidet bona eccleſiæ: ſi tamen eſt in eo cauſa ſuſpicionis, ar. xxvij. diſtinc. de Siracuſanæ. poſt conſecrationem autem conſecrator exigit iuramentum fidelitatis: infrà eod. ſignificaſti. §. fin. xxxiij. diſt. quanquam. ſecundum quoſdam tamen & ante & poſt electionem licitè petitur cautio ab electo, quæ habetur à iure, vel conſuetudine. lxiiij. diſtin. quia per ambitiones. j. quæſt. iij. quantum. infrà, de præb. ſignificatum. à ſuperiore verò quælibet cautio peti poteſt. xxviij. diſt. de Siracuſanæ. x. quæſt. iij. ca. ultim. xviij. quæſt. Eleutherius. cap. diſt. contrà morem optatum,

xxiij. diſt. quanquam. quidam tamen dicunt, quòd nulla cautiõ ante electionem peti poteſt: & ſi præſtatur, ſimoniaca eſt, quia videtur eam facere vt eligatur. viij. quæſt. iij. c. ij. idem ſi promittat ante electionem, ſe iuraturum poſt electionem. j. quæſt. ij. quã pio. prima opinio verior videtur Io. & arg. infrà, de inſtit. cùm vẽ niſſent. §. j. ibi, ipſe uerò timens, &c. Forma autem iuramenti, quod epiſcopus præſtat, traditur infrà de iureiur. De abbate verò inuenies infrà de ſimo. ne Dei eccleſia. De canonico, infrà de ver. ſignĩ. cùm clerici. Patet igitur, quòd operatur electio, vt ſi nihil eſt quod electum vel eligentes impediat, confirmetur, infrà eod. poſtquam. Impediunt autem ea, quæ inueniuntur in Heptatico. vij. quæſt. j. qualiter. ad fi. dicitur autem Heptaticus, liber in quo continentur vij. ſcilicet quinque libri Moyſi, & liber Ioſuæ, & liber Iudicum, ab hepta, quod eſt ſeptem, & theca, quod eſt poſitio, quia ibi ponuntur vij libri. & inter hos continetur Leuiticus, qui impedit hominem, ſi ſecus fuerit, &c. xlix. diſtinctio. §. primo.

27 A` quo † confirmanda ſit.

A` proximo ſuperiore. nam & epiſcopus habet confirmationem ſubiectorum, infrà eod. cùm monaſterium. xvj. quæſt. vltim. nullus, niſi aliquis ſit exceptus, ſuprà de conſue. cùm venerabilis. Item archiepiſcopus epiſcopum confirmat, infrà eo. cùm dilectus. & c. inter canonicos, lxiiij. diſt. illud, primas; Archiepiſcopus vel Patriarcha, qui ſcilicet primas vel Patriarcha in hoc ſcilicet, & quibuſdam alijs parem morem & ſimilia priuilegia habẽt cum Romana eccleſia. lxv. diſt. mos autem antiquus. & c. quoniam. infrà, de offi. ord. duo ſimul. infrà de priuile. antiqua. in auth. de eccl. tit. in prin. niſi exemptus ſit, infrà eod. bonæ. & c. nihil. Papa Patriarcham, infrà eod. ſcriptum. ſic ergo gradatim aſcẽdit, ſicut & appellatio, infrà de app. dilecti. ideo Papa imperatorem cõfirmat, quia regulariter obſeruatur, vt ad eum pertineat confirmatio & perſonæ examinatio, ad quem pertinet manus impoſitio, infrà eo. venerabilem. §. j. & debet fieri examinatio, etiam ſi nihil opponatur, vt ibi & infrà eod. cùm nobis olim. §. vlti. & c. qualiter.

Et qualiter.

Patet duobus proximis §§. ſuperioribus, & quidem præmiſſa diligẽti examinatione, tam perſonarum eligentium: ſuper quo vide quod not. ſuprà eod. §. quis eligere, quàm perſonæ electi, ſuper quo vide, ſuprà eod. §. quis eligi. & conſulo, quòd ipſum electum ad partem trahat, & de omnibus quæ in proximo §. ſcripſi, diligenter inquirat, & ſi inuenerit aliquod impedimentum, non ipſum publicet vel infamet. ſuper quo vide quod not. infrà, de teſti. §. ſuper quibus. ver. de perſonis. & ver. & cuncta. & de teſti. cogen. §. in quibus caſibus, ver. duo ergo, ſed ipſum ad renunciandum inducat, infrà eod. dudum. ij. in fin. infrà, de ſimo. per tuas. in fin. & ſi ſit talis caſus, cauſatiuè compellat, non præciſè. ſic intelligo infrà eodem, cùm inter R. ſeniorem. alioquin ſententiam iuſtè proferat: infrà, de tranſact. c. fi. ſciturus quòd in tali caſu, potiſsimè in quo non de lana, ſed animæ periculo agitur, à Deo iudicabitur, ſicut alios iudicabit. C. de iudi. rem. non nouam. Quid ſi electus crimen ſuum confitetur tanquam ſacerdoti, & poſtmodum in iudicio inſtat, quòd confirmetur, non conſulo quòd ſuperior in hoc caſu confirmet, nec contra conſcientiam veniat: ſed vel deleget, vel ad ſuperiorem remittat. ar. ff. de iur. om. iudic. prætor. infrà, de ſcru. in ord. fa. c. vnico. infrà eod. innotuit. Verùm, cum ſecundum allegata pronunciandum ſit, ſuprà titu. j. bonæ. j. poſſet, ſi vellet, eum ſine peccato confirmare: quia alia eſt conſcientia hominis, contra quam ſuperior, vt eſt homo, iudicando venire non debet, vt præmiſſum. Alia conſcientia vicarij Dei, contrà quam venire poteſt in iudicando, ne verbo vel ſigno peccatorem reuelet. infrà, de offic. ord. ſi ſacerdos. infrà, de exceſ. præla. dilectus filius. infrà, de pœnit. & remi. omnis. §. caueat. Hinc eſt, quòd nec excommunicatum occultum publicè euitabit: infrà de ſen. excom. à nobis. cum non ab homine. ergo eſt aliud iudicium Dei hominis. infrà de ſent. excom. à nobis. §. j. poteſt igitur ei dare pœnitentiam, tanquam ſacerdos, & eum inducendo, quòd abſtineat, & tanquam iudex non confirmare: ſic & papa, tanquam rex poteſt conſentire, & tanquam papa, ſi iuſtam cauſam intueniat, poſtmodum infirmare: infrà eod. cum inter vniuerſas. ad fi. ſic & Archiepiſcopus tanquam compromiſſarius, vel etiam canonicus conſentire, & poſtmodum tanquam Archiepiſcopus infirmare. arg. infrà eod. cum inter canonicos. §. poſt hoc. infrà, qui fi. ſint legi. per venerabilem. §. inſuper. xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. in fi. ff. de ado. ſi pater. §. qui duos. videtur tamen, quòd non poſsit hoc facere, niſi ex noua cauſa. j. de æta. & qual. accepimus. ar. infrà, de offi. dele. inſinuante, & de excep. paſtoralis. aliàs, licet tanquam

alia persona de rigore iuris hoc possit facere, ad minus inconstantiæ hoc adscribi poterit, & etiam animi leuitati. Quid si confitetur tanquam homini, sed soli consulo superiori, quòd testes aduocet, aliàs non denudet, sed deleget, vel remittat, vt suprà dixi. arg. in dicta decr. infrà, de sen. excom. cùm non ab homine. & expressum est, vj. q. ij. si tantum. Quid si non confitetur, nec tanquam Deo, nec tanquam homini imputatur electio. l. di. ex pœnitentibus. j. de corpore viti. exposuisti. & pro certo sciat, quòd cùm in hoc casu & superiori initium suum vitiosum fuerit, quod nec ignorauit, tenetur ad restitutionẽ omnium quæ percepit. super quo vide quod no. suprà eo. §. quis eligi. ver. item sciendum. Nedum autem personas eligentium & electi examinare debet, sed & formam electionis, super quo vide, quod no. suprà e. §. qualiter. in prima forma, secunda & tertia. vt tamen scias, quòd quædam sunt circa formas quæ non sunt contra, sicut apparet in his quæ not. suprà eo. §. qualiter. in prima forma, super verbo Omnibus, & sequentibus. nec ob. infrà e. auditis. nec enim ibi nulla est electio propter contemptum. Sed quia impetuosè fuit, & post appellationem legitimam celebrata. Quædam verò sunt de formis: & quod contra hoc fit, nbn valet: de quo no. suprà eo. §. qualiter, in prima forma, super verbo, Assumuntur. vbi ergo fit contra formas, electio nulla est ipso iure. vnde dicitur in consi. aliàs electio facta non valeat, subaudi ipso iure: infrà eo. in Genesi in fi. secundum Gof. Quid ergo de his qui contra formam hactenus electi sunt, & quotidie per simplices eliguntur. nam si electio non valer, ergo nec confirmatio, nec consecratio. ar. infrà e. qualiter. & c. bonæ me. mag. in fi. & de renun. c. fi. infrà ti. j. inter corporalia. §. fi. certè durũ est fouere hunc intellectum, maximè cùm sententia metropolitani elapsis decem diebus in rem transeat iudicatam: infrà eo. cum post petitam. cùm dilectus. in fi. dicas ergo, quòd talis electio est per sententiam annullanda. vnde dic aliter, electio facta non valet, subaudi, imò irritatur, infrà e. cum post petitam. in fi. Cumana. in fi. & c. cum in veteri. in fi. nec ob. infrà eo. in Gen. in fi. expone enim irritas, id est, irritandas. nec ob. infrà e. ecclesia. ij. §. j. & §. deniq;, quia allegatio est. & vide quod no. j. eo.
28 ver. quid si omnia. Casus tñ notabiles, in quibus electio † facta, irrita est ipso iure, quos his versibus comprehende:

Misti natales, uitium, laicalis abusus,
Temporis elapsus, interdictumq;, ligatæ
Alæ, uiuentis locus, appellatio papæ
Iussus, forma uiri, reprobatio: neophytusq;.
Defectus uerbi, populi uoces, anathema.
Simon, discordans si sit, suspensio, schisma.
Ius electorum nullum dat quodlibet horum.

Hispanus quidã, qui vocabatur Magister scholarũ, & à me audiebat Decretales Parisijs, cui in scriptis casus tradiderã sine concordantijs, supradictos ver. mihi remisit compositos & se.

Dogmatis annorum, uitæ natalitiorum.
Electum passum, defectum iudico cassum.
Comprobat in cunctis hos, uosq; fidem date cunctis.

Quod & fecimus, vt apparet in sequen. Misti, scilicet, quando fit electio per clericos & laicos: infrà eod. Massana. Natales, puta quia defectus est in natalibus: infrà e. innotuit. Vitium, puta aliquod peccatum mortale, vel alius defectus. de quo dic vt nota. suprà eod. §. quis eligi. in ver. incipiunt anni. xxx. Laicalis abusus, quando scilicet laicalis potestas iure suo eligit quod esse non potest: infrà eo. quisquis. Temporis elapsus: infrà eo. ne pro defectu: infrà, de supplen. negli. præla. c. fi. tales tamen aliquando de gratia tolerantur, vt ibi not. in summa. Interdictumq;, puta quia ab interdictis vel de interdicto facta est electio, infrà eod. cum inter R. seniorem. Ligatæ alæ, quia episcopus ligatus est. s. titu. j. c. fi. Viuentis locus, puta quia ecclesia non vacat de iure, vel saltem de facto: infrà, de concess. præbend. c. j. & ca. cum nostris. & cap. literas. quinimò ante tertiam diem depositionis nec tractatus electionis haberi debet, lxxix. distin. nullus. ij. Sed decre. prohibet quo vsque corpus traditum fuerit sepulturæ, infrà ca. bonæ memo. cr. §. electionem. & quamuis quidam dicant, quòd dominus papa ibi assumit non causam, vt causam, videtur tamen contrarium esse dicendum, nisi ex aliqua latenti causa euidẽs & graue periculum immineat: arg. in his quæ not. suprà eod. §. qualiter. in prima forma, super verbo, Commodè. & sic non debet tractari de electione, quousq; corpus sit sepultum, vt dicit dec. maximè, cum hoc ius fauore mortui, & honestatis causam, & odium canonicorum, qui aliquando habentes odio mortuum, plerunq; nimis, perant, videatur inductum: arg. infrà. de foro compe. si diligenti. & de testa. requisisti. respon. j. in fi. & vide quod no. infrà de renun. §. quæ possunt renunciari, per totum. Appellatio, scilicet iusta, & rationabilis electionem præcedens, infrà eod. considerauimus. auditis. & c. cum nobis olim. Papæ iussus, scilicet quia forma rescripti non seruatur: infrà e. cum in veteri. suprà, de rescrip. cum dilecta. §. fin. Forma viri, id est, ab homine apposita, puta capitulo dante alicui potestatem prouidendi de proprio gremio, non aliunde: infrà eo. cum dilectus. idem si priuilegium vel consuetudo hanc certam formam vel consimilem roborat: suprà, de consue. cum dilectus. infrà, de ver. si. abbate. infrà e. considerauimus. Reprobatio, quia aliàs reprobatus fuit propter delictũ proprium: suprà ti. j. gratum. Neophytusq;, quando scilicet in prælatum regularis ecclesiæ eligitur non professus: infrà e. cum causam quæ cum in magistrum. & c. ad nostram. talis tamen, ex quo in regula est competenter instructus, vrgente necessitate, vel euidente vtilitate monasterij, exigente per viam postulationis admittitur, infrà eo. cum monasterium. de Pell. & c. officij. §. fi. sicut & is qui non potest ad sacros ordines promoueri: infrà de æta. & quali. tuam. defectus verbi, puta quia non est electio facta verbis, sed factis, scilicet quia intronizatus est: infrà eo. ecclesia. j. ad fi. & no. quod ibi dicit, nec decet, nec expedit. ex quorum verborum mente consulo electo, quòd non permittat se intronizari: quòd si per vim tu qui electus es fueris deportatus, effuge cũ poteris, ne consensisse puteris: id est, quam citò dimittent te: ar. infrà, de spo. veniens. & c. ad id quod. & de despon. impub. ex litteris. ergo sine confirmatione non est cathedra vsurpanda, & qui non intrat per ostium, fur est & latro. hoc autem de mandato superioris post confirmationem puto fieri debere, vel fortè archidiaconus hoc postmodum facier iure suo: infrà, de off. archi. vt vestrum. De consuetudine intronizãtur ante confirmationem, quam iudico corruptelam, de eadem cõfirmati authoritate propria intrant, quod non reprobo, vbi nemini iniuriatur: puta quia non est aliquis ad quem spectat installatio, cum per ipsam confirmationem ius plenissimum consequatur: infrà e. §. quod ius acquiratur. Populi voces, puta quia ad clamorem popularem electus est: infrà e. Osius. lxj. di. miramur. viij. q. j. licet ergo. & c. si ergo. nec enim sequẽdus est populus, sed docendus. lxij. di. docendus. nec libertas data ad clamorem populi tenet. ff. qui, & à qui. ma. li. non fi. si priuatus. nec sunt vanæ voces populi audiendæ. C. de pœnis. decurionum filij. arg. ff. ne appel. si constat. infrà, de excess. præla. ex literis. ante medium. possunt tamen tales repræsentare: infrà eo. querelam. Et no. quòd hi tres casus, scilicet misti, laicales abusus, populi voces, quamuis idem videantur prima facie: tamen si diligenter considerantur, secunda facie sunt diuersi. Anathema, scilicet si ab excommunicatis vel de excommunicato fiat electio. infrà, de ætate. c. cùm bonæ. Simon, scilicet quia simoniacè fit. infrà eo. super eo. & c. si alicuius. Discordans si fit, vt suprà, de post. præla. c. j. ad fi. & capitul. ij. Suspensio, scilicet quia de suspenso vel à suspensis facta est: suprà, de consuetu. cùm dilectus. §. qui à nobis. Schisma. sed si ipsum abiurauerit, nec à schismatico ordinem receperit, de gratia confirmatur. infrà eod. quia tua diligentia. schisma autem interpretatur scissura siue diuisio. vnde schismatici dicuntur ab vnitate fidei diuisi, qui nec spiritum sanctum habent. nec scissura in vnitate esse potest. xxiij. q. j. schisma. & capitul. loquitur. Inde est, quòd vestis Domini, per quam vnitatem intelligimus, indiuisa remansit. xvj. q. vl. nullus. §. sicut Domini vestimentum. quod dic, vt noto. infrà, de schisma. §. j. Ius electorum nullum dat quodlibet horum, id est, si aliquod de præmissis interueniat, electio nulla erit. De omnibus supradictis, & alijs quæ occurrent, puto diligenter inquiri debere. infrà eod. cùm post petita. & cùm omnia ritè concurrerint, tunc demum electio confirmetur. infrà eo. nihil est. respon. j. & si superior dubitet de personis, ab his, inter quos is, de quo dubitat, conuersatus est, inquirere debet. infrà eod. postquam. & capi. scriptum. §. j. Quia sicut dicitur infrà eo. nihil est, si secus fuerit incautè præsumptum, scilicet non præcedente examinatione diligenti: vel quia nulla necessitate vrgente, vel euidenti vtilitate exigente dispensauit: vel quia sine dispensatione confirmauit, indignè promotus deijciendus est, & indignè promouens puniendus. sic intelligo infrà eod. nihil est. §. j. idem videtur, si confirmauit, cum de personæ meritis non constaret. argu. optimum infrà, de appell. constitutus. ij. sed hoc intelligo, quando non præmisit examinationem. nam ipsa præmissa, præsumitur idoneus, ex quo contrarium non apparet. infrà, de scru. in ord. fa. c. vnico. infrà, de præsum. ca. fi. Sed & incautè confirmat, si confirmauit antequam electioni de se factæ consentiat. infrà, eo. cum inter canonicos. §. fin. ideoq; quando eligitur absens & inscius, est confirmatio differenda. infrà eod. innotuit. respon. j. Quid si omnia diligenter examinauit, ita quòd nihil omisit de contingen-

gentibus, & postea reperitur vitium seu defectus, qui latuerat, confirmatori nihil imputo, dum tamen per se & alios diligenter inquisierit. ī. de clan. despon. cùm inhibitio. respon. j. ex quo fecit quod potuit. xxij. q. ij. faciat. imputo autem parti contradicenti, si non appellauit ab interlocutoria: nam elapsis diebus, transit in rem iudicatam. ī. eodem. cùm dilectus. §. finali. imputo etiam promoto scienti, & reticenti, vel dissimulanti. argum. ff. de redhi. actio. l. j. §. causa. & l. quæritur. §. si venditor. de clan. despon. c. iij. §. pari modo. nam quò ad ipsum, animę sunt deceptę damnabiliter, id est, in damnum suum, vt sanguis parochianorum, ac si decepti essent ab eo, in die iudicij requiratur, sic intelligo, ī. eod. dudum. ij. respon. j. ad fin. nec excusatur per lapsum temporis, vt notatur s̄. eodem. §. quis eligi. vers. item sciendum. aliàs non imputatur ignorātibus. argum. ff. de offic. præt. Barbarius. nam etiam si deficeret sacramentum fidei, fides tamen non deficit sacramenti. ī. de bapt. debitum. & de presbyt. non bapt. veniens. censebitur ergo proles spiritualis per eum generata, legitima ratione ignorantię eligentium. arg. ī. qui fid. sint legi, ex tenore. ergo in hoc seculo, ex quo ita latet, non iudicabitur. xxxij. dist. erubescant. vj. q. j. si omnia. xxxij. q. v. Christiana. Sed ibi districtè iudicabitur, vbi nihil latebit. nisi hic pœnitentiam agat procurando renunciationem, vel saltem dispensationem: ī. de renunc. nisi cùm pridem. §. personæ verò irregularitas. sed Papa ex certa scientia poterit percepta remittere, & vt cum bona conscientia remaneat, dispensare. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem: sed & illud imputarem confirmatori, si defectus in aperto erat: vel de facili esse poterat: & ideo consecratus remouetur propter defectum scientiæ. ī. de ætat. & qualit. c. fin. hoc enim de facili apparere potest: vt notatur ī. de mag. §. qualiter debeat esse. & not. ꝙ non excusat in talibus tempus: imò remouetur confirmatus, quandocunque appareat, ecclesiam deceptam fuisse, ī. de filijs presbyt. c. penul. & vlt. & de cor. vitia. exposui, sicut & in matrimonio carnali obtinet: vt not. ī. de frigid. §. qualiter & quando. vers. quòd si mulieres. & seq. nisi dispensetur, vt dixi. & probatur ī. de ætat. & qualit. intelleximus. j. §. fin.

29 Quando ius acquiratur confirmato:† patet s̄. eodem. §. quid operetur. & duobus §§. seq. & §. quo tempore. vers. tu dic, quòd electus. acquiritur autem ius oneris & honoris. quod dic, vt not. ī. de paro. §. in quib. cōsistit. & ī. de maio. & obe. §. in quibus consistat maioritas. Sed nunquid acquiritur
30 ius † audiendi causas criminales? Dic vt not. ī. de accus. §. fin. sub §. fin. vers. in summa. & seq. acquiritur etiam ius, quòd non deijciatur sine metu calumniæ, nisi fortè appellatum esset. tunc enim superior causa probata ipsum deijceret: nec requireretur, ꝙ prosequens appellationē ad aliquam pœnam se astringeret. sic potest intelligi ī. eod. nihil est. arg. ff. ad Turpil. l. j. in fin. sicut nec inscribitur ante confirmationem. Si verò prosequatur post confirmationem sine appellatione, tunc obligat se ad pœnam extraordinariam. ī. de accus. super his. & est ratio, vt not. ī. tit. j. §. cuius authoritate. vers. verùm cùm matrimonium.

Ad quid tenetur. Ad consecrationem

intra certum tempus recipiendam. quod dic, vt not. s̄. eod. §. quo tempore. vers. consecratio. & sequent. vsque in finem. tenetur etiam inquirere, & bonum exemplum præbere. vnde in Tobia verificato in princ. ecclesiæ Turonensis apex ouium speculator. Et speculum præsul Bartholomæo faue. arg. ī. eod. cùm in cunctis. resp. j. ideo debet esse potens in opere & sermone. ī. de stat. mon. cùm ad monasterium. §. prior. tenetur etiam prædicare. ī. eod. in causis. in fine. & quod ore dicit, opere cōplere: nam ea quę à prælatis fiunt, de facili trahuntur à subditis in exemplum. ī. de vot. &
31 vo. redem. magnæ. §. j. Primò ergo habet officium † præconis. xliij. distin. si sit rector. Secundò habet officium ducis: sed si cæ-
c cus cæcum ducat, [c] ambo in foueam dilabūtur. ī. de ætat. & qual. cùm sit ars artium. in fine. xxxviij. distin. quæ ipsis. Tertiò habet officium magistri: est enim ars artium regimen animarum. ī. de ætat. & qualit. c. penult. in princ. Quartò, habet officium pastoris: ī. eodem. ne pro defectu, ex hoc tenetur triplicem panem omnibus ministrare sacramentalem, de quo dicitur, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. de consecr. distin. ij. panis. Item corporalem & spiritualem, scilicet exempli & verbi Dei. de quibus dictum est, Non in solo pane viuit homo, &c. & illud, Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. de pane corporali habes xvj. quæst. j. quoniam quicquid de pane exempli, ij. q. j. multi corriguntur. & c. si peccauerit. vj. q. j. oues. propter hunc
f triplicem panem dictum est Petro ter, Pasce oues meas. [f] ī. eod. significasti. Quintò, habet officium præfecti vigilum: ergo caueat à negligentia, & videat episcopus, quòd subditi sacerdotes in uigilent, quia preciosissima pars fortunarum, scilicet animarum eis commissa est. super quo vide diligēter totum tenorem lib. iij. & ff. de offic. præf. vigil. nam aliquid esset, si ita cautè ageret hîc, sicut ibi, & tamen cùm agatur de maioribus, cautius est agendum. xlij. dist. quiescamus. ergo inuigilet, quia culpa sua est, si lupus ouem rapiat, & ipse nesciat. infrà, de regulis iuris. ca. penultimo. Sextò, habet officium nutricis, vnde lac ministrare debet. ī. de pœnit. Deus qui. §. Apostoli. Septimò, habet officium medici, vnde cautè debet infundere vinum & oleum vulneribus fauciati: infrà, de pœnit. omnis. §. sacerdos autem. xlv. distinct. disciplina. Octauò, habet officium aduocati, vt oret pro populo sibi commisso. x. quæst. j. quia sacerdotes. j. quæst. j. ipsi sacerdotes. xxxvj. distin. cap. finali. Nonò, habet officium militis armati, sed arma nostra lachrymæ
g sunt [g] & orationes. xxiij. quæst. viij. §. j. & cap. j. & ij. & per totum. Decimò, habet officium gladiatoris. est autem excommunicatio mucro suus. xvj. q. ij. visis. in fine. ī. de re eccles. non alien. si quis presbyt. Vndecimò, habet officium agricultoris, vt euellat & dissipet, ædificet, & planter. ī. de ma. & obed. solitę. §. potuisses. Ergo corrigat, dissipet, & informet, quia, &c. Duodecimò, habet officium correctoris, ī. eodem. transmissam. ī. de his, quę fiunt à prælato, quanto. ī. de accusat. qualiter. ij. Et breuiter ad supradicta xij. officia diligenter & fideliter exequēda, tenetur, & multa alia, de quibus omnibus coram Deo redditurus est rationem, vt not. ī. de paro. §. in quibus. & ī. de offic. archi. §. quod sit eius officium. Tenetur etiam ad cautionē & iuramentum præstandum: de quibus dixi s̄. eod. §. quid operetur.

Quid iuris de expensis hac occasione factis, & quidem aut quæris de expensis factis de cōmuni consensu capituli, aut de consensu partium. Et si quidem expensę fiant occasione electionis à procuratoribus, communiter constitutis, siue in custodia castrorum, siue electione significāda, siue pro confirmatione petenda, siue pro quocunq; alio vtiliter gesto, ęquum est, vt inde stipendium suum consequātur, arg. xij. q. iij. quicunq; x. q. ij. precariæ. xxxviij. q. j. iam nunc. ī. de accusat. ex parte. ff. de neg. gest. Pomponius. & hoc intelligo, siue expensæ sint vtiles, siue necessariæ. tales videlicet, sine quibus negotium non poterat expediri: vel poterat, sed non ita bene. ff. de verb. sign. impensę. ff. de impen. in re. do. fac. l. j. ij. iij. & iiij. tenetur enim capitulū procurare, vt prælatum habeat quàm citò commodè poterit: ī. eod. cùm inter vniuersas. & c. ne pro defectu. & sede vacāte, vices prę-
lati gerit. quòd dic, vt not. ī. de maio. & obe. §. & ad quid obediēs teneatur, & ne sede vacan. §. in quibus hæc regula fallit. Secus ergo, si proprijs negotijs procuratores expenderent: vt ī. de do. & cont. cùm dilecti. ī. de eo qui mit. in pos. cau. rei seruandæ. cùm venissent. in fine. ī. de proc. cùm pro causa. Quid si vnà cum negotio electionis sua propria negotia procurauerint. si principaliter missi erāt pro causa electionis, habet locum quod dicitur, ī. eod. vt præteritę, dum tamen nō distulerit electionis negotium: alioquin si in proprijs negotijs principaliter venerant, sed capitulum mandauit eis, ꝙ electionis negotium procurarēt, quatenus plus expenderunt ratione negotij, repetent, & non vltrà: sic in primo casu, ꝙ plus expenderunt, vt proprijs negotijs deducetur: arg. ff. de neg. gest. si communes. ff. famil. ercis. ex parte, circa princ. & in alijs iuribus proximè inductis. & hoc intelligo, de expensis factis, quousque confirmatio habita fuerit, & confirmatio repræsentata. arg. ī. eod. transmissa. & de appel. super eod. ij. §. fin. Deducentur autem de bonis spectantibus ad cameram prę-
lati. sic intelligit Gof. ī. eod. vt præteritę, ibi. Patriarchatus. imò videntur innuere, ꝙ ab omnibus de patriarchatu contribuendum sit. vnde sequitur totaliter, quasi dicat à toto patriarchatu. sunt enim onera comportāda: ī. de præs. man. & ꝙ necessitate superueniēte, videtur charitatiuū auxiliū postulandū. ī. de cens. cùm Apost. §. inhib. Sed cauēdū est ne pauperes compellātur, nec diuites inęqualiter aggrauētur. ī. de cens. licet. & c. ꝙ curationes. §. j. ī. de off. ord. conquerente. §. j. ad fi. & est ratio, ꝙa quod omnes tangit, &c. ī. de off. archid. ad hæc, in fin. Cùm ergo omnino interfit, bonum habere prę-
latum, quia integritas pastorum salus est subditorum. lxj. dist. miramur. circa princ. & cap. languescēte, &c. vj. q. j. ex merito, ab

[c] Si cæcus cæcum.] Add de c. post transactionem. de renun. c. ante baptismū. de cons. dist. iiij. originaliter. Luc. vj. c.

[f] Pasce oues meas.] Add de text. in c. in scripturis. viij. q. ca. diuinis. xxv. q. j & in c. solitæ. de ma. & obe. originaliter. Ioan. vlt. c.

[g] Arma nostra lachrymæ sunt.] Adde gl. in c. dilecto. de sent. excom. li. vj, & gl. in cōtinentia de cler. perc. Anto. de But. & Abb. in c. petitio de homi. Abb. in c. ex multa. in §. de clericis. de vot.

h Legũ interpres.] Adde glos. in c. ab eo de app. lib. vj. gl. in c. ex parte. de cele. miſ. q̃ alleg. concord.

i Ad inuentarium faciendum.] Adde quæ & quot ſolennitates requirantur in conficiendo inuentarium. vide per Bald. conſil. 36. in iiij. vol.

omnibus tribuendum videtur. argum. ff. de aqua pluu. arcen. in concedendo. ĵ. de maio. & obed. c. fin. Putò, quòd ſi de conſuetudine appareat, ſeruanda eſt, quia optima eſt legum h interpres. h §. de conſuet. c. dilectus. ad fin. Si non apparet, ſatisfaciat menſa, cuius principaliter intereſt, niſi graues ſint expenſę, in quo caſu per iura præallegata contributionem dicimus faciendam, quę potiſsimè tangit Canonicos. arg. ĵ. de preſcrip. cùm non liceat. vbi dicit, quòd non obſtante præſcriptione, tenentur, ſicut alij obedire. arg. ĵ. de his quę fiunt à prælat. nouit. & c. fin. Si autem de conſenſu partis capituli factę ſunt, ad hoc vt melius videas, quid iuris ſit, ſcire debes, quòd ſi canonici inter ſe tantùm litigent, vbi eſt maior pars capituli, dicitur eſſe capitulum: arg. ĵ. eod. inter cano. lxj. diſt. Apoſtolica. & poſſunt conſtituere procuratorem nomine capituli: nec hic requiritur conſenſus ſingulorum. Secus, ſi agant contra extraneum, quia tunc requiritur, quòd duę partes capituli in conſtitutione procuratoris præſentes ſint, quarum duarum partium ſufficit maiorem partem conſentire: in quorum numero vox procuratoris computabitur, ſic intellige. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. null. & l. ſequen. ĵ. de his quę fiunt à ma. par. ca. c. j. & argum. ĵ. de procur. c. j. & ĵ. de iud. cauſam quę. Sed nunquid poteſt conſtitui procurator minor xxv an. vide quod not. ĵ. de proc. §. quis dari. Abſentium quoque nomina conſcribi nõ debent, aliàs incurritur crimẽ fal. ĵ. de his quę fiunt à prælat. quanto. §. abſentium. Hic autem quò ad expenſas pertinet, diſtingue, vtrum is qui cauſam contradictionis proſequitur ſit regularis, vel ſecularis. Si ſit regularis, etiam pendente lite, ei prouidendum eſt, cùm nec proprium habeat: ĵ. de accuſ. ex parte. & c. olim. I. V. & P. Si verò ſecularis ſit, aut eſt electus, aut ſingularis, aut procurator. Si electus ſit, & ſuccubuit, expenſas non repetet, cùm non alienum, ſed proprium geſsiſſe negotium videatur. C. de negot. geſt. l. j. & de ſta. & imag. l. fin. arg. ff. de negot. geſt. l. ĵ. & iij. Si obtinuit, ipſemet ſatisfaciat: argum. ĵ. de teſt. relatum. §. nomine. Si ſingularis vel procurator, aut agit de iure proprio, puta quia dicit ſe contemptum, vel alios, pro quibus eſt in iudicio, & ſic nihil repetit, vt dixi §. ver. ſi electus ſit. & argum. ĵ. eod. quòd ſicut. §. fin autem. & c. bonæ me. cre. §. penult. & vlt. Aut agit de iure tangente eccleſiam: puta quia dicit perſonam minus idoneam, vel formam non obſeruatam: & tunc ſi regularis ſit pendẽte lite prouidendum eſt: ĵ. de accuſ. ex parte. & c. olim. I. V. & P. Secularis verò, pendente lite nihil percipiet, & ſi ſententia feratur contra ipſum, nihil recuperabit à capitulo, ſed quilibet ſociorum ponat ibi pro ſolido, & libra. Si verò obtinet à capitulo, recuperabit: argum. ĵ. de procur. cùm pro cauſa. & de re. eccl. non alie. ad noſtram. & ſic vtilitatem expenſarum litis terminus declarabit. argum. Cod. de iudic. rem nõ nouam. & de hoc ĵ. eod. vt præteritę. victus etiam victori condemnabitur, ĵ. de dolo & cont. finem. & ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur actio aduerſus capitulum, niſi vtiliter geſtũ eſt negotium. etiam ſi ſine mandato oppoſuit ſe vnus canonicus contradictioni nomine eccleſiæ. ff. de eo per quem fac. eſt. l. fi. ff. de iudic. ſolui. inde tamen. §. antepen. Hæ autem expenſæ probabilem modum excedere non debent: imò taxatio præmittenda eſt, ĵ. de procur. cùm pro cauſa. & c. cõſtitutis. quòd dic, vt not. ĵ. de dolo, & cont. ſub rubrica de contum. §. quę pœna. ſub §. ergo eſt modus. Et nota, quòd etiam vnicus canonicus cum cantore, vel nomine eccleſiæ admittetur. argum. ĵ. eod. cùm inter canonicos. §. poſt hoc archipresbyter. & ĵ. de offic. deleg. coram. ſed ſi malitioſè contra alium excipiat, de proprio expenſas componat. ĵ. de accuſat. accedens. argum. ĵ. eod. cùm inter canon. vel pluſquàm duę partes conſtituerant procuratorem. Verùm quò ad hoc, vt expenſæ poſſint repeti, videtur ſufficere, quòd cauſam habuerit probabilem litigandi. argum. ff. de bonis auth. iud. poſ. prætor ait. §. ait prætor. ſufficit enim, quòd vtiliter & bona fide exceptum fuerit. ff. de negot. geſt. ſed an vltrò. §. ĵ. Verùm ita demùm recuperabit capitulum expenſas factas, ſi bona prælaturę non occupent, vel vſurpent: ĵ. eod. vt præteritę. tunc enim, ſi hoc faciant, nihil repetant, cùm in cauſa condemnationis ſint. argum. ĵ. de donat. inter vir. & vxor. & ſi neceſſe. ad fin. vel ideo hoc dicit, quia id quod occuparunt, detrahitur. & quod ſupereſt tantùm redditur: ĵ. de accuſ. ex parte. & c. penult. in fin. vel dic occupent, ſcilicet aliquam rem in quam dicebant ſe ius habere, & ideo ipſam occupauerũt iudicando, quia non eſt qui defendat: ĵ. ne ſe vacan. per totum: ideo debet cadere à iure ſuo. arg. xvj. q. vj. placuit. C. vnde vi. ſi quis in tantam. ad l. Iul. de vi pu. ſi creditores. xij. q. ij. nõ licet clericis. Vel ideo dicit, Vſurpent: quia nihil debet ſupprimi vel auferri, ſed futuro ſucceſſori omnia fideliter reſeruari, etiã ſupellectilia, alioquin qui contrà fecerit, reus ſacrilegij prolixiori anathemate condemnetur. xiij. q. ij. hĩc, huius placiti: qui nimò tanquam fur & latro honore priuandus eſt, etiam ſi epiſcopus de bonis vacantis eccleſię ſubditę ſurripiat. x. q. ij. c. vlt. & hĩc paribus paſsibus ambulant. xij. q. ij. cap. monemus. & c. ſi qua. de rebus. & c. illud. Sed per quem cuſtodientur, per œconomum, id eſt, præpoſitum ſi in eccleſia ſit. lxxv. diſt. quoniam quidem. alioquin ſi non ſit ibi, vel non ſit idoneus, capitulum prouidebit: & ipſo deficiente, Metropolitanus. xij. q. ij. non liceat alicui Metropolitano. ſed & conſuetudo clericis ſuper hoc poſſet dare iuriſdictionem, nõ tamen laicis. xij. q. ij. de laicis. Nec prætermittendum, quòd capitulum tenetur ad inuentarium faciendum i in præſentia epiſcopi morientis, vel depoſiti, œconomo & canonicis præſentibus. xij. q. ij. charitatem. ad idem tenetur, ſi mortuus ſit, ſcilicet inuentarium publicè facere à minimo vſque ad maximum: & ſi quid inde ſubtraxerint, furti tenentur. xij. q. ij. ſicubi. quinimò infamis videtur tutor, niſi fecerit, & in litem iurabitur contra ipſum. argum. ff. de admin. tut. tutor, qui repertorium. C. de admin. tut. l. tutores. C. arbit. tut. l. fin. §. fin. vbi dicit, quòd & alias pœnas in iure ſtatutas ſuſtinent, ſcilicet quia tales vinculis alligantur. ff. de ſuſp. tut. l. iij. & l. antepenult.

i

32 Quam pœnam patiantur eligentes, † ſi

vitioſè eligant? Certè magnam. Sed quia iura de pœna iſtorum & confirmantium tractantia, quibuſdam non intelligentibus contraria apparent ad remouendum antinomiam, & vt plenè & planè videas, quòd diuerſa ſunt, non aduerſa: ſic infrà de his quæ fiunt à prælat. cùm Apoſtolica. §. authoritates. ſic diſtin. Punitur iniuſtè promouens ad beneficium, aut propter negligentiam, & delicti conſcientiam, aut propter ſolam negligẽtiam, aut propter delictum. Si propter negligentiam, & delicti conſcientiam: puta habens beneficium cum cura, ſecundum recipit, & cũ eo primum retinet, & fructus percipit tanquam fur & latro. ĵ. eod. dudum. ij. reſpon. j. ſciente & diſsimulante prælato, ad quem pertinet collatio ipſius primi beneficij. & ſic tacitè particeps eſt delicti. lxxxiiij. diſt. error. & c. conſentire. & ſi negligit per ſex menſes, in hoc caſu propter negligentiam, poteſtas conferendi ad proximum ſuperiorem deuoluitur, & propter delicti conſcientiam eccleſiæ, quam conferre debuit, tantùm de ſuis prouentibus reſtituere cogitur, quantum à tempore vacationis conſtiterit eſſe perceptum. ſic loquitur ĵ. de præben. de mulcta. §. & ſi vltra ſex menſes. quòd intelligunt Doctores de ſuis ſcilicet propriis. ĵ. de appel. reprehenſibilis. §. penult. alioquin contrà. quia delictum perſonæ, &c. ĵ. de except. cùm venerabilis. §. intelleximus. ſed punietur alia pœna arbitraria. argum. xvj. q. vj. illud. xiiij. q. vj. ſi res. percepta verò repetentur à tenente beneficium, tanquam à malæ fidei poſſeſſore. C. de rei ven. certum eſt, cùm primo beneficio ipſo iure perceptionem beneficij ſecundi priuatus ſit. ĵ. de præben. de mulcta. §. j. vnde perinde eſt, ac ſi ab initio vitioſum ingreſſum habuiſſet. ſuper quo vide quod not. §. eod. §. quis eligi. ver. item ſciendum. Hic de plano, quo ad ſucceſſorem illius, qui conferre debuit beneficium, concedo. arg. C. ne ex delict. defunc. l. vnica. ff. de diuer. & temp. præſcrip. an vicinum. xxiij. diſt. quorundam. Si verò conſcius delicti viuat, non quæro proprietatem patrimonij, ſed prouentum eccleſiaſticorũ, quos ſuos facit in vita ſua. ĵ. de pecu. cler. c. fin. & de teſta. relatum. ij. §. nomine. & generalem & liberã adminiſtrationem habet. ĵ. eod. cùm nobis olim. In fine. Vbi verò propter ſuam negligentiam ſolam, aut commiſſam in maioribus beneficijs, aut in minoribus. Si in maioribus, tunc iuſto impedimento ceſſante, elapſis tribus menſibus à tempore vacationis & ſcientiæ numerandis, poteſtas ad proximum ſuperiorem deuoluitur, vt not. §. §. quanto tempore. Eſt autem iuſtum impedimentum, ſi interdictum ſit eis ne eligant. ĵ. eodem. c. fin. Item etiam ſi canonici excommunicati ſint, vel ſuſpenſi, etiam culpa ſua: quia tunc non ad archiepiſcopum, ſed ad papam poteſtas deuoluitur. ĵ. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Item quia primus electus noluit conſentire, nec ſecundus, nec tertius. xxviij. diſt. Siracuſanæ. lxj. diſt. bene nouit. vel non reperitur idoneus, vt ibi. in quo caſu licitum eſt vni perſonæ habere plura beneficia. argum. ĵ. de conceſ. præben. cum noſtris. §. fin. xxj. q. j. §. j. & c. j. infrà de ætat. & qualit. tuam. & ex quo nihil poteſt imputari, non currit præſcrip. C. de inoff. teſta. contra maiores. C. de anna. excep. l. fin. in fin. ff. ex quib. cau. maio. in integ. reſtit. ait prætor. §. fin. & tribus ll. ſeq. Quid ergo ſi capitulum eligat ſibi epiſcopum intra tres menſes, ſed electus non vult conſentire, vel diſſentire, nec capitulum curat repræſentare electionem ſuam ſuperiori, & ſic labuntur tres menſes,

menſes, nunquid in hoc caſu deuoluetur poteſtas prouidendi ad ipſum proximè ſuperiorẽ? Videtur q̃ ſic: quia ſi vltra tres menſes teneant canonici eccleſiam vacantem, puniendi videntur. j. eod. ne pro defectu. §. ſtatuimus. in princ. l. diſtin. poſtquam lxiij. diſt. obeuntibus. Nam & quòd tenetur intelligere, intelligendum eſt cum effectu. vt patet in his quę notantur j. eodem. verſ. quid ſi bo num. nihil etiam intereſt, vtrùm non eligant, vel eligant, & nõ faciunt quod poſſunt, vt electio quàm citò poterit fieri confirmetur, cùm interim vacet eccleſia prælato: quia ante confirmationem non eſt qui adminiſtret, vt patet in his quæ not. §. §. quid operetur. arg. j. tit. j. inter corporalia. §. ſed neq̃. & ſic lupus rapax, etiam elapſis tribus menſibus, poterit inuadere gregem Dominicũ, & temporalia poterunt deperire, quod tamen mens concilij intra tres menſes vitare intendit, & apparet j. eod. ne pro defectu. reſpon. j. & §. ſtatuimus. in prin. quòd vitaſſent, quantum in ipſis eſt, ipſi canonici ſi electionem ſuperiori repræſentaſſent: qa ſuperior fortè aſsignaſſet diem electo, intra quem conſentiret, ſe cundum ea quę notantur §. eod. §. vtrum mutari. verſic. quid ſi electus. & ſic currit eis præſcriptio, cùm ſit quod imputari poteſt, vt patet in his quę notantur §. eod. verſicul. proximis. Præterea ſuperior cui non eſt præſentata electio, meritò poteſt ignorare electionem factam, & per conſequens elapſis tribus menſibus credere, quòd ad ipſum ſit poteſtas prouidendi, authoritate generalis concilij deuoluta: ergo cùm non teneatur diuinare, ſine culpa poterit prouidere. hic eſt caſus expreſſus in conſimili materia. j. vt benef. eccleſ. c. vnico. §. j. verſ. porrò. Sed contrà, canonici puniuntur per concilium, ſi intra tres menſes non elegerint: ergo à contrario ſi elegerint etiam vltima die trium menſium, vitant pœnam, vt apparet. j. eod. ne pro defectu. §. ſtatuimus. ibi, intra quos iuſto impedimento ceſſante, &c. Item, quamuis inueniam, quòd capitulum electionem ſeu poſtulationem ſuam alieno repræſentet, & confirmationem petat, vel per ſe, vel per procuratores: §. de poſtul. præl. ca. j. & c. bonę. j. & ij. §. nec nocebat. & j. eodem. poſtquàm. & c. ſcriptũ eſt. & quòd etiam electus ſtatim facta electione, cum decreto occurrat conſecrandus. vt lxj. diſtin. epiſcopus. & c. Cathanienſis. in fine. vij. q. j. qualiter. & in multis alijs iuribus, tamen nullum ius dicit, quòd canonici intra tres menſes teneantur repræſentare, niſi quando in formam obijcitur, vel perſonam: tũc enim ſtatutus eſt menſis, vt in authen. d. N. extrà, eod. tit. ſtatuimus. ergo nec tu debes burſalia inuenire, nec papę officium vſurpare. Item ſi vltimo die trium menſium elegerũt, impoſſibile eſſet quòd illa die repræſentaretur ſuperiori electio, qui fortè diſtat per viij. vel xv. diætas, vel plures. ergo ad impoſsibile iſtud minimè obligatur. ff. de regul. iur. impoſsibilium. j. de pact. cap. vltim. ad finem. Item nullum ius punit non repræſentantem in hoc caſu: ergo nec tu debes nouam pœnam infligere. ff. de reli. & ſumpt. fun. & ſi quis. §. prohibente. ff. de ſepulch. viol. ij. §. non perpetuè. nam vt ibi pœnę ſtatutæ inueniuntur, moliendę ſunt. ff. de pœnis. præſes. & l. interpretatione. Solutio. Puto quòd ſi electio clandeſtina fit, poterit ſuperior, elapſis tribus menſibus, eccleſiæ prouidere. & loquitur j. vt benefic. eccleſ. cap. vnico. §. j. verſic. porrò. Ad idem in his quæ notantur §. eod. qualiter facienda ſit electio in prima forma. verſic. publicent in communi. Si verò publicata fuerit, tuti ſunt canonici: quia elegerunt intra tempus quod debuerunt, & ex quo publicata eſt, vix, aut nunquam erit, quin ad aures ſuperioris perueniat, alioquin in lata culpa eſſet. ff. de verborum ſignific. latè. igitur ſi ignorauit, imputet ſibi. Si ſciuit, potuit citare capitulum, & mandare, vt poſt electionem ſuam repræſentarent. Potuit etiam citare electum, & ſi neceſſe eſſet, contumacia exigente procedere contra ipſos, vt patet in iuribus allegatis §. eod. verſic. Item quamuis. & j. eod. nihil eſt. ergo ſi hoc non facit de ſe, & nõ de canonicis conqueratur: nam de cætero nullum tempus currit cõtra canonicos, ſed potius contra electum, cuius conſenſus videtur expectandus vſque ad ſex menſes, à tempore electionis & ſcientiæ numerandos, niſi penſatis negotijs & circunſtantijs per ſuperioris prouidentiam, magis vel minus fuerit expectandus: ſic loquitur, & intelligi debet, j. vt lite non conte. quoniam frequenter. §. ſi verò. verſ. quid ſi forſan. vnde ſi interim diſſentiat, reuertitur poteſtas eligẽdi ad capitulum, cùm nec in mora, nec in culpa deprehẽdantur, vt patet in his quæ notantur §. eodem. verſ. item quia primus electus. Si autem conſentit, infirmet electionem ſuperior, vel confirmet, ſicut fuerit faciendum: & ſi confirmauerit, poſtea conſecret intra tempus, de quo notatur §. eod. §. quo tempore. verſic. conſecratio. & verſic. ſic dantur. & verſic. huic tamen quod dixi. Non obſtat quòd canonici tenentur eligere cum effectu: quia hoc intelliguntur facere, dummodo canonicè eligant, cùm nec aliud ſit in poteſtate ſua, ſcilicet conſenſus electi, vel confirmatio, vel conſecratio. Non obſtat quòd non repræſentant electionem, vt patet in his quæ notantur ſuprà, eodem verſiculo, item quamuis inueniam. & ſequentibus. & verſic. ſi verò publicata. Nec obſtat quod in contrarium allegatum eſt, de mente concilij: quia & verba & mens in hoc concordant, quòd intra tres menſes electio celebretur. Nec obſtat quod dicit, concilium vltra tres menſes non vacet: quia non intelligitur vacare, quantum ad canonicos, ex quo elegerunt eum, nec alia fiat in poteſtate ſua, vt notatur ſuprà eod. verſ. non obſtat quòd canonici. & per electionem initiatum eſt matrimonium, quòd ſi electus, poſtea contrahetur. Sed nec obſtat obiectio facta. §. eod. verſic. præterea. quia intelligitur, qñ electio clandeſtina eſt, ſeu occulta, vt notatur ſuprà, eodem verſic. ſolutio. præterea loquitur in minoribus beneficijs, in quibus non generale, ſed Lateranenſe concilium habet locum, quæ multum diuerſa ſunt: nam in beneficijs, in quibus Lateranenſe concilium locum habet, bene inuenio expreſſum, quòd niſi intra ſex menſes, hi ad quos pertinet, perſonam idoneam ad beneficium vacans repræſentauerint, extunc ad proximum ſuperiorem poteſtas deuoluitur. j. de ſup. neg. prælat. cap. ij. ad idem. j. de iure patr. eam te. & de eccleſ. edict. cap. iij. in fine. in authent. de ſanct. epiſcop. §. ſi quis oratorij domum. collat. ix. ſed pœnam concilij Lateranenſis non poteſt trahere ad generale, vt patet infrà, de conceſ. præben. dilectus. ſatis tamen puto ex mente iurium, quòd dominus papa nouum ius condendo in hoc caſu deberet priuare, non repræſentantes intrà certum tempus,
33 vt eccleſiarum pericula vitarentur. † Quid ſi capitulum transfert poteſtatem in alium, & ille negligens eſt, nunquid capitulum propter hoc priuatur poteſtate eligendi: puto quòd ſic. argum. infrà, de officio archidiaconi. ea quæ. ff. de exer. action. l. j. §. ma-
k giſtrum, quia negligentia procuratoris [k] obeſt domino, ſicut & confeſsio. quod dic, vt not. infrà, de procu. §. quis ſit effectus. verſ. ſed nunquid confeſsio. ſicut etiam negligentia prælati obeſt eccleſiæ. infrà, de præſcrip. per totum. quamuis dolus non obſit, nec delictum, vt notatur ſuprà, eod. §. verſ. ſi propter negligentiam: nam & conſtitutio pro defectu, quæ hanc pœnam imponit, in fauorem publicum introducta eſt, quare ei renunciari non poteſt. infrà, de foro compet. ſi diligenti. aliàs ſemper poſſet transferri poteſtas, & nimis vacaret eccleſia, & in fraudem poſſet fieri, ſi contrarium diceremus, quod vitandum eſt. argum. infrà, de diuortio. quanto. in fine. infrà, de priuileg. quanto. ad finem. Quid ergo, ſi alius in quem translata eſt poteſtas, indignum elegerit, & quidem pœna ſuos debet tenere authores. infrà de his quæ fiunt à maior. par. capit. quæſiuit. quia nec de tali videntur cogitaſſe. infrà, eod. cauſam quæ. & cap. in cauſis. §. fin. infrà, de conc. præben. conſtitutus. j. de renun. poſt translationem. §. fin. ff. de ritu nupt. quanquam. & l. filius. ff. pro ſocio. vnde ſi Neruę. in auth. de hæred. & Fal. §. is igitur. col. j. ſed ſicut §. not. negligentia imputatur. Ergo elapſis tribus menſibus, deuoluitur poteſtas ad proximum ſuperiorem, qui de eadem eccleſia habet eligere intra alios tres menſes: ſuper quo vide quod not. §. eodem. §. quis eligi. verſic. is etiam, qui non eſt de eodem gremio. & ſequentibus, vſque ad verſic. nedum criminoſus. Sin autem ſuperior, puta archiepiſcopus, intra alios tres menſes non prouiderit, ex quo tres menſes concurrerũt in perſonam capituli, & tres alij in perſonam ſui, intelligitur poteſtas deuoluta ad papam. arg. j. de ſup. negl. prælato. licet ideo, ſi elapſis vj menſibus prouideat, prouiſio non valebit: ſic induco pro concordantia decret. quam alij dicunt correctam. j. de conceſ. præben. dilectus. quod dic, vt ibi not. §. & infra quod tempus. In quibus autem beneficijs hoc intelligatur, vide quod notatur §. eodem. §. quo tempore. Sed ſi in minoribus beneficijs committatur negligentia, tunc elapſis vj menſibus poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur, & proceditur in alijs, ſicut habes. j. de conceſ. præben. nulla. §. cùm verò præbendas. & ſequen. quod dic, vt ibi notatur. & j. de ſup. neg. prælat. Quod ſi propter delictum, aut commiſſum autoritate abuſus ſingularis, aut propria. Si propter delictum commiſſum authoritate abuſus ſecularis, & in minoribus beneficijs habet locum quod eligitur. j. eod. quiſquis. quia ipſo iure irrita eſt electio: & electus qui conſenſit, ineligibilis fit, niſi cum eo miſericorditer diſpenſetur, & eligentes priuati ſunt poteſtate eligendi ipſa vice: & tunc, id eſt, durante ſuſpenſione per triennium ab officijs & beneficijs ſuſpendendi: ergo interim eligere non poſſunt: quod patet in his quæ notantur §. eod. §. quis poſsit eligere. verſ. hoc intelligas. Si verò hoc accidat in minoribus beneficijs, laici excommunicantur, clericus recipiẽs, niſi admonitus reſipuerit, cõmunione priuatur. & ſi ſic p an-

num contumax apparuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponetur. sic intelligo j. de iure pat. præterea. argum.xj.q.iij.rursus.& c.quisquis.olim verò distinguebatur inter maiora,& minora beneficia, vt apparet xvj.q.ij.si quis deinceps. Sin autem delictum authoritate propria committatur, aut committitur contra personam electam,aut contra formam non obseruatam,aut contra confirmationem. Si cõtra personam electam, ad personatus, vel beneficia curam animarum habentia, prçlatus delictum committat,vbi ad ipsum in totum pertinet,vel consentiat.vbi spectat ad ipsum,& ad alios, priuatus est ipso iure, hac vice intelligendi. sed & canonici delinquentes,nedum priuati sunt:imò & si de episcopatu agunt, per triennium sunt suis beneficijs ipso iure suspensi. sic potest intelligi,j.eod.cùm in cunctis. §.penult.& vltim. nisi per diligentem inquisitionem per eos factam, antequam eligãt, ignorantiam probent.j.eod.cum terra. ad finem. vnde quòd ibi dicit, diligentiã inquisitionis apponant,expone,id est,antequam procedant ad electionem de modo electionis,& persona, taliter inquirendo ordinent,donec vacanti ecclesiæ,&c. Sic patet,quòd tractatus debet electionem præcedere.j.eod.cùm in veteri. §.relato.quamuis ergo regula sit, q, quilibet præsumatur ignorans. ff.de probation.verius hic tamen contra,ex quo vitium apparet: nam debent canonici probare ignorantiam,si allegant.j.eod.innotuit.§.parcentes. & ideo dat hoc consilium Papa, quòd inquirant diligenter de persona,antequam eligãt. arti.xxiiij.dist. quando episcopus. nam ex quo promotus est, non iudicabunt ipsum, sed ab ipso iudicabuntur.viij.q.ij.dilectissimi. arg.iij.dist.in istis. j.de maio.& obed. cùm inferior. & est inquirendum ab eis cũ quibus conuersatus est.j.eodem,postquam. Sed nec debet ignorare, quod omnes sciunt.ff.de iu.& facti ignor.regula.& de verb.sign. latè: nam etiam imputatur, si poterunt scire per se, vel per alium. argum.ff.ad Maced.Iul.scribit xxxvij.dist.§.vltim.maximè si infamia laborat:quia talis promouendus non est. vt not. s.eodem.§. quis eligit.subaudi. §.nedum criminosus. Per hanc ergo inquisitionem probabunt ignorantiam:quia si nihil omiserunt,de contingentibus non debet latens vitium imputari: arg.ff.de redhib. ac.l.j. §.si intelligatur. & l.quæritur. §.vlt.& de ac.empt.& vend. tenetur.§.vltim.& de instit.act.sed & si pupillus.§.de quo palàm. nam & quilibet præsumitur bonus prima facie. j.de præsumpt.c. vlt.ergo impedimento apparente, debet per hanc inquisitionem probari ignorantia,alijs impedimentis non apparentibus,præsumitur bona fides.j.eod.dudum.j.in fin.

34 EX præmissis patet, quòd si omnes canonici † delinquant, deuoluitur potestas eligendi ad proximum superiorem.s.tit.j.bonæ.ij. §.intelleximus. qui quando de gratia remittit ius eligẽdi, & etiam pœnam, s.tit.j. bonæ.respon.j.& §.j.j.eod.innotuit.§.parcentes.& c.cùm in veteri. respon. j. & aliquando etiam hoc facit, quando multitudo peccantium est in causa. sic tollitur contrarium, j. de de fil.presb. c.fin.argum. j.de temp.ord.c.ij.& de cler.excom.min.latores. sed si pars capituli delinquat, ad partem non delinquentem hæc potestas deuoluitur. j.eod. cùm Vintonien̄sis. super quo vide quod not.s.eodem.§.qualiter.sub §.secũda forma,vers.quid si omnes. Quòd si iterum hęc pars deliquerit, deuoluitur potestas ad aliam partem, sed hic circulus vltra tres menses non extenditur. l.dist. postquam ergo intra tres menses non deuoluitur potestas ad superiorem,nisi pariter,id est,simul & eodem tempore deliquerint, secundum La.qui sic intellexit, j.eodem,bonæ me.mag. §. vltim. ibi,pariter,&c.cùm Vintonien̄sis. Tu dic cum Tanc.quòd siue simul,siue separatim delinquerent,semper defertur potestas ad superiorem:dum tamen omnes deliquerint. j.eodem.in cunctis.§. fin.j. de concess.præben.c.ij.§.fin.nam & in decret.bonæ.si separatim peccauerunt.& dictio ibi posita, pariter,non denotat identitatem temporis, sed delicti. vnde expone,pariter,id est,pari modo;siue pari delicto.nec obstat j.c.cùm Vinton. ibi enim primi ideo admittuntur:quia ipsorum vitium est purgatum.Secundi verò non peccauerunt in eligendo indignam personam: sed peccauerunt in forma:ideo non erant priuati,sed priuandi,secundum ea quę not.j.eodem.versic.aut communem.vel quia per oppressionem facta fuerat,sicut in casu poni consueuit, vel quia administrauit non confirmatus.j.eod.bonæ.j.vel fortè secundi elegerũt ignoranter indignum:nam si scienter ad papam deuolueretur potestas,vel fortè papa voluit vtrisque facere gratiam quod potuit: sic s.tit.j.bonæ.ij.§.cæterùm. sed & secundum intellectum Tanc. hæc oppositio fieri non potest, quia secundum eum pariter deliquerunt.Quid si vni episcopo data est potestas eligendi alium in episcopum, & eligit, nunquid suspensus est ab officio per triennium:sicut essent hi qui potestatem dederunt, si talem elegissent? j.eod.cùm in cunctis. §.clerici. Certè hodie non:quia nullam sententiam suspensionis hodie incurrit episcopus ipso iure, nisi de ipso expressa mentio habeatur: vt in authent.d.N.extrà, de sent. excom.quia periculosum.& de hoc j.eod.causam quæ. Quid ergo,si esset alius quàm episcopus is cui potestas data esset? & certè videtur,quòd cùm succedat capitulo suo, quo ad honorẽ eligendi per consequens,& quo ad onus. argum.j.de ser.non ord.miratur.& de pig.ex literis.& de iure pat.pastoralis.& indistinctè loquitur dictus §.clerici.j.eod.cùm in cunctis.contrà,quia non dicit hoc expressim de illo qui prouidet ex compromissoria potestate,& pœnę restringẽdę sunt.j.de his quę fiunt à ma.par.c.quæsiuit. Solu.puto quòd ad talem mens §.extendatur.Quid si bonum elegit,sed recipere renuit? & certè non videtur functus officio suo:quia verba intelligenda sunt cum effectu.argum.j.de off. deleg.significasti.& c.in literis. & de cler.non resi.relatum.& capitulum posset eligere:ergo & iste qui vicem capituli gerit. arg. xciij.dist.c.j.& argum.j.eodem.cùm terra.ad fin. ff.de optio.leg. leg.ij.vj.q.j.factus est. ff. de pign.act. eleganter. §.qui reprobos. & not.de simili materia,s.eodem.§.vtrum mutari possit.vers.sed quid si omnes. Si verò in simplicibus beneficijs prælatus, vel alius deliquerit,non ipso iure punitur, sed post trinam admonitionem suspenditur in prouinciali concilio, substituta ei persona, quę defectum suppleat in beneficijs conferẽdis:excipitur archiepiscopus,cuius delictum superiori est intimandum. Sententia verò lata nõ potest circa se.Apost.vel vnam de quatuor sedibus Patriarchalibus,scilicet Constantinopolis, Alexãdrina, Antiochia, Hierosolymitana,relaxari. sic loquitur j.de præben.graue.& accedit j.de priuil.j.antiqua. Excipe canonicorũ filios illegitimos, scilicet naturales, & maximè spurios, quos si qui cum eorum patribus in eadem ecclesia canonicare præsumpserint, à suis beneficijs suspenduntur. Sic loquitur j.de fil.presbyt.cùm decorem.& c.ad abolendum. Vbi verò contra formam non seruatam delinquitur,distingue: nã delinquitur aut contra illã quã debet seruare is, ad quem deuoluitur potestas iuris beneficio, & tunc priuatur iure eligẽdi,& arbitrariè punitur. j.eod. ne pro defectu.quod dic,vt not.s.eod.quis eligi.vers.is etiam qui nõ est. Aut verò delinquitur contra communem,& tunc priuandi sunt hi,qui delinquunt iure eligendi,ea vice & electio infirmãda. j.eod.quia propter. §.aliter.& seq.quòd dic, vt not.s.eod.§.& qualiter. vers.nedum autem personas.Si contra confirmationem aut minorũ beneficiorum,& tunc sequatur omnem decret.graue.quamuis verba deficiant,aut in maioribus, scilicet cathedralibus & regularibus,& alijs, de quibus dixi s.eodem. §.quo tempore. & vers.seq. & tunc, si incautè deliquit, caret potestate confirmandi primum successorem,& etiam à perceptione proprij beneficij suspenditur, quousque superiori visum fuerit, indulgentiam valeat promereri: & si per fraudem excesserit, grauius punitur. j.eod.nihil. §.j.& ij.Sed nunquid magis excedit confirmator,quàm eligẽs,cùm ante confirmationem administrare non possit. j.qualiter.quare ergo minus puniatur contra hoc quod proximè dictum est,& contra hoc quod legitur. j.tit.j. inter corporalia. §.fin. respon.minor pœna temporalis maior est respectu dignitatis, & ex causa diminuitur, vt dignitati deferatur. & quia pluribus periculum imminet. arg.j.de offi.del.pastoralis. resp.j. ad fin. qd' exemplifica per decr. j.de cler.venat. c.j. potest & illud dici, quòd eligens magis peccat: quia fons peccati est, & origo. per confirmationem enim nullum ius tribuitur,sed tantùm quod repertum est confirmatur, vt not.s.vtrum mutari. vers.electio igitur ritè facta,& præcedenti. & probatur j.de fid.instr. inter dilectos. §.cæterùm. quod dic, vt plenè not.s.eod. §.& qualiter.vers.de omnibus supradictis,& sequen. Aut in medijs puta dignitatibus, seu personatibus non habentibus curam,& ecclesijs curam habentibus,& tales canonicam non effugient vltionem.sic loquitur j.eod.nihil est.§.episcopi quoque.& accedit,j.c.dudum.j.§.tandem archidiaconus.Fuerunt tamen,qui dixerũt,quòd pœna conc. Lateran.j.eod.cùm in cunctis. vitari potest, si hoc modo fiat electio,eligimus. P.& si ipsum habere non possumus,eligimus G.posito quòd P.non sit idoneus,sed G.& inducunt. lxxxv.dist.Florentinum. lxj.dist. studij.j.eod.cùm terra. §.fin. Guil.Naso contrà, quia actus legitimi non recipiunt conditionem. ff.de tute.muto. ff.de reg.iur.actus. nec obstat c.Florentinum.quia ibi non quæritur,vtrum hoc modo possit fieri electio, sed factum narrat, & ibi dispensauit papa, cùm non valerent electiones: nescit tamen qua ratione,nisi quia placuit. nec obstat c.studij. ibi enim pendente electione timebatur,ne cassaretur. voluit ideo papa, quòd de persona alia cogitarent,& non dixit,quòd eligerent,nec obst. j.eod. cùm terra. quia

aliter

aliter intelligitur. qd' dic, vt not. s. eod. §. vers. si circa personam. ergo hoc modo euitari non potest pœna, ne fiat fraus legi. ff. de legi. contra legem. & l. seq. Sicut enim duo nō possunt consentire cū effectu in eandem mulierē, sic nec eligentes in duas personas. Hæc opinio hodie expressim comprobatur in authen. d. N. extra eod. in electionibus. Extra summam notandum est, quòd reci-
35 piens† compositionem, iuri suo renunciasse videtur: nec potest is cuius non interest, appellare. j. eod. cùm inter R. seniorem. De primo dic vt not. j. de renun. §. qualiter. vers. tacitè. & præcedenti. de secundo vt not. j. de appell. §. quis possit appellare. Item not. q̄ qui agit ad pensionem sibi debitam, ad quod probandum inducit patičtiam longi temporis, bene agitur. j. eod. querelam. quod dic, vt not. j. de censib. §. quis census.

De translatione Episcopi, vel Electi. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Translatio quid sit.*
2 *Cardinalis, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Præpositus, & quilibet Beneficiatus transferri possunt.*
3 *Translatio de minori ad maius qualiter fiat.*
4 *Translatio cuius authoritate fiat.*
5 *Matrimonium intelligitur inter episcopum & ecclesiam.*
6 *Transferendi causa quæ sit.*
7 *Honores reales non consequuntur translatum.*

DIctum est suprà de Electione, & postulatione, per quas spirituale matrimonium per mutuum consensum eligentium & electi contrahitur, s. titul. j. cùm inter canonicos. j. eod. licet. Sed quia hoc matrimonium aliquādo per translationem dissoluitur, videamus de translatione episcopi, vel electi. Vel sic, Dictum est s. de quibusdam modis, per quos prouidetur ecclesijs de prælatis: & quia plerunq; prouidetur per translationem, ideo videamus de translatione, dicentes Quid est translatio. Quis possit transferri. Qualiter fiat. Cuius authoritate. Quę causa transferendi.

1 **Quid est †translatio.** [a] De vna ecclesia adaliam regularis translatio, vt in inferiori-
a bus apparebit, quod alibi appellatur mutatio. vij. quæst. j. mutationes.

2 **Quis possit transferri.** Et certè Cardinalis † j. de præb. dilectus. j. Item archiepiscopus, s. de postul. bonæ. ij. & de ele. scriptū. Itè episcopus, s. de postul. gratū. item Abbas, s. de consuet. cū venerabili. & s. tit. j. cū in veteri lege. Item Præpositus, s. tit. j. dudum. Item quicunque beneficiatus. j. de renunc. admonet. & breuiter quicunque postulari potest, & transferri. quod dic, vt notatur s. de postulat. §. quis postulandus.

3 **Qualiter fiat.** †De minori ad maius: quia qui promouetur, gradatim promouendus est. xcij. dist. egimus. ff. de mu. & ho. vt gradatim. &, ppter maiorē vtilitatē facilius dispensatur. j. eod. licet. ad fin. vbi ergo promouetur de maiori ad minus sine causa, non tenet translatio nisi de facto. j. eod. c. j. j. de concess. præben. cum nostris. in fin. c. literas. quod dic, vt notatur j. de concess. præben. §. j. vers. aliquando vacat de iure. Fit autem hoc modo: A vinculo quo tenebaris Colocen. ecclesiæ, absoluimus te, & ad Metropolim Strigoren. transferimus, & tibi licentiā tribuimus transeundi pallium tibi ad nomē & vsum eiusdē ecclesiæ transmissuri. s. de postul. bonę me. ij. §. fin. & cap. gratum. in fine. & suprà tit. j. in causis. in fine. quod autem dixi de pallio, adiectio est, & de gratia intelligitur, vt notatur j. tit. j. §. & à quo. responsione prima.

4 **Cuius authoritate.** †Prælati qui requiritur regulariter: j. de renun. admonet. secundum quā intellige j. de ser. nō ord. eo libētius. in fin. qd' enim ibi dicit, Licentiā habeat, subaudiri debet in eadē diœcesi, vel in alia, de consensu prælati. Sed & requiritur consensus prælati, ad cuius diœcesim quis transfertur. j. de cler. pereg. c. fin. j. de instit. ex frequentibus. super hoc etiam dic, vtrum allegatus sit, vel nō. secundum ea quæ not. s. de postul. §. quis postulandus sit. Item, requiritur consensus clericorum, seu capellanorum, à quibus sunt aliqui transferendi. vt & not. s. de elect. §. vtrū mutari. sub §. vnico. vers. quare ergo soluitur. prope fin. ibi, & ex hoc videtur, &c. fit enim personę alienatio, vt ꝓbatur j. eod. §. q̄ fit causa. vers. cū qs causa vtilitatis. sed cū alienatio rerum sine consensu clericorum fieri non debeat, vt not. j. de re eccles. non alien. §. quæ sit forma alienandi. multò minus personarum, cùm de re preciosiori agatur. argum. C. de sacrosan. eccles. sancimus. j. quia gratia hominum, res natura comparauit, vt not. s. in proœm. vnde habuit originem. vnde res accedit corpori, nō corpus rei. ff. de ædi. edi. iustissimè. Prius ergo quę-
renda est persona, quàm iuris ratio. ff. de iure codi. quidam referunt. Quòd autem dico, consensum clericorum requirendum, so cum habet in his prælatis qui subsunt episcopis immediatè. arg. lxxj. distin. clericos. & in dicta decret. admoner. Sed si alijs prælatis medijs subsint, vt abbatibus, seu præpositis, eorum abbatum consensus requirendus est. lviij. distin. cap. j. & ij. ix. q. iij. conquestus. liiij. dist. c. j. hoc si de ecclesia vnius diœcesis ad ecclesiam eius dem transferatur. Si verò ad aliū episcopatū clericus sit vocatus, tūc siue habeat mediū prælatū, siue nō, est cōsensus episcopi (qui relinquitur) requirēdus. lxxj. & lxxij. dist. per totū. lxxxv. dist. Florentinum. secundum Goff. aliter nō reciperetur in aliena diœc. sal ua Apost. sed. aut j. de cler. pereg. c. j. & ij. j. de cler. non resi. fraternitati. ergo quilibet de consensu cuiuslibet ꝓprij prælati transfertur, sicut & cōfirmatur: super quo vide qd' not. s. tit. j. §. à quo confirmanda sit. de facto tñ obtinet, q̄ quādo eligitur quis in episcopum sui ꝓprij episcopi, quā relinquit, nō obtēta vel etiā nō petita licentia, confirmatur, sed iuri cōgruit, q̄ licētia petatur, & ea obtenta liberè transferatur, secundū Gof. Excipe exemptos oēs, qui transferri nō possunt, nisi de Papæ licentia speciali, nec ꝓdest consuetudo contraria, quæ dicenda est potius corruptela. s. de const. c. cū venerabilis. sicut nec renūciare potest talis. j. de renun. c. fin. Item excipe oēs episcopos, quia maiores causę ad se. Apost. tantū pertinēt. j. de appel. vt debitus, in fin. sicut episcoporū translationes & sedium mutationes. j. eod. c. quanto. & c. licet. in quo casu nō prodest etiā indulgentia alicui concessa, vt ad maiorē si forsan vocaretur ecclesiā, eā sibi liceret assumere. dū tñ ei nil de statutis canonicis obuiaret: nā authoritate talis indulgentiæ ad parē seu minorē se transferre nō poterit. nec ob. j. de deci. ex parte M. quia in hoc casu minus descēdere vel transferre q̄ ascendere, est magis contra iuris rationē, & minus dispensabile, vt patet in his q̄ not. s. eod. §. æqualiter. Sed nec ascēdere pōt in tali casu, nisi postulatio & personæ examinatione facta ab illo, à quo fuerat faciendā, hoc est, à Papa, ex quo de postulatione episcopi agitur. sic loquitur j. eod. c. fin. §. nec illa. Sed contrà, j. de dona. cū dilectus. §. fin. ff. de const. prin. l. beneficia. Solut. Dic q̄ tale priuilegiū ambitiosum & odiosum est, vt innuit litera. & arg. j. de cler. nō resi. c. j. ideo restringitur. ff. de mino. l. iij. resp. j. sic & aliàs restringitur, q̄ñ alicui paratur præiudiciū. j. de præb. c. fin. qd' ergo dicimus latè interpretandū beneficiū, intelligitur q̄ñ purè fauorabile est. sicut j. de ver. sig. tua nobis, & c. cū tibi. Sic omnino annihilatur tale priuilegium. Scripsit tñ Goff. q̄ hoc operatur vt postulatus, qui aliàs nō haberet ius petēdi confirmationem, licet esset idoneus, ipsam authoritate talis indulgentiæ ritè petat: quod exaudiri potest, vbi causa iusta postulādi nō suberat. qd' dic, vt not. s. de postul. præl. §. & vtrum ius. vers. q̄ si neuter duorū. & præcedentibus. & iunge qd' not. j. qui fil. sint leg. §. qualiter, & à quo. vers. solet quæri. Ve-
5 rùm, cū matrimoniū † intelligatur esse inter episcopū & ecclesiā,
b [b] qd' in electione initiatur, in cōfirmatione ratificatur, & in consecratione consummatur. j. eod. licet. j. resp. & per mutuū consensum contrahitur. s. tit. j. cū inter canonicos. §. discretioni vestræ. sicut episcopus consecratus transferri nō potest sine authoritate summi Pontificis, vt dictū est: sic nec electus confirmatus. quamuis vsque ad hæc tempora, scilicet d. N. Innoc. iij. qui hoc primus dixit, j. eod. c. j. nihil expressim dictū fuerit de electis. nam quo ad vinculum matrimoniale, episcopalis dignitas, seu cōsecratio nihil addit, cùm possit esse episcopus sine vinculo alicuius ecclesiæ, intellige specialis. j. de ord. ab episcopo qui renun. episc. c. j. & legatus sine dignitate. s. tit. j. transmissam. ideo propter expressam similitudinem, vel identitatem potius, idem poterat videri sine scrupulo subtiliter intuenti. arg. j. de seru. non or. miramur. sic loquitur j. eod. inter corporalia. §. sicut autem. Huic autem quod dixi, q̄ matrimonium spirituale videatur ratificari per confirmationem & p mutuū consensum cōtrahi, videtur contradicere idem. §. ibi, qui post electionem, &c. Sed dic electionē. qui electus assensum præbuit, coniugium sit spirituale contractum, scilicet per mutuum consensum habitum inter personas eligentium & electi: &

[a] Quid est translatio. Adde gl. in ca. super. eodem tit. & Doc. in rubr. eod. tit.

[b] Inter episcopū & ecclesiam. Adde ca. sicut. 7. q. 1. text. & gl. in c. cū inter. de elec. & ideo defert annulum in signum matrimonii. vt in c. clerici. ele. ij. & ibi gl. de vi. & ho. cle.

subaudi

c In paradiso constitutum.]Adde text.in c. sicut nō omnis. in §. is ita. 32.q.1 text.in c. 1.de vot.lib.6.gl.sum mæ. 27.q.1. originaliter. Genes.2.

d Virginitas reple.]Ad de gl. in c. 1. de sum. tri.gl.in c.causam matrimonij.de prob.gl. in c.cùm ad monasterium. de statu hominum.

subaudi firmatum,vel approbatum, siue ratificatum. per confirmationem, intelligas in fidei sacramento, scilicet baptismi. nam in illo, & per illud omne sacramentū ratificatur, cùm ipsum sit fundamentū omnium. ī.de presbyt. non bapt.veniens. ergo sicut matrimonium carnale ratificatur per approbationem ecclesiæ, vt ī.de clan.despon. cùm inhibitio,cooperante baptismi sacramento, fidei fundamento.ī.de diuor.c.quanto. §.si verò.sic matrimonium spirituale per confirmationem ecclesiæ ratificatur, eodem sacro cooperante: & sicut matrimonium carnali initiatur per verba de futuro, vel per verba de præsenti, nisi alter maior est,& alter minor. ī.de desp.imp. de illis.sic & spirituale per consensum eligentium de præsenti.qui censentur maiores in hoc casu, & electi qui censetur minor,quousque consenserit: sicut & carnale contrahitur per mutuum consensum,sic & spirituale: & sicut ratificatur per approbationem ecclesiæ siue fidei sacramentum,sic & spirituale:& sicut consummatur per carnis copulam, sic & spirituale per consecrationem, super quo vide quod not.ī.de matrim.§.fin.sub §.vt autem nihil.& vers.sequen.Nec obstat s̄.de elect. cùm inter canonicos.§.discretioni.vbi dixit,quasi vinculum.quia si illud quasi determinat cōiugale, potest esse sensus, quod ad exemplum carnalis contrahitur spirituale.q.d.sicut vinculum carnalis matrimonij per mutuū consensum contrahitur,sic & vinculum spirituale:& sic spirituale est quasi coniugale.Si verò illud quasi, determinet dictionem, vinculum,ibi positam,tunc intelligas, quòd ibi loquitur de vinculo matrimonialis coniugij spiritualis inter electionem & administrationem contracto,quod non verè contrahitur, sicut carnale,vt apparet in his quę not.ī.eodem. versic.dic ergo,quòd matrimonium.& sequent.quasi dicat,vinculum,quod inter electum & eligentes sine administratione,ad quam vocatur electus,contrahitur,nō est verè vinculum, sed quasi vinculum: quamuis verum sit inter electum & ecclesiam generalem. vnde primum dissoluitur,sed secundum nunquam, & de illo vinculo, scilicet generalis ecclesiæ,potest dici,quòd contrahitur in confirmatione: & secundum quod hîc dicitur,iacent propriè verba posita. ī.eodem.inter corporalia.s̄.sicut autem. ibi,quoniam post electionem,&c. nec egent expositione,quam s̄.not. Posset & illud dici,quòd per mutuum consensum, non verè contrahitur spirituale coniugium indistinctè, sed quasi contrahitur, vt dicit d.c.inter canonicos, per confirmationem verè contrahitur. vt ī.eodem. inter corporalia. quod pro tanto dicitur. quia post confirmationē non potest dissolui sine authoritate Papæ. Sed ante confirmationem fortè potest dissolui,per communem dissensum, maximè authoritate ordinarij interueniente.argum. ī.de regul.iur.omnis res.ff.de pact. ab emptione.super quo vide quod not.ī.de spon.duorum. §.quę quibus.versic.aut vtraque de præsenti & sequentibus, secundum quod not.s̄.eod. prox.& versic.prox.qui incipit,huic autem magis placet. Spirituale verò matrimonium tanto fortius est,quanto inter corporalia & spiritualia potest fortitudinis,seu firmitatis differentia denotari:corporalia enim facilius destruuntur,quàm construantur, vt patet, ff.de peculio.non statim. ff.de acqui.poss. possideri.§.in amittenda. Spiritualia verò facilius construuntur, quàm destruantur. Episcopus enim qui solus ordinat,non solus deponit:quia episcopus à duodecim episcopis auditur,presbyter à vj,diaconus à tribus.xv.q.vij.fœlix.præter proprium episcopū. ij.q.v.presbyter. Subdiaconus autem eodem priuilegio gaudet. ī.de ser.non ord.miramur. sed nec causa aliorum audienda est,sine præsentia clericorum,id est, canonicorum. xv.q.vij.§.solus. & duobus cap.ibi sequentibus. Sed episcopus qui à metropolitano consecratur,lxiij.dist.c.j.& sequen.& ī.de temp.ord. nec episcopi.sine authoritate pontificis deponi non potest. iij.q.vj. quamuis liceat. & c.ibi sequent. ergo fortius est spirituale coniugium, quàm carnale. Sed contrà, quia carnale vinculum etiam ob causam fornicationis non soluitur. xxxij.q.vij.c.j.& ij. nec prodest iuramentum contrarium. ī.de iureiu.tua nos.& vxor etiam in morte sequitur virum.xiij.q.ij.vnaquęque mulier.& dicuntur socij diuinæ & humanæ domus. C.de cri.expil.hære. aduersus. ff.rerum amo.l.j.spirituale verò tota die dissoluitur, saltē authoritate papæ,vt patet ex superioribus. Solutio,expone fortius, id est, dignius,secundum omnes, sed contrà: quia carnale dignius est ratione temporis:nam inter omnia sacramenta prius est tempus. Item ratione loci,quia in Paradiso constitutum. c Item ratione signaculi:quia alia sacramenta in ipso, & per ipsum significantur, non econtrà. ī.de bigam.debitum. Item quamuis virginitas repleat d Paradisum, & matrimonium mundum, tamen integritas corporis non præcipitur,sed suadetur.xxxij.q.j.nuptiæ.& c.integritas. & quomodo repletur Paradisus hominibus, nisi homines generentur,recordare quòd in fœcunditate sobolis, lippitudo Lyæ, Rachelis pulchritudini sit prælata. ī.de renun. nisi cùm pridem.§.nec putes.Item nec ratione authoris spirituale dignius est,& sic non videtur spirituale dignius carnali, pro & contrà diuersis considerationibus habitis. ī. de maior.& obed.statuimus. Præterea hæc expositio est contra mentem. nam decre.inter corporalia,ī.eodem.non intendit ponere differentiam inter dignius & vilius,sed inter fortius & debilius.vt patet per exempla posita. Ex quibus concludit ibi,cùm ergo fortius,&c. & ex antipophora sequenti ibi:cùm non enim humana,sed potius diuina potestate, &c. quæ ratio salua reuerentia reddentis,non sufficit. Sed tu solue, sicut not.s̄.tit.j. §.vtrum mutari. super verbo Compellantur. vers. quare ergo soluitur matrimonium spirituale contractum, &c.& iunge quod not.ī.de conuer.coniu.§.fin. ver.sed quare magis. & sequent. Dic ergo quòd matrimonium spirituale, inter episcopum & ecclesiam generalem contractum, & maximè consummatum, ex quo semel tenuit, & confirmatum fuit nunquam dissoluitur,vt not.in prox. versic.quare ergo soluitur.s̄.eodem §. prox.alleg. carnale verò dissoluitur ante consummationem per religionis ingressum. ī.de conuer.coniug.ex publico. Item consummatum dissoluitur, quando relictus in infidelitate non vult cohabitare cum conuerso, sine contumelia creatoris. ī.de diuor. c.quanto. respon.j. vers.si enim alter infidelium,& c.gaudemus. §.qui autem.Igitur cum carnale soluatur in casibus,spirituale verò nunquam,vt probatū est,nemo sanè intelligens dubitat, quin spirituale sit fortius, quàm carnale: & iunge quod not.s̄.eodem. versic.huic autem,& sequenti. Patet ex præmissis, quòd vnus est episcopatus per mundum diffusus, & probatur vij.q.j.§. item episcopatus vnus, cuius respectu spirituale coniugium fortius est, quàm carnale.Est aūt alius episcopatus specialis,scilicet cuiuslibet cathedralis ecclesiæ, cuius respectu dicitur quandoque quis nullius loci episcopus, scilicet specialis. sic intellige, ī. eod. inter corporalia.§.sicut enim. Sicut autem eodem respectu dicitur,q; si quis confirmatus in vna ecclesia, in aliam sine authoritate Papæ translatus consecratus fuerit, munus consecrationis impensum, nec prioris ecclesiæ fecit ipsum Pontificem,nec secundę.ī.eod.inter corporalia.§.fin.sic etiam eodem respectu dicitur,si quis confirmatur in vna ecclesia, non potest negari quin pontifex sit, & quin characterem receperit, vnde nec reiteratur consecratio,vt ibidem patet. Et in his quæ not.ī.de sacram.non ite.§.& quę sunt. versic.j.& versic.sed quare est ergo episcopus. Sed cuius ecclesiæ, non specialis,sed generalis: illius videlicet, cuius Paulus & Barnabas,quibus missis nō fuit specialis ciuitas vel ecclesia assignata.lxxv.dist.quòd die Dominico. Limitatio enim episcopatuum & parochiarum ecclesiæ constitutione insurgit, vt probatur xiij. q.j.ecclesias. ī.de his quæ fiūt à prælat.pastoralis. ergo vinculum quod est inter episcopum & ecclesiam spiritualem,nō iudico fortius,imò debilius quàm carnale: est tamen honorabilius,& sicut diuisio & vnio episcopatuum ad solum Papam, ex cuius constitutione hæc incœperunt,pertinet xvj.q.j.§.sicut diuisio. ī.de excess. prælat. sicut vnire. sic & translatio & mutatio eorundem: quia hæc retinuit sibi Papa specialiter,& quædam alia, de quibus not. ī.de offic.deleg.§.quid pertinet.ver.quid ergo si quis gerat se pro legato.& sequentibus.sic decret.inter corporalia,intelligenda est de coniugio generalis ecclesiæ à principio, vsque ibi, Non enim humana: sed potius diuina potestate,&c. ab illo verò versic. vsq; in fin.intelligenda est de coniugio ecclesiæ specialis, saluo eo qd dicitur in §.cùm autem: scilicet quòd per confirmationem contrahitur matrimonium spirituale, intelligi potest de vinculo ecclesiæ generalis. vt not.s̄.eodem versic.nec obstat. Sed quis consentit ibi nomine ecclesiæ generalis? respon. Capitulum,ad quod spectat electio, gerit typum ecclesiæ generalis: nec mireris, quia vnicus clericus iuuans celebrare presbyterum, idem facit, vnde presbyter dicit ei,Dominus vobiscum: & ipse respondet, Et cum Spiritu tuo.Ad hoc ī.de vita & honest.cler.vt quis presbyter.gerit & vicem ecclesię specialis.ī.de verb.signific.cum cler.nec mireris,si gerit vices duorum: quia & aliàs hoc contingit. ī.eod.cùm inter vniuersas.ad finem. ff.de adopt.si consul. quamuis difficile sit. ff.de pact.si plures. Archiepiscopus autem gerit vices Christi. xxxiij.q.v.mulierem. Per electionem igitur capituli,consensum proprium, & confirmationem archiepiscopi vtrique ecclesię copulatur. Sed vinculum quo ligatur episcopus ecclesię generalis, ordinationi diuinę, & sacro eloquio, Quos Deus coniunxit,homo non separet,omnino innititur,& ideo rumpi nequit. Vinculum

lum verò quo ligatur eccleſiæ cathedrali, firmatur conſtitutione canonica, vt patet xxij. diſt. c.j. ideoq; per Papam diſſolui poteſt. ad hoc.j. de reſti.ſpo. literas. & opinioni. & ſecundum hunc intellectum exponenda ſit litera, nullum tamen contrarium recipit, vel inconueniens continet decretum.

6 Quæ ſit cauſa transferendi. †Et quidem duę, vtilitas, & neceſsitas. vij.q.j. omnis qui gemebat. & c.epiſcopus. & de loco, & vbi aliqua iſtarū interuenit, non dicitur perſona transferre ſe, ſed tranſferri: nec mutare, ſed mutari. vij.q.j. mutationes. & c.ſcias. Quid ſi perſona vocata non vult conſentire translationi. Dicunt quidam, quòd non compellitur: quia nemo cogitur creſcere inuitus. lxxiiij. diſtin. geſta. ſed dicas contrarium: quia multa bona conferuntur inuitis. xlv. diſtin. & qui emendat, vnde inuitus aliquis liberatur. ff. de nego. geſt. ſoluendo. ff. de ſol. ſolutionem. & inuitus defenditur in libertate, ne ſeruus pronuncietur. ff. de libe. cauſa. l. j. ij. & iij. & inuitus defenditur, qui ad ſupplicium ducitur: hortatur enim humanitatis ratio, prouocationem in hoc caſu audiri debere. ff. de appel. non tantùm. ff. quando appel. ſit. l. penult. §. fin. ſecundum Goffr. non tamen directè. & ſic intellige primam ſententiam. argum. j. de ætat. & qual. quæris. Vt tamē ſcias quòd neceſsitas & vtilitas eccleſię præ omnibus approbatur, s. titul. j. cùm monaſterium. & c.cùm nobis olim. §. fin. & c.in cauſis. §. fin. & c.officij. §. fin. j. de renunc. poſt translationem. §. cùm ergo. j. de ætat. & qual. quæris. & c.tuam. ex hac enim cauſa poteſt venire epiſcopus contra concilium Turon. j. de præben. maioribus. & c. vacante. Item contra generale, j. de præben. extirpandę. & c. expoſuiſti. Item contra Lateran. & generale. j. de cler. non reſi. quia nonnulli. j. de præben. de mulcta. j. de conceſ. præben. cum noſtris. §. final. & vide quod notatur j. de ætat. & qualit. §. æras. verſ. in dignitatibus autem & inferioribus. Multiplex tamen cauſa aſſignari poteſt, quare fit tranſitus: aut enim transfertur quis cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis, vt dictum eſt: aut tranſit cauſa leuitatis, vel cupiditatis, vel humilitatis. Cùm quis cauſa vtilitatis tranſfertur, omnino eximitur & liberatur à prima eccleſia. s. de poſtul. prælat. bonæ. ij. §. finali. ita quòd cum priore nihil commune remanet, quo ad prælationem. xxj. q. ij. ſi quis iam translatus: intelligas cum effectu, ſcilicet ex quo poſſeſsionem adeptus eſt. arg. s. titul. i. cùm in cunctis. alioquin contrà. xcij. diſtin. ſi quis epiſcopus. j. & ij. cap. ſi qui epiſcopi. & ſic ex eo tempore incipit quis poſſe teſtari iure militari, ex quo in numero militari eſt receptus, non cùm electus eſt in tyronem. ff. de teſtam. milit. ex eo tempore. hoc intelligi poteſt, quando quis inferior epiſcopo transfertur conſecrandus. quod dic, vt notatur s. tit. j. §. quo tempore. verſ. conſecratio. & ſequentibus. Sed ſi epiſcopus transfertur, dico quòd ex quo ſibi eſt data licentia tranſeundi ad ſecundam eccleſiam, & abſolutus eſt à priore vinculo, nihil commune habet cum priore: quamuis ſecundam adeptus non ſit. eſt ergo epiſcopus, nullum tamen epiſcopatum poſsidens ſpecialem. ſic j. eod. inter corporalia. §. ſicut enim. Sic & miles translatus, exemptus eſt, quamuis adhuc ad numerum, ad quem transfertur, non peruenerit. ff. de bon. poſſeſ. ex teſtam. milit. l. vnica. ad finem. ſecus autem in tyrone, vt dictum eſt, quamuis poſſeſsionem ſecundæ eccleſiæ adeptus non ſit, plenum tamen ius in ea acquiſiuit. arg. ff. de acquir. poſſeſ. cùm hæredes. Si verò cauſa neceſsitatis transferatur quis, idem eſt quod ſuprà, puta cùm prælatus in eccleſia ſua perſecutionem patiatur, & hoſtilitatem. j. de renun. niſi cùm pridem. §. propter malitiam. Sed & tunc dici poteſt cauſa vtilitatis transferri, cum in ſua eccleſia inutilis ſit, & ob hoc hæ duę plerunq; coniunguntur. vij.q.j. ſcias. s. titul. j. in cauſis. §. finali. Hic tamen notandum, quòd ſi ob hanc cauſam transferatur, ſed ipſemet authoritate propria tranſeat, non punitur, cùm cauſam habeat, imò neceſsitate ceſſante, quaſi iure poſtliminij ad eccleſiam ſuam redit. vij.q.j. paſtoralis. Vbi verò cauſa leuitatis tranſit, dixit Hug. quòd ſi alteri eccleſiæ adhæreat, vel primam habeat pro derelicto, putà vxorem duxit, vel miles factus eſt, deeſt à ſua eccleſia, per tres ſeptimanas, vel per duos menſes, ſine iuſta cauſa, vel abſque licentia ſui epiſcopi, etiam ſi in ſtudio vel peregrinatione fuit, in his omnibus & ſimilibus caſibus priuari poteſt ſine monitione, licet honeſtum & curiale ſit, vt admoneatur. vij.q.j. ſi quis in clero. & capit. ſi quis presbyter. Ioan. contrà. nec enim facile præſumendum eſt, quòd eccleſiam pro derelicto habeat, fortè multis laboribus acquiſitam. j. de renunc. ſuper hoc quod ſciſcitaris. maximè, quia & iuſtum impedimentum habere poteſt. j. de cler. non reſi. inter quatuor. & cap. finali. j. vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. ſi verò aliter. ſed ſi requiſitus nō inueniatur, tunc procedatur ſecundum eundem §. & j. de cler. non reſi. ex tua, ſemper

tamen monendus eſt abſens, ſi fieri poteſt, vt ibi. & argum. j. de appel. peruenit. j. de vi. & hone. cler. c. finali. j. de ſent. excom. in audientia. & c. contingit. Sed cùm quis ex ſuperioris licētia abſentat ſe, & ſi vltra moretur, quàm ſuperiori placeat, admonendus eſt, non tamē ſine cauſa remouendus. vij.q.j. præſentium. ſecundum Goff. de hac tamen materia dic, vt notatur j. de cler. non reſi. §. vtilitatē. Quid ſi cauſa cupiditatis vel ambitionis tranſeat, priuandus eſt, habita ſcilicet prima eccleſia, & ambita ſcilicet ſecunda, vt nec primæ præſideat, quam per ſuperbiam ſpreuit: nec ſecundæ, quam per auaritiam concupiuit. j. cap. quanto. §. finali. vij. quæſt. j. eos. & §. ſi quis epiſcopus. prima tamē eccleſia ipſum repetere poteſt, ſi voluerit. vij. quæſt. j. non oportet. Sed contrà primam perdit, recipiendo ſecundam. j. de præbend. de mulcta. reſpon. perdit, ſed nō perditur: quia nec tranſire potuit ſine licentia, ergo poteſt à prælato proprio reuocari. j. de renunc. admonet. Hic tamen notandum, quòd eo ipſo quod quis ad maiorem tranſit, cauſa ambitioſa pręſumitur. vij. quæſt. j. ſi quis epiſcopus. nullus enim de maiori tranſire velle præſumitur ad minorem. j. de præſumpt. quia non eſt veriſimile. j. de cler. non reſi. cap. j. Sed & tranſit quis cauſa humilitatis, putà religionis, in quo caſu inferioribus epiſcopis ſufficit petere licētiam. j. de regularibus. licet, quod dic, vt notatur in ſumma. §. & vtrum exire. & §. præcedenti. & §. vel reuocari. & j. de renunc. §. ſi quis renunciare. verſic. non poteſt. ergo ſi nec petita licentia tranſeat, eccleſia poteſt ipſum repetere, ſi vult. vij.q.j. ſi quis verò. & cap. ſi quis presbyter. ipſe autem eccleſiam repetere non poteſt. vij. quæſt. j. eos. j. de renunc. quòd in dubijs. nam & ſi inutilis ſit translatio, habet tamen in ſe tacitum pactum, ne petat, ſicut & inutilis acceptilatio. ff. de pac. ſi vnus. §. penultimo. ff. de acceptil. an inutilis. & hoc verum eſt in prælaturis iam acquiſitis: ſecus in acquirendis. j. de his quæ fiunt à ma.par. cap. ex ore. Sed hic ſciendum, quòd ſi ob conſcientiam criminis, dimiſſa prælatura, ad vitam monachalem quis deſcenderit, ad ſecularem prælaturam iterum reſurgere nequit: ſecus, ſi ob aliam cauſam. vij. quæſt. j. hoc nequaquam. j. de renunc. poſt translationem. Extra ſummam notandum eſt, quòd honores
7 †reales non ſequuntur translatum: vt ſi primò fuerit palliatus, & transferatur ad eccleſiam, quæ dignitatem pallij habeat, oportet translatum iterum palliari. s. de poſtul. præl. bonæ. ij. ad fin. quia licet pallium perſonale videatur, adeò vt cum perſona ſepeliatur. j. tit. j. c.ij. tamen gratia & contemplatione loci datur, vt patet in his quæ not. j. tit. j. §. & quo loco.

De Authoritate & vſu pallij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Pallium quid ſit.
2 Pallium in Papa quid deſignat.
3 Pallium an ſit concedendum.
4 Pallium à quatuor Patriarchis principalibus concedi debet.
5 Pallio quibus diebus ſit utendum.
6 Pallio quo loco ſit utendum.

QVoniam quidam electi pallio decorātur, ideo præmiſſo tractatu de Electione, de authoritate & vſu pallij videamus. vel ſic: & qa epiſcopi & archiepiſcopi authoritate Papæ tranſferuntur, vt s. titul. j. quos vti pallio decet, ſi eccleſijs ad quas transferuntur, dignitas pallij debeatur, ideo de ipſo videndum, Quid ſit pallium. Cui concedendum ſit. Et à quo. Et quibus diebus vtendum ſit pallio. Et quo loco.

1 Quid ſit †pallium. a Inſigne epiſcopi, vel archiepiſcopi ornamentum, de beati Petri corpore ſumptum. s. de electione. ſignificaſti. ad finem. in quo Pontificis officij plenitudo, cum archiepiſcopalis nominis appellatione confertur. j. eodem. niſi ſpecialis, ante cuius receptionem dicitur eccleſia viduata. cap. dict. quoniam. quo ad quædam. puta concilij conuocationem, chriſmatis confectionem, baſilicarum dedicationem, clericorum ordinationem. Epiſcoporum conſecrationem. s. de elect. quod ſicut. §. præterea. ſicut & epiſcopalis eccleſia vidua dicitur, quo ad quædam, ſcilicet epiſcopalia ſupradicta & ſimilia: puta chriſmatis in frontem, in confirmationem. s. de conſuet. quanto. j. de ſacra vnctione. cap. vnico. §.

per frontis chrismationem, virginum consecrationem, pœnitentium publicam reconciliationem. xxvj.quæst.vj. §.j. & c.j. lxviij. distin.quamuis. Cor episcopi.xxv.distin.perlectis.vers.ad episcopum. ecclesiarum reconciliationem. j.de consecr.eccles. vel alta. aqua abbatum benedictionem. j.de ætat.& qualit. cùm contingat. maioris inquisitionis discussionem, & ministerij consecrationem.s.de electione.transmissam. in his enim omnibus & simi libus dicitur vidua ecclesia episcopalis, & si sponsum habeat, sed nondum consecratum.s.titul.j.inter corporalia.§.sed neque. Videtur ergo, quòd archiepiscopus aliquod supradictorum exercere non possit, sine pallio, cùm quodlibet horum requirat episcopum, & ipse non tanquam episcopus, sed tanquam archiepiscopus hoc facere videatur. vt dicit §.præterea supradictus. quod puto verum in his quæ sine missa expediri non debent, sicut est ordinatio & consecratio : secus in alijs, sicut in frontis chrismatione, cœmiterij benedictione, calicis consecratione, & similibus, quæ ab ipsis cum stola tantùm expediri consueuerunt. In talibus enim consuetudo seruanda est. j. de sacra vnctione. cap.vnico.in fin.xij.distin.scit sancta.& cap.nos consuetudinem.quòd enim nec contra fidem, nec contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur,societate seruandum.xij.distin.illa autem.lxxv.distin.vtinam omni tempore. ante cap.dilectionis. de consecr.distin.iiij. de trina.j.de sepul.certificari. licet sit argum.j.de tempor.ordin.cap.ij. sed illa consuetudo reprobatur per Romanam ecclesiam,contra quam maximè in talibus nec prædicandum est, nec docendum.j. de hæretic. ad abolendam. circa principium. Sed nunquid ante receptionem pallij episcopus translatus hoc poterit exercere intra decretam sibi prouinciam. non videtur. argum. dicti §.præterea. super quo vide quod notatur infrà eodem. §. & quo loco.

2 Notabis tamen, quòd in Papa pallium † designat plenitudinem potestatis plenissimam. j.eodem. ad honorem. & argum. s.tit.j. quanto. ad finem. respon. j. s.de electione. illa quotidiana. j.de concess.præben.proposuit. §.finali. vnde quod dicit s.de electione,nihil est.§.cæterùm. ibi sui plenitudinem officij expone,id est, potestatis : vel dic, quòd qui habet plenitudinem potestatis, habet plenitudinem officij, sed non conuertitur. vel melius. ideo dicit hoc:quia tunc potest dici Papam vti plenitudine officij,quando secundum iura,ius reddit,vt ibi : quando verò transcendit iura, tunc vtitur plenitudine potestatis.de quo habes multa exempla infrà,de offic.leg.§.quid pertinet ad officium. verfic.quid ergo.& sequentibus. In Patriarchis verò plenissimam officij potestatem.argum.infrà,de præben.graue.ad finem.infrà,de priuileg. antiqua. respon.j. In archiepiscopis pleniorem officij potestatẽ. argum.infrà eodem.nisi,& c.ad honorem. In episcopis ergo plenam officij potestatem, quibus quandoq; conceditur. vt notatur j.eodem.§.seq.In hoc tamen non est magna vis, sed sic potest potius ad subtilitatem, quàm ad vtilitatem magistraliter inter hos hæc differentia denotari.

3 Cui concedendum sit. †Archiepiscopis omnibus, & superioribus : vt patet in his quæ notantur s.eodem.§.proximo. vers.notabis. & sequent. sed & episcopis quibusdam, sicut Papien.&Armicen.& Massano. & Hostien. ex longa consuetudine,& ecclesiarum suarum priuilegijs debetur,quæ seruanda est.j.de ordin.duo simul.xxj.quæst.ij. cap.j.ij. & iij.aliquibus etiam conceditur ex priuilegio personali, sicut Quineccleſienſis. j.de præsumpt. cùm in iuuentute. sed hoc extinguitur cum persona. argum. j.de concess.præb. constitutus. ad finem.vij.q.j petisti.nec præsente Papa,vel eius legato habente insignia se.Apostol.quibus ipse vti debet.argum.j.de offic.leg. volentes.& de priuilegio.antiqua.§.dominicæ.Dominus tamen Cantuarienſis archepiscopus vtebatur Lugduni,domino nostro Papa in eadem ciuitate apud sanctum Iustum morante:fortè non aduertebat. sed nec quid sit considerandum est, sed quid fieri debeat. s.de electione.cùm causam quæ.§.quia igitur. Conceditur autem pallium sub hac forma verborum, Ad honorem Dei omnipotentis, & beatæ Mariæ virginis, & beatorum Apostolorum,Petri & Pauli, & domini Papæ Innoc.IIII. & ecclesiæ Romanæ,& ecclesiæ Ebredun. tibi commissæ, tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, in plenitudinem pontificalis dignitatis, vt vtaris intra ecclesiam tuam, diebus qui exprimuntur in priuilegijs ecclesiæ tuæ concessis à Romana ecclesia. infrà eodem.ad honorem.in parte decisa.& c.quia nos. & sumitur de corpore beati Petri. s.de election.significasti. in fine.j.de altari in honorem beati Petri consecrato. vel de quocunque velis de mandato domini Papæ, quia non vbi Roma est, ibi Papa est, sed econuerso: locus enim non sanctificat hominem,sed homo locum.xl. dist. multi sacerdotes. & res accedunt hominibus,non econuerso. ff.de ædil.edi.iustissimè. vnde & de altari capellæ domini Papæ sumitur,qui vidit & recepit testimonium perhibet : & scimus quia verum est testimonium eius.

4 Et à quo. †A quatuor Patriarchis principalibus, secundum doctrinam traditam.infrà,de priuileg.antiqua.vniuersaliter tamen conceditur à domino Papa tantùm. infrà eodem.nisi.sed non consueuit ipsum concedere,nisi instanter petenti.c.dist.prisca.& c.optatum.& iuramentum obedientię præstanti.vt in dicto cap.optatum.suprà,de electione.significasti.in principio,& in fine. Concedit autem ipsum aliquoties prælato existenti in curia, aliquoties eius certo nuncio. Et ad hoc specialiter deputato.c.dist.quoniam. aliquoties etiam mittitur per Apocrisarios Romanæ curiæ.s.de elect. significasti.c.distin.pallium.j.& ij. & c.scriptorum. quandoque etiam de gratia non petenti offertur.sic intellige.s.de postul.præl.bonæ.ij.§.fin. Dicuntur autem Apocrisarij secreti nuncij.vnde versus:

Aurum iudicium secretum dat tibi crisis.

Verùm cum augmento honoris pallij crescere debet cura solicitudinis pastoralis, vt ornatui vestium actionum conueniant ornamenta.capit.di.§.priuilegia.& capit.sequenti. rationis. debet enim palliatus ingenio suo authoritatem dignitatis augere. ff.de officio præfid. obseruandum. in fine. & augeri debet vtilitas per dignitatem. ff. de iudic. si longius.in fine. & l.sed & si susceperit. §.penultimo. ff.de vsu & habita. plenum. ff.de don.filiusfa. ff.de legat.j.si seruus plurium. ff.de legat.iij.si filiæ. Sæpe enim dignitati deferendum est,& personæ. infrà,de offic.deleg.sanè quia. & cap.pastoralis. xxiij.quæst.iij.quisquis. sed hunc decorari pallio volumus, fortè moribus indecoris. c.distin.contra morem. ante finem. Sed pallium dandum est cum concessione noui priuilegij, vel renouatione antiqui. capit.distin. §.priuilegia. & cap.sequenti.

Et quibus diebus vtendum sit pallio,

5 † patet ex forma traditionis supraposita.§.cui concedẽdum.vers. conceditur. quia illis qui continentur in priuilegijs ecclesiæ concessis. sed & in præcipuis festiuitatibus vsum pallij potest quilibet exercere. j.eodem. cùm sis puta in natiuitate Domini, sancti Stephani, sancti Ioannis, in Circuncisione, Epiphania, Ramis Palmarum,Cœna Domini, Sabbato sancto,Tribus diebus resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, omnium Apostolorum, quatuor festiuitatibus beatæ Mariæ, sancti Michaelis, omnium Sanctorum, festiuitatibus principalibus ecclesiæ pallio decorato, dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum : ordinationibus clericorum, anniuersario,consecrationibus palliati,secundum Vinc.Alij exponunt hoc per decret. infrà, de ferijs. cap.finali. vbi & dies Domini adduntur.super hoc etiam vide quod notatur infrà,de consec.eccles.vel alta.in iij.dist.respon.j. Illud autem certum est, quòd episcopalia de quibus dixi suprà,eodem.§.quid sit pallium.& verfic.videtur. sine pallio exerceri non debent, intelligas tu intra prouinciam palliati,vt patet in his quæ notantur infrà,eod.verfic. §.fin.idem intelligas de indumentis episcopalibus, & sandalijs, & similibus quæ denotant dignitatem. argum.j.eodem. c.finali.s.de electione.quòd sicut.§.penult. scilicet quòd sine his non debent episcopalia exerceri.idem intelligas de baculo pastorali, quo Papa non vtitur, tum propter historiam, tum propter mysticam rationem. j.de sacram.non iteran.c.vnico.§.fin.Et notandum,quòd his insignijs vti nõ debet, nisi is cui competit ex officio dignitatis. j.de vit.& ho.cleric. c.clerici. verfic.panis. & verfic.sed nec anulos. & argum.xxj.distin.cleros. in medio.verfic.sacerdotes autem gentium.vbi dicit,quòd pallium imponebant pro sacerdotij eminentia.vel nisi aliquis hoc impetret à principe priuilegio speciali. vt C.de vestib.olob.& de aura.& coloribus. l.nemo.lib.xj. & in tit. ibi sequen. nulli licere in frenis equestribus. l.vnica. ad quod facit quod legitur in lib.j.Macha.cap.xj.vbi dicit,quòd Antiochus adolescens dedit Ionathæ potestatem bibendi in auro, & esse in purpura,& habere fibulam auream.quod si cui concessum fuerit, scilicet priuilegium, in quibusdam superiore adueniente. vt j.de offic.legat. volentes. & de priuileg.antiqua. §.dominicæ. & sunt hæc contra quosdam abbates,quia propria temeritate assumunt sibi cornua. sed certè cùm princeps hæc concedat aliquibus de gratia,non est ab alijs vsurpandum. vt infrà, de priuil. sanè. arg. de excess.prælat.accedentibus. & est expressum, quòd compagis, id est,sandalijs. & declinatur,hic compagus, huius compagi, vel mapulis, id est, mitris, id est, linteaminibus candidissimis, quibus Constan.cõcessit cardinales ornari. secundũ Hug. xcvj.dist.

in

in illa palea Constantinus non licet vti alicui, nisi per speciale priuilegium impetretur. xciij. di. §. compa. & c. peruenit. c. illud.

6 Et quo loco. † Intra ecclesiã palliatæ cõmissam. i. j. quãlibet ecclesiã suæ ꝓuinciæ, dũ celebrat missarũ solẽnia: sed si sacris indutus ꝓcessionaliter vel alio modo ecclesiã exeat, pallio minimè vti debet. j. eod. cap. j. & capitu. di. pallium. j. ergo extra prouinciam nemo vtatur, nisi cui ex speciali priuilegio conceditur. infrà, eodem, ex tuarum. quod ergo dici cap. infrà eodem, cum sis. vbicunque expone intra prouinciam tibi commissam. quasi dicat, vbicunque in loco congruo siue competenti. similis expositio, ff. de iudic. eum qui. ff. de condi. inde. qui cer. loco. ff. de const. pec. si duo quasi. §. j. de conse. di. v. nunquam. sic veste scenica vtendum non est, nisi in scena. ff. de vsufruct. sed & quid. §. & si vestimentorum. simile not. infrà, de offic. archipresbyt. §. j. versi. j. Magister tamen Ia. dicebat, quòd etiam in aliena prouincia vti poterat palliatus pallio, de licentia illius, ad cuius prouinciam declinabat. infrà eodem, ex tuarum. in fi. & capitul. sequ. nisi specialiter prohibeatur à papa. infrà, de renunc. ad supplicationem. sicut & proconsul a insignijs suis vtitur vbique, ex quo vrbem egreditur, & voluntariã iurisdictionem exercet, licet non contentiosam. ff. de offic. procon. l. j. & ij. nec obs. infrà eodem, ex tuarum. quia quò ad vsum pallij, non continet gratiam, sed quo ad hoc tantùm vt in aliena prouincia ordines valeat celebrare. hoc enim non posset nisi per priuilegium speciale. vj. quæst. iij. scriptum. vij. q. j. Episcopi vel presbyteri. ix. q. ij. nullus primas. & secundum hoc exponebat totam literam decre. ex tuarum. Puto contrarium, vt dixi, quamuis sim palliatus. magister enim meus nimiam violentiam facit literæ. expressim contradicit. infrà eodem. c. j. cum enim translatus ad aliam prouinciam non vtatur pallio primæ ecclesiæ, sed requiritur, quòd à papa de nouo concedat eidem, vt suprà de postul. bonæ. ij. §. vlti. & cum ipsum pallium sit personale, adeò quòd commodari non potest, sed cum persona sepeliatur, etiam si archiepiscopus factus sit Cardinalis, vt dicunt curiales. argum. infrà eodem. c. ij. restat quod qui pallium concedere non potest, nec vsum ipsius, & cum pallium ipsum partim sit reale, partim personale, vt ex prædictis patet, cui denegatur extensio personalis. infrà eodem, ad hoc denegatur & realis, & cui conceditur extensio realis. j. eo. ex tuarum. concedenda est & personalis. argu. ſ. de const. transla. ergo à solo papa potest fieri talis extensio, sicut & ab ipso solo pallium conceditur, vt no. suprà e. §. & à quo. nec ob. infrà ti. j. ad supplicationem. ibi enim, ideo excipit papa vsum pallij: quia cùm officij Episcopalis exercitium concedatur, ibi in aliena prouincia videretur & vsum pallij concessisse, nisi excideret. arg. ff. de consti. prin. beneficia. infrà, de dona. cum dilectus. in fin. sed hoc esset absurdum: quia iam viderentur quasi duo Metropolitani in vna & eadem prouincia. quod esse non debet. c. j. di. §. j. & c. vnico. infrà, de off. or. quoniam in plerisque ideo etiam præcipit in decre. ad supplicationem, quòd Eboracens. archiepiscopo tanquam Metropolitano obedientiam & reuerentiam debeat exhibere. nec ob. ff. de offi. procon. l. j. illud enim contingit ratione mittentis: mittitur enim proconsul à principe. vnde non est mirum, si aliquod peculiare in eo inueniatur. ar. infrà, de maio. & obe. per tuas. de conse. di. ij. c. fi. sic & legatus de latere papæ missus cæteros antecellit. infrà, de offi. leg. volentes. & c. excommunicatus. infrà de sen. excõ. ad eminentiam. Speciale est ergo in papa, quòd semper & vbique pallio vti possit. infrà e. ad honorem. & est ratio vt ibi, & quia vniuersa Christianitas prouincia sua intelligitur. ix. q. iij. cuncta per mundum. & capitul. per principalem. & respectu ipsius, vnus est Episcopatus. nedum quò ad hoc, vt intelligatur sponsus vnius eccle. quia hoc commune est sibi & omnibus Episcopis, vt apparet in his quæ not. suprà, in ti. j. §. cuius authoritate. ver. patet ex præmissis & præcedentibus: quinimò etiam quò ad administrationem, vt patet suprà titul. j. c. j. & de ele. licet. in fi. xij. dist. præceptis. xix. dist. in memoriam. & per totum xxj. dist. in nouo, & per totum, & respectu huius generalis administrationis potest dici, quòd alas habet latas, & liberas: quia nulli subest, & vbique dominatur, sed alij habent ipsas alligatas nexibus præceptorum. suprà de postu. c. fi. infrà titul. j. nisi cum pridem. ad fi. Quid ergo si palliatus inuitetur extra prouinciam ad ordines celebrandos, vel Episcopos consecrandos? Non videtur, quòd hoc fieri possit, nisi à domino papa priuilegium habeat: quia nec aliter potest vti pallio. infrà eodem, ex tuarum. nec sine pallio exercere potest. suprà, de ele. quòd sicut. §. præterea. & sic deterioris conditionis videtur palliatus, quàm non palliatus, quia non palliatus etiam nullius loci Episcopus hoc põt. j. de ordi. ab Epis. qui re. episcopa. c. j. §. j. quod quidam de plano concedunt, credo cõtrarium. argum. C. de legat. quod fauore. dignitas. n. afferre, & non auferre debet, vt patet. C. de dignit. l. iij. li. xij. & in his quæ notantur ſ. eodem §. & à quo. versic. verum. & sequent. nec obstat ſ. de elect. quòd sicut. §. præterea. ibi, cùm id non tanquam simplex episcopus, sed tanquam archiepiscopus hoc facere videatur: quia hoc verum est intra prouinciam sibi commissam. extra enim tanquam archiepiscopus hoc facere non potest, cùm nec extra archos, id est, princeps, intelligatur. Restat igitur, quòd extra prouinciam rogatus hoc expedire poterit, tanquam simplex episcopus: omnibus enim episcopalibus insignijs sicut mitra, baculo pastorali, & sandalijs, & similibus, excepto pallio, per quod designatur plenitudo officij, extra suã prouinciam in missarum solennijs vti potest. nam & flamines vbique pileo vtebantur. xxj. dist. clericos. ergo extra prouinciam tanquam simplex episcopus, qua ratione potest missarum solennia, eadem ratione potest & ordines celebrare. nam pallium non est de substantia collationis ordinum in natura sui, sed tantùm ratione priuilegij, quod extra prouinciam commissam non extenditur: secus de missa. vt ex dicto §. præterea. & ex supradictis intuenti subtiliter poterit fieri plena fides.

a Quid sit renũciatio. Adde an renunciatio possit probari per testes. vide Bald. in ca. 2. de resti. spo. & illud dictum Bald. in d. c. 2. sequitur. Ias. in l. cũ proponas. in 2. col. C. de pac.

b Res inter alios acta. Adde gl. in c. pen. de appel. Inno. in c. auditis. de rescript. Sali in l. si his quos. in 1. no. C. de libe. causa.

De Renunciatione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Renunciatio quid sit, & uide etiam in apostillis in litera A.
2 Iura scripta, & non scripta, circa beneficia, uel res temporales, corporales, uel incorporales renunciari possunt.
3 Ius publicum diuinum subdiuiditur.
4 Clericus an possit renunciare iuri suo.
5 Renunciatio iuris potest fieri in futurum.
6 Renunciare quis possit.
7 Furiosus renunciare non potest.
8 Renunciatio fienda est authoritate eorum, quorum interest.
9 Scandalum quid sit.

Diximus qualiter beneficia per electionem acquirantur, & etiam per translationem amittantur, & acquirantur: sed quia est alius modus per quem amittuntur, scilicet renunciatio, ideo de ipsa inspiciendum est, Quid sit renunciatio. Quæ possunt renunciari. Quis renunciare. Qualiter. Cui. Quis sit eius effectus.

1 a Quid sit † renunciatio. a Iuris proprij spontanea refutatio. Bene dico, Iuris proprij: alieno enim renunciare non possum, quia res inter alios b acta, b & c. j. de sent. & re iudic. c. penult. j. de præben. dilecto. in fine. j. de do. inter dilectos. in fine. C. res inter alios acta. in rubro & nigro. & generaliter tibi trado, quòd tractum inter certas personas, vel super re certa habitum alij non nocet. C. de iud. licet. ff. de pac. si vnus. §. pacta. versic. ante omnia. j. de offic. ord. dilectus filius. §. penult. in fine. j. de transact. veniens. §. fin. Et bene dico, Spontanea, respectu certitudinis. C. de do. nec inuitus. & patet j. §. quę possunt renunciari. & §. qualiter. Item respectu voluntatis: quia si coacta esset renunciatio, non obesset repetere volenti. j. eod. super hoc quod sciscitaris. j. quòd me. causa. abbas. & c. ad audientiam. quod dic, vt not. j. quod metus causa. §. qualiter retractetur. & sub. §. in hac autem retractatione.

2 Quæ possunt renunciari. Iura scripta, † & non scripta, & circa beneficia, vel res temporales, corporales & incorporales competentia. Iura scripta. hîc sciendum est, quòd ius publicum authẽticum largo modo dicitur quodlibet ius in scriptis redactum: quia à publicis personis introductum, puta principibus, sanctis, vel concilijs: sic etiam dici potest ius publicum quælibet constitutio municipalis, vel episcopalis. de quibus plenè notatur ſ. de constitut. §. quis possit. & ad hoc Inst. de iure natu. gen. & ciu. §. iij. & iiij. j. de maio. & obe. quod super his. Item quodlibet ius vtilitate publicum est largo modo: nam reipublicæ expedit, ne quis re sua malè vtatur. Instit. de his qui sui iuris sunt. §. dominorum. Item largo modo publicè interest, quòd quodlibet ius obseruetur, & ideo iudices

constituũtur: quia parũ esset, [c] iura habere in ciuitate, nisi esset qui ipsum ius redderet & seruaret. ff. de orig. iur. l. ij. §. post originẽ. sed tñ ius publicũ specialiter & propriè dicitur illud qd' cõsistit in sacris & sacerdotibus. ff. de iust. & iur. l. j. & dist. j. ius publicũ. qd' & specialiter diuinũ dicitur: ĵ. de iureiur. nimis. de iure diuino. ideo si vis scire cui iuri possit renunciari, sic distingue: ius publicũ aliud diuinum, 3 aliud humanum. Ius publicũ †diuinũ subdiuiditur, qa aliud reale, siue temporale. aliud spirituale, aliud collegiatũ, aliud psonale: aliud publicum statum respiciens. Ius publicum diuinũ reale, aliud concessum ecclesijs, ne ipsarũ res alienẽtur, nisi in casu cõcesso, & modo debito, & huic renunciari nõ potest, etiã per sacramentũ. ĵ. de iureiur. sicut nostris. xxxv. q. ix. qd' quis cõmisit. Aliud consistit in hoc, vt immunitas ecclesiæ seruetur. nec huic renũciari potest etiã p episcopum. ĵ. de immu. eccl. nõ minus. & c. aduersus. xvij. q. iij. quasi p totũ. Aliud in hoc, vt debitus status ecclesię generalis non immutetur. nec huic renũciari potest. xxv. q. ij. c. j. & ij. & c. seq. Ius verò publicũ diuinũ, & spirituale, aut consistit in diuino cultu, puta ferijs inductis ob honorẽ Dei, & huic renũciari nõ potest. ff. de arbitr. si feriatis. ĵ. de ferijs. c. vlt. §. fin. & de relictis ad pias causas aliquid deducatur. ĵ. de test. c. vlt. Aut in diuinis præceptis, & huic etiã consuetudo nõ obstat, s̃. de consuet. c. vlt. qd' dic, vt ibi not. §. & de virtute. vers. per hanc etiam dicit, ne aliqua constitutio. ĵ. de pæscript. c. fin. & not. ĵ. de vsu. §. an aliquo casu. vers. præcedenti. Aut in concilijs generalibus & prouincialibus, vel præceptis seu prohibitionibus periculũ animarũ tangentibus: & huic renuncia tur. xxv. q. j. sunt quidam. xv. dist. sicut. ĵ. de transact. c. vlt. & de in integrũ restitutione. causa. §. vlt. ĵ. de sent. & re iudic. lator tenor. & c. consanguinei. & de except. exceptionem. Ius verò publicum diuinũ, collegiatũ, aliud commune, id est, vniuerso collegio cleri cali generalis ecclesiæ indultũ, & huic etiã per iuramentũ renunciari nõ põt expressim. ĵ. de fo. comp. si diligenti. ĵ. de sen. excom. contingit. j. licet per contrarium actũ aliquãdo consortio clerica li & priuilegio per consequens priuet se clericus. ĵ. de priuileg. ex parte. & de sent. excom. perpendimus. & c. in audientia. c. contingit. ij. Licet etiam episcopus in præiudiciũ personæ, qd' contra collegium, & in præiudicium collegij egit, possit ratificare, vt in quo deliquit, puniatur. ĵ. eod. qd' in dubijs. & sic intelligo concilia xj. q. j. placuit. & c. inolita. quorũ tenor ponitur ĵ. de for. comp. si diligenti. Aliud singulare, vt singulari ecclesiæ, vel collegio concessum, & huic aliquando expressim, aliàs p contrariũ actũ, aliàs spacio x. annorum, aliàs xxx renũciatur, vt not. s̃. de constit. §. quando constitutio. in dist. quæ incipit, cùm priuilegiũ. Ius verò diuinum publicũ personale, aliud ob honorẽ vel vtilitatẽ dignitatis, cui à persona dignitatẽ tenẽte, quatenus personã tangit, renũciari põt, sed superior, vel ad querelã illorũ, quorũ aliàs interest, vel ex officio restituit. ĵ. de institit. c. cũ venissent. ad fin. ĵ. de arbit. cum tempore. Aliud ob personas singulares, & huic indistinctè renunciatur. s̃. de rescrip. nonnulli. ĵ. de for. compet. dilecti. & de regula. ad apostolicam. & c. statuimus. & de crim. fal. c. fin. s̃. de elect. quod sicut. §. fin autem. & c. ne pro defectu. §. vlt. Aliud ob personam singularẽ, cui personaliter indulgetur: & huic multò fortius renunciari potest: quia nec personã egreditur. ĵ. de concess. præb. constitutus. vij. q. j. petisti. Instit. de iure naturali. §. sed qd' principi. versic. planè. Ius autem publicum diuinum, publicum statum respiciens est, quòd persona idonea eligatur, & quod forma seruetur, & quòd episcopi testamenta exequantur, & similia, quibus renunciari non potest, vt patet suprà, de electione. cùm in cunctis. & ne pro defectu. responsion. prima. & capitul. quia propter. infrà, de testam. tua. Ius verò humanum publicum, aliud publicum authoritate, & vtilitate, vt fiscale. & huic non renunciatur. ff. de pactis. ius publicum. & l. inter debitorem. & de iure immunitatis. semper. §. conductores. idem in omnibus his, in quibus iudex ex officio proprio motu procedit: de quibus dixi infrà, de officio iudic. §. & vtrum defideret. & vt maleficia non remaneant impunita. ff. ad legem Aquileiam. ita vulneratus. infrà, de sententia excommun. vt famæ. & ibi sunt aliæ concord. hoc saluo, quia in quantum tangit priuatam vtilitatem, renunciari potest. ff. de pactis. iurisgent. §. fi paciscar. ideo paciscì possum, ne furti iam commissi agam, non tamen futuri. ff. de pactis. Item si vnus. §. pacta. infrà, quemadmodum. §. illud autem. Item vt ordo iudiciarius obseruetur, sicut quòd libellus offeratur, lis contestetur, vt sententia in scriptis feratur & vt ius reddatur, & vt leges publicum statum respicientes seruentur. ff. de legatis, primo. nemo infrà, de testamentis. requisiti. & capit. tua. ergo lite non contestata, non potest dari diffinitiua sententia, quantuncunque renuncietur, licet possit dari mandatum, vel compositio fieri de hoc. infrà, de libellorum oblatione. §. vtrum libellus. & de litis contesta. §. quæ sit ratio. & §. quis sit effectus. Aliud publicum authoritate, sed vtilitate priuatum, & hoc aut est inductum ob cõmunem vtilitatem, & huic renunciari nõ potest expressim, licet tacitè possit. C. de iuramen. ca lum. l. ij. §. sed quia veremur. sed iste §. videtur velle, quòd etiã tacitè remitti non possit, vt nota. infrà, de iuramẽto calum. §. quando præstandũ est. & infrà de lit. contest. §. & quando. vnde pone exẽplum per l. ff. de procurato. filius. §. veterani. & in hoc etiã iure tenet renũciatio, si iuramẽto firmetur. ĵ. de iureiu. cùm contingat. C. si aduer. vendi. authen. sacramenta. Aut propter priuatã, & tunc si fauorabile est, & propriũ, renunciari potest. C. quãdo mul. tu. offi. fun. authen. matri & auiæ. C. de pact. si quis in conscribendo. nam tempore illius legis, illud priuilegium talis naturæ erat, licet hodie secus fit per constitutionem imperialem, quæ incipit, sed hodie sanxit noua constitutio. Si fauorabile & cõmune, quatenus tangit renunciantem, tenet: quatenus tangit alium, non tenet. ff. de ser. rusti. prædio. per fundum. Quid ergo, si vasallus renunciat foro domini? Certè non præiudicat domino. argumen. infrà, de arb. cum tempore. infrà, de officio dele. significantibus infrà, de iud. cæterum. infrà, de foro compet. ex transmissa. & capit. significasti. Aut odiosum, sicut Macedonianum, & huic renunciare non potest, vt tractatur ff. de condi. inde. qui exceptionẽ. & ad Macedo. sed & si pater. §. vlti. fallit aũt hoc in tutelari munere, quòd publicũ est authoritate. Insti. de excu. tu. respõ. j. ff. de mu. & ho. l. j. & l. munerũ. & de ver. sig. pupillus. §. munus. sed nõ est publicum vtilitate. & sic intellige, ff. de exc. tu. l. Græca. athletæ. eod. §. tutela. imò est vtilitate priuatũ, sed ne pupilli incurrant detrimentũ rerum suarum. Insti. de tutelis. §. cum aũt. & §. se. & de authoritate tuto. respon. j. & de satis. tut. respons. j. & tamen huic renũciari nõ potest: quia inuitus datur tutor, cùm sit munus publicũ. C. de decurio. nullus. lib. 10. & inuito datur. ff. de tut. l. ij. de tut. & cu. da. ab his. nec nõ secundũ Vber. de Bob. tamẽ lex allegata, athletæ, nõ dicit quin sit munus publicũ, imò q̃ nõ est munus reipub. & hoc q̃ nõ possit renũciari fragilitas ætatis facit. ff. de min. l. j. Huic quod dixi, clericũ non posse renunciare suo priui d legio, [d] concordat. ĵ. de fo. comp. significasti. Sed cõtrà: quia si volũtarius rñdet corã non suo iudice, tacitè renũciare videtur. ij. q. vj. pulsatus. põt tamẽ intelligi illud c. qñ clericus citatur authoritate secũdi rescripti, intra annũ, & dolosè tacet, primũ rescriptum impetratũ sic. suprà, de rescri. ex parte. suprà §. j. Dic ergo, q̃ si clericus corã laico rñdeat, & causa ciuilis sit, pro cõuicto habetur, ẽt si q̃ ipso sentẽtia ferat, alioquin locũ suũ amittit, & si nõ habet locũ, fortè poterit excõmunicari. ar. ĵ. vt lit. nõ conte. tuæ. & c. qm̃. §. vlt. & de do. & contu. in fi. In criminali verò locum suũ amittit, & si non habet locũ, puto q̃ possit aliàs extra ordinem puniri. ar. in proximè dictis cõcor. & sic patet, q̃ tacitè renũciare potest, quantum ad damnũ suũ. xj. q. j. placuit. sed certè multo magis puniendus est, & si expressim consenserit, & postea respondit. Si verò inuitus tractus sit, sententia contra eum lata non valebit. fic intellige infrà, de iudi. at si clerici. & c. cùm non ab homine. sed & qui eum vocauit & cogi fecit, causam amittere debet, intelligas per sententiam excommunicari debet, & iudex ab officio iudicandi priuandus est. xj. quæstion. j. inolita. infrà, de for. compe. si diligenti. & in constitution. Fed. quam posui infrà, de for. compet. §. qui. ex cau. sub §. liquet. versic. sed nunquid clericus potest. & puto, quòd sola vocatione, ex quo ergo clericus tractus erit, hãc pœnã aduersarius patietur. xj. quæstion. j. placuit. infrà, de excess. prælato. grauem. C. de transact. si quis maior. C. de iurisconsum. iud. in criminali. Iudex verò non patietur dictam pœnam, nisi iudicauerit, sed fortè iure citandi priuari potest, ut puniatur in eo, in quo deliquit. argumen. suprà, de translatio. episco. quanto. infrà, de tempo. ordi. literas. & capit. sequen. vel fortè citra litis contestationem locus erit pœnitentiæ. argumen. ff. de in ius voc. quamuis. ff. rem rat. hab. amplius. alij dicunt, quòd vsque ad sententiam. argumen. ff. de inoffici. testamen. Papinianus. §. meminisse. C. de his quibus vt indignis. alia causa. Sed & si certo loco promittat quid se soluturum, tacitè videtur renunciare priuilegio suo. argumen. infrà. de for. compet. dilecti. idem in reconuentione. quod dic, vt notatur infrà, de mutu. peti. §. & 4 quando. versic. sed nunquid. † Lex etiam videtur velle, quòd clericus possit renunciare iuri suo. C. de pact. si quis in conscribendo. Solutio. quòd ibi dicit, cingulum, respicit armatam militiam, non inermem: imò solue, vt notatur infrà, de fo. compet. §. quibus

[c] Parum esset.] Adde text. in c. vbi periculum. in §. præterea de elect. lib. 6. c. decernimus. de sent. excom. e. li. Arch. in. c. humanum genus. in 2. col. 1. d. idem Archi. 2. di. in summa.

[d] Renunciare suo priuilegio.] Adde Bar. in l. 2. C. de sacrosan. eccles. Bar. in l. 3. in pe. q. ff. de fideiusso.

quibus ex cauſis.ſub §.liquet.verſic.ſed nunquid clericus poteſt. Quid de pacto,quòd creditores tota die faciunt fieri, an ſpecialiter vitiet, ſcilicet quòd debitor non poſsit probare ſolutionem, niſi per ſcripturam, nunquid per tale pactum non poteſt renunciari probationi teſtium? Non videtur:hoc enim ius quod per teſtes probetur,propter communem vtilitatem inductum eſt: quia vſus teſtium frequens eſt, & neceſſarius.ff.de teſti.l.j.reſpon.j.ergo tali iuri renunciari non poteſt. argum.ff.de poſtul. quos prætor.ff.de admin.tut.quidam decedẽs.ff.de oper.liber.cerdonem. & tale pactum contra legem eſt. vt in authen.de teſti. §.licet ludum.C.de hæret.& man. quoniam multi.in fine. j.de cler.pereg. tuæ frater. quinimò peccatum mortale videtur inducere. argum. j.de crim.fal. c.j. ad finem. & vide quod not.j.de teſtib.cogen.§. & quare.dixit tamen Azo,quòd bene valet renunciatio. † Vnum autem notabis, quòd renunciatio iuris poteſt fieri in futurum, dummodò lex præſens ſit, & contractus. s.de reſcript. nonnulli. aliàs ei quod non eſt,renunciari nõ poteſt. ff.de pact.tres fratres. ff.de tranſ.qui cum tutoribus.in fine. non enim videtur excipere id quod neſcit, vel id quod non ſcit,vt habet alia litera.ff.de contrahenda empt.in l.j.ff.de acquiren.hæred.is qui.& l.ſubſtitutio. Quid ergo,ſi quis renunciat omni iuri competenti, & competitu ro. literis impetratis, & impetrandis,& quidem quò ad futurum tempus pertinet,non videtur valere.arg.dictorum iurium proximè inductorum.& s.de conſtit.cùm acceſsiſſent.& de reſcript.paſtoralis.§.vlt.j.de eccl.ædific.ad audiẽtiam.ij. j.de deſpon.impu. ad diſſoluendum.reſpon.j.ff.de iniuſto rup.te.nam & ſi ſub conditione.& adde quod notat.j.eod.§.qualiter. verſic.renunciatio. dic ſi generalis ſit renunciatio,non valet:ſecus,ſi ſpecificatis quibuſdam iuribus,ſequatur generalis renunciationis concluſio. C. quando mu.tu.off.fun.l.fin.circa medium. & in authen.ibi poſita.matri & auiç.& in authen.vt ſine prohibitione matres.§.verò. coll.vij. ſi not.j.de com.§.& in quantum. verſ.tenetur ſanè commodatarius. Poſſent etiam renunciari iura non ſcripta, circa incorporalia, puta ſeruitutes,competentia. & ſi hæc etiam annalia ſint, in futurum renunciari poſſunt. j.de ſepulturis. in præſentia. j.de decim.ex multipl.ff.ſi ſeruitus ven.l.harum.& l.egi. Item renunciari poſſunt iura non ſcripta, quæ circa beneficia competũt: & quia renunciari poſſunt beneficia maiora, maxima, & minima,vt not.j.eod.§.cui. Item circa temporalia inſtrumenta,etiam renunciari poſſunt. j.de pact.cùm pridem. C.de fid.inſtrum.l.iij. licet autem clericus,qui impetrauit beneficium,miſericordiæ canonicorum ſe ſubijciat, non propter hoc renunciaſſe videtur.j. eodem.veniens.niſi literas reddat,ſed & tunc officio iudicis reſtituitur, ſi miſericordes ſint, ne vnde miſericordiam debuit impetrare,inde cogatur diſpendium ſuſtinere.j.eod.ſanè.ff.de fur.ſeruus communis. §. qui verò. ff.quemadmodum teſta.aper. ſed ſi quis. Deceptis enim & non decipientibus iura ſubueniunt. j. de rerum permut. cùm vniuerſorum. ſed & vendendo literas ipſas renunciaſſe videtur.s.de reſcript.ad audientiam.

6 **Quis renunciare.** † Is ad quem pertinet, quod renunciatur.j.de regul.ad Apoſtolicam. & c.ſtatuimus.j.de cri.falſi.c.vlt. remittẽtibus autem actiones ſuas, non eſt regreſſus dandus. ff.de ædif.edicto.quare. §.ſi venditor. & ſatis abſurdum eſt redire ad hoc,cui quis renunciandum putauit. C.de reb.credit.& de iureiur.ſi quis iuſiurandum.& quod ſemel repudiatum eſt,reintegrare minimè concedimus.C.de cond. infer.cùm quidam. ante fin. hoc ſiue res ſit temporalis, ſiue ſpiritualis.j.eod.ex tranſmiſſa.ſiue beneficium,ſiue ius cui renunciari poſsit, vt probant iura prædicta. & ff.de ſucceſ.edi.l.j. §.qui ſemel.in authen.de teſtibus. §.quia verò multi.col.vij.q.j.quàm periculoſum.& c.hoc nequaquam.xvij.q.Conſaldus.xviij.q.vltim. dudum.xxj.q.ij.ſi quis iam translatus.xxiij.q.iiij.ſi illic.xciij.diſt. ſi quis epiſcopus vacans.j.eodem. poſt translationem.j.de cauſa poſ.paſtoralis. Si tamen quis mutat pro ſuperiore,vt in manibus ſuis cedat,pœnitere poteſt,re integra.j.eod.lectę. ſicut vocans patronum in ius,ſine venia edicti ante litem conteſtatam poteſt pœnitere.ff.de in ius vocan.quamuis. regulare enim eſt,quòd locus eſt pœnitentiæ re integra.ij.q.vj.ſi quis libellos. & q.iij.ſi quis iratus.j.de appel.directè,niſi alicuius interſit.ff.de regul.iur. nemo. ff.de cond.cauſa da. ſi pecuniam. & l.dedi. ff.de inter.act.de ætate.§.Celſus.ſed re nõ integra non poteſt.s.de ele.in cauſis.§.vltimo.Inſtit.mandati.§.rectè.ff.de ceſ.bon.is qui bonis.C.qui bon. ce.po.l.ij. Non poteſt autem pœnitere is cui cõceſſa eſt ceſsio abſolutè. j.eod. quidam. hoc ideo ne videatur ſuperiori illudi, qui ceſsionem admiſit.argum.s.de poſtul.bonç.ij.§.nec nocebat.Secunda ratio eſt,ne vtilitas eccleſiæ,quia fortè ſe inſufficientem cognoſcit.j.eodem. c.fin.j.de ætat. & qualit.c.fin.vel ſalus propria,

quàm conſequi deſiderat, dum attẽdit conſcientiam criminis. j.eod. niſi cùm pridem. reſp.j.j.de ſimon.ex inſinuatione.xiiij.diſt. nerui. aliquorũ ſuaſionibus, quæ ſua ſunt, quærentium.j.de cenſib.cùm Apoſtolus.§. archidiaconi. & c.procurationes. in fine. ſeu leuitate, ſeu inconſtantia qualibet. j.eodem. ex tranſmiſſa. j.ne ſede vacan. c.j.ff.de procur.in cauſæ.valeat impediri. ſic loquitur concil. quidam cedendi,quando abſolutè petita eſt licentia & obtenta. Quid ergo ſi ſub conditione conceditur, ſcilicet ſi expediat eccleſiæ, pariter & perſonis,& certè tunc non abſolutè dabitur:imò nec etiam,niſi conditio extiterit,admitteretur: fiat ergo diligẽs inquiſitio per illum cui commiſſa eſt,vel per alium. j.de offic.deleg.venerabili. niſi mandetur,quòd perſonaliter fiat:quia tunc poteſt committi. j.de offic.deleg.quoniam.§.his autem.igitur ſeruetur forma exacta diligentia. argum. s.de elect. nihil eſt. s.de reſcript. cùm dilecta.ad fin.j.de offic.deleg.venerabilis.§.fin.& ſemper priuatæ vtilitati publica præferatur: s.de poſtul.bonæ.j.§.j. s.de elect.cùm nobis olim. §.fin.præferatur ergo eccleſiæ & perſonarũ vtilitas, non perſonæ.j.eodem. c.j. & c.niſi cùm pridem. §.nec putes. j.ne ſede vac.c.j. §.fin. xxij.q.v.quia Ioan. Quòd ſi facta inquiſitione pœnitet,& ab inquiſitoribus appellet, ſuſpectus eſt mihi, ex quo ſemel voluit alium, tamen de eccleſia admitterem appellantem: quia illorum intereſt, non iſtius. argum.j.eodem. quidam.s.de elect.qualiter. & in his quæ notantur s.de conſenſu. & ſequentibus. & j.eod. verſ.ſequen. & argum. j.de rebus eccleſ.non alien. ſi quis presbyterorum, ad fin. quia maior eſt alienatio boni prælati,quàm rerum.argum.xij.q.j.præcipimus.hoc dum tamen appellans non carnaliter ſequatur: ſed iudicium rationis, vt appareret ex præmiſsis.& j.de præb.graue.j.vt benefic.eccleſ.c.vnico.§. omnibus.Non poteſt ergo indiſtinctè renunciare habens alas ligatas,vt patet in his quę notantur s.de translat.epiſcopi. §.cuius author.& verſ.ſequenti.& §.quæ ſit cauſa.& verſ.ſequenti. Eſt enim cauſa conſideranda ſpecialiter, ſi prælatus renunciare velit. j.eodem.literas.& c.niſi.& eſt ratio:quia prælatura non datur alicui propter ipſum ſolum: ſed propter alios:non vt præſit, ſed vt proſit.j.q.j.§.ecce cùm honoris. viij.q.j. qui epiſcopatum. debet enim prælatus ſe ſeruum facere, vt plures lucrifaciat. xxviij.q.j. iam nunc.& plus cæteris laborare.j.eod.niſi cùm pridem. §.porrò. xxiij.q.iiij. quis poteſt amplius. Nec poteſt renunciare furioſus, † niſi fortè habeat dilucida interualla. vij.q.j.quamuis triſte. 7 C.de cura.furi.l.penult.ſuper quo vide j.de donat. §.quis poſsit. j.de teſtam.§.quis.Sed nec poteſt renunciare is,qui non poteſt ſe obligare deficiente ætate, expectet ergo: vt not.j.de regula. §.& qualiter obligetur. & §.vtrum. Renunciare poteſt quis per ſe,& per alium habentem ſpeciale mandatum.argum.j.de offic.deleg. cùm olim. Abbas.§.quia verò.ff.de iureiuran.l.iuſiurandum.§.ſi procurator. Idem videtur, ſi habeat generalem & liberam adminiſtrationem. ff.de procur.l.procurator cui libera. ſecus, ſi generalis tantùm eſſet.de procur. l.procurator tutorum. j.de præben. dilecto.reſp.j.j.de relig.domi.c.pen.

Qualiter voluntariè. Alioquin contrà.vij.quæſt.j. quamuis.j.quod met.cauſa. ad audientiam.& ſi ſit beneficium omnino,id eſt,purè & abſolutè.j.de offi.deleg.ex parte j.j.de ſimon.ex inſinuatione. alioquin ſimoniaca eſſet renunciatio. quod enim remittitur, dari intelligitur.viij.q.j. talia.j.de teſt.veniens.ff.de calum.quinetiam.ff.de his quæ in fraud.credi. in fraudẽ.licet ſit arg.cõtrà,C.ad Velleia. ff.de his quæ in fraud.credi.ſi pignus. Quid ſi in mẽte gerat,[e] tam renuncians, quàm recipiens, quod detur & recipiatur aliquod temporale:ſed non exprimitur, & quidem Deus ſcrutator eſt cordium.j.de ſimon.tua.in fine. & voluntas & propoſitum,&c. j.de ſenten.excom.cum voluntate.ff.ad legem Cornel.de ſica. diuus. dicunt quòd in ſimoniacis: quia prohibita ſicut eſt vendere caſtaldionatum,ſeu aduocariam.j.quæſt.j.ſi quis epiſcopus.ſiue paſtum, vel paſtillium in receptione canonici. j.de ſimon. Iacobus. ſola voluntate non committitur ſimonia.dic quòd committitur, ſed ſola pœnitentia aboletur.quod dic,vt not.j.de ſimon.§.quid ſit ſimonia.Fit etiam in ſcriptis epiſcoporum renunciatio.vij.q.j. §.ecce.& capit.qualiter.& capit.quamuis triſte. Renunciatio verò iuris ſcripti, ex certa ſcientia facienda eſt, ideóque renuncians ius ignorans de effectu iuris, cui renunciat, certificãdus eſt. arg. in authen.quomodo oportet epiſcopos.§.igitur ordinãdus epiſcopus. coll.prima. ne cauſetur ignorantia literarum. ff.de inſtit. action.ſi pupilli.§.de quo palàm.& notatur s.de conſtit.§.quando conſtitutio incipit arctare. nec enim poteſt quis renunciare ei quod ignorat, ff.de inofficio,teſtamen,mater decedens, ff.de ac-

e Quid ſi in mente gerat.] Adde gl.in c.ordinationes. 1.q.1. & gl.in c.Apoſtolica.8. quæſt.1.

f Sine collegio suam.] Adde c.accusatio.2.q.7.gl.in c.conquestus. de foro compet. & in c.contingit. de sent. excom.

g Est autem scandalū.] Adde S. Thom.2.2.q.44.& Matth.15.

h Et dicitur scandalū.] Adde Archi. in c.1. actione. de conse.dist.2.Paul.de elea. in cle.1.in 2.de offic.or.Do. in c.licet. 45.di. Old. consi.248.incip.quæstio est. in fine. & qui sunt casus inducentes scandalum. vide per Fel. in c.nihil cū scandalo. de præscr. in 1. col. vbi enumerat 33. casus.

i Tene certum.] Adde c.sicut. 44.dist. c.qui egerit. de pœn.dist.3. c.iuuenis. de spon.c. ad audientiam. & capetitio.de homic.

quirenda hæredit. is qui. §.si quis dubitet.& l.is qui purat. ff.quibus ad li.procla.non licet. §.penultimo. §.non enim. nec renunciari potest ei, quod non habetur, nec haberi potest. ff.de regul.iuris. eius. & l.qui potest. ff. de acquirenda hæred.habere. & l.nolle. & l.qui hæres. j. respon. & l.is potest. ff. de succes.edict. l.j. §.decretalis. & argum. ff.quod metus causa.sed & partus. §.Iul.in fine.nisi authoritas iudicialis interueniat. ff.de curat.bon.dandis.l. j.licet ergo renunciari vel repudiari non possit,quod nondum competit, pacto tamen remitti potest. C. de pactis. l.j. ff.de pactis. pactum inter hæredem. & iunge quod notatur s.eodem. §.quę possunt renunciari. versic.vnum autem notabis.& sequentibus. Renunciet etiam quis expresse. vt si dicat quietū clamo ius tale.j.de decimis.ex multiplici.renunciat, & tacitè compositionem recipiendo, & inuitus causatiuè, non præcisè. sic intellige s. de electione.cùm inter R.seniorem. Tacitè etiam renunciat exhibēdo honorem illi, cuius electioni contradixerat. j. de his quę fiunt à maiori parte capituli.ex ore.vel recipiendo aliquid ex testamento, quod impugnabat. ff.de inoffic.testam. si proponas.C.de inof.testa.si pater. ad idē.ff.de Public. si ego. §.j. j.de senten. & re iudic. quod ad consultationem. vel recipiendo beneficium, vel aduocando pro eo. j.de transact. ex literis. ff. de
8 inoffic.testa.l.penult.& vlt.Item facienda est renunciatio † authoritate illorum,quorum interest.j.de offic. archid. ad hæc. §. finali.ideo clericus non potest renunciare foro suo, sine consensu episcopi: quia ex hoc præiudicaretur episcopo. j.de foro competenti. significasti.xj.q.j.clericum.iij.q.vj.non liceat. A quo enim clericus recipit ordinem, recipere debet & iudicium. ix.q.ij. nullus primas. forense & præiudiciale. de pœnitentia. distin.vj. placuit. j.de parochia. nullus. j. de pœnitentia. omnis alioquin quilibet clericus de vno episcopatu posset sibi cōstituere iudicem in alio. ff.de iudic.l.j.Eadem ratione non potest renunciare clericus priuilegio,quod habetur xvij.q.iij.si quis suadente.nam & si actionem iniuriarū propriam remittere possit. xxiij.q. iij. si is qui. &
f cap.illicit.iniuriam tamen ecclesię sine collegio suam f illatam remittere non potest.j.de senten.excom.cùm desideres.§.finali.nec enim hoc ius in fauorem suum specialiter, sed totius collegij introductum est,& in odium laicorum.j.de senten.excom.contingit.ij.in fine.qui nobis oppidò sunt infesti. ij.q.vij.laicos. & iunge quod notatur s.eod.§.quę possunt. versic.ius verò publicum. & versic.huic quod.

Cui sit renunciatio iuris faciēda.

Est aduersario, vel seruo publico recipienti nomine aduersarij.ff.rem pup.sal.l.ij.vel alij nomine eiusdem: quia cùm actio & beneficium per liberam personam acquiratur. C.per quas perso.no.acqui.l.j.ij. & iij. de acqui.possess.l.j.j.de præben.accedens. multò fortius exceptio.ff. de superfi.l.j.§.quod ait prætor.in fine.ff.de regul.iuris.inuito.§. nam cui damus. Si verò renuncietur beneficio, aut maximo, & tunc facienda est maximo iudici, vt Papę: super quo vide quod notatur s.de translat. §.cuius authoritate. voco autem hæc maxima beneficia episcopatus,& superiores,vel etiā inferiores exempros.j.eodem.c.j.& vlt.Episcopi autem renunciatio non est de facili admittenda,imò requiritur causa.Et sunt hæ iustę causæ:Conscientia criminis, Debilitas corporis, Defectus scientiæ, Malitia plebis,Graue scandalum, Irregularitāsque personæ. sed in his omnibus est discretio adhibenda.j.eodem.nisi cùm pridem: Conscientia criminis: fortè nō cuiuslibet,sed illius duntaxat, propter quod ipsius officij executio post peractam pœnitentiam etiam impeditur.de quo not.plenè.j.de temp.ord. §.& cui. sub §.prima regula oportet episcopum.Debilitas corporis:nec omnis debilitas,quę ex infirmitate, vel senectute procedit,sufficit:sed illa dun taxat, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Defectus scientiæ: sed quamuis desideranda sit eminens scientia in pastore,in eo tamen est cōpetens toleranda.s.de elect. qualiter. Malitia plebis: scilicet quando adeò duræ ceruicis existit,& in rebellione sua ita pertinax inuenitur,quòd prælatus nequit proficere apud ipsam. Quid si mortis periculum immineat, iusta est causa renunciationis. j.eodem. ad supplicationem. s.de elect.bonæ memo.ma,respon.j.fortè: quia parochiani ipsum capitaliter persequuntur. in quo casu intelligi potest. j.eodem. nisi cum pridem. §. propter malitiam. & in quo casu superior ad quem spectat etiam ex officio, & si nihil petatur, eum transferre debeat. argumen.j.de rerum permut.quæsitum. Idem videtur,si aer idem sit pestilens & mortifer.lxxiiij.distinct. quorundam. argum. j.eodem. ad supplicationem. Graue scandalum: quando scilicet pro tali prælato scandalizantur subditi,in quo est subtiliter distinguendum: nam inquantum possumus scandalum, sine peccato vitare debemus, alioquin vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. Veritas ergo iusticiæ,vel bonæ vitæ nunquam deserenda est disciplinę: tamen quandoque deseritur, tunc scilicet, quando multitudo peccantium est in causa: non tamen volunt defendere malum quod faciunt. xliij. distinction. comessationes 50. distinction. vt constitueretur. in fine.si verò defendunt,& excusant illud,quasi authoritate minimè parcendum est.de pœniten.distinct.vj. capit.j.in fine.lxxxj.
9 distinction.plurimos. † Est autem scandalum g dictum,vel factum,vel signum quo offenditur proximus, vel cuius occasione
g trahitur quis in consensum mortalis peccati. Et dicitur scanda-
h lum h à scandalo Græcè, quod est Latinè offensio: ergo nihil aliud est scandalizare proximum, quàm prouocando ipsum in consensum mortalis peccati, eundem offendere occasione dicti, vel facti, vel alicuius exterioris signi,quo nisi offenderetur quis, licitè posset illud fieri, vel omitti, salua triplici veritate, de qua dixi. vt dicitur infrà,de regul.iuris. qui scandalizauerit. vbi veritas nunquam omittitur, & ponitur ibi veritas nunquam pro iure communi tali. scilicet contra quod nunquā potest dispensari. quod dic, vt notatur infrà,de pœniten. sub tit.de dispensationibus.§.quis possit.secundum Ala Lau. dicit,quòd veritas bonę vitæ nunquam omittenda est,& hoc pertinet ad quemlibet. veritas autem iusticię pertinet ad ius commune,& hoc quandoque omittitur: veritas verò doctrinę siue disciplinę ad prælatum,& hæc similiter omittenda est, vt dixi ad hoc.xlv.distin.licet. xj.q.iiij.plerunque.xxiij.q.j.noli. in fin.50. di.considerandum. vnde versus:

Est verum vitæ, doctrinæ, iusticiæq;
Primum semper habet duo propter scandala linguæ.

& vide super hoc not.infrà de tempor.ord. sub.§.octaua.versic.j. & sequentibus. Alij dicunt,hæc triplex veritas, scilicet vitæ, doctrinæ & iusticiæ, nunquam est pro scandalo relinquenda. Vitæ non:quia nunquam est mortaliter peccandum. Doctrinæ non, quia nunquam doctor, vel prædicator debet falsum docere, vel prædicare:quantumcunque scandalum immineat: nam ille proculdubio scandalizatur in Deum,qui rectè nō docet: & qui scandalizat episcopum,vel sacerdotem.xcvj.distin. ille tacere non potest,& debet,si omnes obstinati sunt. vnde Hiero.solus sedebam: quia amaritudine plenus eram. sed si apud aliquos proficere potest,tunc non timeat subsannationem, nec perfectionem ad hoc. lxiij. distin.scimus. vij.q.j.§.hoc tunc obseruandum.& §.cùm autem.& cap.ibi sequent. Iusticiæ non:quia pro nullo scandalo debet iudex falsam sententiam vel testis falsum testimonium ferre, & in illis tribus casibus intelligitur j.de regul.iur.qui scandalizauerit.vnde versus:

Scandala pro vita, doctrina, iusticiáq;
Tu non effugies.sunt in reliquis fugienda.

Breuiter tamen not.quòd aut illud ex quo oritur scandalum, est malum in se,aut bonum, aut indifferens. Si malum sit, vitandum est,tum propter scandalum: si bonū, aut est tale, quo omisso non est salus, & tunc non est omittendum propter scandalum: sed si est tale bonum, quo omisso, salus est nihilominus, & tunc omittendum est. quod si indifferens sit, omnino cessandum videtur, vt scandalum euitetur, secundum Raym. Vel breuius, vbicunque in euitatione scandali euitans peccat mortaliter, potius debet peccatum mortale, quàm scandalum euitare, & sic non est propter scandalum relinquenda veritas, id est, filius Dei, qui est via, veritas & vita: & qui relinquitur per peccatum: sic intellige, infrà, de voto. magnæ. §.penultimo. infrà,de regul. iuris. qui scandalizauerit. Si verò euitans non peccat mortaliter euitando, semper debet scandalum euitari: vt probatur infrà eodem. nisi cùm pridem. §.pro graui. & de no.oper.nun.cùm ex iniuncto. §.super eo. quòd si dubitetur, videtur scandalum euitandum. argum.xiiij.distinct.cap.finali.& j. quæst.vltim.si illa. xxiij.quæst.j.quid si culpatur.ad finem.nam si dubitetur de peccato, & certum sit de scandalo, dicere possumus cum Augustt.tene
i certum, i & dimitte incertum. de pœnit. distin. vij. ad finem. patet ex præmissis,quòd non omne scandalum est peccatum mortale,nō omne mortale peccatum scandalum iuditatur, & licet propter scandalum non sit superior, triplex veritas relinquenda,intelligas omnino:siue in totum:puto tamen q in illis exemplis ad

minus

minus, duplex veritas ex causa fit differenda, vel dissimulanda: quia quod differtur, non aufertur. argu. ff. de iudi. si debitori. sed veritas, id est Deus, nunquam est relinquendus. Irregularitasq; personæ: sed & considerandum est, vtrum sit bigamus, & tunc non remanet: vel illegitimè natus, & tunc ex dispensatione remanere potest: vt in decretal. nisi cùm pridem. vbi omnia hæc plenius exponuntur. Aut renunciatur maiori beneficio, vt abbatijs non exemptis, vel personatibus, vel ecclesijs parochialibus. Aut minoribus, puta præbendis, vel simplicibus beneficijs, & tunc regulariter facienda est maiori iudici, hoc est Episco. xviij. quæstio. ij. Abbas. ℸ. e. lectæ, de consensu tamen illorum quorum interest. infrà, de offic. archidia. ad hæc. §. fin. infrà, de his quæ fiunt à præla. nouit. capit. quanto. & capit. fin. & generaliter tibi trado, quòd in ecclesijs, beneficijs, & præbendis facienda est renunciatio illi, à quo hæc recipiuntur. infrà, eod. admonet. xviij. quæst. ij. Abbas potest: ei ergo facienda est renunciatio, ad quem pertinet confirmatio. super hoc vide quod not. suprà de electio. §. à quo. infrà, de institu. §. à quo. vt inde fiat curæ priuatio. vnde datur in authen. de defen. ciui. §. non habente. colum. iij. infrà, de præbend. in Lateranen. §. nos autem. alioquin quamuis ecclesia renunciaret etiam in manu laici absoluatur, prælato verificante. secundum T. Gosfred. & quasi omnes: quasi habeat in se tacitum peccatum. arg. ff. de accep. si acceptilatum. vel potius renuncianti em iuri, quod in ecclesia habet, ex hac causa priuante. sic enim loquuntur iura, quæ alij pro se inducunt. infrà eo. quòd in dubijs. vij. q. j. eos dummodo nõ sit exorta per vim. infrà, quod me. cau. ad aures. quod dic vt no. in summa. eo. titu. §. qualiter retractetur. & seq. repeti tamen potest ab ecclesia, nisi fortè ad religionem transeat. Excipitur Episcopus, qui sine speciali licentia etiam ad religionem transire non potest. quod intelligit Gos. cùm ita res geritur, sicut noster præcipit Imperator, xl. di. ante omnia. ego intelligo hoc qualitercunq; se habeat. infrà, de off. dele. venerabili. infrà, de fo. compe. significasti. & de regula. licet. quod dic, vt no. suprà, de transla. §. cuius authoritate. & §. quæ sit causa transeundi. ver. sed & transit quis. Fuerunt & qui dixerunt, quòd minima beneficia renunciari possent sine licentia cuiusquam, cùm de ipsis expresim non inueniatur prohibitum, nec ibi possit notari matrimonium, vel quasi, & omnia contraria possunt intelligi in ecclesijs parochialibus, vel personatib. de quibus idem iudicium. versi. de elect. dudum. ij. §. tandem. in fin. infrà, de præben. de mulcta. §. hoc idem. sed contrà, infrà eo. admonet. ℸ. de cler. pere. c. fi. infrà, de cleri. non resi. fraternitati. de hoc dic vt no. suprà, de postu. prælà. §. quis postulandus.

Quis sit eius effectus.

Vt qui renunciauit de cætero ad id cui renunciauit, regressum non habeat. quòd dic vt no. s. e. §. qui renũciare. nisi authoritate maioris ex nouo iure concesso, vel antiquo restituto. infrà e. cum inter P. Gaufridi. ex transmissa. sanè. & c. in præsentia. & qui semel renunciauit Episcopatui propter criminis conscientiam, amodo eligi non poterit, nec etiam postulari: secus, si propter plebis malitiam. infrà eodem, post translationem. in summa notandum, quòd renuncianti cõpetens est prouisio facienda, ne in ministerij nostri vituperium defectum in rebus temporalibus patiatur. infrà eodem, ad supplicationem. infrà, de cle. coniuga. diuersis. xciij. distinct. diaconi. quæ ratio etiam ad depositum extenditur. l. dist. studeat. in cuius prouisionis assignatione dignitatis, nobilitatis, & scientiæ ratio est habenda. infrà de præb. de mulcta. ad fi. sed & quantitatis redituum beneficij, cui resignat, consideranda est: argum. infrà de vi. & ho. cler. quoniam. de prẽb. nisi essent. xxj. q. ij. bonæ rei. infrà, de dona. Apostolicæ. §. pe. & vide quod no. suprà, de rescrip. quæ possunt obijci. versi. sed nunquid appellas.

De supplenda negligentia Prælatorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ℸ Negligentia quid sit.
2 Prælatus in negligentia qualiter deprehendatur.
3 Omissa à prælatis quibus casibus suppleantur.
4 Suppletio per quem fit.
5 Prælatus negligens quam pœnam patiatur.
6 Prælatus negligens aliquando à proprio beneficio amouetur.
7 Negligentia an purgari possit.
8 Prælati circa officium eis iniunctum inuigilare debent.

TRactatum est suprà de creatione prelatorum, & quibus modis assumantur ad dignitates, & prælaturas: sed quia in prælaturis quandoq; perfunctoriè & adultoriè res agitur. xl. di. ante omnia. & prælati sæpe negligẽtes circa officium sibi commissum deprehenduntur, & quòd negligitur, seu committitur supplendum est, vel instaurãdum, ideo subijcitur hæc rubrica de supp. neg. præla. in qua videbimus, Quid sit negligentia. Qualiter deprehendatur prælatus in negligentia. Quot modis, & in quibus casibus quæ à prælatis omissa sunt suppleantur. Et per quem. Quam pœnam negligens patiatur. Et an mora seu negligentia purgari possit.

a Quid sit negligẽtia. Adde glo. in cap. ea quæ. de offi. Archid. Inno. in ca. nouerit. in gl. sua. de senten. excommũ. Archidi. in ca. placuit. xvj. q. iij. Doct. in c. licet. de elect.

1 a

Quid sit † negligentia.

a Eius quod fieri debet & potest, omissio. Ideo dico, Debet: quia contra leges, aut ea quæ legum vicem obtinent, vel derisionem inducunt exemplum. infrà tit. j. vel non est compos, vel ea quæ pietatem, famam verecundiamq; nostram lædunt, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fierent, omissa non dicentur neglecta, quia nos talia facere posse credendum non est: ergo illud solum possumus quod de iure. ff. de condi. insti. conditiones. & l. filius. sed & si fieri debeat, tamen impotentia facti excusat. sic duplex est impotentia, quinimò & nouem modis dicitur, vt no. suprà, de rescript. §. quæ pœna malè impetrantium. ver. item vt dixi, subaudi, si fieri potest, & sequentibus. ergo non dicitur negligentia, nisi vbi mora est. suprà, de elect. c. vlt. infrà, de concess. præb. quia diuersitatem. §. antepe. & seq. quid autem sit mora, arbitrio iudicis committitur: quia difficulter describitur. ff. de vsuris. mora.

2 Qualiter deprehendatur prælatus † in negligentia. Aliquando lapsu temporis: quod dic, vt no. suprà, de electio. §. quo tempore. aliquando trina monitione præcedente, vt no. suprà seq. ver. suppletur in benedictionibus. aliquando ipso facto. infrà eo. sicut nobis.

3 Quot modis, & in quibus casibus, † quæ à prælatis omissa sunt suppleantur. Et quidem suppletur quod malitiosè omissum est. ℸ. e. c. j. & ij. suppletur etiam defectus. vnde vacante ecclesia, supplet capitulum defectum prælati. ℸ. de hære. ad abolendam. sed contrà, ℸ. ne sede vacan. illa dic vt no. ℸ. de maior. & obe. §. & ad quid obediens teneatur, suppletur in benedictionibus conferendis: vnde si Episcopus tertio cum humanitate requisitus subiectos abbates noluerit benedicere, extunc abbates possunt omnia facere, ac si benedicti essent, & ideo proprios monachos benedicere possunt. ℸ. eo. c. j. sed contrà, quia ita demum licet abbati manum imponere, si manus impositionem receperit. lxix. distinct. quoniam videmus cuius tenor ponitur. ℸ. de æta. & quali. cùm contingat. Sol. Illud intellige de manus impositione ordinaria. Secus de benedictoria, quam præstare potest, quod in fauorem religionis concessum est, sicut & illud vt baptizatus baptizet. xxxij. dist. §. verum. secundum Gosfred. suprà de sum. trini. firmetur. §. penult. sed & in odium negligẽtium, seu delinquentium est inductum hocius, vt probatur ℸ. e. ca. j. adhuc signatur contrarium: quia benedictionem, quam non habent, dare non possunt. j. q. vij. Daibertum. suprà, de consue. quanto. ad fi. infrà, de iure pa. quòd autem in finem respondeo, imò habet: quia benedictus fuit tanquam simplex monachus, & potestatem recepit authoritate canonis supradicti. Quid si non sit confirmatus? idem videtur, dummodo in concordia sit electus. argum. suprà, de elect. nihil. §. cæterùm. nam eadem ratio, ergo idem ius in vtroque. argu. C. de lib. præte. vel exhære. l. j. & in his quę no. suprà, de elect. §. quid operetur. vel dic, quòd ab abbate patre confirmabitur, suprà de consue. cum dilectus. §. fina. Suppletur & in beneficijs conferendis, & in competentibus prouisionibus vicarijs assignandis, quod est contra monachos, & etiam Episcopos, volentes sibi omnia vsurpare. infrà eod. c. ij. & de præben. auaritię. & c. de monachis. & est contra volentes conducritios habere capellanos. quod omnino prohibitum est. xxj. quæst. ij. c. pe. & vltim. ideo non obstante consuetudine, quę dicenda est in hac parte potius corruptela. nec obst. præscriptione temporis ponendi sunt vicarij perpetui, quibus portio sufficiens assignetur. infrà, de præb. extirpandę. & capitul. in Lateranens. hoc vbi ecclesia mensę alicuius collegij, vel dignitatis, vel prẽbẽ. annexa probatur, alioquin sine diminutiõe aliqua est

b An mora.] Adde gl. & Doct. in c.potuit. de loca. in regula mora. de regul. iur. li. 6. Bal in c.ex literis. in c. 2. col. de const. Bar. in l. insulam. ff. de verb. obl. Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cau.

vna ecclesia cum prouentibus omnibus vni presbytero assignanda. xxj. q. ij. sicut in vna. j. de censi. prohibemus. super quo vide quod no. infrà, vt bene. eccl. sine di. confe. sub. §. est autem regula. nec diuturnitas temporis vnionem, siue annexionem probabit, licet causa exigente, annexio fieri possit, suo tamen modo & forma seruata. probatur infrà, de præb. extirpandæ. & c. seq. & c. exposuisti. infrà, de excess. præl. sicut venire: ergo monachi nõ possunt sibi appropriare ecclesias, quamuis in ipsis ius patronatus habeant, nec nouum censum imponere, nec antiquum augmentare, nec Episcopo ius parochiale minuere, qualitercunque ius patronatus acquirant. infrà, de iure pat. cum seculum. quia nec authoritate Episcopi solius hoc possent. infrà, de his quæ fi. à præla. tua. & c. pastoralis. dabit tamen, vt puto, authoritas Episcopi titulum præscribendi. ar. infrà, de iure pa. cura. excipe vicariam, contra quam nullo modo potest prescribi, quin ei competens prouisio assignetur: quia tantò sunt grauiora peccata, &c. suprà, de consue. c. fi. & iunge quod no. infrà, de off. ordi. & quid pertinet ad officium. ver. consueuit. & sequenti. Quid si archiepiscopus semper tenuit ad manus tuas decimam aliquam, & in proprios vsus excepit, nunquid intelligitur de mensa sua? Hæc quæstio mouetur: sed soluitur infrà, de reb. eccle. non alie. vt super aliqua. & quidem potest dici, quòd ipse præscribit contra subditum, quamuis titulum non habeat, cùm fundet intentionem suam de iure communi, vt probatur. infrà, de except. cùm. venerabilis. §. fi. nam & subditus habita confirmatione à sede Apo. præscriberet contra ipsum. ad hoc infrà, de deci. quoniam. in fi. & c. dudum. Quid si is qui tenet, dicat annexam. ad quod probandum inducit patientiam nedum longi temporis, sed illius cuius non extat memoria, dic vt not. infrà, de excess. præla. §. qualiter excedant. ver. excedunt etiam detrahendo. & de censi. §. quis census.

4 Et per quem. † Aliquando per minorem. ix. q. iiij. cùm simus. lxxxix. di. volumus. aliquando per maiorẽ. j. e. c. ij. suprà, de elect. ne pro defectu. & c. cum in cunctis. ad fi. infrà, de concess. præben. c. ij. & c. dilectus. & c. postulastis. sic & iudex delegatus supplet negligentiam ordinarij, vel alterius delegati. infrà, de offic. deleg. prudentiam. §. penult. & vltim. necnon & ordinarius. negligentiam delegati. infrà, de offic. deleg. significauit.

5 Quam pœnam † negligens patiatur. Diuersam, secundum diuersitatem & qualitatem eorum quæ negliguntur. aliquando enim inuenio leuem pœnam imponi pro negligentia, scilicet excommunicationem duorum mensium. j. q. j. quicquid. aliquando grauem, scilicet pœnam depositionis. lxxxj. distinct. dictum. lxxxvj. distin. c. j. suprà, de transla. episcopi. inter corporalia. §. sed denique. infrà, de sta. mon. c. ij. §. qui verò peculium. C. de offi. præfec. orien. si quos. ff. de cust. & exhi. reorum carceri. & l. milites. xj. q. iij. placuit. dic, quòd primum ius locum habet in modica negligentia, posterius in magna quæ culpam sapit, & per consequens dolũ. ff. de verb. sig. latæ culpæ. & l. magna. vel dic, quòd primò excommunicatur, secundò contumacia exigente aggrauatur manus, & deponitur. infrà, vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. fi. infrà, de vita & hone. cleri. vt clericorum. §. si quis. infrà, de rapto. c. ij. & c. in literis. infrà, de cle. excom. mini. c. ij. infrà, de sen. excom. contingit. xij. q. ij. indigne. xj. q. j. petimus. ij. q. vij. qui nos tangit. infrà, de cleri. non resi. ex
6 tuæ. secundum Goffred. † Aliquando à proprio beneficio remouetur omnino. infrà, de offi. cust. c. j. & sciendum, quòd negligentiam procuratoris non excusat, sed potius accusat, vt probatur. infrà de offi. archi. ea quæ. ff. de custo. & exhi. reo. l. fi. de pœna. tamen ista dic vt plenè no. suprà. de elect. §. quam pœnam.

b 7 Et an mora b seu negligentia † purgari possit. Et quidem in quibusdam purgatur, puta ad vitandum commissionem rei emphyteuticariæ, vel locatæ. infrà, de loca. & conduc. potuit. & c. propter sterilitatem. quod dic vt ibi no. sub §. potuit. ver. idem est de natura contractus vt liceat. Item purgatur restituendo ecclesiæ rem alienatam. suprà, de elect. quòd sicut. §. fin. j. de reb. eccle. non alie. si quis presbyterorum. quod dic, vt infrà eo. titu. no. §. quæ sit pœna malè alienantis. In iudicijs etiam purgatur ante lit. contest. vbi etiam non interest aduersarij. ff. si quis cau. & si post tres. C. de fideicom. scimus. secundum hoc intellige de offi. deleg. consuluit. §. nos autem. & §. seq. Sed non purgatur in pœnalibus obligationibus, in quibus mora committitur per diei transfusionem. ff. de ver. ob. si fundum. & l. ad diem. C. de contrahen. & commit. stipu. magnam. C. de iure emph. l. j. ff. de loc. & conduct. l. quæro. §. inter locatorem. Item non purgatur mora liberti qui scripturam libertatis intra annum ordinationis noui pontificis non ostendit. xij. q. ij. longinquitate. Sed nec purgatur in collationibus beneficiorum: circa quod notandum, quòd post vj menses computandos à tempore vacationis, & scientiæ, præbenda & inferiora ministeria conferenda sunt, si tamen conferri possunt: nam & tempus suspensionis subducitur. infrà, de concess. præben. c. ij. & quia diuersitatem. & de præben. de multa. vnde si is qui debuit conferre intra sex menses non contulit, sed postea conferat, non valet collatio. infrà eod. c. antepe. & vlti. & est ratio: quia pro non dato habetur, &c. s. de consue. quanto. in fi. infrà, de iure pat. quod autem in fi. ergo decipiuntur animæ, cùm sacerdos sic positus ipsas nec ligare possit, nec soluere: cùm iudex non sit. infrà, de proba. nullis. & ad hoc suprà, de elect. dudum. ij. respon. j. nisi ex dispensatione confirmetur collatio. infrà eo. c. pe. ideo consulo, quòd Episcopi, qui contulerint eo tempore, quo non licuit, habeant ratificationem illius, ad quem deuolu ta erat potestas, siue sit capitulum, siue archiepiscopus, siue papa. ad hoc infrà, de concess. præben. ex parte Asten. ecclesiæ. infrà, de his quæ fi. à præla. cùm vos. quia licet animæ causam iustam habeant ignorantiæ: argu. infrà, de coha. cle. & mulî. vestra. in fi. tamen ac si amissæ essent, requiretur sanguis earum à prælatis, qui ipsas perdere voluerunt: argu. infrà, de offi. or. irrefragabili. & de reg. c. vltim. infrà, de cland. despon. cùm inhibitio. §. si quis verò. quia voluntas & propositum distinguunt maleficia. ff. de furtis. qui iniuriarum. respon. j. infrà, de senten. excom. cum voluntate. Veruntamen quantum ad tempus elapsum, videtur facta tacita dispensatio, & sic potest intelligi. infrà, de præben. cùm iam dudum. in fi. per decre. infrà, de conse. eccle. vel alta. aqua. infrà, de tempo. ord. c. ij. sed quantum ad tempus futurum, ex quo res deducta est in iudicium, necessaria est expressa dispensatio, ar. ff. de tribu. act. l. j. §. scientiam. Sunt tamen quidam sicut Aug. Papien. qui asserunt, quòd prælatus videtur tacitè dispensare: eo quòd scienter patitur eos administrare, dicentes quòd in corporalibus patientia habetur pro titulo. Item dicunt, quòd si in sola negligentia deprehenduntur, possunt purgare moram. ar. infrà, de re. eccle. non alie. Si quis presbyterorum, & de locato, potuit. sed si sunt in negligentia & in culpa: puta quia quilibet volebat instituere consanguineum suum, & ideo non potuerunt concordare, tunc non potest purgari. Item dicunt, quòd absentibus non currit tempus, nisi à tempore scientiæ. infrà, de concess. præben. quia diuersitatem. Secus, si sit in camera sua, quia tunc currit. ar. infrà, de reg. iur. c. vlti. sic notaui post magistrum Aug. Papien. sed non consentio. In summa notandum, quòd inuigilare debent prælati
8 † circa officium sibi iniunctum: nec credant sibi electionem & orationem sufficere, sed oportet ipsos manus extendere ad opera pietatis. lxxxvj. dist. fratrem nostrum.

De tempo. Ordinationum, & qualitate Ordinandorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ordo quid sit.*
2 *Ordines quo tempore sint conferendi.*
3 *Græci quolibet tempore ordinantur.*
4 *Consecratio uirginum, quando fieri possit.*
5 *Ordines à quo conferuntur.*
6 *Hæretici excommunicati, simoniaci, suspensi, & interdicti conferunt uera sacramenta.*
7 *Episcopum suum si quis sciat hæreticum, an debeat se permittere ordinari ab eo.*
8 *Episcopus debet esse irreprehensibilis in ordine conferendo.*
9 *Delictum leue non impedit promouendum.*
10 *Delictum enorme quid sit. & nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Bigamus ex necessitate in subdiaconum promoueri potest.*
16 *Ordinandus uinolentus esse non debet.*
17 *Ebrietatis detestatio.*
18 *Peritia triplex in ordinando requiritur.*
19 *Ordinandus pudicus esse debet.*
20 *Ordinandus debet esse ornatus duplici ornamento.*
21 *Pater carnalis infidelis, & extraneus fidelis si egeant, cui magis subuenire debeo.*
22 *Pœna & culpa prælatorum subditos non corrigentium.*
23 *Prædicatio in ecclesia fieri debet.*
24 *Prædicandum est fiducialiter & liberè.*

25 Prædicatio

25 Prædicatio humilis esse debet.
26 Deponendus est qui est nimis insufficiens.
27 Prælati in pœnis & correctionibus modum adhibere debent.
28 Litigiosus ordinari prohibetur.
29 Cupiditas est omnium malorum radix.
30 Neophytus quis dicatur.
31 Neophytus quare ordinari prohibetur.
32 Ordines qualiter fiunt.
33 Ordines opportunè conferri debent.
34 Ordines extra tempora legitima conferri non debent.
35 Vespera diei sabbatinæ an trahatur à mane diei Dominicæ.
36 Ordines sacri die sabbatina conferri debent.
37 Ordo sacer requirit manus impositionem.

DIctum est suprà de electione & promotione prælatorum: sed qui in eligendo certus ordo requiritur: nam circa subdiaconatū nemo potest eligi in episcopum, ꝯ. de æta. & qua. à multis. nec etiam ad curam animarum sine dispensatione promoueri, ꝯ. de æta. & quali. prꝫterea. & in ordinum collationib. certa tempora seruanda sunt: ideo videamus de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. vel sic, quia Episcopi, de quorum promotione s. tractauimus, circa tempora ordinationum seruanda, sæpe negligentes sunt, præmisso tractatu de sup. neg. præla. in genere, continuè dicamus de negligentia ipsorum in specie, & ne possint causari ignorantiam ad tractandam eis plenam doctrinam circa ordines, apponamus rubricam de temporibus Ordinationum, &c. exponentes, Quid sit ordo. Quo tempore conferendus sit, Et à quo. Et cui. Et qualiter.

1 **Quid sit ordo.** † Sacramentum ecclesiæ ab Apostolis introductum, cuius character per manus impositionem prælati, secundum formam ecclesiæ, cooperante Spiritusancto, imprimitur ordinatio: vt in certis officijs valeat administrare. ar. ꝯ. de sacra. non iteran. c. fin.

2 **Quo tempore conferendus † sit.** Distingue vtrū Græcus sit ordinandus. nam is quolibet tempore † ordines recipit, ꝯ. eod. cùm secundum. & c. quod translationem. præcipitur tamen Græcis, vt nostris moribus se conforment, infrà de baptis. licet Græcos. Vel Latinos, & is si ordinatur à papa etiam die Dominico, subdiaconus fieri potest, cuius est hoc speciale priuilegium, ꝯ. eo. c. j. quinimò videtur, quòd quolibet tempore, quilibet ordo ab eodem conferri possit, sicut & quolibet tempore pallio vtitur: suprà, de vsu pallij. ad honorem. & sicut in die consecrationis suæ solus ordines celebrat. suprà, de elect. quòd sicut. §. super eo. non dubito quin hoc facere posset, sed nec consueuit hoc facere, nec facit. licet enim ab obseruatione canonum sit solutus, decet tamen, quòd secundum eos viuat, suis priuilegijs semper saluis: infrà, de concess. præb. proposuit. super quo vide quod no. suprà, de constitut. §. quando constitutio. ver. ratio diuersitatis. Quod si ab alio prælato licitum est cuilibet Episcopo diebus Dominicis & alijs festiuitatibus præcipuis. infrà, de ferijs. c. fi. vnum, aut duos, vel plurēs: dummodò non videatur generalem ordinationem facere promouere. sic intellige. infrà eod. ca. j. & iij. Maiores tamen ordines, scilicet subdiaconatus, & suprà, conferri non debent, nisi in quatuor temporum sabbatis, & sabbato ante Dominicam de passione, quo cantatur, Sitientes: & sabbato sancto, non tamen sabbato ante Pentecostes, nec in dedicationibus ecclesiarum, vel altarium, extra prædicta tempora, & si consuetudo contraria sit, quæ dicenda est potius corruptela, infrà subdiaconos. sanè. & c. de eo. Quid ergo si extra tempora conferantur: & quidem tempus non est de substantia, & ideo quolibet tempore, ordine sacro collato, character infigitur. infrà eo. c. ij. & c. consultationi. quod dic, vt no. infrà e. §. & qualiter. ver. sed nec
4 conferendi. Hoc de clericis. † Consecratio verò virginum fieri potest die Epiphaniarum, & in albis Paschalibus, id est, in tota septimana Paschali, & in Apostolorum natalibus, & in diebus Dominicis: sed & necessitate ingruente, puta languore detentæ sunt, quolibet tempore. xx. q. j. de votis. infrà eo. c. j. sic & baptizatus ex necessitate quolibet tempore celebratur. de consec. di. iiij. venerabilis. & c. baptizandi. Hæc de virginibus. Viduas autem nullus pontificum velare præsumat, vt in d. c. de votis. in fi. sed ipsæmet suscipiant de altari. xxvij. q. j. viduas. scilicet velum professionis suis capitibus imponendum. xxvij. q. j. vidua quidem. nec ob. ꝯ. quod met. cau. c. j. quia ibi Episcopus corruptæ velum consecrationis non posuit: sed ex causa imponere simulauit, vestem verò religiosam à sacerdote, vel ministro a vidua recipiat. xx. q. j. vidua. Item velum religionis, non consecrationis. sic intellige, infrà, qui cle. vel vo. consuluit. ibi enim non loquitur de velo professionis, quod ex eo apparet, quia vt ibi dicitur, illa corrupta professa non fuit. Ergo in summa consecrationis velum solenniter imponitur à solo Episcopo, non ab inferiore soli virgini non corruptæ, solennibus diebus non priuatis, nisi causa necessitatis ingruente, vt dictum est. Velum autem non dico consecrationis: quia corruptæ non consecrantur. sed professionis quolibet tempore corrupta de altari suscipit, & sibi imponit, sed vestem religionis vidua vel corrupta à sacerdote suscipit quandocunque. Et quia de velis iura loquuntur variè, sciendum est quadruplex esse velum, scilicet, Velum professionis, quod suscipitur à virgine: vel corrupta, cùm profitetur de altari, vel de manu alicuius: sed in xij. año ad minus. xx. q. j. c. j. & q. ij. puella. Velum consecrationis, quod imponitur virgini tantum, & in xxv anno ad minus. xx. q. j. placuit. lxxvij. distinct. placuit. in hoc casu vix obtinui à domino nostro Lug. nisi quòd in anno xx. consecrarem. sed tamen periculum est in mora. Velum ordinationis, quod olim dabatur diaconissis in xl anno. xx. q. j. sanctimonialis. xxvij. q. j. diaconissam. Velum prælationis, quod olim dabatur abbatissis in xl anno. xx. q. j. iuuenculas. Est forte & quintum, scilicet velum conuersionis. & tunc si per annum stat, postea exire non potest. sic potest intelligi, infrà, de regula. vidua. & capitul. statuimus. & de hoc noto. infrà de pœni. §. quæ pœnitentia. sub §. si sit monialis.

a Et de prima tonsura. Adde Doc. in c. cùm contingat. de æta. & qualita. Cardi. Zaba. in c. cùm non ab homine. de iudic. Alberi. Crocū in tract. de pfecto clerico. Car. Alex. in cap. cleros. xxiij. dist.

5 **Et à quo.** † Distingue, vtrum quæratur de minoribus. & hi quandoque à non Episcopis conferuntur. quod dic, vt not. infrà, de or. ab Episc. qui re. Episcopa. §. quid iuris. vel loco, & dignitati. Vel de sacris. & hi à minore Episcopo non conferuntur: sed siue quæras de maioribus, siue de minoribus, à proprio prælato conferendi sunt: infrà, de æta. & quali. cùm contingat. argum. infrà, de præscript. veniens. etiamsi de prima tonsura quæratur. infrà, de senten. & re iudi. cùm inter vos. respon. j. ibi tonsurationem, &c. lxix. distinct. quoniam videmus. quamuis innuatur contrà. infrà, de ordi. ab Episcopo qui re. Episcopa. capitu. j. §. in secundo. sed ibi subaudiri debet de licentia proprij prælati. ergo ex quo laicus transtulit domicilium, episcopatum illius diœce. ad quam transtulit, considerabo. arg. infrà, de paroch. cap. fin. & sic à proprio prælato est quilibet ordinandus, non ab alio. & est ratio: quia iudicare non potest, nec ordinare. infrà, de parochijs. nullius. ergo ab extraneo non debet quis ordinari, sine mandato. i. literis commendatitijs, de quibus habes lxxj. ij. & iij. di. per totum. in quo casu sufficiunt literæ archidiaconi. infrà, de offic. arch. significasti. sed nec in alio diœc. sunt ordines. celebrandi, nisi quis rogatus sit etiam Metropolitanus proprius. ix. q. ij. nullus primas. & quæst. iij. nullus primas. nisi hoc habeat de consue. vt in auth. d. N. de off. ord. Romana. §. similiter. & de so. comp. Romana. respo. j. & de ap. Romana. §. j. & §. debet. vel nisi priuilegium habeat super hoc, in quo casu etiam consensus Archiepiscopi, ad cuius prouinciam declinat, quo ad vsum pallij, requiritur. s. de vsu pal. ex tuarum. si tamē aliter quis ordinatus fuerit, sine prauitate alia, & is qui ordinauit, gessit in mentem, quòd proprius prælatus ratum haberet, ratificari potest à prælato proprio, & dispensatione obtēta, ordinum executionem habebit. ix. q. ij. Lugdun. Hoc verò quod no. de virginib. quo ad ætatem. &
a de prima tonsura, a & etiam de minoribus ordinib. minus bene à prælatis nostri temporis obseruatur: sed & collatio ordinum sacrorum ab aliquib. vsurpatur. Ab illis aūt Episcopis ordines conferri debēt, qui manus impositionē, i. ordinē Episcopalē in ecclesia, hoc est, nō in hęresi, nō in schismate receperūt. s. de ele. ga diligētia. Quid ergo, si quis Episcopus à schismatico fuerit consecratus? Dixerūt antiqui, ꝙ nulla est talis cōsecratio: & ideo nō confert ordines taliter consecratus. ix. q. j. c. j. ij. & iij. argumen. j. q. vij. Daibertum. xix. distinct. propter. j. q. j. si quis confugerit. & c. si quis inquit. infrà, de schis. c. j. sed hæc opinio reprobatur. j. q. vj. conuenientibus. Dicas ergo, quòd siue quis receperit ordinem Episcopalem in ecclesia, & postmodum lapsus sit in schisma, vel hæresim, siue in schismate, vel hæresi fuerit ordinatus, & in ea persistat, dummodo in forma ecclesiæ fuerit ordinatus, ordinati à tali in forma ecclesiæ characterem recipiūt, sed nō executionē siue sciēter siue ignorāter fuerīt ordinati. in hoc tñ notabis differē tiā, ꝙ ordinari ab illo q cōsecratus fuit in ecclesia, siue sciētet, siue ignorāter tolerātur, si aliàs digni sunt, nisi in quatuor casib. Primus si fuerint iterata vnctione maculati, i, si se fecerint in eodem

b Quod hæretici.] Ad de glossam in ca. subdiaconus. & capi. fi. xxiiij. q j.

ordine iterum ordinarij. j. quæstion. vij. saluberrimum. Secundus, si simoniacè, vel à tali simoniaco in ordine se fecerint promoueri. ix. q. ij. ab excommunicatis. Tertius, si in vnici, hoc est singularis lauacri, id est, baptismi iacturam se fecerint iterum baptizari. de conse. di. iiij. eos. & ca. qui bis. Quartus, si ad subuersionem fidei adhęserunt hęreticis, & in contemptum ecclesię se ab eis fecerint ordinari. j. q. vij. conuenientibus. vnde versus:

Siue bis ordo datur, baptismus seu repetatur.
Aut ut uertatur fidei status, ordo petatur.
Vel si præstetur, ut utraq; simon operetur.
Et dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

Hi verò, qui ordinantur ab illo qui extra ecclesiã consecratus est sciẽter, nũquã tolerãtur. Si verò ignoranter, & hoc, pbauerint: puta quia pueri erãt, vel absentes qñ ordinator ipsorũ fuit præcisus ab ecclesia. j. qui ma. ac. pos. c. fin. vel fortè in curia Romana fuerit pręcisus, sed rediẽs mẽritus est se absolutũ. j. de spon. cũ Apostolica. tolerãtur. vij. q. j. ordinationes. hãc totã di. intellige prę
6 lato ab ecclesia per sentẽtiam pręciso. Hæc igitur sit fides tua, † qꝑ
b hęretici [b] excõmunicati, simoniaci in ordine schismatici, depositi suspẽsi, vel interdicti vera cõferũt sacramẽta, & verũ corpus Christi cõficiũt, dummodò in forma ecclesię gerãt quod agũt. xix. dist. ij. j. q. j. dñs declarauit. & c. qꝑ quidã. de conse. di. iiij. ostenditur. & c. qũo. & ar. j. de sacra. nõ iterã. c. ij. cęterũ si in his forma ecclesiæ nõ seruetur, nihil agitur, quia extra ecclesiã. i. extra formã ecclesię nõ est locus veri sacrificij. j. q. j. extra catholicã. & tales ordinationes irritę fortè dicũtur. j. de schism. c. j. sed si in forma ecclesię fiãt, ratę sunt, quo ad characterẽ: irritę, quò ad executionẽ. j. q. j. si qui à simoniacis. & sic etiam intelligi potest superior decr. secundum Gof. de hac etiam materia no. j. de simo. §. qua pœna. sed quò ad depositum no. Gof. contrà. j. de cle. excom. minis. §. j. versi. sed nũ-
7 quid depositus. † Sed quid si sciam Episcopum meum hęreticum, vel schismaticum occultum, per sententiam non pręcisum compellit me ad ordines, nunquid permittam me ordinari ab eo? Respon. non: sed potius permittam me excommunicari. j. de senten. excommu. inquisitioni. tales enim conferre non possunt executionem ordinũ, quam non habent. j. quęst. vij. Daibertum. & pro non dato habetur, quod datur ab eo qui dandi potestatem non habet. infrà, de iure patro. quòd autem in fine sicut pro non facto habetur, quòd fit ab eo, qui potestatem faciendi non habet. arg. ff. de pœ. l. ij. §. fi. C. qui pro sua iurisdict. l. vnica. C. si à nõ compe. iudi. per totũ. & idem dico in pręlato, quẽ scio suspensum, vel interdictũ. Constitutus verò in mortali suspensus est, quo ad se, nõ quoad alios. j. q. j. sacerdotes. j. de coha. cler. & muli. c. fi. sed contrà, quia omnis peccator potest cantare, præter simoniacum. j. de simo. tanta. Sol. hoc intellige de officij potestate, non de merito vitę, sed & aliis modis exponitur, vt no. infrà de simo. §. qua pœna. ver. ipso facto. Hoc etiam intellige de pręlato tolerato: non notorio de iure, vel de facto, nec non in enormi, sed mediocri mortali constituto, alioquin quo ad se, & ad quo ad alios, suspensus est. suprà, de renun. nisi cùm pridem. §. personæ. & capitul. post translationem. §. quanquam. versi. vnde quidam. & §. cùm ergo. versi. tunc enim. infrà, eod. ca. vltim. infrà, de accu. inquisitioni. infrà, de simo. tanta. Quid si Episcopum meum sciam notorium fornicatorem, vel occultum simoniacum, in ordine recipiam ab eo & ordines, quàm diu toleratur. arg. xxviij. dist. consulendum. xv. q. vlti. nec ob. j. q. j. si qui à simoniacis. quia intelligitur in pręciso, vel quando probari potest simoniacus, secundum Hugo. dic contrà: nam tales suspensi sunt, quo ad omnes, vt dixi. & probatur xxxij. distinctio. nullus. & c. præter hoc. & §. verum. maximè simoniacus in ordine, cùm habeat characterem vitiosum. j. q. j. reperiuntur. & capitul. quibusdam narrantibus. à quo nullo modo debeo ordinari. j. q. j. si qui à simoniacis. infrà, de simon. per tuas. & adde quod not. infrà, de accus. sub rubricella, de inquisitionibus. §. si quis sit effectus. ver. hinc autem quod dixi. & sequ. Quid si ignorem Episcopum simoniacum, cùm in veritate sit? respondeo, dispensatione indigeo in detestationem criminis. vt in dicto capit. si qui à simoniacis. infrà, de or. ab Episcopo. c. j. in fi. & capitul. ij. Quid si sciam, sed coactus sum recipere ordines? distingue vtrum absolutè coactus fuerim: & tunc non characterem recipio. l. distinct. presbyteros. infrà, de bapti. maiores. §. vltim. vel conditionaliter. & tunc aliud est quàm in ignorante. j. q. j. constat. & ideo recipio executionem, vt ibi. & est ratio: quia magis constat de voluntate coacti, quàm ignorantis. infrà, de si. sicut nobis. §. quamuis. & accedit, infrà, quod me. cau. c. sacris, Sed quid si credo, vel scio, Episcopum simoniacum non in suo ordine, sed in collatione ordinis, seu beneficiorum? Respondeo, si possum obtinere, quòd ab alio ordiner, & hoc debeo facere: alioquin quamdiu toleratur ab ecclesia, & occultus est, si non compellat me, securè recipio, non obstante conscientia repugnante: quia erronea est. xiiij. distinctio. nerui. xj. q. iij. cui est illata, licet si arg. contrarium. ff. de liber. causa. igitur. §. j. & quia omne quod fit contra conscientiam, &c. xxviij. q. j. ex his. infrà, de præscrip. quoniam. Solut. Intellige conscientiam ex præcepto vel prohibitionem informatam. vel quod fit contra conscientiam non erroneam, vt dixi. nec ob. infrà, de sim. per tuas. ij. quia ibi non cogebatur ordines assumere. & Papa respondendo magis considerauit factum, scilicet difficultatem ortam in conscientia monachi, & errorem impressum, quàm ius, & quasi pro modico habuit promotionem monachi impediri, eo quòd non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. infrà, eo. ad aures. nec gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. xxiij. q. iiij. ficut excellentiam. Quid si mala audieris de prælato tuo? consulo quòd fidelis sis, nec nimis credulus. ff. quod cum falso tut. l. j. in fin. ff. de eo per quem fact. est. l. j. §. j. ar. infrà, de restit. in integrum. ex literis. quia dictum vnius facilè sequitur multitudo. infrà, de pur. cano. cùm in iuuentute. §. j. ergo de facili aurem non præbeas. xv. quæstion. vij. si quid igitur. lxxxvj. distinc. si quid de quocunque. xxxiij. distinct. habuisse.

Et cui. Hic oportet considerari Apostolicas regulas, quæ his versibus continentur:

Primum præcipitur, quòd sit sine crimine præsul.
Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes,
Castra docens, non percussor, non litigiosus,
Non cupidus, bene dispositus, non neophytus' ue,
Talis Apostolica quod præsit regula iussit.

Ait enim Apostolus Paulus ad Timoth. j. cap. iij. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, non neophytum. Et licet Apostolus has regulas in Episcopo posuisset, extenduntur tamen per Augustinum & Ambrosi. ad alios clericos ordinandos. lxxxj. di. Apostolos. xxxiiij. dist. cognoscamus. & quamuis circa has regulas plurima possent dici, aliqua tamen summariè notabimus, singula singulariter prosequendo.

8 PRima regula, † Oportet Episcopũ irreprehensibilem esse. Certè & ordinandum: quia in mortali cõstitutus promoueri non debet. j. e. ex tenore. & c. ad aures. nisi secundum determinationem, quam habes j. e. quantum. Quid si criminosus pœnitentiam egit? Circa hoc sunt diuersæ opiniones. Primi dicunt, quòd quantuncunq; quis criminosus fuerit acta pœnitentia, vel parte ipsius, in suscepto potest ministrare, sed non debet ascendere. l. dist. de his verò. §. econtrà. & c. hi qui. xv. q. vlt. his qui excipiunt simoniacum. Io. enim asserit, quòd simonia post peractam pœnitentiam, impedit executionẽ. j. q. j. ergo simoniacos. j. q. vij. si quis omnem. infrà, de simo. tanta. Item homicidium. l. dist. miror. j. de accu. inquisitionis. Itẽ omne peccatum quod ipso iure infamiam inducit. iij. q. vij. §. porrò. quia licet culpa per pœnitentiam tollatur, infamia non aboletur. ij. q. iij. §. hinc colligitur. C. de generali aboli. indulgentia. vnde ver.

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Hug. cum suo rigore dicit, ex quo semel quis mortaliter peccat post baptismũ, nullo modo potest promoueri, vel alios actus legitimos exercere, quantuncunq; pœnitentiam egerit. xxv. dist. primum. xlviij. dist. quoniam. j. q. vij. si quis omnem. l. dist. illud. vj. q. j. qui crimen. viij. q. j. in scripturis. in fi. nec enim fur desinit esse, licet rem restituerit. ff. de fur. qui ea mente. nec fugitiuus. ff. de ædi. edicto. quid sit fugitiuus. nec raptor. ff. vi bo. rapt. l. pen. Tertij dicunt, quòd potest, nisi crimen sit enorme. lxxxj. dist. Apostolus. l. dist. ferrum. ff. de ædi. edic. quòd ita sanatum est, quia defectus nostri temporis, & c. xxxiij. di. fraternitatis. Quarti, quòd quãtuncunq; sit promoueri potest, dummodò occultum sit. l. di. de his. infrà eod. ex tenore. infrà, de fur. ex literis & de apostatis. cap. vltim. quia defectus nostri temporis, &c. xxxiiij. distinctio. fraternitatis. l. distinctio. quia tua domino sancto ponderet, & penè contra naturam est, quòd homo sine peccato sit. xxv. distinct. §. nunc autem. Quinti, sicut tunc. dicunt quatuor consideranda. Quantitatem criminis, scilicet vtrum sit enorme, vel mediocre. Item qualitatem, scilicet, vtrum sit notorium, vel occultum.

cultum.Item modum publicationis. Item ſatisfactionem pœnitentis. enorme vocat homicidium, mediocre fornicationem. Si crimen eſt enorme & notorium,deponitur,nec reſtituitur. l. diſt. miror.Si enorme & occultum,monendus eſt vt abſtineat,non cogendus.ĵ.eod.ex tenore.quia latentia delicta vindictam non habent.xxxij.q.v.Chriſtiana.ĵ.de ſimo.ex tuæ.& ca. Matthæus.Excipitur homicidium & ſimonia. infrà, de accuſ.inquiſitionis.ſuprà,de renun.niſi cùm pridem. §. propter conſcientiam. ĵ. eod.ad aures. & c. vlti. multo magis promoueri poteſt,ſi ſit mediocre,& occultum.l.di.de his.ĵ. Sin autem ſit mediocre,& notorium,quia conuictus eſt in iudicio, vel timore probationum confeſſus eſt, deponitur.xxxj.diſt.ſi quis clericus. Si per operis euidentiam vel ſpontaneam confeſsionem cum eo diſpenſandum eſt. xv.quæſt. vlti.ſi quis presbyter. quandoq; plus, quandoque minus. vt ibi. l. diſt. presbyterorum. & c.presbyteros. ſecundum quoſdam,ſuper hoc vide quod no.infrà,de coha.cle.& muli. §.& qualiter imponatur. & quicquid hic dicatur, teneas vt ibi. verſi. ſi. vt plenè expeditur, quid ſit tenendum de fornicatione. Et hæc vera ſunt, ſcilicet quòd deponitur, ſi accuſatus fuerit, & conuictus: ſecus,ſi in modum inquiſitionis conſtat, niſi in exceptis criminibus. infrà, de accu. inquiſitionis. & no. in ſumma,e. ti. Item diſpenſandum intelligas,ſi veram pœnitentiam egit,non ſimulatam.l.diſt. vt conſtitueretur. & §. ſed illud. Item ſi ſemel ſit lapſus,decæterò non dignè celebrat, niſi per Epiſcopum proprium, cum eo diſpenſetur.Secundum Alanum.infrà,de iud.at ſi clerici. xxiij.diſt. habuiſſe.Alij dicunt ſufficere pœnitentiam. arg. infrà eod. quartum.ſuprà,de ſum.tri.c.j.§.pe.l.diſt.ferrum.de pœ.diſt.iiij.diuina clementia. xxiij. q. iiij.ſi illic.j.q.iiij. iam itaq; hoc in occulto.Sed in notorio per confeſsionem voluntariam vel euidentiam rei neceſſaria eſt diſpenſatio, quantum ad hoc vt celebrare poſsit.infrà de cle.coniu. ſanè. ij. infrà, de bigæ.quia & accidit. infrà,de fur.c. vlti.& qui clerici,vel vo.c.j.& ij.l.diſt.§.ſed illud.poſt c.presbyteros.& ſequen.Hodie ſtandum videtur ſuper hac materia decre. infrà eod.c.vlti.ſecundum Ber.& Gof. quod mihi placet, per quã ſic diſt. Enorme delictum quantuncunq; occultum,etiam poſt peractam pœnitentiam,promoueri non finit, & executionem impedit ordinum ſuſceptorum,vt ibi præter reos homicidij mediocre.non notorium acta pœnitẽtia promoueri permittit. nec executionem impedit, vt ibi reſpondemus , quòd ſi propoſita crimina,&c.ſed ante pœnitentiam etiam in ſuſceptis damnabiliter miniſtratur.vt ibi,qui ſi non pœnituerit, &c. Ergo à contrario mediocre notorium , etiam poſt pœnitentiam , impedit promouendum,nec permittit executionem ordinum ſuſceptorum , vt à contrario ſenſu. ibi reſpondemus, quòd ſi propoſita crimina,
9 &c. Reſtat quod leue † delictum ſiue occultum, ſiue notorium,
10 ſiue promotum deijcit, nec impedit promouendum. † Hoc voco enorme delictum homicidium.l. diſt. miror.j.q.vij. ſi quis omnem.de conſe.diſt.j.c.j.huius inhibitionem inducit horror ſan
n guinis.† Item enorme eſt hæreſis, in qua poſt vulnus ſanatum, cicatrix remanet.j. qu. j. ventum huius inhibitionis,ratio eſt immanitas criminis. Item enorme eſt ſimonia in ordine. infrà, de
12 accuſa.inquiſitionis.ratio eſt, vitium & infectio ordinis. † Dicuntur & quædam alia enormia non iſto reſpectu,ſed alio, puta, quando ſimonia committitur in beneficio. hoc enim dicitur enorme,ratione pœnitentiæ: quia non poteſt homo pœnitere,niſi renunciet.infrà,de ſimo.Matthæus.& c.de regularibus.& c.quoniam ſimoniaca.vel dicitur enorme,quia diſpenſabile.j.q.j.erga. & q.vlti. ca. patet. diſpenſatur tamen cum ſimoniacis,licet ſimoniacè promotis.infrà,de ſi.de regu.& c.ex inſinuatione.ſuprà,de electi.ſi alicuius.j.q.v.præſentium.nec ob.infrà, de ſi. nobis, quia quod ibi dicit diſpenſationem, non refertur ad primum caſum decre.in quo certum eſt , Epiſcopum diſpenſare poſſe,ſed ad caſum propoſitum in deciſione,in qua tractatum eſt de verè ſimoniaco,cum quo Epiſcopus diſpenſare non poteſt. vnde ſuper eo quod dicit ibi litera, vt dictum eſt, ſubaudi in parte deciſa,& ſic fit relatio ad proximum dictum eſt , non ad remotum, ſecun-
13 dum Goffred. † Item dicitur enorme, quo ad depoſitionem.ſi quis excommunicatus in contemptum clauium celebrauit. xj. q. iij. ſi Epiſcopus. infrà, de cler. ex. mi. latores. Item dicitur enorme, quo ad infamiam , omne delictum quod ipſo facto inducit
14 infamiam ciuilem. iij. q. vij. §. porrò. † Item infamia deſcendens ex delicto per ſententiam declarato. ij. quæſt. iij. §. hinc colligitur.ſecundum Goffred. Quod autem vocetur mediocre delictum, habes ĵ.e.quæſitum. ſcilicet periurium, adulterium,falſum teſtimonium , fornicatio , fraus , ſacrilegium , furtum,& cætera mortalia , quæ ſpecificantur lxxxj.diſtinct. Apoſtolis. & cap.pe. & duobus c.ſeq.& l. diſt. de his verò ſi Epiſcopus. lj. diſtin.qui in aliquo.xxv.di.§.aliàs.ibi, & quamuis Apoſtolus plura capitula cõmemorauerit, &c.excipe tamen homicidium , quod ibi nominatur, quia ſi voluntarium fuerit,enorme eſt, vt dixi. Leue verò eſt minutum ſiue veniale,puta quòd aliquis plus accipit in cibo vel potu,quàm neceſſe eſt,nimis loquitur,nimis tacet,pauperem petẽtem exaſperat , ſicut hæc & multa alia exempla videre potes ſub dicto §. aliàs.ibi, quæ autem ſunt minuta peccata,licet omnibus nota ſint,&c.& no.ĵ.de pœ.§. de quibus peccatis. ſub §. tu dicas. & ſub §.quæ autem. Item inter minuta poteſt numerari venatio, habita tamen diſt. quod dic vt not. ĵ. de cler. venatore.Item alea & ebrietas non aſsidua.xxxj.diſt.c.j. Item facere ſtrepitum in ſynodo.v.q.iiij.in loco. ſecundum Ray.hoc tamen intelligas,quãfierẽt mortalia ex contẽptu.vt in dictis c.ĵ.de deci.cùm nõ ab homine.Ego tñ ex decre.ĵ.e.c.fi.talem conſueui elicere diſtinctionẽ.

Cùm quæritur,vtrum peccator celebrare poſsit? Si eſt peccatũ enorme,non poteſt.ĵ.eo.c.fi.§.j.ver. præter eos.ĵ.de accu.inquiſitionis.j.q.j. ergo ſimoniacos.Sed ſi eſt mediocre & notoriũ,non poteſt, etiamſi pœnitentiã egerit,ſine diſpenſatione:vt à cõtrario ſenſu.ĵ.e.c.fi.§.j.ĵ.de coha.cler.& mulie.veſtra. & c.fi.ſed poſt pœnitentiam,vel partem pœnitentiæ peractam poteſt,ex quo per ſuperiorem diſpenſatum erit. ſic loquitur. ĵ. de biga. quia circa.de cle.coniu.ſanè.ij.& qui cle.vel vo.cap.j.& ſic intellige veram ſententiam Alani.Si verò occultum eſt, & non egit pœnitentiã, monendus eſt, vt abſtineat, non tamen cogendus: imò relinquitur conſcientiæ ſuæ.ĵ. e.c.vlti.§.fi.xxxiij.diſt.habuiſſe. poteſt ergo ad ſuperiores aſcendere,etiam inuito prælato, niſi ſit religioſus,vel ſimpliciter beneficiatus:ſecus,ſi præpoſituram habeat, vel aliud beneficium, quod certum ordinem requirit. Sic intellige ĵ.eo.ad aures.ĵ.de æta.& qualit.ca. j. ſed ſi egit pœnitentiam, monendus eſt,vt abſtineat à ſuperioribus , licet vtatur ſuſceptis, non tamen cogendus:ſic loquitur ĵ. eo.ca. fi. §.j.& c.ex tenore.& ſic non eget diſpenſatione,quando crimen occultum fuit: & ſic intellige ſententiam illorum , qui dicunt peccatorem celebrare poſſe,poſt ſententiam ſine diſpenſatione.Prodeſt autem ad alium diſpenſatio, quia non poteſt de illo crimine poſtea accuſari.xxxiij.q.ij.admonere. infrà, de fil.presbyter. ex tua. xv. q. v. presbyteri. infrà,de ſchiſma.fraternitati.

Bigamus ab ordinibus.ĵ Adde Docto. in rubrica de biga.

SEcunda regula:Vnius vxoris virum, id eſt, monogamum,ſcilicet vnius vxoris virum.xxvj.di.c.j.quod negatiuè exponitur,id eſt,non plurium.ſicut modò in ore duorũ,&c.id eſt,non paucorũ. ĵ. de teſti. in nomine Domini.ſimilis expoſitio.x.q.ij.caſellas.xxxv.q.iiij.æqualiter. ff. de leg.ij.cùm pater. §. rogo. neceſsitate tamen inſtante, bigamus
15 † in ſubdiaconum promouetur.xxxiiij.di.lector. quod dic vt no. ĵ.de biga.§.& an cum bigamo valeat diſpenſari.Quare aũt biga-
a mus ab ordinibus [a] arceatur,cõſueuit quadruplex ratio aſsignari.Prima, propter defectum ſacramenti vnitatis,cùm carnẽ ſuam in plures diuiſerit. xxvj. diſt.acutius. quod dic vt no.ĵ.de biga.§. quare bigamus. Secunda, propter prærogatiuam ordinis.xxvj. diſt.vna.Tertia, propter ſignum incontinentiæ,cùm vxore mortua aliam duxerit.lxxxij.di.,ppoſuiſti. Quarta,ex eo q.ſfrequentator cõiugiorũ nõ habet frontẽ viduitatẽ hortãdi. xxvj. di.vna.

16 TErtia cum nona regula ſimul iuncta, ſ. ſobrium , non vinolentum. Sobrius † enim debet eſſe ordinandus, ſcilicet in potu. vt ab ebrietate, vnico cibo, & à crapula abſtineat. ĵ. de vi. & ho.cle.à crapula.& hoc ,ppter
17 quinq; Primò,quia ebrietas † cor aggrauat.& ſenſus clerici ſemper vigilare debet,& tenuis eſſe.xxxv.di.§.j. Secundò,quia luxurioſa & contumelioſa res eſt ebrietas.xxv.diſt.luxurioſa. Tertiò, furioſa,infrà,de vi.& hone.cleri.à crapula. venter enim mero æſtuans facilè deſpumat in libidinẽ:& vbi ebrietas,ibi libido dominatur,& furor.xxxv.di.§.j. Quartò, quia res ludibrioſa eſt.xxxv. diſt.ſexto die.poſt medium.ibi ,ecſa pietas eſt,dum irridetur ebrietas. Quintò, quia omnium vitiorum fomes eſt, & nutrix.& vbi cœpit cibus,finis factus eſt mundi.xxxv. diſt. ante omnia.& cap. præcedenti.Licet igitur clericus modico vino poſsit vti, ,propter ſtomachum,& frequentes infirmitates vitandas, frequentem tamen & immoderatam potationem vitare debet, ex qua ebrietas & luxuria generatur. infrà, de iureiur. & ſi Chriſtus. §. quidam. Et not. quòd ebrietas tribus modis dicitur. Prima pœna & obliuio mentis. & hoc non eſt peccatum.xv.quæſt.j.ſanè. Secunda actio ſiue frequens actus bibendi. & hoc ſi aſsidua ſit, maximè ſi quis nouerit vires vini, nec aquam miſceat,mortalis

est, alioquin venialis, vt dixit August.xxv.distin. §.aliàs. Tertia quædam dispositio mentis, & studium ad inebriandum, sicut quando aliqui ad æquales potius se obligant, qui fœcundiores calices exhauserit, & plures inebriat, iudicio talium plus laudatur. j. de vi.& ho.cle.à crapula.quod semper mortale est.xxv.dist. c.fin.Pœna deseruientis ebrietati est, vt si episcopus, presbyter vel diaconus non desinat, deponatur subdiaconus, & etiam inferior, siue clericus, siue laicus sit, communione priuetur. xxxv.distin. episcopus.si verò semel ebrius fuerit, aut xxx dierum spacio à communione submoueatur, aut subdatur supplicio corporali. xxxv. distin. ante omnia. & si à superiore commonitus hoc modo non satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. j. de vi. & ho. cleri. à crapula. in fin. & est hic casus in quo peccatū mortale non inducit depositionem. Alius si vsuras recepit. xlvij. distin. episcopus aut presbyter. Tertius, si defuerit ab officio ecclesiastico. xcij. distin. c.fin. secundum Gossr. hoc tamē non semper mortale iudico. xxv. distinct. §. aliàs. Miles autem propter ebrietatem mortem sibi conscius, à militia remouetur. ff. de re militar. omne delictum. §. penult. ebrius etiam impetu delinquere dicitur. ff. de pœnis. respiciendum. §. penult. Non solum in potu, sicut dixi, sed & in cibo sobrietas est seruāda. ebrietas enim & voracitas, æqualiter prohibentur: vnde Apostolus, Non in comessationibus & ebrietatibus. xliiij. distin. §. j. & c. j. Est igitur cruda crapula, id est, epula, siue voracitas euitanda. Primò, quia inter epulas & lasciuias, pudicitia non seruatur, vnde venter & genitalia sibimet vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum intelligatur confœderatio vitiorum. xliiij. distin. §. j. Secundò, quia ignominia & confusio est ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentia q̄ ora proferre, & Christum pauperem & esurientē farsis corporibus prædicare. xxxv. distin. ecclesiæ principes. Tertiò, quia abundātia morbos facit, molestias ingerit, ægritudines generat, cōsumit & corputrescere facit, corpus humanum macerat ægritudine diuturna, & tandem, sicut Galenus, vir doctissimus, interpres Hipocratis, ait, tales non sanos esse iudicandum est, nec viuere posse diu. ait etiam Hipocrates in Aphorismis, tales in paralysim & pessimorum morborum genera erumpere, nisi citò quę impleuerint, ablatione sanguinis minuantur. de consecrat. distin. v. ne tales. & cap. prçcedenti, nihil verò prodest homini ieiunare, scilicet à cibis corporalibus, nisi mens ab iniquitate & lingua ab obtrectationibus retrahatur. de consecrat. dist. v. nihil enim prodest.

18 QVarta regula. Prudentem. In ordinando enim requiritur triplex peritia, scilicet, † Scientia sacræ scripturæ. xxvj. dist. §. j. & c. j. per totum ad subditorum animas informandas. xxxvj. dist. c. ij. & §. ecce. & c. si quis vlti. Propterea statutum est, vt in ecclesijs metropolitanis magistri theologiæ habeātur. j. de magist. c. quia nonnulli. §. sanè. Sapientia secularium scripturarum. xxxvij. distin. §. sed econtrà. & c. turbat. vt per has instruatur discernere verum à falso, & viam habeat ad scientiam pietatis, sed non addiscat ad delectationem, vel voluptatem. xxxvij. distin. §. cur ergo. per quem §. soluitur contrarium eiusdem distinctionis. Ideo statutum est, vt in qualibet ecclesia cathedrali habeatur magister liberalium artium: j. de ma. c. j. & c. quia nōnulli. respon. quòd intelligas de triuialibus tantùm, scilicet Grammatica, Dialectica, Rhetorica, quia habilitant ad scientiam pietatis: secus de quadriuialibus, scilicet Arithmetica, Geometria, Musica, & Astronomia, quæ secundum Hier. non ducunt ad pietatem, licet in se contineant veritatem. xxxvij. distin. si quis Grammaticam. Authores ergo Gentilium legi possunt: & si quid boni inueniatur ibidem, assumi potest, non ratione authoris, sed quia bonum est. xxxvij. distin. turbat. & c. qui de mensa. & c. si quid veri. & c. relatum. in fine. vnde Paulus in epistola ad Titum. cap. j. inseruit illud Epimenidis, Cretenses semper mēdaces, & malæ bestiæ, ventres pigri. Idem in epistola ad Corinthios, Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. Hieronymus etiam verfibus Virgilij vtitur. de consec. dist. v. nunquam. & authoritate Galeni & Hippocr. de consecr. distin. v. ne tales. Item Aug. versibus Lucani, xxvj. q. j. nec mirum. circa principium. Leges etiam & Physicam possunt audire clerici, dummodò non causa voluptatis, vel cupiditatis. argum. xxxvij. dist. c. j. & c. eligimus. & c. ideo. nisi sint regulares, vel sacerdotes, vel personatus habentes, vel plebanatus: j. ne clerici vel mona. super spe. secundum Gossr. quod dic, vt ibi notatur in summa. §. pœna. & j. de mag. §. quam scientiam. vers. hæc ars. Peritia seu prudentia, vel prouidentia secularium negotiorū. xxxix. dist. §. vnico. & c. vnico. Quia nō solùm spiritualia, sed etiā tēporalia debet subditis & necessitatē patientibus ministrare, vt ibid. & lxxxvj. di. fratrē. §. de renun, nisi cū prius dem. §. porrò. Sed nunquid laicus ignorans omnino literas recepit characterem, si ordinetur ? Dicunt quidam quòd non, quia substantia sumi sacerdotij sunt eloquia diuinitùs tradita. xxxviij. dist. omnes. & arg. xl. dist. sicut in verbo, Clericatus & sacerdotium. alij dicunt, quòd est verius, quod bene suscepit characterem, ex quo baptizatus est, cùm baptismus sit ianua omnium sacramentorum. xxxij. dist. §. verum. circa fi. & facit ad hoc j. quæst. j. ventum. in verbo, sed dicitur. Et quod dicitur in illo c. omnes. referendum est ad executionem ordinis, quæ sine literis fieri non potest. In summa notandum, quòd sufficit, si habeat scientiam competentem, & si non eminentem. ī. de elect. cùm nobis olim. Item propter simplicitatem repellitur quis ab obtinendo, sed non deijcitur ab obtento, imò datur ei coadiutor. xxxix. dist. Petrus. vij. quæst. j. quia frater. ī. de elect. cùm in cunctis. Item propter illiteraturā potest quis petere licentiam resignandi. suprà, de renun. nisi cùm pridem. §. pro defectu. sic scripsit frater Ray. in summa sua in fi. illius rubricæ, de prudentia ordinandorum. & videtur velle, quòd remoueri non possit Episcopus propter illiteraturam, sicut proximè dixi in simplicitate, cùm tamen contrarium sit expressum. infrà. de ætate & qualit. quamuis. Ignominiosum verò est Episcopo, si quærat ab alijs doceri, cùm ipse alios docere debeat: in auth. de san. Episcopis. §. damus. colum. ix. xxxvj. distin. §. ecce. j. q. j. vilissimus. vij. q. j. licet. ar. ff. de edendo. argentarius. §. prohibet. imò talis debet eligi in Episcopum, cuius comparatione cæteri grex dicantur. xxvj. dist. §. nunc autem adde, & vide quod de hoc not. suprà, de elect. §. quis eligi. ver. canon tamen antiquus.

19 QVinta regula. Pudicum. ordinandus † enim debet esse pudicus, vt moribus & verbis pudorem suum indesinenter ostendat. vnde in Canticis genæ sponsæ, id est, prædicatores turturi comparantur. Turtur enim est animal valde pudicū, ideo verecundas & verētes facite vobis filias ab omni immundicia. xliij. di. §. j. xxxij. q. iij. in eo fornicator. sed non dicatis vos esse pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius, secundum Aug. xxxij. q. v. nec solo. sed nec potest caro corrumpi, nisi mens prius corrumpatur, secundum Hiero. ead. q. c. j. & ij. castitatis ergo simus amatores. in authent. quibus mo. natu. effi. le. §. illud quoq; col. vj. eijcientes lenones extra ciuitates, tanquam castitatis pestiferos vastatores. Si enim furtum rerum coerceri volumus, multo fortius animarum: omnes ergo castitatem agant, quæ etiam sola Deo cum fiducia possibilis est hominum animas præsentare. in authen. de leno. §. scimus. & seq. col. iij.

20 SExta regula. Ornatum. scilicet oportet esse ordinandum † ornatum duplici ornamēto interiori, qui cōsistit in virtutib. exteriori in quatuor cōsistenti, scilicet in cibo & in potu, de quib. dixi ī. e. §. tertia & nona regula. item in habitu & incessu. de habitu habes xj. q. iij. per totū. sub quo cōprehēdit statutū, de coma & barba nō nutriēdis. & de tonsura & rasura, de quib. & de quorū significatione dic, vt plenè. j. de vita & ho. cle. §. & in quib. ver. Item consistit in tonsura. Nota, q̄ in his debemus conformari his, inter quos viuimus. xxx. dis. si quis virorū. & q̄ in talibus timor & necessitas nos excusat. xj. q. iij. Episcopi. de incessu habes illud Salustij, arguentis Catilinam, & dicētis, Incessus eius modò citus, modò tardus. hoc em̄ specialiter notauit, scilicet inconstantiam exteriorem ad comprobandum interiorem. xlj. di. §. vlti. ver. improbat. incessus citus est nunc, sed modò tardus.

SEptima regula. Hospitalē, scilicet oportet esse ordinādū. vnde Hiero. domus clericorū omnib. debent esse cōmunes. xvj. q. j. q̄niā. & hoc duplici ratione. Primò, qa nō pōt hospitalitatis hortator esse hospitib. ostia claudēs. xlij. di. §. j. Secūdò, qa pietas hospitalitatis remuneratur tēporaliter, & æternaliter. vnde Apostolus: Exerce teipsum ad pietatē: nā corporis q̄dē exercitatio ad q̄modicū vtilis est, pietas aūt vtilis est ad oīa, habēs p̄missionem vitæ, quæ nūc est, & futuræ. vt ibidē. Tertiò, quia Abrahā & Loth p̄ eo q̄ hospitales erāt, angelos recipere meruerūt, vt ibidem. Verùm circa hospitalitatē distinguendum est, quia alia est violenta. & ad hanc non tenētur clerici. infrà, de immu. eccle. capit. j. C. de Episc. & cleric. l. j. & ij. Alia charitatiua: & hanc alij petunt quasi ex debito. sicut prędicatores & prælati, & si hi noti sint, & missi fuerint, recipiendi sunt: si ignoti, vel dubitatur an missi sint, antequam admittantur, examinandum est, quia non das, tantùm temporalia, sed accipis

accipis ab eis ſpiritualia, in quibus vertitur magnum periculum, ſiã non ſuo iudice recipiantur.xlij. diſtin. quieſcamus. cùm vmbra quędam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu.ſuprà, de conſuetudine.quanto.in fin. Alij petunt eleemoſynam ſimpliciter pro corporis ſuſtẽtatione. & in hoc caſu potes omnibus abundare, & ſic nullum repelles: quia ſi Loth & Abraham non omnes recepiſſent, forſitã inter aliquos etiam angelos repuliſſent.xlij.diſtin.§.huic etiam Ioannes.cap.ſequen.ad fin.in hoc ergo caſu omni petenti à te tribue, etiam excõmunicato. xj: quæſtio.iij.quoniam multos. in fi.multo fortius cuilibet peccatori iuſtitiam non cõtemnenti. nam vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm ei panis frangitur, vt ſeductus iniuſtitiæ acquieſcat.ſecundum Augu.v.quæſtio.v.non omnis.ſed & ſi talis ad mortem eſuriat, alendus eſt, ſecundũ Ambro.lxxxvj. diſtin.paſce fame morientem. Si verò non potes omnibus ſufficere, dicit Ambro.nouem conſideranda fore: primò fidem, ſecundò cauſam, tertiò locum, quartò tempus, quintò modum, ſextò neceſsitudinem, ſiue ſanguinis propinquitatem, ſeptimò ætatem, octauò debilitatem, nonò conditionem, ſeu nobilitatem, vt exponuntur hæc omnia lxxxvj.diſtin. non ſatis. Quid ſi
a pater carnalis infidelis [a] & extraneus fidelis egeant, nec ſufficis vtriq;, cui ſubueniesꝰ magiſter Petrus manducator, dixit hãc quęſtionem eſſe tenebroſam aquam in nũbibus aëris. Hugo dixit patrem eſſe præferendum, quia ſcriptum eſt, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. & argumen. xxx.diſtinct.capitul.j. Ioannes.idem etiam ſi extraneus ſanctus ſit, niſi extraneus magis egeat, vt in cap.paſce. ſed contra hoc dicit Ambro.in Canticis, ſuper illud verbum, Ordinauit in me Dominus charitatem. ait enim, Multorum charitas inordinata eſt. quod enim primum eſt, ponunt tertium, vel quartũ. primò enim diligendus eſt Deus, ſecundò parentes, inde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſint, malis filiis præponendi ſunt. Sed hæc authoritas intelligenda eſt de affectu dilectionis, non de nutrimẽti exhibitione.magis enim debemus extraneos bonos diligere, quàm propinquos malos, licet propinquis magis teneamur in neceſſariis ſubuenire.Hanc ſententiam tenet frater Ray.cui aſſentit Hoſtien. Poſſet etiam ius fieri in authoritate Ambroſij, quia parentes ponit poſt Deum in ordine, nec ipſis ſed filiis, dicit in caſu prędmiſſo domeſticos præponendos. Sunt tamen qui dicunt in hoc caſu extraneum præferendum, quia ſcriptum eſt, Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec iuſtum inuenias cui des. Item ad hoc facit illud verbum, Maximè ad domeſticos fidei. item & illud, Caſum præſtat natura: nam omnes fideles proximi tui ſunt. de pœni.diſtin.ij.proximos. non gratia, ſubaudi tantùm, ſed etiam affectio.neque pro pœna Deo dedicaſti, vt tuos diuites facias, &c. lxxxvj.diſtinct.non ſatis.Miror vnde hæc prodeſt dubitatio profeſſori iuris poſitiui, cùm exhibitio nutrimenti ſit de iure naturali primæuo communi omnibus animalibus, ſcilicet quòd non eſt quærendum, quis fidelis ſit, an infidelis, quia nec hæc animalia diſcernere ſcirent.ergo quo iure patrem cognoſco, eodẽ fibi ſubueniendum iudico.& in præmiſſo caſu ipſum omnibus præfero. nam & ſi animalia ſenſu, id eſt, ratione careant.ff.ſi quadru. pau. fe.dicatur.l.prima.§.primo. videamus tamen ipſa iſtius iuris peritia cenſeri.Inſtitu.de iure nat.reſpon.j.ff.de iuſtit.& iur.l.j. §. penulti.& diſtinctio.j.ius naturale. C. de bonis quæ libe. cùm non ſolum.§.vbi autem.inde eſt, quòd ſecundum ius canonicũ, quod iuri naturali inititur, magis quàm rigori, filij illegitimi nutriuntur.infrà, de eo qui duxit in matri.quam pol.per adulter.cùm haberet.in fin.nec obſtat authoritas.Deſudet eleemoſyna, &c. quia non eſt intelligenda in caſu præmiſſo, ſcilicet patre egente, ſed generaliter inter alios, quando quæritur cui iuſtius ſubueniendum eſt.nam & ſi omnibus miſericordia debeatur, iuſto amplius.& in d.c.non ſatis.circa princi. Præterea ſi pater malus ſit, magis ei vi debitur ſubueniendum, quia ſi moriatur, periculum animæ immi net: ſi viuat, ſperandũ eſt de miſericordia Dei, qui non vult mortem peccatoris, &c.& qui non venit iuſtos quærere, ſed peccatores ad pœnitentiam reuocare. & iunge quod not.infrà qui fi.ſint legi.§.an vtrunq; genus alatur.Eſt & alia diſtinctio circa eleemoſynam, quia alia eſt interior, ſcilicet ſpiritualis, quæ conſiſtit in tribus, vt dimittas ei à quo læſus es, vt corrigas delinquentem, & in his quæ ad ſalutem pertinent inſtruas ignorantem. alia exterior, id eſt, corporalis, quæ conſiſtit in vno, vt des egenti quicquid poteris.xlv.diſtin.tria. in hac tamen tria ſunt attendenda, ſcilicet vt des ex charitate, non ad vanam gloriam, nec ad importunitatem pauperis repellendam.ſecundum, vt des diſcretè conſideratis.lx. quæ not.s.eod.verſicul.ſi potes.tertium, vt de his ſubuenias, quę non ſubiacent repetitioni, vel reſtitutioni.j.q.j.non eſt putanda.

Summa Hoſtien.

xc. diſtinct. oblationes. xvij. q. iiij. miror. Spiritualis eleemoſyna excedit corporalem in duobus. primò, quia remittere delinquenti quando volueris, tibi redundat. ſed dare egenti aliquando quæris, & non inuenis.ſecundò, quia eleemoſyna cordis ſine terrena ſubſtantia ſufficit: illa verò quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde tribuitur omnino, non ſufficit.xlv.diſtin.duæ.

a Si pater carnalis infidelis. J Adde gl. & ibi Ioann.de Fan. & Do. in c. quieſcamus.xlij. diſtin. gloſſ.in capit. ſicut.el j.xij.quæſt. ij. Abba.in c.ſi quis.in j. no.de hære. Car.Zaba.in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrim.quam pollu.per adulte.Spec.tit.qui ſi. ſint legit.in §. j.verſ. qd ſi pater meus Troilus Maluetius. infrà, de oblationib. in ij. dub.ſan. Tho.ſecunda ſecundæ, quæſt. lxxxj.ar. 3.

OCtaua regula. Doctorem, ſcilicet oportet eſſe, &c.quæ doctrina in duobus conſiſtit, ſcilicet in virga correctionis & ſermone prædicationis.nam latratu canum lupi arcendi ſunt, baculo paſtorum.xliij.diſt.§.j. In virga diſciplinæ ſiue correctionis, attendere debet, vt non ex odio, ſed ex charitate corrigat, quia falſa iuſtitia indignationem habet, vera compaſsionem. Item & cum diſcretione corripiantur timidi, tolerentur infirmi. & quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medẽtis. vt lxxxvj. diſt.c.ij. Rigor etiã iuſtitiæ temperandus eſt ex duobus. Primò ex multitudine peccantium.j.eod.ca.ij.l.diſt.conſtitueretur.j.q.vij.quoties.infrà de tranſ.c.ſi.vnde verſi.

Ob populum multum crimen pertranſit inultum.

Quando autem multitudo eſt in cauſa, tunc prælatus incipere debet à ſpiritualibus proximis, vt eorum exemplo frangatur cætera multitudo.xliij.di.comeſſationes. Item punire debet maiores de vniuerſitate, qui alios trahunt ad peccatum.j. de cle. excom.latores.ſecundò temperatur rigor ex qualitate peccantiũ, quia deferendum eſt perſonæ & dignitati.j.de offic.deleg.ſanè.quia.& c. paſtoralis.reſpõ.j.j.de maio.& obe.per tuas.xlv. di. cùm beatus. l.di.contumaces.ij.quæſt.vij.quiſquis.xxiij.q.j. qui contra pacẽ. ff.de pœ.in ſeruorum.ita tamen ꝙ deferatur iuſtitia vitæ, quod dic vt not.ſuprà de renun.§.cui.ver.graue ſcandalum. quia ſecundum Aug.ſiue plectendo, ſiue ignoſcẽdo hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur.xxiij.q.v.prodeſt. Ex duobus autẽ augetur rigor, cùm peccatum ex authoritate defenditur. de pœn. di.vj.c.j.in fin. Item ſecundo, cùm vſitatum eſt malum, & multis craſſantibus opus eſt exemplo, j. q.j.reperiuntur.ff. de pœnis.
22 aut facta.§.vlt. De culpa prælatorum † non corrigentium ſubditos legitur, lxxxiij.di.per totum. De pœna, lxxxj.diſt.dictum. xj.q.iij. Teugaldum. De magnitudine tam culpæ quàm pœnæ. xxxvij.di.legant. Et not. quòd ſi ſuperior modum excedat in corrigendo, & ſi peccet.xxiij .q.iiij.qui peccat.in fi.non tamẽ cogitur à ſubditis veniam poſtulare, ne, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas. lxxxvj.diſt.quando. Sæpè enim ex conuerſatione æquali, contemptio naſcitur dignitatis. ff. de offi. præſi.obſeruandum. debet autem prælatus ingenio ſuo dignitatem augere, ne contemptibilis habeatur. ff.de offic.procõſul. nec quicquam.§.circa.l.di.c.j.j.de accuſa. qualiter & quando. Hæc doctrina etiam conſiſtit in ſermone prædicationis, in qua tria attendenda ſunt. Primum, charitas intus ardens. vnde Apoſtolus: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Secundum, vita exterius lucens. Greg. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. iij.quęſt.vij.§.porrò.in fin. Ambro. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſe quod condemnet. vt ea.q.c. Iudicet. Grego. in grauibus peccatis quis poſitus dum ſuis premitur, aliena non diluit, vt ead.q.c. in grauibus. Chryſo. Malè viuendo, & bene docendo Deum inſtruis qualiter te debeat condemnare. xl. di. multi. Talis, ſecundum Hiero. comparatur cineri, per quem lixiuium doctrinæ tranſiens lauat, & nõ lauatur. lxxxiij. di.§. vlti. & ſecundũ Aug. lapideo canali, per quẽ aqua doctrinæ tranſit, ad areolos, id eſt, ſubditorũ corda, in quibus aliquando fructus facit. j.q.j. ſi fuerit. & ſecundum Nic. Papã faci ardenti, quæ ſeipſam conſumens aliis lucem miniſtrat. xv. q. vlti.c.vlt. contra tales inuehitur Hie. xxxv. di. eccleſiæ principes. Item Beda ij.q.vij. ſequuti ſunt. Item Greg. dicens ſcire prælati debent, quia ſi peruerſa nonnunquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. xj.q.iij. præcipuè. Tertium, actus prædicationis diſcretè regens, circa quem quatuor conſiderabis: tempus, vt non ſemper loquaris, ſed temporib. opportunis. ſi.n. ſemper plueret, terra nõ germinaret. vnde in Leuitico vir qui fluxum ſeminis, ſcilicet ſpiritualis, hoc eſt verbi Dei patitur, immundus eſt. Ideo Paulus dicitur importunè, præmiſit opportunè. xliij. di. ſit rector. in fi. Locus,

a Nam prædicatio.] Ad de Archid. 43. dist. in summa.
a Staterã in manu.] Ad de textum in c. cùm æterni. de re iud. li. 6.
a Omnium malorũ radix.] Adde c. quia radix. de pœ. di. 2. gl. in proœ. Gregoriano. glos. in c. nam concupiscentiam. de const. glo. in c. destanda, de concess. præb. lib. 6.

nam prædicatio † fieri [a] debet in ecclesia, vel
a in alio loco publico & honesto, non in priuatis domibus, ne suspicio hæresis oriatur. xxx. dist. si quis extra. quòd etiam intra ecclesiam
vitandum est. C. de episc. & cle. cõuenticula. † Modus, fiducialiter enim & liberè prædicandum est. xj. q. iij. nolite. veruntamen & in priuatis locis possunt aliqua proponi, non solẽniter, sed in modum simplicis exhortationis seu collationis: infrà, de hære. cùm ex iniuncto circa princip. † Item prædicatio debet esse humilis: infrà, de maioritate & obediẽtia. humilis doctrina. in princip. qà asperitatis nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutẽ. xlv. di. cùm beatus. ff. ad l. Aqui. præceptoris. sed & hic morbus adhibendus est, vt patet suprà e. §. ver. & no. infrà e. xiij. regula. versi. vt prælatus. Considerandum est etiam quartum, scilicet auditorum & dicẽdorum qualitas: nã secundum capacitatem audientium, dicenda sunt alta, & profunda, & subtilia, vel infima, plana & simplicia. xliij. dist. sit rector. viij. q. j. oportet. aliàs si non intelligentibus profunda dicit, non prædicator est, sed percussor, qui sermone inutili percutit conscientias infirmorum. xlv. di. sanè percussor. ergo margaritas non iacias ante porcos: quia vitium non est, indignis secreta vulgare: alioquin ad adulationẽ, aut tui ostentationem seu iactationẽ hoc facere prẽsumeris. xiij. di. in mandatis. & §. vlti. In fin. nota, quòd
qui audiuit Donatum, & nimis insufficiens † est, deponẽdus est. j. de ætate & qualitate. c. vlt. nec tamen Grammatica exponenda est. lxxxvj. dist. cùm multa. nec hæreticis secretoria fidei reuelanda. vt not. s. de sum. tri. §. quid est fides. ver. verùm hæc est fides.

DEcima regula. Non percussorem, sed modestum, scilicet oportet, &c. xlj. di. c. j. & ij. & per totũ. circa quod dist. quia percussionum Alia spiritualis, scilicet cùm sermone inutili prædicator corda percutit infirmorum, quæ reprobatur, vt no. s. proxi. regula. ver. considerandum. Alia corporalis: & hæc indistinctè episcopo prohibetur, qui neminem debet suis manibus verberare. lxxxvj. dist. non licet. in authen. de sanctiss. episcopis. §. sed neq; propriis manibus licet episcopum aliquem percutere. hoc enim est extraneum sacerdoti, alioquin refert, Vtrum fiat ex malitia, vel ex odio, vel vt verberans magis timeatur: & tunc peccatũ mortale est, & pœnam depositionis inducit. xlv. di. c. j & c. Episcopum. Vel ex charitate, & tunc refert vtrum verberatus sit regularis, & talis pro leuibus culpis, secundum regulam, verberibus subiicitur. infrà, de app. reprehensibilis. in fi. j. de accusa. qualiter & quando. in fi. sed hoc debet abbas facere per se, vel per alium religiosum, vel clericum. nam si per laicum, & mandans, & verberans excommunicationis sententiam incurrunt. sic loquitur, j. de sent. excom. vniuersitatis, vel clericus secularis, & tunc refert, Vtrum sit in maioribus ordinibus, qui nõ nisi pro maioribus criminib. verberatur. xxxj. di. ante omnia. xlv. di. cùm beatus. alioquin & si ratione officij, quod in ecclesia tenet, vel senior zelo deuotionis, vel etiam obtẽtu propinquitatis hoc faciat: vel quia de familia sua est, excõmunicationem incurrit, vt à contrario sensu: infrà, de sen. excom. cũ voluntate. §. si qui verò. respon. j. & versi. q; & de his. Quid si non ex proposito talis percutiatur leui, non in contemptum canonis. xvij. q. iiij. si quis suadente. puta, quia non seruit ad prælati beneplacitum, nec prælatus potest animi impetum retinere; videtur q; non teneatur. arg. ff. de reg. iu. quicquid. ff. de diuor. & repudiis. l. iij. infrà, de sen. excom. cum voluntate. respon. j. ij. quæst. iij. si quis iratus. sed contrà, quia licet impetus excuset à tanto, non tamen à toto. ar. C. de iniur. si nõ conuicij. C. ad leg. Iul. de adul. Gracchus. nam & hoc instigante diabolo fieri præsumitur, ex quo manus iniecit. vt in d. c. si quis suadente. ergo manum retineat. nam & in dubio tutius est sententiam seruare. j. de cleri. excom. mi. illud. §. licet autem. maximè si episcopus sit, vt patet s. eo. versi. alia corporalis. Solutio: Si causa correctionis percutiatur leuiter, etiam cõstitutus in sacris à prælato, vel magistro, non incurrit sententiam excom. j. de sent. excom. c. cùm voluntate. §. si qui verò. ver. & hi qui obtentu prælationis. Vbi loquitur indistinctè, & indeterminatè: sed in præcedenti loquitur determinatè, de his qui sunt in minoribus ordinibus constituti. ad idem arg. j. de regula. c. fin. & de statu mona. ea quæ. sin autem hoc facit prælatus ex impetuosa malitia, sententiam non euadit. Vel in minoribus ordinibus, & talis etiam pro leuibus culpis verberibus subiicitur. xlv. di. §. Salomon. dum tamen fiat per illum, ad quem pertinet. j. de sent. excom. cum voluntate. §. vlti. Spectat autem ad omnes potestatem habentes in subditos. xxxv. dist. cùm beatus. sed episcopus hoc faciat per alium. v. q. v. illi qui. scilicet clericum, si verberando corrigibilis sit, alioquin mandans & verberans incidunt in canonem. j. de sen. excom. vniuersitatis. Quòd si sit incorrigibilis, etiam in sacris constitutus de mandato prælati per laicum trahi potest, sed non debet se amplius extendere talis violentia, quàm exigat rebellio clericorũ. j. de sent. excom. sanè. xviij. dist. nec licuit. in quo casu in carcerẽ etiã trudi põt, & ibidẽ, & sine metu canonis interfici. j. de sen. excom. perpendimus. Prælati † igitur caueant, vt in pœnis, disciplinis & correctionibus infligendis stateram in manu [a] gestent, in vtroq; penso iustitiam & misericordiam portẽt, & iusto libramine quædam per æquitatem corrigant, quædam verò per miserationem indulgeant. xlv. di. omnes qui. & ex vtroque temperamentum faciant, vt nec vigor iustitiæ fit rigidus, nec mãsuetudo sit dissoluta. xlv. di. disciplina. & ca. sunt nanq;. non enim est constantis & recti iudicis breui lachrymula, & ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus de facili cõmoueri. nam dum vni indulget indigno, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos: facilitas enim veniæ incentiuũ tribuit delinquendi. xxiij. q. iiij. iniusta. in fi. & si. ff. de offi. prẽsi. obseruandum. & alibi si negligenter quæ malè vsurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus. xciij. dist. peruenit. & si iudex scelus repertum non vindicat, tegere vt conscius criminosa festinat. C. de commer. & mercatoribus. l. iij.

28 NOndecima regula. Non litigiosum, scilicet oportet, &c. Prohibetur autem litigiosus † ordinari, propter tria. Primò propter vitium, quod cõfitit in doctrina prædicationis ipsius: quia cùm sit superbus & arrogans, nescit humiliter proferre quod docet. xlvj. dist. §. j. & ca. j. nihil enim est imprudentius arrogantia rusticorum. vt ea. di. §. j. Secundò, propter vitium. quod attenditur circa conuersationem: quia litigiosus solet esse adulator, proditor, detractor, maledicus, inuidus, ioculator, scurrilis, & ad vlciscendam iniuriam facilis. xlvj. dist. §. ecce. & c. seq. Tertiò, quia cùm ipse sit litigiosus, & per consequentiam prouocet alios ad discordiã, non posset alios ad concordiam reuocare, quod tamen videtur ex officio facere. xc. dist. §. j. per totam distin.

29 DVodecima regula. Non cupidum, scilicet oportet esse, &c. xlvij. dist. §. j. lxxxv. di. Florentinum, alàs, archidiaconum. duplex autem est huius prohibitionis ratio. Prima, quia cupiditas † est omnium malorum radix [a].
a xlvij. dist. bonorum. Secunda, quia cùm mens est excæcata cupiditate, non videt quid expediat, sed semper videt aurum, reditus computat, gratius intuetur aurum, quàm solem. xvij. dist. sicut hi. iij. q. v. accusatores. vel testes suspecti, vnde & electum repellit. infrà, de præb. cùm iamdudum.

TErtiadecima regula. Suæ domui bene dispositum, scilicet oportet, &c. id est familiæ. quod intelligitur, id est familiæ suæ bene dispositus, siue bene præpositus, quã do eam regit honestè exemplo, & verbo trahendo à vitiis ad virtutes. xlviij. dist. §. necesse. Huius prohibitionis duplex est ratio. Vna, quia non habet frontem reprehendendi alios qui negligit corrigere suos: vt in prẽal. §. necesse. Alia, quia prẽsumitur vehementer contra eum de crimine negligentiæ, quod magnũ est, & magnam pœnam inducit: vt no. suprà, de sup. negli. præla. §. quam pœnam. Si tamen familiam suam correxerit, quantum in se fuerit, & ipsa nihilominus in sua malitia permanẽs, incorrecta remanserit, non imputaretur patrifami. nec repelleretur à promouendo. xlviij. dist. non enim, & c. quantum licet, & c. quod ad nos. præsumitur tñ prima facie contra eũ, & quod per eũ steterit, donec contrariũ probet. xxviij. dist. puenit. Promotus aũt ad curã ecclesiæ, & maximè ad episcopatũ, debet esse bene dispositus ecclesiæ suæ, vt canonici vel clerici ecclesiæ suę canonicè viuant, obseruantes diuinę scripturæ doctrinã, & documenta sanctorũ Patrũ, & nihil in compositione agere præsumant. de conse. distinc. v. in omnibus. Vt tales ad ministerium eligant, qui dignè possunt Dominica sacramenta tractare. xxiij. dist. tales. Vt singula officia singulis committat. lxxx. dist. ad hoc. ne promiscuis actibus rerum turbentur officia. C. de testa. consulta diualia. Item committat nõ tyronibus, sed expertis. xlix. dist. si officia. Et quatuor fiant portiones de reditibus ecclesiæ. xij. q. ij. Vulteranę. quatuor concesso. & si quid de portione fabricæ remanserit, recondatur in thecis: vt si maior emerserit, fabrica sit subsidio, quòd diuersi temporis diligentia potuit custodire: aut certè ematur possessio, quæ vtilitates cõmunes respiciat. xij. q. ij. vobis. Vt nullus in ecclesia degens sit indi-

indigens. ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo, ſuisq; miniſtris percipiat. xij. q. ij. videntes. Vt precarias eccleſiæ poſsidentes profeſſiones faciat, ne per retentionem diutinam præiudicium eccleſiæ afferatur. xij. q. ij. ſæpe longinquitatẽ. Vt pro compendio rerum ſuarum poſſeſsiones eccleſiæ ſuæ non negligat. xij. q. iij. quicũq;. imò ſic laboret circa eccleſiaſtica, vt non tam cuſtos chartarum, q̃ defenſor rerum creditarum, vt præceptum eſt, iudicetur. xvj. q. j. in canonibus. Vt prælatus in eccleſia ſublimior aliis ſedeat, intra domum verò collegã presbyterorũ ſe eſſe agnoſcat. xc. di. epiſcopus in eccleſia. ſed & caueat, ne ex conuerſatione æquali naſcatur contemptio dignitatis. ff. de offic. præſi. obſeruandũ. mediũ ergo tenendo, cum diſcretione cuncta peragat, quæ omniũ virtutum noſcitur eſſe mater. j. q. v. præſentium. j̃. de offic. cuſt. c. j. §. lampades. Vnde verſus:

Cum media ſemper gaudebam ludere forma:
Maior enim mediis gratia rebus ineſt. Et illud:
Inter utrumque uola, medio tutiſsimus ibis.

30 QVartadecima regula. Non neophytum, ſcilicet oportet, & c. xlviij. diſt. quoniam. dicitur aũt neophytus † à neos, quod eſt nouum, & phytos, quod eſt fides, inde neophyti, quaſi in fide noui. vt in d. c. quoniã. vel religione, vt ea. di. ſicut olim. Quare aũt neophytus prohibetur ordi-
31 nari, duplex cauſa eſt. † Vna, ne putãs q̃ fides ſiue religio eo multum indigeat, in ſuperbiã incidat: vt ea. diſtin. §. prohibentur. & d. c. quoniam. Alia cauſa eſt, quia inexpertus eſt, & neſciret ſe temperare pro diuerſitate perſonarum, locorũ & temporũ, eo. c. ſicut olim. ideo graue eſt inexpertos obſequiis hominũ ſociari. xix. q. xiij. monaſteriis. arg. lxj. diſtin. miramur. in fi. ff. de vaca. mune. prætor. §. fi. honoris etiam augmentũ non ambitione, ſed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire. C. de re mili. contra publicã. lib. xij. Sed nunquid his cauſis ceſſantib. poteſt neophytus promoueri? videtur q̃ ſic: nam prohibitiones eccleſiaſticæ proprias habent cauſas, quibus ceſſantib. ceſſant & ipſæ. lxj. diſt. §. his omnibus. & c. neophytus. j̃. de app. cum ceſſante. Et contrà videtur, quia licet eſſet cauſa, non tñ prohibitio. xix. q. ij. duæ. xxij. q. j. dixit. Inſti. de auth. tu. reſpon. j. ad fi. Solutio. Dic q̃ ſecularis clericus, niſi profeſſus ſit, & expertus in regula, quantuncũq; humilis, & inſtructus ſit, in prælatũ regularem eligi prohibetur. s̃. de elect. cùm ad noſtram. & c. officij. & c. cùm cauſam quæ. xix. q. iij. monaſteriis, & ſi promotus ſit, non obſt. app. aliqua remouebitur. s̃. de elect. cùm in magiſtrum. Sed nunquid poſtulari poteſt? dicunt quidam q̃ non, niſi expertus ſit, ſicut Dominus voluit beatũ Petrum fragilitatẽ humanã experiri, vt in ſe diſceret, qualiter eſſet aliis miſerendum. l. diſt. conſiderandum. nec obſtat quod obiicitur infrà, de Nicolao, quia reuelatum fuit cuidam epiſcopo, ſicut in Legenda ſua continetur: nec de Seuero, quia inſedit columba ſuper caput ſuum: nec de Ambroſio, quia ei aſſurrexit terra pro cathedra: quare hæc non ſunt trahenda ad conſequentiam, alioquin exemplo Ambroſij poſſet quis eligi ante baptiſmum, quod eſſet abſurdum. alij contrà, quia licet neophytus promoueri non debeat ex cauſa, ſcilicet ne in ſuperbiam efferatur, vt dictum eſt: tamen quia hæc cauſa ceſſauit in Ambroſio, ceſſauit & prohibitio. lxiij. diſt. Valentinianus. Item in Nicolao & Seuero. lxj. diſt. §. his omnib. nam & laicus poſtulatur. lxj. diſt. Oſius. quia antequã admittatur, exponetur ei regula: & ſi dicat ſe poſſe ſeruare, admittetur. alioquin reſpueẽ, vt in auth. quomodo oportet epiſcopos. §. igitur ordinandus epiſcopus. colla. j. nam promiſsionem ſemel factam frangere nõ licebit. xxviij. di. diaconi. j̃. de bapt. maiores, §. penultimo. Dico q̃ talis poſtulatio ſine cauſa facta non valet. & ſic intelligo ſententiã priorum: ſi verò fiat ob vrgentem neceſſitatem monaſterij, admittenda eſt. s̃. de elect. cùm monaſterium, cùm nobis olim. ad fin. & capitu. in cauſis, ad fin. j̃. de æta. & qualit. tuam. & ſecundum hoc poteſt intelligi xvj. quæſtio. j. presbyteros. quãuis intelligatur aliter à magiſtris. quare ergo ceſſatur: s̃. de elect. officij. quia timetur de ambitione. arg. viij. quæſtio. j. in ſcripturis. lxj. diſtin. miramur. in fin. s̃. de elect. cùm dilectus. §. verum. & quia timetur de fi. j̃. de pact. capit. fin. & quia non poſtulaverunt, ſed temerè elegerũt. s̃. de elect. innotuit. §. habito. & quia in confirmatione non fuit facta diligens inquiſitio. arg. s̃. de elect. nihil, & quia non erat inſtructus in regula. vnde quamuis potentia ſua & nobilitas neceſſaria eſſet monaſterio, quo ad temporalia: tamen quo ad ſpiritualia, non minus ſuſpecta, quàm periculoſa erat ipſius ſimplicitas & iuuentus. in authentic. quomodo opor. epiſcopos. §. cogitandum. in fin. collatio. j̃. & ideo ſpiritualia præferuntur. infrà, de ma. & obedien. ſolitæ. §. verum. & §. ſequentibus, x, diſtinct. ſuſcipitis. xij. quæſtio. j. præcipimus, xxiiij. quæ-

ſtio. iij. ſi habes. ſed ſicut ibidem dicit in fin. a ex quo competenter inſtructus fuerit in regula: & nota, quòd non dicit, Profeſſus vel expertus, tamen propter vrgentem neceſsita b tem monaſterij admittitur. & ſic intelligo veram ſententiam poſteriorem. & iunge quod nò. ſuprà, de poſtula. prælat. §. vtrum ius acquiratur. verſicul. in ipſo caſu. ſic intelligo, quòd ex cauſa promoueri etiam ad ſacros ordines. quod intelligo de neophyto religionis, non fidei, alioquin contrà. arg. xix. quæſtio. iij. monaſteriis. Sed nunquid monachus in prælatum alicuius eccleſiæ ſecularis eligetur, non videtur pari ratione conuerſa: argum. xvj. q. j. ſi cupis. & capi. alia eſt cauſa. vix enim bonus monachus bonum faciet clericum. argu. xvj. q. j. dic contrà, quia non bene eliguntur regulares propter officium prædicandi priuilegiatum. infrà, de ſtatu mona. quòd Dei timorem. & de voto. per tuas. xviij. q. j. ſtatutum. lxiij. diſtinct. c. j. & ij. xvj. q. j. ſic viue. & c. ſi clericatus. Nam citò expertus eſt in laxiori, qui expertus eſt in ſtrictori. vnde nobilem monachum, qui exiuit de monaſterio, in quo ſemper virgo permanſerat, cùm pater ſine hærede deceſsiſſet, non oportuit inſtrui qualiter vxo. quam duxit tractaret ſiue cognoſceret, quia naturaliter doctus fuit. ar. Inſtitu. de iure natu. reſpõ. j. & §. j. & iunge, quod no. ſuprà, de poſtu. præla. §. quis poſtulandus. verſi. ſed nunquid religioſus. Sed quare ſecularis clericus eſſe poteſt epiſcopus regularium, non tamen præpoſitus prior, vel abbas eorundem? reſpon. propter excellentiam epiſcopalis dignitatis. argu. ſuprà de renun. niſi cùm pridem. §. nec putes, quod epiſcopus ſit religioſior monacho. ar. infrà, de regula. licet. §. illa. vel ideo, quia abbates & priores inter ſunt priuatis diſciplinis monachorum: epiſcopus non, tanquam qui ignoret regulam, vnde illud committit alicui monacho, ipſe verò puniet ea, quæ maioris diſcuſsionis & animaduerſionis ſunt. argum. ſuprà, de elect. tranſmiſſa. ideo conſueuit diſtingui, vtrum de exceſſu monachi agatur in figura iudicij, & tunc epiſcopus pro tribunali ſedens cognoſcet & puniet. vel de plano, & tũc abbas vel prior corriget ſecundum monaſticam diſciplinam. arg. ff. de offic. procon. nec quicquam. §. vbi decreto. & §. de plano. xj. q. j. de perſona. infrà, de offic. ordin. quanto. argum. opti. infrà, de offic. archi. c. vlti. reſpon. j. ad fin. infrà, de maio. & obed. cùm in eccleſiis. reſpon. j. exceſſus enim domeſtici domeſticè puniri debent. ff. de pœnis. reſpiciendum. §. furta. C. anſer. ex facto poſt manu. tene. l. fi. C. de emendati. propinquorum. l. vnica. C. de patria poteſtate. l. iij. & iiij. Alij dicunt, quòd prima correctio ſpectat ad abbatem, quia hoc generale eſt, vt quilibet prælatus habeat iuriſdictionem, ſiue ſit abbas, ſiue ſit prior. infrà, de ma. & obed. cũ in eccleſiis. infrà, de immu. eccl. non minus. infrà, de ſtatu monacho. cum ad monaſterium. §. prior. & plebanus habet. infrà, de offic. ord. cùm vos. Puto in his conſuetudinem attendi debere, quæ dat iuriſdictionem. C. de emancip. l. j. j̃. de foro compe. cùm contingat. ix. q. iij. conqueſtus. ſecundum Goffre. quæ ſi non apparet, dico quòd de maioribus cognoſcet epiſcopus, quia ſalua regula in omnibus aliis ſubiacent epiſcopo. xiij. q. ij. abbates. infrà de ſimo. ne Dei eccleſiam. In aliis primo recurrendum eſt ad abbatem, ſecundò ad epiſcopum, per iura præmiſſa: ſaluo eo quod dicetur de capitulo generali regularium. infrà de ſtatu mochor. §. ex viſitatione eorundem.

a Mulier nec poteſt.] Adde tex. in c. de monialibus. de ſen. excõmunic.

b Poteſt tamen Euangelium.] Adde auth. diaconiſſa. C. de epiſ. & clericis. & gl. in ca. ſanctimoniales. xx. q. j. Archi. in cap. ſi preſbyter. xxxij. diſt.

SEd & præter regulas ſupradictas requiritur ſexus: nec enim mulieri, ſed homini ſunt ordines conferendi, ſicut dicit Ambroſius ad Timotheũ, ſuper illo verbo, Mulieres ſimiliter pudicas, &c. quia nec tonſurari debent. j̃. de conuer. coniuga. vxoratus. in fi. nec mulieris coma
a amputanda eſt. xxx. diſtinct. quæcunq; mulier. nec poteſt a poteſtatem clauium exercere. argu. j̃. de maio. & obed. dilectæ. & expreſſum. j̃. de pœnit. noua quædam. nec etiam ad altare ſeruire debet. j̃. de coha, cle. & mulie. c. j. ad fin. xxiij. diſtinct. mulieri. & c. ſacratas. de conſec. diſtin. iiij. in ſancta. xxxiij. quæſt. v. mulierem.
b poteſt tamen euangelium b dicere ad matutinum. xxvij. q. j. diaconiſſam quamuis. quidam exponunt ibi diaconiſſam, id eſt, abbatiſſam ordinari, id eſt velari. nec obſtat. xxxij. diſtinct. presbyter. quia ibi appellatur presbytera, quaſi presbyteralis, non quòd eſſet ordinata, ſed ordinati ſocia. vnde in ſequenti cap. ibi vocantur tales fœminæ ſeniores vniuiræ vel matricuriæ, id eſt, materne curam eccleſiæ habentes, ſicut dicuntur matresfamiliàs. Requiritur etiam ætas, quia ab infantia, ſcilicet à vj. annis, vſque ad xij. poteſt tradi eccleſiæ, & recipere minores ordines, ſed ſubdiaconatum non recipiet quis minor xx annis; nec minor xxv diacona-

c Omnes minores ordines.] Adde c.ij. de eo,qui ord.fur.rece. Et an quis possit simul recipere subdiaconatum, & quatuor minores ordines, vide per Abba. in dicto c.ij.de eo,qui or.fur. rece.

d Sine titulo.] Adde ca. tuis. & c. episcopus. de præben.& in c.pe. de simo.

e Extra tempora legitima.] Adde quę sit pœna conferentis extra tempora legitima, vide in c. ij. de tẽp. or.

tum. nec minor xxx presbyteratum. lxxxij. distin. in singulis. & cap. quicunque. & sequenti.xxviij.distinct.de his.lxxviij.distinct. per totum.hoc saluo, quòd necessitate instante olim in xxv anno promoueri poterat presbyter,lxxviij. distin. c. fi. quod hodie indistinctè per consuetudinem comprobatur, quæ fulcitur iure.suprà, de elec. cùm in cunctis. §. inferiora. Igitur qui minorem xiiij annis in diaconatum promouet,non videtur compos sui: & ideò à collatione ordinum & diaconus talis ab executione diaconatus suspenditur in iniuriam ordinantis.infrà eo. vel non est compos.Quid si ordinetur quis in diaconum post xiiij annum? & certè Hug.not.lxxviij. distinct. c.fi. quòd diaconus potest fieri in xx anno,& subdiaconus in xv. argum.illius c.scilicet,vt ficut de xxx annis detrahuntur v. necessitate ordinandi in presbyterum instante,sic & in diaconũ & subdiaconum dicere debemus,quia eadem ratio,ergo idem ius.arg. infrà de consang.& affin.tua.C.de lib.præte.vel exhæred.l.j. Sed videtur,quòd in xiiij anno possit quis ordinari in diaconum,sicut & in subdiaconum.arg.infrà de ser.non ordi.miramur.argu. à contrario sensu. infrà eod.vel non est compos. & argum. xx. q.j. illud. & infrà, de regula.postulasti.vbi non est expressum. & arg. j.de deli.puero.pueris. Plus no.Hug.lxxvij.distinct.subdiaconus.quòd puer in cunis potest esse sacerdos,& episcopus, & omnes ordines susc̃ipere,sed non fit ei præiudicium, quando factus est adultus,nisi ratificet quod recepit. argu. pro eod. imò expressum.infrà de baptis. maiores. §.pe.& vlt. in fin.non dubito quin characterem recipiat,ex quo baptizatus est,super quo vide quod not.infrà,de schisma.§.quid iuris.versi.nedum autem.& sequen. de clerico per sal.promo.§.j. Hoc tamen not.quòd si grandęuus ordinari petat,ministeria seruanda sunt,vt scilicet in primis duobus annis recipiat quis omnes minores ordines,in reliquis v.omnes maiores. lxxxvij. distinct. quicunque. dispensatiuè tamen potest laicus intra annum & dimidium omnes maiores recipere,monachus verò intra annum. lxxvij. dist.c.fi. hodie tamen de consuetudine interstitia huius non seruantur. Sed nunquid fauore religionis etiam minor xxv an. debeat in presbyterum ordinari,religiosi tenent quòd sic, puto tamen contrarium, sicut no. Hug.lxxvij. distin.c.fin.ibi maximè,si huic ętas etiam suffragatur. Item requiritur integritas membrorum,ne sit monachus,vel corpore vitiatus.xvj.q.j.legi.infrà,de corpore viti.per totum. Item integritas carnis,vt dixi suprà eod. sub §. secunda regula. Item requiritur quòd sit de legitimo matrimonio.quod dic.vt not.infrà,de fili.presbyter. Item quòd sit conditionis liberæ, quod dic vt not.infrà de ser.non ordi. Item quòd non sit obligatus ad ratiocinia,vel curiæ adstrictus.quod dic,vt no.infrà,de oblig.ad ratio. Item quòd non sit ignotus.quod dic,vt no.infrà de cle.peregri. Item,quòd non sit excommunicatus, suspensus, vel irregularis.j.de sen.excom.cùm illorum.quod dic vt no.infrà, de schisma.§.quid iuris.de ordinationibus. Item,quòd non sit bigamus. quod dic vt not.infrà,de bigamis.

32 Et qualiter. † Et quidem examinatione præcedente.quod dic,vt no.j.de scru.in ord.fa.Item manus impositione interueniente,vt patet in his quæ no.suprà eod.§.quid sit ordo.& forma ecclesiæ seruata.quod dic,vt no.j.de sacra. non iteran. §. & qualiter conferatur. & de sacra vnctione. §. à quo & qualiter. Item gradatim.ff.de mu.& ho.vt gradatim.quod dic vt no.j.de cle.non ord.mi.& de cle.per sa.promo. Item palam,non furtiuè.quod dic vt not.j.de eo qui or.fur.susce. Item cum deliberatione seruatis,scilicet interstitiis.de quibus no.suprà,§. proxi.ver.hic tñ not.sed episcopi nostri temporis hoc malè obseruãt. fortè facit hoc nimia episcoporum remissio, & quia in clericorũ multitudine gloriantur contra decr.j.de æta.& qualit.cùm sit ars artium,aut quia quibus aliud conferre non possunt ordines largiuntur, & tñ districti oportet esse iudicij,& rarũ esse omne quod magnum est.lix.distin.si officia.secundũ Gof.Item cõferendi sunt
33 ordines † opportunè,quãuis omnes minores ordines c possint
c insimul recipi.j.eod.de eo.& ar.lxxvij.dist.quicunq;.nisi consuetudo repugnet.j.de eo qui ord.fur.susce. cùm h. non debet simul recipere minores & vnum sacrum, vt in præallega.decre. cùm h. multominus duos sacros,multominus tres sacros, siue dies ficta sit.j.eod.literas:siue non ficta.j.eo.dilectus. Cauendum est etiã, ne quis ordinetur ab extraneo sine mãdato proprij episcopi. qd dic vt no.s.eo.§.& à quo.sed nec à proprio si ordinandus sit subdiaconus domini Papæ,nisi de speciali licentia.infrà, eodem, in distribuendis. quod propter manus excellentiam dictum est,sicut illud de consecra.distinct.ij.capitul.final. & ff. de albo scriben. l.final. Quid si quis ordinatus sit in subdiaconum ab archiepiscopo,nunquid episcopus ipsum in diaconum debet sine licentia archiepiscopi promouere,& quidem de clericis dio. archiepiscopi non potest esse quæstio,cùm illi nullatenus sine licentia archiepiscopi debeant promoueri.Item quid si quæris de clericis diœcesium aliorum episcoporum,aut extraneorum, & tunc similiter non videtur habere locum quæstio,cùm illi non dicantur inferiores,quia nec ei subsunt, vt patet in eis quæ not.suprà,de rescript. §. quod continet ius commune. versicu. quid si dicat contra Siluanocen. & infrà, eodem versic. alij dicunt. aut suffraganeorum, & tunc videtur habere locum quæstio per iura præallegat.cùm suffraganei inferiores sint: sed non puto, quòd aliquis archiepiscopus speciale priuilegium domini Papæ sibi debeat vsurpare. argumen.xix. distinct. per totum.xxv. quæstio.j.& ij.& cap.j. & sequentibus.infrà,de priuile.sanè.suprà,de supplen.neg.pręla. licet.sed nec ab excommunicato, vel suspenso, vel ab illo qui episcopatum resignauit.quod dic vt not.infrà, de ordin. ab episcop.
d §.j. Sed nec ordinari debet quis sine titulo. d infrà, de præbend. cùm secundum Apostolum.quod dic vt not.infrà,de æta.& qualit.in princip.infrà,de præbend.sub §.illud in summa.infrà de rescrip.§.quæ possunt obiici.versicu.pauper. Nec sunt conferendi contra Apostolicas regulas,vel patienti defectum vel vitiũ.quod dic vt not.suprà eodem.§.& cui. Sed nec conferendi sunt extra
34 tempora † legitima e. quod dic vt not. suprà eodem. §. quo tem-
e pore. Omnes tamen prædicti si ordinati fuerint,characterem recipiunt,sed nudum & inefficacem,& mortuum: verùm aliquando per Papam, aliquando per prælatum discretum viuificari potest,& reddi executio. sic intellige.infrà, eodem. cùm quidam. c. vel non est compos.& c.consultationi.infrà,de ord.ab episcop.c. j.& ij. Sunt etiam conferendi de consilio clericorum. xxiij. dist. episcopus.& maiores in ecclesia cathedrali tantùm.lxxvij. distin. c.j.minores in qualibet ecclesia diœce.lxxv.distin. in palea.quando,& cùm episcopus consecratur, vbi archiepiscopus elegerit. lj. distinct.cap.fina.archiepiscopus, vel primas in sua ecclesia. infrà eod.si archiepiscopus.nisi excuset necessitas.xxiij.distinct.in nomine Domini. Episcopi tamen indistinctè ordines celebrant intra suam diœce. vbicunque elegerint, licet sine causa hoc facere non deberent. Per prælatum verò proprium dispensatur in casibus illis,in quibus recipiet executionem,si mandatum suum ab initio interuenisset,puta quando ordinatur ab extraneo sine mãdato.infrà eodem.quod translationem.ix.q.ij.Lugdunen. Item & quando iusta ignorantia excusat.infrà de ord.ab episcop. c. ij. in aliis verò per solum Papam.argu. infrà eod.dilectus, infrà, de eo qui fur.ordin.susce̅p. c. j.ij.& iij. Vel dic, cum episcopo delinquente dispensari non potest,nisi per Papam.argum.j.eod.dilectus.sed cum ordinato potest.infrà,eodem consulationi. Vel intellige, quòd in omnibus casibus ex pòst facto necessitate vel vtilitate ecclesiæ vrgente, potest episcopus dispensare. super quo vide quod no.infrà tit.j.§.ætas.verfic.dico ex præcedentibus,nisi Papa sibi specialiter retinuerit, vel sententiam per se vel per alium tulerit, tunc enim speciale mandatum requitur.argu. infrà, de iudic.cum venissent.& de appel.nouit.& de confir.vti.c.j.& ij. & secundum hoc subaudiendum est infrà, eodem. consulationi. super verbo Poteris, scilicet ex hoc speciali mandato similis subauditus.infrà de iud.quia V. Alij dicunt,quòd prælatus, qui deliquit,dispensare non potest.argum.ff.de neg.gest.sine hæreditaria.ff.de interdict.& relega.relegatorum.in fi.infrà, de dona. inter vir.& vxo. & si necesse.& sic potest intelligi,infrà eodem.cum quidam. Sed eo mortuo successor dispensat. infrà, eod.consultationi. Illud enim circa hoc notandum, quòd Apostoli parem potestatem cum Petro à Domino receperunt, & in locum ipsorum episcopi successerunt. xxj. distinct.in nouo. lxviij. distinct. cor episcopi.& §.quod ante.& c.quorum vices. infrà, de sacra vnctio.c.vnico.§.per frontis chrismationem.vnde quilibet vicarius Dei dicitur. xxxiij. q. v. mulierem.licet Papa, qui Petro succesit, teneat principatum: vt xxiij. distinct.sacrosancta,ibi,& post pauca,&c.Prædicti autem omnes suspendi debent ab executione ordinis sic susc̃epti, & conferentes à collatione vt puniantur in eo, in quo deliquerunt.infrà eo.cùm quidam literas.vel non est compos,&c.dilectus,nisi consuetudo,quæ scandalum generat, aliud inducat.infrà eod.cap.ij.de cogna.spirituali,super eodem. Sed nunquid in c.literas. punitur vltra quàm deliquerit episcopus, quia non peccauit diaconatum conferendo, & tamen fuit punitus in eo. Item recipiens non suspenditur, nisi ab executione sacerdotalis officij tantum,& sic minus punitur quàm promouens?

dic

dic quòd ideo plus punitur ordinãs, quia debuit esse prudentior, & quia tanquam maior plus delinquit. suprà, de transla. episc. inter corporalia. §. fi. & vt in aliis similibus arceãtur. ĵ. eo. dilectus. secundum Ber. bona est ratio, quare promotus minus punitur. Quod tamen præmittit, q̃ conferens in collatione diaconij, non deliquerit, non confiteor, imò assero q̃ vterq; tã conferens, quàm recipiens in vtroq; deliquit. si enim non contulisset vel recepisset ordinem diaconatus, non peccasset in collatione vel receptione ordinis presbyteratus, dum tamen fuisset aliàs canonicè in diaconum ordinatus. Item si non fuisset datus ordo presbyteratus, neuter deliquisset in ordine diaconatus: & sic collatio & receptio vnius ordinis est impedimentum alterius, sicut aliàs consueuit dici, tenetur quis actionem cedere, quia ipsam habet: & quia ipsam habet, tenetur eam cedere. ff. de pecul. quod debetur. ff. man. si ꝓcuratorem. §. si quis mandauerit. & l. hæredem. punitur ergo conferens in vtroq;, quia in vtroque deliquit: cum promoto verò mitius agitur, propter rationem à Ber. superius allegatam. Sed nec excusatur episcopus propter continuationem ieiunij: quia licet concedatur, q̃ occurrente multitudine clericorũ in sabbato quatuor temporũ, vel alio sabbato congruo, continuato ieiunio possit perfici ordinatio eorum qui remanserunt in mane sequentis Dominicę. lxxv. distinct. quod à patribus: quia propter continuationem fictione canonica intelligitur dies vna & eadem. arg. xvj. quæst. iij. §. potest. vij. quæst. j. illud. & c. nihil. sicut. & cùm bissextus occurrit, duo dies pro vno reputãtur. ĵ. de verbo. signifi. quæsiuit. ff. de mi. denięq;. §. minorem. non tamen licet vni & eidẽ personæ vnum sacrum ordinem conferre in vesperam, & alij in mane. q.d. sicut nõ licet conferre duos sacros ordines vna & eadem die, non ficta, sicut non licet vna & eadem die ficta, siue vespera trahatur ad mane, siue mane ad vesperam, quia mane & vespera etiam sine fictione aliqua vnam diem constituunt naturalẽ. iuxta illud, Et factũ est vespere & mane dies vnus, ad idem ff. de fer. more Romano. ĵ. de off. deleg. consuluit. §. ne verò.

35 Sed an vespera † die sabbati trahatur ad mane diei Dominicæ, vel mane ad vesperam, dubitauerunt antiqui, & adhuc sub iudice lis est. arg. infrà, eod. literas. §. j. vbi non videtur Inn. hanc dubitationem determinare voluisse. Hugo dixit, quòd die Dominico [a] conferendi sunt omnes ordines: quia tam sacramentum baptismi, quàm ordinis, quàm quodlibet aliud à resurrectione Dominico efficaciam habet. de conse. dist. iiij. venerabilis. & c. sequ. die verò Dominico Dominus resurrexit. de conse. distin. iiij. propriè. & sic secundum ipsum & sequaces eius vespera sabbati trahitur ad mane diei Dominicæ. sic intellexit lxxv. distinct. quòd à patribus. ibi, sed post diem sabbati eius quòd noctis initia, quæ lucesit in prima sabbati exordia consecrandi eligantur, id est, electi ad ordines consecrentur. & est hypallage, secundum Hugo. ad idem in capi. ibi sequenti, quòd die Dominico facit etiã pro eod. infrà eodẽ. de eo. vbi dicit, quòd in sabbato sancto ordines conferuntur: nam sicut missa illius diei refertur ad diem Dominicũ: quia nec illa die missa celebrari intelligitur. vnde dicitur oratio, Deus qui hanc sacratissimam noctem, scilicet diei Dominicæ sequentis, & sic collatio ordinum: quia sicut ecclesia sine missa non consecratur. de consecra. distinct. omnes. sic nec ordines conferendi sunt sine missa. argumen. suprà, de elect. quòd sicut. §. super
36 eod. Tu teneas incunctanter, quòd omnes ordines sacri † conferendi sunt die sabbati, vt not. suprà eodem. §. quo tempore. & est ratio, quia sabbatum significat requiem, & qui transit ad clericatum, quod fit irreuocabiliter per assumptionem sacrorũ ordinum, de labore secularium negotiorum transit ad requiem schematis, siue ordinis clericalis. lxxxviij. distinctio. fornicari. vnde
b Apostolus: Nemo militans Deo [b] implicet se secularibus negotiis. infrà, de cleri. vel mona. cap. j. & ij. per totum. minores verò ordines aliis diebus conferri possunt, vt dixi suprà eodem. §. quo tempore. quia per receptionem ipsorum nemo clericatui obligatur, cùm ad sententiam ab Apostolo datam non obstante cuiusquam contradictione reuerti possit: vigesioctaua distinctione. de his. in fin. & no. infrà, de cleri. coniuga. idcirco minores ordines alio die quã sabbati cõferuntur. Sed certè hæc ratio pro Hug. facit, cum secundum nouum Testamentum, dies Dominicus sabbato surrogetur. & ideo etiam quiescimus, & feriamus die illa. ĵ. de fer. c. j. Sed die sabbati operari debemus magis etiam quàm alia die, ne videamur Iudaizare. de consecr. dist. iij. peruenit. Vnde alia videtur melior ratio, hæc scilicet, quia circa maiora maturius ꝓcedendum est. xlij. distin. quiescamus. xxiiij. di. qñ. cùm ergo die sabbati ieiunetur, illa die ieiuno stomacho, circa vesperas, vt ma-

gis quilibet afflictionibus, ieiuniis, & oratio- [a] Die Dominico. ĵ Adde. gl. in c. 2. eod. tit.
nibus compurgatur ordo sacer, qui orationes & ieiunia, & obseruationes canonicas sine pœnitentiæ spe retro cedendi habet annexas, conferendus est: non ergo in mane, quia plenus venter de ieiuniis facilè disputaret. xij. quæst. secunda. gloria episcopi. & ad
37 hoc xliij. dist. §. primo. & cap. j. & per totum. Item sacer ordo † requirit manus impositionẽ, per quam gratia Spiritus sancti cõfertur. ĵ. de sacra vnctio. c. vnico. §. j. & ij. de sacra. non iteran. cap. fin. vnde tempore ieiunij dignius confertur, quàm ventre pleno: nã precib. petenda & imploranda est gratia, & flexis genib. & lachrymis. l. dist. in capite. Hæc aũt die Dominico fieri non debent: quia dictus dies est Iubileus. ad hoc ĵ. de fer. quoniam. §. j. & lxxvj. distinctio. §. scire. & ideo si papa diligenter considerasset hãc rationem, fortè non ita scripsisset. ĵ. eo. literas. nec opinionem Hug. sic tacitè reprobasset. est tñ illud speciale in episcopali ordine, q̃ conferatur die Dominico. lxxv. dist. q̃ die Dominico circa horam tertiã. quia tali die & tali hora Spiritus sanctus in igneis linguis apparuit. de consecr. dist. ij. nocte. & tali die Apostoli ordinati sunt per manus impositionem, scilicet Paulus & Barnabas, vt innuit dictum cap. q̃ die Dominico. in quorum locum resurrexerunt episcopi, vt no. s̃. eo. §. vers. alij dicunt. nec ob. c. q̃ à patribus. quia quod dicit post diem sabbati, subaudi cœptum, & non finitum. & secundum hoc qñ ieiunium continuatur in ordinibus, occurrente multitudine ordinandorum, vt dictũ est, intelligitur mane trahi ad vesperam. & hoc satis innuit Inn. in d. c. literas. ibi: nã si quã tum, &c. sed super verbo quod præcedit, dicetur subaudi verè ad eandem diem pertinet, nõ ad plures. & hæc continuatio ideo fit, vt idem ieiunij & eandem diem sabbati repræsentet, non ideo vt episcopus ieiunus videatur: nam si quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, &c. & secundum hoc opinio Hug. apertissimè reprobatur. & si quis subtiliter iungat decr. literas cum decreto. quod à partib. ex mente eorũdem verborũ eliciet, q̃ qñ est episcopus consecrandus, non est necesse q̃ archiepiscopus, & ipse ieiunet per totã diem sabbati, sicut quidã simplices obseruant de cõsuetudine simplici, inducentes pro se illa verba ordinarij seu pontificalis libri, quibus vtitur archiepiscopus post scrutinium dicẽs, Hodie abstinebis, & cras, dante Domino, consecraberis. sed q̃ dicit Abstinebis, non puto intelligendum de refectione corporis, sed de consecrationis receptione. nam & si comedat, ita intelligitur esse ieiunus, sicut die Dominica ante prandium, sicut die sabbati ante cœnam, vt probat dictũ c. literas. alioquin sumpta cœna in sero, nullus celebraret in mane missam, quæ à ieiuno præcipitur celebrari, vt no. ĵ. de cele. mis. sub di. ij. §. & qualiter. Et quamuis non teneatur, tñ non reprobo, si ex deuotione voluerit ieiunare. Sed nunquid huic videtur obstare ratio quam reddidi s̃. versi. proxi. non quia hic alia ratio reformat pactum, vt apparet ex prę missis. licet enim omnes ordines Domini sint, is tamen specialiter potest vocari Dominicus, & in ipso diuina inspiratio supplet breuitatem ieiunij: ideo ordo episcopalis Dominicus meritò est die Dominico conferendus. Et hoc sciendum est, q̃ episcopus ordinandus est ab archiepiscopo, vel episcopo, de mandato archiepiscopi, duobus episcopis assistentibus, & cæteris absentib. consentientibus. Archiepiscopus verò ab omnib. suffraganeis, quòd si aliqui consecrationi episcopi contradicant, consensus obtineat plurimorum, aliter consecratio facta non valeat: ĵ. eo. si archiepiscopus. & c. nec episcopi. lj. di. qui in aliquo. in fi. lxiij. dist. metropolitano. liiij. dist. comprouincialis. lxvj. dist. archiepiscopus. super quo vide quod not. s̃. de elect. §. quo tempore. ver. consecratio. & sequentibus, ĵ. de scru. & de sacra vnctio. & ĵ. de sacra. non iteran. In consecratione aũt archiepiscopi, episcopi omnes suffraganei interesse debent, vt dixi, & ab episcopis debet fieri consecratio, q̃ non licet immutari. lj. dist. qui in aliquo. in fi. lxvj. dist. c. j. in authen. de ecclesiasticis titu. §. j. col. viij. Sed contrà, quia à Papa consecrandus est, xxiij. q. j. pudenda. Sol. Quòd prius dixi continet ius commune. sed contra illud iam præscripsit Papa, secundum Ioan. imò hoc habet sine præscriptione aliqua. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem. Illud in summa not. quòd religiosus ad maiorem ordinem, licentia sui maioris petita, licet non obtenta, se transferens licitè recepit ordines in eo habitu sine metu apostasię. sic intellige, infrà eod. ex parte. argum. infrà, de regula. licet. Quibus autem vestibus vtantur prælati, dum ordines celebrant, dic vt no. suprà, de vsu pallij. §. j. versi. videtur. & §. vlti. ver. fi. quid si forma hæc non seruetur, dic vt no. infrà, de sacra vnctio. & de sacra, non iteran.

[b] Nemo militãs Deo. ĵ Adde c. quoniam. 10. di. c. credo placere. 21. q. 3. c. sunt nonnul. lib. 16. q. 1. originaliter. 2. Timoth. 2. c.

De Scrutinio in ordine faciendo. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Scrutinium quid sit.
2 Scrutinium multiplex est.
3 Scrutinium quando fieri debeat.
4 Scrutinium per quos fieri debeat.
5 Scrutinij forma quæ sit.
6 Ordinatus sine examinatione an sit deponendus.

QVia ordines de quibus prædiximus, sine examinatione conferendi non sunt, vt not. suprà tit. j. §. & qualiter. subsequenter sequitur hæc rubrica, scilicet de scrutinio, id est, examinatione in ordine faciendo, id est, facienda, in qua videndum, Quid sit scrutinium. Quot modis accipiatur scrutiniũ. Quando fieri debeat. Per quos. Quæ sit forma ipsius. Quid iuris, si quis sine examinatione fuerit ordinatus. Quid si promouendus in scrutinio impedimenti sui suppresserit veritatem.

1 **Quid sit scrutinium.** † Et quidem scrutinium nihil aliud est, quàm inquisitio seu examinatio per illum habita, ad quem spectat: & dicitur à scrutor scrutaris, quia is qui examinat, ordinandos scrutatur siue interrogat. infrà, eo. ca. vnico. Ideo dixi, per illum ad quem spectat, quia per alium factum non valet scrutinium. infrà, de offic. leg. licet. ni si fortè fiat non ad præiudicandum, sed ad instruendum, & per superiorem approbetur: infrà, de appellat. constitutus in præsentia nostri archi. Claromonten. §. j.

2 **Quot modis accipitur scrutinium†.** Et quidem scrutinium multiplex est. Primum, quod faciunt canonici, antequam eligant: suprà, de ele. cum terra. in fine. de quo dic, vt not. suprà, de elect. §. quam pœnam. ver. si circa personam electam. Secundum, quod fit seruando formam scrutinij, à tribus scrutatoribus, qui dati sunt ad inquirẽda vota. de quo plenè not. suprà de elect. §. qualiter. Tertium, quod fit à confirmatore, de quo plenè no. s. de elec. §. à quo. quid aliquando facit per se, & si nihil opponatur à partibus, s. de ele. nihil est. & cap. cùm nobis olim. §. penulti. quia, secũdum Apostolum, manus nemini citò imponi debent. xxiij. dist. §. j. & c. manus. lxxviij. dist. quid est. Aliquã do per alium cui committit: suprà, de ele. scriptũ. §. j. & c. dudum. Innotuit. in quo casu mandatum exacta diligentia est seruandũ: suprà, de rescrip. cùm dilecta. §. fin. potest tamen subdelegari, infrà de offic. deleg. venerabili. nisi contineatur in rescripto, quòd iudex personaliter officium exequatur, infrà de offic. deleg. quoniam. §. is autem. Quartum est, quod aliquoties fit inter consecrationem & confirmationem, aliquo excipiente contra consecrandum. infrà, de accu. super his. §. post confirmationem verò. Quintum est, quod fit eodem tempore inter episcopos, quorum consensus requiritur. de quo not. suprà tit. j. §. & qualiter. versi. & hoc sciendum. Sextum est, quod fit post cõsecrationem ex officio per inquisitionem, vel ad denunciationem: vel extraordinariè, vel ex debito per accusationẽ. de quib. plenè not. j. de accusatione. Septimũ est, quod fieri non debet, antequã quis cõsecretur vel ordinet. & hoc circa consecrationem duplex est: vnum, de quo dixi suprà, versicu. tertium. aliud quod fit in ipsa consecratione, de quo hic dicitur. Item circa ordinationem duplex est, vnum quod fit ante ordinationem, quod diligenter faciendum est: suprà, de electio. nihil est. §. episcopi. Aliud quod fit in ipsa ordinatione. de quo hîc habetur. Est & aliud scrutinium, quod præcedit baptismum. de consecrat. distinctio. iiij. in catechismo. de quo infrà, de maiorita. & obedien. his quæ.

3 **Quando fieri debeat.** † Primum quod fit ante ordinationẽ, fieri debet feria quarta proxima ante sabbatum, in quo ordines celebrantur. Quid ergo si compositio facta fit inter episcopum & capitulum, in qua cõtinetur ꝙ ipsum episcopum procurare debet capitulũ, quotiescũque venerit pro ordinibus celebrandis. Hæc quæstio fuit inter me & Cistertien. Præpositum: dum regebam Cistercien. eccleſiã. dicebat enim præpositus, ꝙ non tenebatur procurare episcopum, nisi in sabbato: ego asserebam, ꝙ tenebatur per triduum præcedens proximè, etiã omnib. diebus Dominicis & festiuis. Compromisso igitur facto in Cistercien. archi. super interpretatione facienda allegaui pro parte episcopi in hunc modum: Cùm quælibet ecclesia episcopatus regenda sit iuxta dispositionem & ordinationem episcopi. x. q. ij. decretum. & c. regenda. & ipse maior sit omnibus, sicut Christi vicarius. xxxiij. q. v. mulierem. & inobediens in morte, scilicet excõmunicationis, occidendus sit. j. de maio. & obed. c. j. & ij. & omnes sub eo sint, vt eo. tit. c. omnes. patet ꝙ quamuis examinatio clericorũ de iure cõmuni ad archid. spectet, j. de off. archi. vt nostrum, non propter hoc excluditur, quin & episcopus, si velit, examinare possit, vel saltẽ examinationi interesse, cùm etiam sua interfit, quia & puniretur, si indignum ordinaret. s. de elec. nihil est. §. episcopi quoq;. Si dicis, ꝙ excusetur à pœna ideo, quia archidiaconus examinauit, vellem videre non glossam, sed textum expressum: & etiam si hoc esset, dictum videretur in fauorem suum, cui, si vult, potest renunciare. præterea in c. quando. xxiiij. dist. loquitur de duplici repræsentatione, prima debet fieri feria iij. episcopo. & ipso tunc præsente archid. præcipiet ei, quòd examinet, in absentia verò præcipiet hoc aliis, quos eliget de latere suo: vel in vtroq; casu ipsemet hoc faciet, si vult, etiam post examinationem factam per alios, quia non est sub eis, sed super. nã & examinatus iterum examinatur: j. de probat. causam. & etiam probatus reprobatur. ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. reprobari. Secunda verò fit die sabbati, scilicet ante altare, quando episcopus dicit, scis illos esse. de prima loquitur in princ. dictę xxiiij. dist. qñ. de secunda in fi. & vtraq; est episcopo facienda, sed ei fieri non potest in absentia. restat ergo, ꝙ præsens debet esse à feria iiij. vsq; ad diem Dominicum sequentem. si dicis, ꝙ non teneatur ecclesia eum procurare, nisi cùm facit ordines quasi factũ respiciens, ergo nunquam tenetur episcopo ecclesia occasione ordinum, quia dum est in faciendo, non consueuit comedere: nec compositio dicit, ꝙ procuretur, dum facit. Sed quotiescunq; venerit pro ipsis faciendis, quasi dicat, quandocunq; venerit occasione ipsorum ordinum faciendorum, & nos probabimus, ꝙ hac occasione debet venire feria iiij. & morari, &c. vt s. certè ergo nõ est episcopus ad angulum restringendus. arg. ff. de vi & vi arm. l. j. §. ibi autem vide. §. Si dicis, Compositio facta est contra ius, ergo restringenda? Respondeo non est verum, quia ab vtraq; parte acceptata: imò dico, ꝙ si restringis, contra ius facis. Consuetudo enim pro iure seruatur, sed consuetudo consueuerat esse in ecclesia, ꝙ episcopus plenè procuraretur, quandocunq; veniebat obtinuit tempore domini Heremundi, qui sicut audiuimus, ita dominabatur in claustro, sicut & in castro Lucij, & temporibus aliorũ episcoporum, quamuis sufficerent xl anni. ergo compositio restringit episcopum, & de iure consuetudo diminuit. Si ergo iterũ restringis interpretando, facis contra consuetudiuem, & sic cõtra ius cõmune. talis. n. consuetudo laudabilis est, & præscriptibilis. Vnde triplex est ꝓcuratio, j. de cẽsib. ꝓcurationes scilicet ratione cõsuetudinis. xviij. q. ij. seruitiũ. ratione pacti. j. de censi. quãto. ratione visitationis. vltima regulariter recipitur semel in anno, nõ pluries, nisi ecclesia egeat, aliàs cẽties in anno recipi posset: duę verò primę semel aut pluries sicut de consue. vel ex pacto est, fieri debẽt. Sed dices, qua ratione iuuatur hæc cõsuetudo, vel hoc pactũ? Rñ. generaliter per §. ait prætor. sed in hac ecclesia aliquod obtinet peculiare, quia sponsa est, ideoq; magis tenetur episcopo prouidere, ar. j. de testa. requisiti. §. secus autem est. post medium. c. & ar. ff. de re iud. non tãtum. & l. sequenti. Debet ergo sponsa spõso ꝓuidere, cũ ibi à xl. annis citra nihil perceperit, quia cũ extraneis teneatur. xlij. dist. §. j. & per totum: s. de supplen. neg. præla. c. ij. j. de contrahend. empt. & vend. c. j. multo fortius suis: j. de coha. cleri. & muli. c. j. j. de testa. cum in officiis. certè multò fortius episcopo qui superior est: vt in princip. diximus. Imò dicimus, ꝙ ecclesia tenetur nobis in omnibus solennitatibus, cum & ipsi teneamur festinare, & sic tenetur nobis, cum causa ecclesiæ veniamus. hoc ignorabat strictè interpretans. sed probatur vij. q. j. temporis qualitas. præterea quolibet die Dominico, & festiuo, potest ordines minores celebrare. vt not. s. tit. j. §. quo tempore. ergo his omnib. tenetur prouidere, si occasione hac veniat, & etiam quolibet die Dominico debemus celebrare. de conse. dist. iij. episcopus, nisi iusta de causa impediti simus, vt ibi. nam quodlibet iustum impedimentum excipitur: j. de cleri. non resi. inter quatuor. & c. vlt. nec de intentione componentium iudicamus, sed de iuris interpretatione allegatis auditis: quia sic cõpromisimus, vnde obtestamur. Ita Archidiacon. vt interpreteris hæc dubia compositionis, sicut tibi de iure videbitur interpretandum, & manda memoriæ, quòd non est inter nos & sponsam nostram amara interpretatio facienda. arg. ff. de dona. inter virum & vxo. si id quod. §. si quas secundum operas. Fuit autem interpretatus archidiaconus, ꝙ die Veneris poteramus venire, & die Dominico sequenti, sumpto prãdio recedere. Item, quòd quater in anno possumus venire pro minoribus ordinib. celebrandis die sabbati in sero, & crastina die, sumpto prandio, recedere. Si quæris, quid sentio. respon. vt ex vimentis

mentis compositionis occasione minorum ordinum non procu. ret, in aliis autem sto allegationibus supradictis. Patet ex præmissis, quando fieri debet primum scrutinium, quia feria iiij. ante sabbatum, in quo ordines celebrantur: secundum verò in ipsa ordinatione. xxiiij. dist. quando infrà eodem. ca. vnico.

4 Per quos. † Per Archidiaconum de iure communi, vt dictũ est. arg. xxiij. dist. psalmista. & propterea si indignus præsentetur, tenetur, qui examinauit & præsentauit. liiij. dist. si seruus. arg. infrà de præb. cum secundum. §. inde est. tenetur & ordinator. j. de æta. & qual. accepimus. vel quia tenetur de facto Archidiaconi, sicut exercitor nauis de facto sui magistri. ff. de exer. act. l. j. §. magistrum. arg. infrà de offic. Archid. ea quæ. vel quia imputatur, si in examinatione Archid. cõtentus fuit, quia iterum examinare potuit, secundum Gof. canon tamen innuit, quòd nõ, nisi promotis & examinatoribus debeat imputari. xxiij. di. quando. Quid si Archidiaconus repræsentet aliquem ad titulum patrimonij sui scilicet ordinandi, cum nullum habeat, vel minus sufficiens, archidiacono hoc sciente, & episcopo ignorãte? dicunt quidam, quòd imputandum est clerico, qui non potest ignorantiam allegare. suprà de rescrip. ab excommunicato. & ideo quærat vi-
a ctum manu propria [a]. xcj. dist. clericus. arg. infrà de æta. & quali. accepimus. alij dicunt, agere potest cum effectu, ne cogatur mendicare in ignominiam ordinis clericalis. ad quod facit quod no. suprà de renun. in fi. aget autem contra archidiaconum primo loco, quia dolus eius culpę ordinantis præponderat. ff. ad le. Aquil. Item si obstetrix, sed in subsidium cõtra episcopum, secundum Goff. argu. ff. de dolo. eleganter. §. pen. ff. de eo per quem factum est. l. vlti. respon. j.

5 Quæ sit forma ipsius. Forma† primi scrutinij, est, vt incipiat à feria iiij. præcedente sabbatum ordinum. vt dixi s. §. quando fieri debet. & per triduum debet diligenter inquiri de vita ordinandi, de genere, de patria, de ætate, de institutione, id est, titulo ad quem ordinatur, de loco vbi conuersatus est, de cõscientia, de fide, & de aliis, de quibus dixi s. titu. j. §. & cui. igitur per tres continuos dies examinẽtur, & sic sabbato qui probati sunt, Episcopo præsententur. xxiiij. dist. quando. Forma verò secundi scrutinij hęc est, quia in Romana ecclesia prior diaconorũ, in ecclesiis aliis maior diaconus, id est archidiaconus dicit ante altare, Postulat sancta mater ecclesia hunc subdiaconum, vel diaconum ad onus diaconatus, vel presbyteratus assumi: & ordinatore interrogãte, Scis eum esse dignũ: respondet, quantum humana fragilitas, &c. in qua responsione non peccat, dum tamen contra conscientiam non loquatur, alioquin contrà. xxviij. quæstione j. §. primo. j. de præscrip. quoniam. quia quem nescit indignum, debet præsumere fore dignum: j. de præsump. dudum. ff. de manumis. test. l. testamento seruos. ff. de le. ij. cùm pater. §. rogo. j. de iud. cum deputati. ff. de fideicommis. lib. Thais. §. sorore. sed contrà. C. de his qui ven. æta. impe. l. iij. C. de proba, ex persona. ff. de magistra. conue. l. j. §. si magistratus. C. de diuiden. tut. l. j. probantur hæc iura, quòd præsumitur quis nõ soluendo, & pauper, nisi probetur. sed contra. ff. de priuileg. credi. si creditores. in fin. dic quod ibi imputatur creditoribus, qui recenter non postulauerunt hæredem suspectum, & ideo præsumptio est contra eos, quare onerantur probatione: nec enim præsumitur dines, nisi euidens sit. ff. qui satis. cog. si verò. §. qui pro rei qualitate. Quare ergo præsumitur quilibet bonus, sed non præsumitur soluendo? respond. quia virtutes naturaliter debent interesse homini. ar. suprà in proœmio. verum est post baptismum, quia in baptismo confertur gratia. de conse. dist. iiij. c. ij. & c. per aquam. Sed congregatio diuitiarum ex accidenti venit, vnde adest, & abest, vt in auth. vt omnes obed. iudi. §. j. colla. v. vel refert, vtrum appareat quòd semel fuerit soluendo, & sic adhuc esse prę-
b sumitur, nisi cõtrà probetur. vel q; semel cesit bonis, & sic adhuc esse prę-sumit nõ soluẽdo, nisi contrà ꝓbetur. arg. C. de proba. siue possidetis. & sic potest intelligi contrà, & quod dixi, q; quilibet præsumitur bonus [b], verum est, quãdo quæritur de persona promouenda. secus autem, quando quæritur de persona saluanda, vt in cõtra. j. fig. ratio hæc est, quia persona carnalis, & honores carnales, anima verò spiritualis, & saluatio spiritualis: in quolibet ergo proprius fauor attenditur & dilatatur, quia semper sunt fauores ampliandi. ff. de liberis & posthu. cùm quidam, xxij. dist. renouantes. Vnum tamen scias, quòd vbi vertitur periculum animæ, præsumitur quod salutarius est animæ, quia tutius. vt infrà de spon. iuuenis. ideo in dubio præsumitur quis excõmunicatus, j. de sententia excommuni. cùm desideres. §. secundæ. & de clerico excom. minist. illud. §. ij. Item in dubio præsumitur quis fornicator, xxx. quæst. v. aliter. & c. nostrates. Item in dubio præsumitur quis Paganus, siue non baptizatus, de conse. dist. iiij. paruulos. & c. si nulla. infrà de baptis. c. j. Item in dubio præsumitur quis non ordinatus. lxviij. dist. presbyteri, & §. se. nisi inter Christianos conuersatus sit: sicut tamen traditur, infrà de presbyt. non bapt. veniens. Item in dubio præsumitur ecclesia nõ consecrata. de conse. dist. j. solennitates, & c. b ecclesiæ. Quòd si archidiaconum remordeat conscięntia, studeat hoc ordinatorio secreto, antequam ad hoc veniat scrutinium, nuncia re. Dominus verò Papa his verbis tantùm vtitur in ordinum collatione, non in consecratione, infrà eod. c. vnico. Quid si archidiaconus malitiosum impedimẽtum secretò attulerit, dic quòd deliquit non modicum. arg. infrà de conuer. coniu. veniens. §. j. & ideo c canonicam non effugiet vltionem. arg. infrà, de clande. despon. cum inhibitio. §. fin. debet ergo sibi cauere ordinator, nec de facili credere, ergo diligenter examinet veritatem: quod dic vt not. de simili materia, suprà titu. j. §. & à quo ad finem.

6 Quid iuris, si quis sine examinatione† fuerit ordinatus: dist. si sit ignotus, quamuis aliàs dignus est, tamen deponendus. xxiiij. dist. c. vlt. & fit hoc vel in odiũ illius qui sine examinatione ordinandus est, vel in odium illius qui taliter ordinauit. arg. lxx. distin. c. j. xvj. q. vij. decernimus. xxj. q. ij. c. j. infrà, de præb. cùm secundum. §. licet. Sic & ecõtrà consecrata in odium consecratoris dicitur execrata. j. q. iiij. ecclesia. Si verò sit indignus & ignotus, multò fortius deponendus est, tum quia sine examinatione promotus est, tum quia nõ prodidit crimen suũ. l. di. ex pœnitentib. Quod si notus & dignus sit, in nullo peccat, qa noti non sunt examinandi. ar. xxiiij. dist. nullus. xlvij. di. de Petro. xciij. distin. valde. ff. de in inte. rest. l. j. ff. de ver. obli. l. continuus. fallit hoc in consecrando, qui quãuis notus sit, examinatur. xxiij. di. qui episcopus. secundum Goff. quia circa maiora periculũ vertitur. xlij. dist. quiescamus. xl. dist. miramur. videtur tamen, quòd semper sit facienda examinatio: s. de elec. nihil. respon. j. §. j. & ij. Sed si notus sit, & indignus, deponi debet, quia crimen suum non prodidit, vt dictum est: & ad idem. j. de corpore vitia. exposuisti. s. de renun. nisi cum pridem. §. personæ. liij. dist. si seruus sciente. lvj. di. c. vlt. quod intelligas de graui crimine, secus de leui. lxviij. dist. c. vlt. quod autem dicatur graue, vel leue, dic vt no. s. tit. j. §. & cui. sub §. prima regula. ver. hęc voco, & sequent. Sed per quem fiet depositio per superiorem, non per ordinatorem. ar. j. de cleri. coniu. diuersis. in fi. nam ordinator in causa depositionis est. j. q. j. si qui episcopi. in authẽ. quõ. opor. episc. §. oportet. col. j. Quid si ordinandus proprium impedimentum prodidit, & ordinator nõ intendens dispensare ipsum, nihilominus ordinauit, & quidem postmodum impedimento detecto, non recipitur ordinatus. hic enim est casus decr. lxxxj. dist. si quis sine examinatione.

Quid si promouendus in scrutinio impedimenti sui suppresserit veritatem? Videtur deponendus: quia ex quo examinatur promouendus ad ordines, debet impedimẽtum suum prodere, xxiiij. dist. quando. & c. vlt. lxxxj. dist. tantis. & c. quicunque. viij. q. iij. Artaldus. in fi. sed secundum Hug. si generaliter interrogetur, sufficit, si dicat in genere se criminosum, & sic petat dispensationẽ. Sed si specialiter interrogetur, respondebit se pœnitentiam egisse: vel non respondebit, quia specialiter interrogans magis videtur suggere, quàm quærere. ar. ff. de quæsti. l. j. §. qui quæstioni. sed contrà de pœni. dist. j. §. his authoritatibus. vbi habes, Non tibi dico, vt te prodas in publicum. Sol. Loquitur in pœnitente, qui non cogitur se prodere: secus in ordinãdo, qui nisi prodat se, secum non poterit dispensari. debet ergo se prodere corã omnibus: quia prodere est, in publico dicere. ij. q. j. si peccauerit. ficut enim episcopus nõ audit causam solus, xv. quę. vij. episcopus. sic nec solus dispensabit, alioqui probaretur dispensatio, nisi coram pluribus fieret: quæ tamen probanda est. infrà, de schisma. fraternitati. Nedum in examinatione ordinis, sed & in iure interrogatus quis prodere debet crimen suum, de quo agit. ix. q. iij. quisquis. xv. q. vlti. c. j. & pe. xxxv. q. vj. si duo. hæc fuit opinio Hug. Alij dicunt, q; neq; in iudicio, neq; in examinatione ordinationis tenetur qs prodere se, si pœnituit, qa Deus occultat peccatũ post pœnitẽtiã. xxxij. q. v. apud misericordẽ. & ficut licitũ
c est cuilibet redimere sanguinẽ suũ [c] qualitercũq; potest. ij. q. iij. §.

a Victum manu propria.] Adde an ædes possint facere salutares, vide gl. in c. cano num. 14. q. 4. Abb. in c. relatum. el 2. in 8. not. de test. S. Tho. secunda secundæ, quæstione 187. art. 3.

b Quilibet præsumitur bonus.] Adde c. nonnos. 40. dist. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. regula semel, de re. iuris. lib. 6. dic, quòd ista iura limitantur, nisi agatur de periurio alterius, secundum Abb. in c. cum in iure. de offic. dele.

c Sanguinẽ suum.] Adde quid de clerico, an debet effundere pro defensione ecclesiæ, vide tex. & ibi Doct. in ca. cùm minor. 3. quæstio. 8.

a Nouē sunt ordines.] Adde gl. in verbo, Episcopus. in proœ. 6. diffuse per Car. Alex. in c. cleros. in notabilibus. 21. dist.

b Episcopatus sit ordo.] Adde gl. in c. de his. de consecrdist. 5. gl. in c. post translationem. de renunc gl. in c. quia periculosum. de sent. excom. lib. 6. Ant. de But. in c. cum contingat. de ætate & quali. Car. in cle. in plerisq; in 11. q. de cle. Abb. in c. si quis pro certo. in 1. not. de simo.

notandum. ff. de bonis eo. qui ante sent. mor. si. com. l. j. Sic & honorem suum. Dic, quòd enorme delictum tenetur prodere in ordinatione, graue autem post pœnitentiam, dummodo occultum sit, prodere non tenetur, multo minus, leue. Secus, si notorium sit: quod dic vt no. s. tit. j. §. & cui, sub §. prima regula. vers. item dispensandum. & versicul. si in notorio. & vers. hodie. & sequent. & vide quod no. infrà. de testim. §. super quibus. versic. de personis. Siue autem in specie, siue in genere quæratur, sic poterit responderi: Si hoc, de quo quæritur, commisi, vel si mortaliter peccaui, pœnitentiam inde egi, secundum Goff. quasi dicat, talia peccata dimissa sunt per pœnitentiam. Sed cum hoc iurare, non paruæ temeritatis existat, infrà, de pur. cap. accepimus. §. porrò. quomodo hoc simpliciter asseret, cum inter iuramẽtum, & simplicem loquelam nõ sit differentia apud Deum. xx. q. v. iuramenti. ideo dic, quòd si aliquando notorium fuit, tenetur illud specialiter prodere, & dispensationem petere: alioqui vel tacebit. xxij. q. ij. ne quis. aut poterit dicere, sentiat Augustꝰ. quicquid voluerit, quia me conscientia non accusat. xj. q. iij. senti. hoc enim sufficit, dummodo contra conscientiam non loquatur: infrà eo. c. vnico. Quid si confiteatur, se cõmisisse mortale, de quo non egit pœnitentiam, nunquid potest puniri? videtur quòd sic: suprà, de elect. per inquisitionem: infrà, de excess. præla. quàm sit graue. dic ab ordinatione repellitur. xxiiij. dist. quando. in fi. aliter autem non punietur. arg. infrà, de or. cognit. cũ dilectus. §. fi. infrà, de except. denicꝙ. ff. de his qui not. infa. Lucius, nec obst. prima iura: quia prima decr. loquitur in iudicio, scilicet quando fit generalis inquisitio: secunda, quando clericus, nulla necessitate compulsus, extra iudicium publicè de suo crimine gloriatur. hæc autem loquitur in foro misto, partim iudiciali, & partim pœnitentiali: quia iudiciale est, nõ ordinatur, sed repellitur: quia spirituale nõ punitur, nec publicatur, nisi quatenus se publicauit. In summa de omnibus episcopis consilium quod tenui, vt diligenter examinent, vel examinari faciant, non excommunicẽt, sicut multi faciunt, ne laqueos parent. super quo vide quòd not. infrà, de eo qui fur. ord. sus. laqueus enim vitãdus est. xxvij. q. j. de viduis. ij. ergo absoluant ad cautelam ordinãdos publicè in ecclesia ab omni excõicationis vinculo, & cũ eisdẽ sup omni irregularitate dispensent, in quib. possunt & debent, secundum Deum & canones. hæc enim absolutio & dispensatio etiam missi ab extraneo prælato proderit, inquantum proprius prælatus cum eisdem dispensare posset: quia omnia illa videntur esse commissa, sine quibus ordinatio expediri non potest. ar. j. de off. deleg. præterea.

De ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ℣ Ordines sunt nouem.
2 Ordinati ab episcopo excommunicato quid agere debeant.

PRosequitur author tractatum ordinandorum, & ostendit in superioribus, quòd à proprio episcopo, vel de mandato eiusdẽ est qui libet ordinandus: sed quia is renunciauit, iam desiit esse proprius, nec non excommunicatus excõmunicatione durante suspensus est, ne quis vana simplicitate ductus, seduci posset: in hac parte apponit rubricam de ordinatis ab episcopo, &c. determinans, Quid iuris sit de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit vel resignauit. Et quid iuris sit de ordinatis ab episcopo excommunicato.

Quid iuris sit de ordinatis ab Episcopo

1 qui renunciauit episcopatui, vel resignauit, vt hoc melius videas,
a scire debes, ℣ in ecclesia hac militante nouẽ † sunt ordines [a] clericorũ, sicut in triumphante nouẽ sunt ordines angelorũ. Primus est ordo tõsuratus: j. de sentẽtia & re iud. cũ inter vos. rñ. j. ibi tonsuratione: siue clericatus, j. ti. j. cũ cõtingat. in fi. vel psalmistatus. xxiij. di. psalmista. Secundus ostiariatus. Tertius lectoratus. Quartus exorcistatus. Quintus acolitatus: & hi v. dicunt minores ordines. Sextus subdiaconatus. Septimus diaconatus. Octauus presbyteratus. Nonus episcopatus, & hi quatuor dicũt maiores ordines. Alij dicunt, qd̃ septẽ tãtùm sunt ordines in ecclesia: quatuor minores, & tres maiores, negant enim psalmistatum fore ordinẽ, sumũt ex hoc illo decreto, lxxvij. di. illud. vbi dicit, primò fit ostiarius: ergo dicũt ante ostiariatũ nõ est ordo. sed tu dic, ℣ illa dictio primò non respicit præcedentẽ ordinẽ, sed sequẽtes, licet alias primus & ℣pximus dicat quẽ nemo antecedit: j. de vers. fig. Iosephi. ff. de ver. sig. ℣pximus, & eodẽ modo intellige, xciij. di. à subdiacono. sed ℣ psalmistatus sit ordo, s. ostensum est. & ℣pbatur xxj. dist. clericos. xxxiij. dist. feriatim. lxxij. di. clericũ. xvij. q. iiij. si quis suadẽ-
b te. xxvij. q. j. si quis episcopus. Quod etiã episcopatus sit ordo [b], probatur lxxvij. dist. c. j. j. de presbyter. nõ bap. veniens. xxj. dist. clericos. liiij. dist. si seruus. secundnm Goff. s. de temp. ordi. si archiepiscopus, & c. seq. C. de episc. & cler. auth. episcopalis ordo ideo dicitur, ℣ aliqua sunt episcopalis ordinis, quæ nõ possunt inferioribus in ordine demandari: j. de consecr. eccle. vel alta. aqua. His præmissis circa solutionem huius quæstionis sic distingue, quia refert, vtrum talis episcopus renunciauerit loco tantùm, sed non dignitati, in quo casu & in sua diœc. quondam & in extranea à diœcesano rogatus, potest, sicut antea, omnes ordines celebrare: j. eo. c. j. ver. nam in primo casu. est enim episcopus quãuis nullius loci: quod dic vt not. s. de elec. §. quo tẽpore. ver. & nunquid. & de transl. episcopi. §. cuius authoritate. ver. verùm cùm matrimonium. Vel loco, & dignitati. & hic possunt minores ordines recipi. intelligas semper de licẽtia diœcesani proprij. vt s. de tempo. ordi. §. & à quo. & est ratio. quia hi ordines quandoq; à non episcopis conferuntur, j. c. j. ver. si enim à tali. quia olim conferebantur à coepiscopis: sed quæ pontificalis ordinis sunt, nõ poterit exercere. lxviij. dist. §. inter episcopos. & c. quãuis coepiscopis. hodie etiam conferuntur ab Abbatibus, ex quo ab episcopo manus impositionem receperunt, & constat ipsos esse presbyteros. lxix. dist. c. quoniam videmus. j. ti. j. cùm contingat. nec est mirũ, quia secundum Goff. ordinem psalmistatus potest conferre presbyter qui curam habet, non alius, maximè si sit archipresbyter, vel plebanus. sic intellige, xxiij. di. psalmista. & hoc potest facere diebus Dominicis, vel festiuis, sicut dictum est de episcopo s. de temp. or. §. quo tempo. Bertrandus doctor Decretorum contrà, & quod dicit illud c. psalmista officium cantandi suscipere, non intelligit de ordinis collatione, sed ordinis collati ab episcopo executione: ergo secundum B. expone officium, id est, officij executionem, secundum Goff. expone officiũ, id est, officij ordinẽ. nec ob. quod dicit Goff. ℣ in aliis ordinibus, & ordo confertur ab episcopo, & in signum executionis datur ab eodem episcopo aliquid ordinatò, quia hoc in isto ordine non seruatur. nec obstat, quòd nullus est sine tit. ordinandus. lxx. distinct. cap. j. & ij. quem solus episcopus conferre potest. xvj. quæst. vij. nullus. quia illud intelligendum est de maioribus, & non de minoribus ordinibus, secundum Goff. imò & alius potest titulum assignare, j. de iure patro. c postulasti. aliquoties de consuet. aliquoties ex priuilegio speciali: arg. j. de excess. prælat. accedentibus. Hæc sententia Goff. ex ordine scripturæ libri pontificalis, quem aliqui vocant ordinarium episcopi, reprobatur, & sentẽtia magistri Ber. approbatur, ℣ primò ponitur ordo ad clericum faciendũ: secundò ponit ordinatio ostiarij, & in medio ponitur dictũ decr. psalmista. de verbo ad verbũ. quasi dicat: Ostendimus sub qua forma prima tonsura det ab episcopo, ex quo sic tonsuratus est psalmista, id est, cãtor postquã ab archidiacono instructus fuerit, potest absq; conscientia episcopi sola iussione presbyteri officiũ cantandi suscipere, dicente sibi presbytero, Vide vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus cõprobes. quasi dicat: Hęc sunt verba, quibus dictis habet executionẽ officij. nam per hæc verba non recipit ipse ordinem, ℣ sequeretur secundũ opinionẽ Goff. Reprobatur etiã hæc opinio j. ti. j. cũ contingat. nã sicut ibi sumi potest à sensu contrario, non licet abbati, quamuis presbytero, hunc conferre ordinẽ, nisi ab episcopo receperit manus impositionẽ, ergo non licet hoc simplici sacerdoti: sed Gof. respexit corruptelã Apuliæ, vbi de facto hoc faciũt simplices sacerdotes, sicut & presbyteri Græci de corruptela, quasi simili cõfirmabãt, q̃ reprobatur s. de cõsue. quãto. Posset & illud dici, ℣ ibi non appellatur psalmistatus ordo, sed officiũ cãtandi. & sic nõ loquitur de illo qui habet primã tonsurã, sed de illo qui literas audiuit, & scit legere, & cantare. & est sensus ℣ licet talis sit, tñ nõ debet cantare intra ecclesiã ad officiũ, nisi ab archidiacono primò examinetur. ar. s. de elec. qualiter. Sed postea si cõprobetur ab archidiacono absq; cõscientia episcopi, &c. vt s. & sic potest intelligi sententia Gof. sententia verò B. in ordine clericatus: sed sentẽtia magistri Bertrãdi in di. vera videtur: qa est plnũ, ℣ Gof. non de officio, sed de ordine hoc intellexit. Si verò à tali, scilicet qui loco & dignitati cessit, sacros ordines quis scienter receperit, executionẽ officij nõ habebit. j. eo. c. j. §. sanè intelligas. nisi per Papã dispensetur. Quid si à tali etiã sacros ordines aliquis ignoran-

ignoranter receperit, poterit, nisi ignorantia crassa & supina fuerit, discretus Pontifex dispensare. ī. eo. c. j. §. fi. Est autem probabilis ignorantia, vbi renunciauit in curia, & veniens dixit, q̄ non renunciauerat dignitati, vel etiam omnino tacuit renūciationem, quam fecerat, sicut not. in casu simili, s̄. de tempo. ord. §. & à quo. versi. hi verò qui ordinantur. Sed quid si simpliciter & indistinctè renunciauit, & quidem simpliciter videtur intelligendū: quia indefinita, & c. infrà, de priuilegi. quia circa. & quia vbi lex non distinguit, & c. ff. de offi. præsi. l. iij. & quia imputandum est ei, qui legem potuit apertius dicere. ff. de pac. l. veterib. ergo si quis dicat, q̄ loco tantùm renunciauit, hoc probet vt innuitur ī. eod. c. j. §. j. & expresius. ar. s̄. de renun. post translationem. §. cùm ergo. ibi maximè, si veritate subnititur, q̄ dictus I. loco tantummodò cesserit, & non ordini. cum enim ordo detur ratione ecclesiæ, vt s̄. de translatio. episc. c. inter corporalia. §. fi. ex quo renunciat ecclesiæ, præsumitur renunciare & ordini, imò per quādam consequētiam renunciatur. ar. ff. de reg. iur. cum principale. & s̄. de constit. translato. Sed contra, quia nisi Apostolica sedes eidem inhibeat, videtur q̄ possit, sicut prius, pontificale officium exercere. arg. s̄. de renun. post translationem. §. cùm ergo. ver. tunc enim esset. Item si nego me renunciasse ordini, & tu asseras in contrarium, tibi incūbit probatio. ff. de proba. ei qui dicit. nam & præsumptio est pro me. arg. s̄. de renun. super hoc quod scisciteris. Item quia semper remanet character, & matrimonium spirituale, quod inter me & ecclesiam generalem intelligitur consummatū in consecratione, secundum ea quæ not. s̄. de transla. episc. §. cuius authoritate. versic. patet ex præmissis & præcedenti. & ī. de schismaticis. §. quid iuris. vers. mirum tamen. Sol. non absurdum dist. potest, vtrum renunciauerit propter criminis conscientiam, & tunc simpliciter videtur renunciasse. arg. vij. q. j. hæc nequaquam. & s̄. de renun. post translationem. §. quanquam. nā sicut quando pontificale officium exequitur, non præsumitur cessisse propter crimen: sic vbi propter crimen cessit, non præsumitur, q̄ executionē retinuit. argu. in d. c. post translationem. §. cum ergo. ver. tunc enim. & præced. & j. q. vij. sancimus. Si verò propter aliam causam fortè vtilitatem ecclesiæ, non defectum personæ tangentem cesserit, sicut innuit s̄. de renun. quidam potest subdi. vtrum ita dixerit, Cedo ecclesiæ, & tunc videtur dignitatem seu ordinis executionem retinuisse, & sic intelligi possunt iura inducta, s̄. eo. versi. sed contra, vel dixerit, Cedo episcopatui, & tunc videtur cessisse oneri & honori. hoc videtur innuere Rubrica hæc de ordinatis, & c. vel simpliciter dixerit, Cedo, & in his vltimis duob. casibus, & vbi etiam de causa quare cesserit, cōstare non potest, præsumitur indi. cessisse. & sic intellige iura inducta, s̄. eo. versic. respon. j. hæc tamen vltima subdistinctio videtur reprobari. vij. q. j. scire debes. Sed si intelligas, quòd ibi loquatur de ecclesia speciali, verum est quod dicit, quando episcopus est ecclesiç alligatus, si de generali, non contradicit.

Et quid iuris sit de ordinatis ab Episco-

2 po † excommunicato, si scienter quis à tali recipit ordines, indignus est dispensatione, arg. in his quæ not. s̄. eo. §. proxi. versi. si verò. Sed si ignoranter cum eo potest per proprium episcopum dispensari, ī. eo. c. ij. dispensabitur autem, quò ad executionem tātùm. quod dic vt plenè no. s̄. de temp. ordi. §. & à quo. per totum. §. nam excommunicatus licet characterem quem habet transferat. quod dic, vt plenè not. ī. de schisma. §. quid iuris. executionē tamen, quam non habet, transferre non potest. j. q. j. c. gratia. & c. statuimus. & q. vij. c. Daibertum.

De Aetate & qualitate, & ordine præficiendorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Minor xxx annis in episcopum non est præficiendus.*
2 *Mores clericos nobilitant.*
3 *Rector parochialis ecclesiæ quis admitti non debet, nisi sit in sacris.*
4 *Prælatus an possit compellere clericos inuitos ad ordines suscipiendos.*
5 *Clericus coactus ad ordines suscipiendos, an recipiat characterem.*
6 *Defectus scientiæ nimius in episcopo quis dicatur.*

DIctum est suprà de ordinandis. Sed quia ordinādi præficiendi sunt, cùm nullus ordinandus sit sine titulo, vt not. ī. de præb. sub §. illud. in summa, videamus de præficiendis. Vel sic dictum est, & c. vt s̄. & quia si episcopus aliquem ordinauerit sine titulo, cogendus est, a vt ordinatum præficiat, etiam si à prædecessore ordinatus fuerit, nisi per exceptionem repelli possit, videamus de his quæ requiruntur in præficiēdis, & sic de ætate & qualitate, & c. Sed contrà. Episcopus enim illos debet idoneos reputare, quos ad ordines iam recepit: ī. eod. accepimus. §. pe. ibi eo præsertim, quò ad obtinendum beneficiū ecclesiæ, & c. Ex quibus verbis præcedentibus & sequentibus satis conuincitur, q̄ episcopus de rigore iuris non potest se tueri contra clericū quem ordinauit, excep. aliqua tamen æquitate pensata potest, qa delictum personæ non debet redundare in damnū ecclesiæ. xvj. q. vj. si episcopum. sed nihil est quod magis officiat ecclesiis. vt s̄. de electio. c. nihil est quod magis, & c. ī. de præb. c. graue. Sed contrà, quia non potest venire contra factū suum, ī. de fil. presbyt. veniens. & de cleri. coniug. diuersis. vel verum est, vbi propter defectum vult eum remouere vel repellere: secus, si propter vitiū personæ, ī. eo. c. accepimus. in isto enim casu læderetur publica honestas & vtilitas, ergo iudex occurrere debet. ff. de post. c. quos prætor. infrà, de excep. l. exceptionem. xxxv. q. ix. c. q̄ quis. ī. de reb. eccle. non alie. c. si quis presbyterorum. & sic non facit Papa iniuriā ordinato. nam & si ponamus q̄ vterq; in culpa sit, & q̄ episcopus nihil possit obiicere superiori, tamen non præiudicatur, quò minus examinet eum qui ab eo petit beneficium, quia ad hoc tenetur ex officio: s̄. de elect. cùm nobis olim. §. pen. Nec ob. quia de delicto vnius sæpius quærendum non est. ff. naut. cau. sta. l. licet. §. pen. ī. de offi. leg. licet. quia verum est, quo ad hoc, vt puniatur seu in modum accusationis. porrò in modum exceptionis sępe & sæpius quæri potest: ī. de testi. c. testimonium. Item ad minus locus est gratificationi: sed æquius est, q̄ gratificet episcopo, qui in alterius factum aliquam potest allegare ignorantiam, quàm promoto. qui de facto suo certus erat: s̄. de rescript. ab excōmunicato. & s̄. tit. j. c. j. & ij. & ff. pro suo. l. vltim. & sic impuratur ei, quòd non prodiderit crimen suum: ī. de cor. vitia. exposuisti. l. distinct. ex pœnitentibus. lv. dist. quia simpliciter. liij. dist. si seruus. Item hoc notandum est, quòd quamuis esset indignus, vel insufficiens tempore ordinationis, non ideo minus cogetur prælatus prouidere, dummodo vitium vel defectus purgatus sit, vt patet ī. eo. c. accepimus. ibi, vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus haberetur. not. non dicit, Habebatur. arg. s̄. de elec. cùm inter canonicos. & sic contradicit, s̄. de ele. dudum. j. q. j. principatus. Sed hic amittit exceptionem propter culpam suam, ex quo res publica nō offenditur. Item quamuis episcopus ob delictum præsens possit ordinatum repellere, etiamsi non apponatur in literis: non puto tamen, q̄ propter defectum ipsum repellere posset, nisi hoc apponeretur. & secundum hoc intellige quod dicit, ī. e. c. accepimus. §. vltim. Vel dic, q̄ ex quo quis ordinatus est, & vocatus ad militiam clericalem, stipendia quibus sustentetur percipere debet, & sic in ecclesia præficiendus est. xxiij. q. militare. ī. de præbend. extirpandæ. §. j. & in præficiendis quasi eadem requiruntur quæ in ordinandis, ideo post tractatū Ordinandorū, videamus de ætate, & c. subaudi, & scientia. hęc enim quatuor principaliter requirūtur, scilicet, Aetas, Qualitas, Ordo, Scientia. de singulis igit videamus.

1 **Aetas.** Quia minor † xxx annis non est præficiendus in episcopum. quod dic vt not. suprà, de elec. §. quis eligi. versicul. anni xxx. minor tamen aliquando præficitur, sed à solo Papa dispensatur. hoc suprà, de electio. cùm nobis olim. §. final. & in c. innotuit. §. vlt. & de transla. episc. c. j. ij. iij. & iiij. infrà, de offic. leg. quòd translationem. In dignitatibus autem inferioribus, & in ecclesiis parochialibus ætas xxv annorum determinata
a est, in qua sufficit, si vltimus annus cœptus sit: a suprà, de elect. cùm in cunctis. §. inferiora. Sed obiicitur, quia tales debent esse presbyteri, infrà eo. c. ij. lx. distinct. c. j. ij. & iij. sed nō debet fieri presbyter ante xxx ann. Solu. Tēpus sacerdotij arctatur in his, de quibus proximè dictum est, secundum Goff. dic vt no. suprà, de temp. ordi. §. & cui post regulas, sub. §. sed & præter ver. requiritur. Verùm in hoc casu secundum Tan. & sequaces suos nullus similiter dispensat nisi Papa: quia si prælatus contraueniat, punitur. suprà, de elect. nihil est. ergo ex quo meretur pœnam, non habebit præmium dispensandi: argumen. infrà, de donatio. inter virum & vxor. c. & si necesse est. cum suis concord. Præterea lex dicit, quòd nullus potest dispēsare in ætate, nisi princeps, quamuis possit inquiri veritas per alium. C. de his qui ve. ætat. impe. l. j. & ij. ergo standum est legi, nisi canon contradicat, quia & ipsis vtimur in foro nostro, deficiente iure canonico. x. distinct. c. j. & c. si in adiutorium, infrà, de no. oper. nunc. c. j. Ioannes contrà. & dixit, quòd prælati in hoc dispensare

a Annus cœptus sit. Adde gl. in cle. tit. de æta. & qual. Bald. & Doct. in c. cùm vigesimum. dè offic. dele. Car. Ale. in cap. iuuenis. in 2. col. de spon.

b Prælati in hoc dispen sare possunt] Adde Inno. & Ant. de But. in c.dilectus. de tempo.ordi. Spe.in ti.de dispensa.in §. nũc de episcoporum. doc.in c.at si clerici.in §. de adulteriis.de iudi.

c Clericos inuitos.] Adde Ioã.An.in c. licet.canon de elect.li. 6. in nouella. Ray. in summa tit.de ætat or din.in §. num episco pus possit compellere. & in summa confessorum,eo tit.in §. 48.in tit.de obedientia.arg.4.ver.nũquid prælatus.

b possunt, quantumcunq; hoc necessitas vel vtilitas ecclesiæ requirit. ar.ĵ. eo. indecorum tuam.& c.quæris.ĵ.de concessio.præb.c.cum nostris.cum suis similib.& intelligebat,ꝙ prę latus puniri debeat,si indiscretè dispensatur, secundum Goff.in illa cum in cunctis,loquitur de iure cõmuni:in illa,indecorum,ostẽdit à quo anno possint episcopi dispensare: nam & morum probitas supplet defectum ętatis. lxxvij.dist. c.j. C.de præposi.sacr.scri.scire. & l.vnicuiq;.lib.xij.& idem eodẽ modo dissentiunt,ĵ.de pręb.de mulcta.Consentio tñ cum Ioann.quousq; videam ius expressum, dicas ꝙ prælatus in his nec discretè nec indiscretè dispensare potest.cõtrà, s̃.de ele.dudum.c. ij. §.nos igitur.Sol.illam intelligo, si indiscretè dispensat,& idem intellige in omnibus defectibus,qui infamiã non inducunt. nam tales soli papæ relinquo, qui solus infamiã remittere potest.ff.de postu.l.j.§.de qua tracta. ĵ.de sententia & re iudica.cap.cùm te.Si enim vera esset ratio Tancredi,sequeretur ꝙ nec in simplicib.dispensare posset: quia & si illa indignè conferat,punitur,ĵ. de præben.graue.& hoc esset contra titu.qui scripsit,ꝙ in minorib.posset dispensare,nec ob. ꝙ qui habet duos personatus,infamis videtur,quia illud intelligo cum fine dispensatione tenet,vel cũ dispensatione,vel indiscreta. Scio tamen,ꝙ non intelligentib.apparebo mihi ipsi contrarius,tñ sicut Papa intromittit se de episcopatibus, & nullus alius,ita episcopus de personatib.& ecclesiis sibi cõmissis : ĵ.de excess.prælat.sicut vnire. & quamuis concilium Turonense prohibeat diuisionẽ præbendarum,vel permutationẽ personatuũ, tñ contra dispensatur:ĵ.de rerum permu.quæsitum.Et si tu dicas standum legi in ætate,tibi gratias refero.dicit enim lex, quòd impuberes admittendi sunt ad honores,etiam ex causa.ff.de iure immuni.l.ij.§.puberes.ergo à contrario puberes admittendi sunt ex causa,sicut dicit casus legis.ff.de decurio,non tantùm. §. non aliàs. sic ergo concordant omnino cum decretali à qua elicio ar.à contrario:ĵ.eod. indecorum.nec ob.l. C.de his qui veniam ætat.impe.quia ibi loquitur quo ad administrationem rei priuatæ, nõ est tantus fauor rei priuatæ sicut publicæ.Item quia illud non fit tantùm ex necessitate,quantum ex benignitate. Dico ergo,ꝙ instante necessitate ecclesiæ,potest episcopus dispensare in defectum. nã video ꝙ cum peccatore dispensat,necessitate exigente,ĵ.eo.quæris.quanto magis ergo cum illo qui patitur defectũ, contra concilium dispensare poterit. in hoc casu nec intelligitur facere contra concilium, quia semper intelligitur ab illa prohibitione seu præcepto, excepta necessitas tacitè quæ non habet legẽ : ĵ. de reg.iur. quod non est.& de obserua.ieiunij concilium. nam & à sacramento videtur excepta.ff.qui satisda.cogã.l. vlti.ĵ.de iureiuran.breui. Sicut enim iuramentũ contra vtilitatẽ ecclesiæ præstitum periurium est,ĵ.de his quæ fi.à maio.par.ca. cum in cunctis. si conciliũ contra vtilitatẽ ecclesiæ promulgatũ vel intellectũ irrationabile iudico,& si ratione caret conciliũ seu intellectus,caret & iure.ĵ.distin. consuetudo.s̃.de consue.c.j.& de consti.quæ in ecclesiarũ.& c.ecclesia,& ĵ.de sent.excom.nouerit. ex quo etiam ratione caret,extirpandum est.lxviij.dist.cor episcopi.xxxvj.dist.§.ecce. vbi dicitur,ꝙ talis debet esse episcopus, qui omni poscenti sciat reddere rationem. Qui ergo voluerit cõtradicere,dicat rationem, & ero cum eo.Sed malè intelligit ecclesiasticas regulas, qui hoc negat. vij.q.j.scias.in fin.nec obst.c.præcedens.in fi.quia illud de episcopis,ĵ.de excess.præla.sicut vnire.vij. q. j. episcopus. in fin.nam ex necessitate instante,diaconissa minor.l.annis assumitur. in auth. quomodo opor.episcop.§.quanta igitur.col.j.ad hoc.j.q. vij.tali.& c.si illa.Item in præben.ætas.desideratur, quia pueri ad præbendam idonei non reputantur : ĵ. de præben. super inordinata. quod dic,vt ibi not. hoc de rigore iuris.nam cõsuetudo curiæ ad præsens stat opinioni T.

2 Qualitas. Quantum ad mores † hi enim clericum nobilitant,non genus : ĵ.de præb.venerabilis.§. nos igitur.quod dicvt not.ĵ.de institit.§. quis institui.ver.instituendus. Item ꝙ non sit excõmunicatus vel suspẽsus,vel interdictus : ĵ.eo. cum bonæ.& adde quod no.s̃.de temp.ordi.§.& qualiter.& §. & cui.& s̃.de elec.§.quis eligi.

3 Ordo. † Quia etiã ad ecclesiã parochialẽ admitti nõ debet,ni si sit in sacris:sed tñ in hoc & in dignitatib.minoribus possunt episcopi dispensare secundũ oẽs,vt ĵ.eo.præterea. Respõdeat ergo Tancre.& sequaces,quare nõ in ætate, cùm illud videatur minus periculũ,quã in ordine:ætas enim multoties anticipat; ĵ.de despon.impu.puberes.& solo lapsu temporis suppletur. ordo verò non datur nisi per manus impositionẽ:ĵ.de sacra non itera.n.vlti.nec onus eiusdem siue ministeriũ aliquis scire potest,ni si expertus;ideo subdiaconus eligi potest,etiam in episcopũ:quia cum mitistret altari,particeps est secretorũ,& facer ordo est: ĵ.e.à multis.in princ.& in fi.& necesse est, ꝙ is qui eligitur in sacris sit. lx.dist.c.vlti.& per totũ.s̃. de elec.cùm in cunctis. & c. dudũ Inn. Idem videt in acolyto,si talis sit,ꝙ in breui possit ordinari. quod concedo in episcopatu ex dispensatione Papæ tantùm.& idem visum fuit aliquibus ex dispensatione Metropolitani.lx. dist.in episcopũ.ĵ.eo.à multis.respõ.j.ad fi. cùm illud per nullũ ius expresse reuocetur.ego tñ credo hoc tacitè reuocatũ.arg. in his quæ no.s̃. eo.§.ætas.xviij.dist.multis.in fi.lvj.Apostolica.& c.Cenomanen sem.& c.quia simpliciter.ĵ.de cor.vitia.c. ij.& vide quod no.ĵ. de fil.presbyt.§.fi.ver.circa hoc notandũ. ergo in episcopatib. solus Papa dispensat,in minorib. aũt dispensabit episcopus necessitate vel vtilitare vrgente,vnde cum abbate in tali articulo dispẽsat, ĵ.eo.tuam.est & alia ratio quare subdiaconus eligi potest, quia ita coniunctus est ecclesiæ ꝙ de cætero non potest pedem retrahere.ĵ.eo.à multis.§. verum. & cùm diaconis eodẽ priuilegio gaudet:ĵ.de seruis non ordina.miramur. Sed cũ plures inueniantur, qui ętatẽ anticipant, q̃ qui sine experientia exercitium ordinis habent,hi qui cõcedunt,ꝙ in ordine valeãt episcopi dispensare,multò fortius hoc debent concedere in ætate. Circa hoc quæritur,v-

4 trum prælatus † possit cõpellere clericos inuitos c ad ordines re-

c cipiendos ? & videtur ꝙ non.lxxiiij.distin.c.j.& ij.& cap. vbi ista. Sed quidam canones innuunt contrarium. lxxiiij. distinct. si qui cleric.& cap.placuit.Solu. Non compelluntur absoluta coactione,vt in primis concordan.sed conditionaliter cõpelluntur,vt in contrariis.Sed qualiter cõpellentur per subtractionem beneficij vel dignitatis.lxxiiij.distinctio.episcoporum. Sed contrà : quia aliter compellendi sunt, scilicet vt minores & posteriores maioribus & prioribus tempore in sede & in perceptione beneficij præferantur, vt si maiores videntes minores promotos honorem quem refugerant appetere cogantur, & quæstum.lxxiiij.distinctione.cap.consuluit.hanc considerationem videtur habuisse Gregor. infrà. de maioritate & obedientia. statuimus. Solu. Primum ius loquitur,quando necessitas ecclesiæ:secundum,quã do vtilitas eiusdem ecclesiæ exigit, vt clericus ordinetur. secundum Hugo. hæc solu. videtur improbari infrà eodem. quæris. ibi loquitur de necessitate vel vtilitate alternatiuè, & in vtroque casu dicit eodem modo clericum compellendum. Ideo dicunt alij,quòd cùm diuersæ pœnæ statuantur, potest incipere iudex, à qua maluerit : ad aliam,si proteruitas contumacis exegerit,nihilominus processurus.infrà, vt lite non contestat.capi. quoniam frequenter. §.vltimo. Frater Raymundus distinguit,vtrum si clericus habens dignitatem vel beneficium, cui certus ordo annexus est : putà abbas est,vel decanus, vel præpositus,vel archipresbyter,qui debet esse presbyter,vel archidiaconus, qui debet esse diaconus : & tunc per subtractionem beneficij compellitur. infrà eodem. cap. j. lxj. distinctione. cap. nullus. nisi fortè iusta causa excuset clericum,in quam sine culpa sua inciderit.suprà, de elect. cùm in cunctis. §. inferiora.& §.hæc sanè.nec obstat appellatio. vt ibi dicit & lx. distinctio. innouamus. quidam tamen non admittunt hunc casum:quia si aliqua iusta causa interuenien te promoueri non possunt, prælationes amittunt. infrà eodem cap.j. Sed quod ibi dicit, quòd si aliqua iusta causa prohibente subaudiendus,in quam inciderit culpa sua, putà quia maritus ipsum inueniens cum vxore,cepit vindictam de fratribus, vel ipsemet credens placere Deo, fecit sibi virilia amputari. infrà, de cor. vitia.ex parte Bartholomæi,& c.significauit. alioqui contrà, quia non est addenda afflictio afflicto.infrà.de cleric. ægro. ca.j. lv.distinct.præcepta.ff. de stat.homi. qui furẽ. ff. de post.l.j.§. casum.hoc breuiter intelligo,quòd si culpa non præcesit casum, ei imputabitur : sicut nec medico imputatur,si potionem dat,& infirmus aliquo fortuito casu moriatur, ita quòd medicus non deprehendatur in culpa ante factum, vel in facto, vel post factum: infrà eodem ad aures. Ante factum deprehenditur in culpa, quando non est peritus in arte,vel quando intromisit se de ministerio alieno : puta religiosus est qui intromittit se de chirurgia, quod officium ad ipsum non pertinet : infrà, de homi. c. tua nos. In facto autem deprehenditur etiam culpa, quando non dedit potionem iuxta traditiones artis, imò initebatur prudentiæ suæ contra iura : suprà, de constitut.c.j.& cap.ne innitaris. Ex postfacto in culpa deprehenditur,qñ circa custodiam infirmi non apponit diligentiam,quam deberet, nec excusatur,si custodiam minus diligentem dimiserit, vbi videbatur periculum

riculũ imminere, arg. ĩ. de offic. arch. c. ea quæ. caueat ergo ne plures curas simul & semel recipiat, quia si infirmitas cõtinuam diligẽtiam exigit pluribus intentus, &c. & dum ad vtrumq; festinat, &c. Infrà, de cleri. coniug. c. diuersus. hæc triplex culpa colligitur, ĩ. eod. ad aures. & ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. fin. & l. sequenti. Ergo secundum fra. Ray. quando certus ordo annexus est beneficio, per subtractionem beneficij compellitur. quod intelligo vt præmisi. Si verò beneficium non habeat annexum certum ordinem, & necessitas ecclesiæ requirit, q; clericus promoueatur, si clericus excusat se occasione criminis quod se commisisse proponit, aut aliud impedimentum prætendit, intelligas in quo incidit culpa sua, tunc episcopus debet promouere inferiores idoneos, & ipsum etiam clericum, nisi aliàs sit valde vtilis & necessarius illi ecclesiæ à dicto beneficio penitus amouere, ĩ. eod. c. quæris. §. ĩ. & sic potest intelligi lxxiiij. distin. consuluit. Vbi verò prætendit impedimentum temporale, puta infirmitatem, vel perpetuum ex delicto suo non proueniens, non solùm non cogitur, sed si eius non admittatur excusatio, à tali grauamine poterit appellare, sicut & tutor appellat ob excusationem rationabilem non admissam. ff. quando appel. sit. l. j. §. si quis tutor. Sed & videtur sufficere, si se probaturum offerẽs admissus non fuit: infrà, de appel. interposita. Quòd si sola voluntate renuit ordinari, nihil prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appel. re. per subtractionem officij, & beneficij. lxxiiij. dist. c. iij. & iij. Sed si necessitas vel vtilitas ecclesiæ non exigit, inuitum cogere non debet: & si hoc facit, puniendus est. lxxiiij. dist. c. j. & ij. & c. vbi ista. Dicitur autem vtilitas ecclesiæ exigere, quãdo indiget aliquibus ministris in certis officiis. nam certa ministeria certos requirunt ordines, vnde seruiendum est ecclesiæ in eo ordine quem ipsius cura requirit: ĩ. de præben. extirpandæ. §. qui verò parochialem, ergo in ecclesia cathedrali, vel conuentuali quæ plures diaconos, plures subdiaconos, & sic de reliquis, requirit in diuersis ordinibus constitutos, bonus episcopus arbitrabitur cùm nec vnus semper de facili seruire posset: argumen. infrà de offic. archidiac. c. ij. de offic. archipresby. c. ij. quod dic vt not. infrà, de præbend. §. cui conferenda sit. ver. sed nunquid pueris. In hoc ergo casu, quando ecclesia est seruitoribus destituta. infrà, de cleric. non resi. cum ad hæc. & requirit vtilitas ecclesiæ, quòd ille ordinetur, cui episcopus præcipit, quamuis in ecclesia præter hunc quem episcopus cogit, alij idonei valeant reperiri, necessitas verè exigit quando nullus alius idoneus in ecclesia reperitur. Sed quid si episcopus dicat, Proba excusationem, quia non sufficit de re nisi probetur. ff. de procur. quæ omnia: infrà, de concess. præben. cùm super quęstione. & c. ex parte. Aften. ad fi. infrà, de his quæ fi. à ma. par. cap. c. j. §. j. dico, quòd nihil habet necesse probare, infrà eo. quęris. respon. j. ibi secretò cõmisisse dicentes, id est, in iudicio animæ. nam si in iudiciali remoueretur. xxiij. dist. c. vlt. & esset notorium iuris, infrà de coha. cle. & mulie. c. vltimo. secundum Goff. hoc non admitto, qa propter talem confessionem, scilicet in pœnitentia factam, nulla pœna infligeretur: infrà, de offic. ordi. si sacerdos. dic ergo secretò non tanquam sacerdoti, nec tanquam iudici, sed tanquã socio, vel se excusando ab eo quod præcipitur, iudice tamen non sedente pro tribunali, vel sedente, sed solo. vel dic bonam glo. Goff. ad excludendas fraudes & malitias: intelligas tamen, q; non prodat peccatorem, sed procedat, ac si nihil audisset. & adde q; not. ĩ. eo. ver. quid si vtilitas. Potest etiam dici, q; hic confertur non tanquã sacerdoti, nec tanquam iudici, sed tanquam episcopo ordinatori, quasi hoc sit mistum forũ inter pœnitentiale & iudiciale. quod dic vt no. s̃. de scruti. §. vlti. versi. quid si confiteatur. & adde huic materiæ quod not. s̃. de elect. §. quis possit eligere. sub §. & q nullo iure. Quæritur etiam, vtrum coactus † recipiat characterem, cùm inuitus ordinatus sit? ad hoc dicas, q; sic, si coactio fuit conditionalis. ar. lxxiiij. dist. vbi ista. lxv. dist. de Iudæis. j. q. ĵ. quod q-dam. qui saltem indirectè noluit. xv. q. j. merito. Si verò coactio fuerit absoluta, tunc non recipit characterẽ ordinis, sicut nec baptismi: infrà, de baptis. maiores. §. penultimo & vltimo. Sed nunquid conditionaliter coacti teneantur continere? dicũt quidam, quòd sic. nam licet non debuerint sic compelli, tamen ex quo susceperunt, continere debent, & ad hoc compellendi sunt, ne ordo videatur contemni. argum. in dictis c. de Iudæis. & cap. meritò, maximè cùm ordo sacer votum continentię habeat annexum. argumen. xxxiij. distinct. diaconi. xxxiiij. distinct. cùm in præterito. Ioannes idẽ si non fuit coactio, quæ poterit cadere in cõstantem, ĩ. quod metus causa. c. pen. alioquin cõtrà. ĩ. quod metus causa. c. j. ĩ. de sponsa. veniens. ij. & c. cõsulti. integritas enim corporis suaderi potest, non separari. xxxiij. q. j. integritas. nec debetur cõtinentia, nisi voluntaria. xxxj. dist. ante triẽnium. xx. q. iij. præsens clericus. Sed pone, quòd non tenetur continere, quia ordinatus est tali metu interueniente, qui potuit cadere in constantem, nunqd vtetur priuilegio clericali? videtur quòd sic: dum tamen clericaliter viuat. arg. xxxij. dist. si qui verò sunt clerici. nisi transeat ad actum penitùs contrarium. lxxxviij. dist. quisquis. vel dic, q; si prius habebat vxorem legitimã, sine peccato poterit illa vti. & secundũ hoc potest solui præcedens quæstio, si tamen ipsa se continere vellet, & ipse nollet non habere priuilegium: sed si ipsa nollet, & ipse vellet, quantum in se esset, & viueret clericaliter, priuilegiũ retineret, vt dictum est. ar. xxviij. q. ij. multorum. Si verò ante vxorẽ legitimam non habebat, præcisè cogitur contrare. ar. in d. c. de Iudæis. secundum Goff. Quid si clericus petit ordinari, sed prælatus contradicit, qui fortè nouit secretum impedimentum? respons. Si est clericus secularis & secretũ crimen nõ est enorme, moneri debet vt desistat; sed si monitus adhuc instat, prohiberi nõ potest: suprà de temp. ordi. ex literarum. si verò sit enorme, prohiberi potest, quia æquiparatur mediocri manifesto: vt s̃. de tempo. ordi. §. & cui: sub prima regula. §. hodie standum. & sequent. Idem intelligas si prælatus scit clericum impeditũ ob defectum natalium. ar. s̃. de elec. innotuit. vel ob irregularitatem, puta bigamiam, vel aliam. In his enim casib. non ordinabit, nec facient ordinari. Sed opponitur de corpore Christi, quod est maius omnib. sacramentis: de conse. dist. ij. nihil. & tñ de ipso dicitur, q; dispensator non prohibeat pingues terræ, id est, peccatores mensam Domini manducare. Sed exactorẽ timere moneat: de consecra. dist. ij. non prohibeat. & Dominus Iudæ buccellam tradidit: de consec. distin. ij. sancta. & c. sicut Iudas. scilicet die Iouis sancti, cùm præcedenti die proditionem fecisset: de consecr. dist. ij. liquidò. Ad primum respon. q; illud locũ habet in corpore Christi, ad quod suscipiendũ sola contritio facit habilem: de consecr. dist. ij. quotidie. Secus in ordine ad quem nec peracta pœnitentia facit dignũ, si de crimine eorũ agatur, vt not. in d. §. & cui s̃. de tempo. ordina. ver. hodie. Ad secundũ sic respon. hoc fecit dominus qui superior est omni iure, cui dici non potest cur ita facis. quod tamẽ ideo fecit, vt nos instrueret occultos peccatores per tolerantiam sustinere. ij. q. j. vnus. in fi. vel respondeatur ad vtrunque simul, & dic aliud in sacramentis necessitatis, & aliud in sacramentis dignitatis. j. q. j. §. sed notandum. Si ergo decre. illa, ex literarum loquitur in seculari, cuius peccatum occultum, non enorme, tamen est notum prælato, vel quando habet beneficium, cui certus ordo annexus est, vnde habet ius petendi: secus si non habeat ius, suprà, de tempor. ordin. ad aures: vel dic, quòd prima decret. loquitur in seculari, secunda in regulari, qui voluntatem non habet, & ideo magis astrictus est obedire quàm secularis. xij. q. j. nolo. non dicatis secundum Goffred. Sed qualiter impedietur clericus secularis, etiam ob enorme peccatum occultũ: nam si prælatus hoc scit tanquam sacerdos [d] celare debet: infrà, de offic. ordin. si sacerdotes. xxxiij. quęst. v. Christiana. xxxij. di. erubescant. & si iustam causam non reddit, potest haberi recursus ad superiorem: infrà, de iure patr. nullus. fortè speciale est hoc, quòd non deuoluetur potestas ad superiorem per negligentiam. arg. ix. q. ij. c. j. & ij. Alij dicunt contrarium, & quòd etiam episcopus cùm sciat peccatum, tanquam Deus, non dicitur facere contra conscientiam, si eum tanquam episcopus promoueat, quia tanquam alius scit, & tanquam alius ordinat. argum. suprà, de elec. cùm inter vniuersas, ad finem. Quid si vtilitas ecclesiæ exigit, quòd aliquis ordinetur, tamen episcopus non ex hac causa, sed ex odij fomite mouetur ad ipsum compellendum, non videtur quòd inferior debeat obedire: quia licet ordinatio sit vtilis, tamen episcopus sic præcipiens deponi debet. argum. xlv. dist. c. j. & c. episcopum, infrà eod. tuam. dic contrà, quia ex quo malum non est quod præcipitur, semper obediendum est. xj. q. iij. quid ergo. xxiij. q. ĵ. quid culpatur. ad fi. xxiiij. q. v. manifestum. & vide quod no. suprà eod. versi. quid si episcopus. Circa hoc notandum, quòd qui reputatur dignus ad vnum ordinem vel honorem, non debet indignus ad alium reputari: infrà eod. accepimus. lxxiiij. dist. gesta. j. q. j. sicut Christus. arg. ĩ. de accusatio. nõnulli. ĩ. de sent. excom. in præsentia. ff. de libe. causa. quis sciens. ff. ad. l. Iul. de adul. si vxor. in fi. ff. solu. matri. viro atque vxore.

[d] Tanquam sacerdos. Adde Abb. in c. fi. de test. cogen. Abb. in c. qualiter & quando. el. n. de accusa. Abb. in c. si sacerdos. de of. ord. Abbas in c. dilectus. de excess. prel. Abb. in c. omnis vtriusque sexus. de pœ. & remis. Domi. in ca. ipsi Apostoli. 2. q. 7.

Scientia exigitur eminens, sed competens toleratur: suprà, de renun. nisi cùm pridẽ. §. pro defectu. quæ autem dicatur competens, determinare nõ possum, quia secundum varia loca variæ regulæ tradendæ essent, ideo arbitrio iudicis relinquendum. ff. de eo quod certo loco. da. opor.

a Significet oleum.]Add de c.1.extrà,eo.tit.c. disciplina. 45. dist.c. omnis.de pœ.& rem.

b Vngebantur Reges.] Adde c. nos si incompetenter.in §. sed notandum est.2.q.7.in c.cognouerunt.in §. nunquid etiã Dauid. de pœ.dist.2. originaliter Leu.8.Exo. 40. 1.Reg.16. 3.Reg.1. & 4.Reg.9.

ideò in arbitrium,infrà de offic.delega.de causis.§.j. hoc est boni viri.ff.de verb.oblig. continuus. arbitrabitur ergo iudex in omnibus, sed in canonico eminentem scientiam non requiret: infrà de præb.venerabilis.in fi. In sacerdote requiret, quòd sciat librum sacramentorum lectionarium,antiphonarium,baptisterium, computum,canones pœnitentiales, est illud j.de contrahen.emp.c.ij,& similes,de quibus not.j.de pœnit.§. quæ pœnitẽtia.sub.§.vt autem sacerdos psalterium, homilias per anni circulum diebus Dominicis , & aliis diebus apertis,quorum si vnum deficit,vix in eo nomen sacerdotis cõstabit.xxxviij. dist. quæ ipsis.& secundum quod maiorem parochiam habet, maius
6 requiret,infrà eod.cùm sit ars. Nimius autem defectus † in episcopum,si Donatum non audierit,j.eod.c.fi.de cuius doctrina & scientia dic vt no.suprà,de temp.ord.§.cui sub octaua regula doctorum. Item scientia attendenda est respectu loci,quia licet habeat competentem scientiam in Agensi ecclesia,non tamẽ in Tolosana:suprà,de elect.in causis.in fi.ad idem suprà,de elect. scriptum.§.fi.caueat tamen iudex, ne dicat sufficiẽtem eum qui insufficiens est,vel econuersò.ar.suprà,de rescrip.cum contingat,prope fin.vers.cæterùm.ergo in maiori loco propter maiorem vtilitatem,maior scientia requiritur:suprà,de transla.episcopi.c.fi.,ppe fi.quia circa maiora,maius periculum vertitur. xlij.dist. quiescamus.

De sacra Vnctione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vnctionis species quot sunt.*
2 *Vnctio quid sit.*
3 *Vnctionem quis recipiat,& à quo.*
4 *Christiani bis inunguntur.*
5 *Substantialia in consecratione Episcopi.*
6 *Ieiunium an requiratur in ordinibus conferendis.*
7 *Missa an sit de substantia ordinandorum.*
8 *Regis unctio à quo fiat.*
9 *Vnctionis Episcopalis effectus quis sit.*
10 *Vnctionis sacerdotalis effectus quis sit.*
11 *Vnctionis regalis effectus quis sit.*
12 *Vnctionis Christianorum effectus quis sit.*
13 *Vnctionis ecclesiæ,altaris,& calicis effectus quis sit.*
14 *Mos Apostolicæ sedis est seruandus in ordinibus conferendis.*

QVoniam in superiori tractatu de ordinandis & præficiendis legimus, quorum aliqui qui præficiuntur dignitatibus,inunguntur, subiicitur hæc rubrica de sacra vnctione,in qua videndum,Quot sunt vnctiones, Qui & quo inungantur,à quo,& qualiter fiat, Quis sit effectus.

1 **Quot sunt unctiones?** † Duæ,exterior scilicet,& interior.per exteriorem visibiliter corpus inungitur,per interiorem inuisibiliter cor,id est,anima. Sed hoc ideo dicit,quia secundum quosdam, anima sedem habet in corde: vel ideo dicit hoc, quia non fructificat vnctio in anima,nisi ex corde & ex volũtate.Vincen. quod verius videtur. arg.xxij.q.v.qui periurare.vnde qui petiit, contradicit in baptismo,nec rem,nec characterem recipit sacramenti.j.de bapti.maiores.§.fi.ar.lxxiiij.di.gesta.sic ponitur hic cor pro anima, & ipsam significat.anima enim,secundum diuersa officia quæ habet,varia sortitur nomina.vnde versus:

Pluribus officiis animæ sunt nomina plura.
Dum sentit sensus,ratio dum iudicat,& mens,
Dum quid commemorat,animus,dum cogitat,& cor.

Hanc autem interiorem vnctionem tribuit Spiritus sanctus scilicet,siue charitas,quæ tanquam radix illi erit. nam radix ardente sole non arescit,sed nutritur calore ipsius.de pœnit.dist.ij.quærẽdum.ver.Item Aug.super epistola Io. exterior significat interiorem. Interior autem non solùm est signum,id est,signatum exterius,sed etiam sacramentum, id est, signum siue signatum inuisibilis gratiæ: quæ si dignè sumatur,augetur sine dubio. quod designat secundum Vinc. infrà eo.c.vnico.§. j.ver. vnctio visibilis, &c.ego tñ sic expono,non solùm est signũ,scilicet inuisibilis gratiæ,sed etiã sacramentũ,id est,sacramentalis character, qui semel admissus,nunquã amittitur, j.de diuor.quanto.§.si verò alter.& dicitur sacramentũ,quia sacrat mentẽ.i,sanctificat,& purificat,& Domino vnit: j.eo. §. quia verò episcopus: j. de bigamis. debitum.de conse.dist.iiij.c.j.& ij.& c.propriè. vnde sequitur, quia si dignè sumitur,&c. vel dic non solum est signum, id est, character impressus in anima,sed etiam sacramentũ,id est, gratiam conferens,sicut sacramentũ. nam in quolibet sacramento gratia confertur,præterquã in matrimonio. ad hoc lxxv.di.§.j.& c.j.& c. ꝙ à patribus.& sequen.j.q.multæ.& c. multi. quia si dignè sumitur, id est,sumens est sine mortali peccato, ipsa interior vnctio vel agit,id est,creat nouam gratiã, putà caritatẽ in illo qui solebat esse dissolutus: & sic per consequens, salutem quam quis per gratiam consequi cõsueuit,vel auget,id est, ampliat veterem gratiã: vt si antè libenter dabat pauperibus,nũc libẽtius erogabit. quod designat scilicet exterior vnctio:non enim interius gratia per sacramentũ vnctionis cõfertur,nisi exterius inungatur.ad hoc j.de
2 baptis.debitum.§. fin. † Sed quid est vnctio,quod ipsum verbũ sonat sic.ff.iudicatum solui,iudicatum,secundum Gof.negari nõ potest. Sed quid est sacra vnctio domine Goff. & quidem puto, ꝙ possit magistraliter sic describi: Sacra vnctio est sacri olei materialis delibatio,secundum formam ecclesiæ traditam: quæ si dignè sumitur,interius fortius quàm exterius operatur, vt patet ex præmissis.& infrà eod.responso j.& §. j.

3 **Qui & quo inungantur.** † Chrismate quod ex oleo & balsamo conficitur, caput & manus episcopi consecrentur.Quid aũt significet oleum,[a] & quid balsamus, quid vnctio capitis,quid manuũ,legitur j.e.§.ad exhibendũ.& §.hoc vnguẽtum, & durat vsq; ad §. vnde in veteri,quæ omnia super ipsa litera plenius explanaui.In veteri aũt Test. vngebantur Reges. [b] lxxj.di. c.j.lxxxv. dist.c.j.& in capite.sed hodie vnctio capitis in brachium est translata, vt princeps nõ in capite inungatur,sed in brachio siue humero vel in armo: in capite verò summus pontifex, quia personam capitis.i. Christi in pontificali officio repræsentat. vngitur etiã pontifex chrismate,sed princeps oleo delinitur,vt scias quãta inter authoritatem pontificalẽ,& regalem potestatẽ sit differentia denotanda.de quo dic,vt no.infrà,de maio.& obe.§.quis cui.ver. & nunquid impera.& vide s̃.de const.§.qualiter cõst.vbi inuenies alias remissiones. Quid aũt hæc significent,& quare sic fieri debeat, plenè exposui in litera.j.eod.& durat à §.vnde in veteri,vsq; ad §. quia verò Christus. Vnguntur etiam manus sacerdotum.j.eo.§. quia verò.non chrismate.quamuis hoc Goff. notauerit, sed oleo benedicto.Hæc enim est differentia inter istos,sicut respõdit mihi dñs noster,quẽ super hoc Lugduni consului, & comprobatur ex libro pontificali,qui ordinarius dicitur.& xxiij. dist.præterea.vbi hoc not.Hug. & à tempore cõsultationis citra sic est à prælatis in istis partib.obseruatũ.dicimus tñ,ꝙ illa oratio,Cõsecrare & sanctificare digneris Domine manus istas,&c. episcopis & presbyteris est cõis.xvj.q.j.§.hoc idem.& §. sequenti. ecce sufficienter per
4 quem do.Gof.deceptus fuit. † Non solũ aũt Reges & sacerdotes inunguntur,sed & omnes Christiani bis ante baptismum,scilicet oleo benedicto.primum in pectore: deinde inter scapulas, & bis post baptismum: sed chrismate sacro primùm in vertice: demũ in fronte,& quod ita fit,& quare sic fit,habes j.eo.ab illo §.quia verò Christus.vsq; ad §.vngĩt præterea. Ecclesia etiã vngitur chrismate, cùm dedicatur,altare cum consecratur, primò oleo, secundò chrismate: calix cùm benedicitur, sed chrismate tantùm,sicut hæc omnia in episcopali ordinario plenius continentur & probãtur.infrà eod.§.vngitur.

A quo,& qualiter fiat. Er quidem episcopus exemptus à summo pontifice,nõ exemptus à suo metropolitano,vel primate,vel patriarcha,vel alio de mandato suo,super quæ vide quod not.suprà,de tẽpo.ord. §.& qualiter.ver.& hoc sciendum.& seq.suprà,de elec.§.à quo cõ firmanda sit.De forma verò ordinandi seu cõsecrandi episcopos legitur xxiij.dist.episcopus.& lxxxv.di.c.j.j.eod. vsque ad §.vnde in veteri. qualiter aũt alij clerici ordinẽtur,legitur xxiij.dist.presbyter.& c.sequen.vsq; ad c.psalmista. & no. suprà, de tẽpo. ordi. §.& à quo.& §.& qualiter. Quid si contra formã ecclesiæ ordinetur quis,nihil agitur.ar.xij.q.ij.fine excep.xxxv. q.v.alter.de consc.di.iiij.re vera lxviij.di.cor episcopi.C.de legi. non dubiũ.s̃. de rescri.cũ dilecta.§.pen.& vlti.quod intellige, cùm aliqd substãtia le omittitur.ar.j.de sta.mona.cũ ad monasteriũ.in fi.de condi.appo.c.fi.xxxij.q.ij.solet quæri. nam substãtialia immutari nõ possunt:Inst.de hær.quæ ab intest.defe.§.minus. ff.de capi. dimi. eas obligationes.& si vnũ de substantialib.omittatur,nõ valet quod agitur.argu.xxxviij.distinct. quæ ipsis. Sed quæ dicuntur substantialia, † respon.in consecratione episcopi est de substantia li-
5 ber,qui ponitur super ceruicem cõsecrãdi. xxiij.dist,episcopus.se

cundum

cundum Goff. argum. lxxv. dist. c. j. & c. quod die Dominico, sed secundum Hugo. in talibus non est incautum nil temerè asserere.
c Item numerus consecrantium, scilicet quòd ad minus sint tres, [c] vnus principaliter consecrans, & duo coadiutores, & cæteri consecrantes, vt not. suprà, de tempo. ordi. in d. ver. & hoc sciendum. & probatur. lxvj. dist. §. porrò. Item quòd vnus totam consecrationem perficiat. nam si vnus partem vnam faciat, & alius partem alteram, nihil agitur: vel si vnus Episcopus manum imponat, & simplex presbyter, vel etiam alter Episcopus benedictionem infundat. xxiij. dist. quorundam. Quod autem tibi dicitur ordinem, quem adepti sunt, intellige de facto amittant, scilicet de facto. illa enim verba factũ tantùm respiciunt, sic si vnus baptizandum immergat, & alter verba proferat: vel si vnus dicat, Ego te baptizo, & alter in nomine patris, &c. nihil confertur: sacramenta enim ecclesiastica vnitatis sunt, & diuidi non debent. de consec. distinct. ij. ca. quia passus. xxiiij. quæst. j. cap. loquitur. hoc intelligo de verbis substantialibus, vnde nihil ageretur in missa, si verba canonis, scilicet, Hoc est corpus meum, &c. &, Hic est calix meus, &c. diuiderentur, ita quòd vnus presbyter diceret vnam partem, & alius aliam: secus de his quę verba canonis precedunt & sequuntur, quæ diuidi possunt, & per plures expleri necessitate instante. vij. q. j. c. illud. & c. nihil. Quid si duo Episcopi simul ordinant, vterq; manus imponit, vterq; verba profert in integrum: videtur quòd nihil agatur, quia vnus Deus est tantùm: suprà, de summa tri. c. j. quem repręsentat consecrator: vnde vnus debet esse celebrans, & alij celebrantes dicuntur. suprà, de elect. quod sicut. §. super eo. dic contrà: quia licet decens sit, quòd vnus hoc faciat, tñ à pluribus fieri potest. nam Iacobus Alphæi primus Hierosolymorum archiepiscopus à Petro, & Iacobo Zebedæi, & Ioan. Apostolis ordinatus est. lxx. dist. §. porrò. & alij Apostoli simul consecrauerunt, siue manus imposuerunt. quod idem est, vt probatur lxxv. dist. quòd die Dominico. & de hoc tangitur j. tit. j. cap. presbyter. sic dico baptismum conferri, si duo simul immergant, & simul verba proferant, quamuis fieri non debeat, vt patet in his quæ not. j. de cog. spi. §. j. si plures iudices, vel arbitri simul pronunciantes eandem sententiam proferunt. imò nec alter valet, nisi omnes pronuncient. ff. de re iudi. duo ex tribus. ff. de arbitr. item si vnus. §. item si plures. cùm ergo tres Episcopi sint de substantia, quamuis vnus principaliter consecrare dicatur, tñ omnes pronunciare debent. Hæc verò quæ sequuntur non putamus esse de substantia, scilicet vnctionem, vnde non iteratur consecratio, sed suppletur. j. eod. resp. j. Item manus impositionem, vel si quis pro chrismate oleo fuerit delinitus. j. titul. j. ca. j. Licet autem aliqui dixerint, quòd sufficit sola manus extensio. argum. ff. de acqui. poss. quod meo nomine. Dico autem, quòd necessarius est corporalis tactus, qui tamen si omissus sit, supplendus est. j. titul. j. cap. fi. Item tempus ordinationis, & ætas ordinandi, & quòd à suo episcopo ordinetur quilibet, & quòd debita interstitia obseruentur, non sunt de substantia, nec alia de quibus dixi suprà, de temp. ordi. §. & qualiter. ver. per prælatum. & præced.
6 & seq. Sed nunquid iciunium † est de substantia? videtur quòd sic. argum. suprà, de temp. ord. literas. lxxv. dist. quòd à patribus. ergo si à pranso conferatur vel recipiatur ordo, nihil agitur. arg. lxvij. dist. reliqui. de conse. dist. ij. liquidò. & dist. iiij. vt ieiuni. & c. vt Episcopi. nam idem videtur in alijs sacramentis vt ibi, maximè autem in ordine: quia Paulus & Barnabas ieiuni manus imposuerunt. lxxv. dist. quod die Dominico. Hug. tamen dixit, quòd pransus confert & recipit quodlibet sacramentum, excepto sacramento eucharistiæ, quod non credit confici, nisi à ieiuno. de consecra. dist. ij. liquido. Lauren. Ioan. & Bertrandus dicunt contrarium ex eodem in decreto. quamuis enim ibi statuatur, ne prãsus conficiat, tamen vt ibi dicitur: Dominus post cœnam discipulis suis corpus & sanguinem tradidit, ergo prima missa fuit post prandium celebrata. ideo dicit Decretum, quòd pransus potest in cœna Domini celebrare. de consec. di. j. sacramenta. vnde prohibitio postmodum subsecuta ob honestatem sacramentorum inducta est, sicut & illud prohibetur, ne quis testimonium dicat, nisi ieiunus. infrà, de testi. ca. j. & quod iuramentum à ieiuno præstetur: hoc enim honestatis est, & non necessitatis. xxij. quæst. v. honestum. quod credo verum, quo ad hoc de quo hic quæritur. veruntamen grauiter peccat qui pransus celebrat, etiam si cibum vel potum minimum receperit. vij. quæstio. j. nihil. ad fin. de consecra. dist. ij. tribus. quod dic vt not. infrà. de consec. eccle.
7 dist. ij. §. & qualiter. † Sed nunquid missa [d] est de substantia?
d aliqui dicunt quòd sic: aliqui dicunt, quòd non. de hoc tamen tetigi suprà, de temp. ord. §. & qualiter. vbi? Hugo. & de vsu pal. §. vltim. versi. fin. & §. j. consilium tamen est, quòd in hoc & in alijs quæ in ordinationibus obseruare mandantur, nec constat vtrum de substantia sint, vel de solennitate, nec per aliquod ius inuenitur quod omissum suppleri debeat, quod tutius est præsumatur. Iudicetur ergo nihil
d actum fuisse. ar. in his quæ not. suprà, de scruti. §. quæ sit forma. ver. vnum tamen scias, iteretur igitur: quia nõ intelligitur iteratũ, quod ambigitur esse factum. infrà, de presbyt. non bapti. veniẽs. lxvij. dist. presbyteri. de cõse. dist. j. soleñitates. Hoc si probabiliter dubitetur. quid enim, si Episcopus librum non tradidit, vel calicem vel vrceolum, vel candelabrum, vel ostiarius non tetigit ostium, vel campanam non pulsauit, vel similia, quæ leuia sunt, omissa fuerint, fortè talia contemni potuerunt, nec oberunt ordinato. argum. ff. de ven. inspi. j. §. fi. maximè cùm hæc tradantur in signum executionis concessæ. argum. suprà, de consue. c. ij. & not. suprà, de ordinatis ab Epis. §. j. versi. Bertrandus. Patet ex præmissis, quòd quædam sunt obseruanda circa ordines, quæ iudicantur substantialia, si aliquod istorum omissum est, totum iterandum est, vt not. suprà eo. ver. sed quæ dicuntur. & sequen. Quædam verò solennia, si aliquod istorum omittatur nihil iteratur, sed cautè suppletur quod incautè fuerat prætermissum: vt not. suprà eodem. §. ver. hæc verò. & sequen. Et qualiter hæc suppletio fieri debeat, dic vt not. infrà titu. j. §. & quæ sunt iteranda. versi. sed quare est prohibita. & quousque hæc suppleta fuerint, executio denegatur. argum. lij. dist. solicitudo. ff. de ven. inspi. l. j. §. si cui. & sequen. Quædam verò dubia, quia dubitatur, vtrum sint de substantia vel de solennitate, & sic quod tutius est eligitur: quia iteratur, vt not. suprà eodem, versi. sed nunquid. Quædam verò dicuntur honesta, siue leuia, quorum omissionis occasione nihil de necessitate putamus supplendum, minus iterandum, vt not. suprà eodem, ver. hæc si probabiliter. Sed & si hæc supplenda duxerimus, non erramus: quæ enim causa dubitationis tollendæ ordinibus inserimus, commune non læderet: argum. ff. mandati. qui mutuam. & bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. v. dist. ad eius verò concubitum vnde talem deuotionem non credimus improbandam. infrà, de purific. post partum. c. vnico. ad fi. maximè cùm de consuetudine sic seruetur. argum. de conse. dist. ij. de trinita. Vnctio autem sacerdotis, à quo, & qualiter fiat, patet ex his quæ no. suprà eodem. §. versi. sed quæ dicuntur. & sequentibus. & §. qui & à quo, ver. vnguntur etiam manus, & suprà, de tempo. ordi. §. & à
8 quo. & §. & qualiter. & suprà eodem. §. Vnctio regis † à quo fiat. Si quæras de Imperatore à papa vel alio de mandato suo, suprà, de elect. venerabilem. §. j. versi. sed & princeps. alij verò Reges à suis Metropolitanis, sicut Rex Alemaniæ promouendus in imperatorem à Colonienſ. & sicut Rex Franciæ à Remenſ. & Rex Angliæ à Cantuarienſ. & sic de alis, in quibus apparet prisca consuetudo, quæ cuilibet ecclesiæ seruanda est. xxv. quæst. ij. ca. j. ij. & iij. suprà, de transla. Episco. quanto. respon. j. quòd si quis de nouo inungi velit, consuetudo obtinuit, quòd à papa petatur, sicut fecit Rex Aragonum, & quotidie instat Rex Scotiæ: nam ab illo omnis dignitas ecclesiastica originem sumit. xxij. dist. cap. j. & vtrunque gladium habet. xxj. dist. c. j. lxiij. dist. tibi Domino. vnde & Reges deponit. vt xv. q. vj. alius. & c. nos sanctorum. & capit. curatos. j. quæst. iiij. quia præsulatus. xcvj. distinct. duæ sunt. & non solùm regnum constituit, imò transfert. suprà, de elect. venerabilem. j. respon. & not. suprà, de elect. §. quis eligi. sub §. item sciendum. potest igitur, si vult, super hoc aliquam ecclesiam speciali priuilegio decorare. infrà, de offic. ord. duo. qualiter autem Rex inungatur, per librum pontificalem seu ordinarium, poteris edoceri. Sed & consuetudo antiqua circa hoc obseruatur. nam supradictorum Regum Franciæ & Angliæ capita inunguntur. Vnctio autem Christianorum omnis fit à simplici sacerdote quadruplex: ter enim inunguntur oleo sancto vsque ad baptismum cõpletum: sed primæ duæ oleo sancto, tertia chrismate. & sic intellige. xj. dist. ecclesiasticarum. & sic dictio, oleo, ibi posita semel propriam & impropriam seu duplicem significationem retinet. nam ponitur oleum pro chrismate, sicut & econuerso chrisma ponitur pro oleo. xcv. distinct. illud. quarto etiam inunguntur in extremis, quæ vocatur extrema vnctio, de qua not. infrà titul. j. §. quot sunt species. sub §. j. versi. quintum. quinta verò quæ fit in fronte à minori Episcopo non confertur. infrà eodem. §. quia verò Christus. ver. per frontis chrismationem. De supradictis omnibus inunctionibus à quo, & qualiter fiant, me breuiter expediens, dico quòd excepta quadruplici, de qua proximè dixi, cæ-

c Sint tres. j Adde text. in ca. nec Episcopi. de temp. ord. gloss. in c. j. de sacra vnctione. extra.

d Nunquid missa. j Adde gloss. in c. omnes basilicæ. de conse. di. j. glo. in cap. sicut. de elect. glo. in ca. te referente. de cele. mis. Card. Alex. in c. Episcopus. in ij. col. xxiij. dist.

e Attrahe.] Adde gl. in ca. j. de sacra. vnctio extra.

a Quid sit sacramentū.] Adde in .§. notandū. j.q.j. Card. in cle.j.in ix.q.de priui.sanctus Tho.in iiij.sen.dist.j.

b Et vnde dicatur.] Ad de c.sacrificiū.de cōs. di. ij. c.multi.j.q.j & Abb. in rub. de bapt.

teræ à minore Episcopo nō fiunt.lxviij.di. quāuis cor episcopi.& duobus c.seq. & no.s.de vsu pallij.§.quid sit pallium.s.de or.ab Episcopo.§. quid iuris. versi. vel loco. Inunctio verò ecclesiæ vel altaris fieri habet cum missa, & aliis solennitatibus,quæ leguntur,de consc.distinctio. j.c.j.& ij.quæ deficiunt quò ad modum,in libro pontificali qui dicitur ordinarius, plenè poteris reperire.

9 **Quis sit effectus.** † Effectus vnctionis Episcopalis est, vt per ipsam matrimonium contractum inter ipsum & ecclesiam consummetur.quod dic vt not.suprà,de transla.Episcopi.§.& qualiter.ver.verum.& seq.& vt exe-
10 cutionem habeat eorum quæ Episcopalis ordinis sunt,de quibus tetigi suprà eo.§.proxim.ver.vlt. Effectus † verò vnctionis sacerdotalis est,vt missam celebret,& alia quę ad sacerdotale officium pertinent,inunctus valeat exercere.suprà,de sum.tri.cap.j.§.vna verò est.vt tamen de vnctione substantiali hoc intelligas. quod dic vt not.suprà eo.§.proxi.ver.patet. Quid si quis prætermisso aliquo ordine , non tamen sacerdotali,in Episcopum promouetur,& conferat ordines,nunquid valet? dicas quòd sic, dummodo non conferat illum ordinem , quem non habet: quia tunc nihil ageret.j.q.j.gratia. & q. vij. Daibertum. secundum Goffre.de hoc no.infrà,de cler. per saltum promo. De eo autem qui nullos ordines habet,& celebrat,dicetur infrà,de presb. non bapt.Effe-
11 ctus † vnctionis regalis est , vt augeatur ei gratia ad officium, quod ei committitur exercendum. quod quale sit, not. suprà, de elect.§.quis eligit.ver.item captio. & vt honorabilior habeatur.
12 infrà,de ma.& obe.solitæ,respon.j. & §. j. Effectus † vnctionis Christianorum perfectæ est, vt recepto sacramento fidei, scilicet baptismo , deleatur originale peccatum , & vt inunctus nomen Christiani accipiat , vt à Christo Christiani dicantur,tanquam vncti deriuentur ab vncto , vt in odorem , id est , exemplum vnguenti,id est,mortis illius,scilicet Christi:cuius nomen,id est,gratia nōminis oleum,id est,per oleum est effusum, id est, esse effusa intelligitur,omnes concurrant,id est, simul cum eo in perfectione dilectionis currant,parati si oportuerit pro eo mori, sicut ipse mortuus est pro ipsis intellige.infrà eo.§.quia verò Christus,ver.
13 ante baptismum.& præcedentibus.ar.vj.q.j. in scripturis.& iunge quod no.infrà, de bapt.§.quis sit effectus. Effectus † autem vnctionis ecclesię,altaris & calicis est,vt eis maior reuerentia debeatur,& vt ordines facilius exaudiantur,vt dicetur infrà,de consec.eccle.vel alta.ideo est,quàm citius fieri poterit , consecranda. infrà,de consec.ecc.vel alta.c. fi. Item ex quo semel inuncta sunt, & Deo dedicata, ad humanos vsus non conuertuntur.infrà,de reli.domi.ad hæc.cætera quæ deficiunt in dicta summa, & infrà, de cel.miss.plenius explicabuntur. In summa not. quòd in ordi-
14 nibus conferendis † & Episcopis consecrandis mos Apostolicæ sedis seruandus est, hoc excepto, quòd inferiores vti possunt baculo pastorali , quo tamen Romanus Pontifex non vtitur,tum propter mysticam rationem , infrà eo. §. tum propter historiam. Martialis enim vnus de discipulis Petri , quem posuit Dominus inter discipulos,cum dixit , Nisi efficiamini sicut paruulus iste,nō intrabitis,&c.missus est post ea à Petro vnà cum alio,scilicet beato Materno, ad prædicandum in Germaniam: qui cum iret,mortuus est, & collega, scilicet beatus Maternus rediit ad Petrum,& ait Petrus,Accipe baculum , & tange eum, & dic,In nomine Domini surge,& prædica,& iuit.& xl.die à tempore mortis computando venit ad eum,& tetigit ipsum,& resurrexit & prædicauit, & sic Petrus intelligitur à se remouisse baculum, & subditis concessisse : extunc enim fertur Apostolico baculo caruisse, tum propter mysticam rationem , quam his versibus comprehendas:

e *Attrabe,*[e] *substenta,stimula,uaga,morbi,da lenta.*

Attrahe per primum , medio rege, punge per imum. Vin.vel dic, quòd baculus habet in summitate recuruationem quasi ad trahendum , quod non est necessarium in Romano Pontifice: quia nullus ab eo diuertere potest finaliter, ecclesia nempe non potest esse nulla.xxiiij.q.j.pudenda.nec vnquam moritur.xij.q.ij. liberti. Vel dic, quòd hoc ideo est , quia per baculum designatur coertio siue castigatio , ideo alij pontifices à suis superioribus recipiunt baculum:quia ab homine recipiunt potestatem. Romanus verò Pontifex ipsum non recipit , vt detur intelligi , quòd à nemine iudicatur. xix. distinct. nunc autem & suprà,de elect. licet. in fin. & quod à solo Deo recipit potestatem terreni , simul & cœlestis imperij. xxj. distinction. omnes. secundum Vinc. Vel hoc ideo,quia per baculum significatur regnum quod recipit inferior à superiore,& habet recuruationē,vt sciat se recuruādum & deponendum,nisi rectè agat.sed sedes Apostolica à nemine regitur , imò omnes regit : ideo appellatur ordo omnium.vigesimaquinta q. j. §. his ita. vtitur prælatus.hoc baculo in prædicationibus.xlv.distinctio. disciplina.non tamen in introitu missæ, de consc.dist.j.nullus Episcopus.hoc de iure scripto.nam de consuetudine, etiam in introitu missæ, videmus contrarium obseruari.

De Sacramentis non iterandis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Sacramentum quid sit.
2 Sacramentum unde dicatur.
3 Sacramentorum species quot sunt.
4 Baptismus dicitur ianua omnium sacramentorum.
5 Confirmatio quid sit.
6 Sacramentorum secunda diuisio.
7 Sacramentorum tertia diuisio.
8 Sacramentorum quarta diuisio.
9 Sacramenta minora quis conferre possit.
10 Sacramentum baptismi quis recipere possit.
11 Sacramenta quæ sunt iteranda.
12 Sacramentum quid operetur.



Egimus de ordine clericorum, quod est vnum de vij.sacramentis, & de sacramēto vnctionis sacræ: sed ne quis vana simplicitate ductus sacramēta ecclesiastica crederet iteranda: ideo apponit rubricam de sacramentis non iterādis, qui titulus ius facit cùm sit negatiuus , & perfectum sensum generet,vt not.infrà de benefi. eccle. in princip. videamus ergo, Quid sit sacramentum, Et vnde dicatur,Quot sunt species sacramentorum,Quis possit conferre, Quis recipere,Et qualiter conferatur,Et quæ sunt iteranda,& quæ non,Quid operetur.

a **Quid sit sacramentum.** [a] Et quidem secundum Greg.Sacramentum est in aliqua celebratione, cū res gesta ita fit, vt aliquid significatæ rei accipiamus.quod sanctè,id est,dignè accipiendū est.Mysteriū verò est, quod occultè & inuisibiliter operatur,Spiritus scilicet,ita q; operando significat,& sanctificando benedicit,vt hæc probantur.j.q.j.multi.Sed secundum Augu. sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma.idem:Sacrificium visibile,inuisibile sacramentum.idem:Signum,est res præter speciem quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cognitionem venire.de consc. di.ij.sacrificium:& c.signum.Potest tamen magistraliter sic describi: Sacramentum † est character quidam qui per eum,qui potestatem habet corpori humano recipientis,iuxta ritum ecclesiasticum visibiliter,animæ verò inuisibiliter à Spiritu sancto imprimitur: qui si dignè sumatur agit , aut auget fine dubio,quod designat.ar.in c.allegatis.& in concor.assigna.suprà tit.j.§.j. ver.sed quid est sacra vnctio.

1

b **Et vnde dicatur.** [b] Et quidem à sacris seu secretis virtutibus sacramenta † dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretius salutem eorundem sacramētorum operatur. Mysterium verò ob hoc dicitur,quòd secretam & reconditam habeat dispensationem.Sacrificium autem quasi sacrum factum , quia prece mystica consecratur pro nobis memoriam Dominicæ passionis.hæc duo,pbantur secundum Greg.j.q.j.multi secularium.vel dic quòd dicitur sacramentum à sacra mente,quam infundit quasi sacrans mētem. suprà titu.j.§.ad exhibendum.versi.hoc vnguento.& §.quia verò Christus.ver.in pectore.

2

3 **Quot sunt species** † Sacramentorum. Prima diuisio hæc est. Sacramentorum quædam sunt generalia & necessaria,quædam specialia & voluntaria. sumitur hæc distinctio. j. q. j.§.si ergo sacramenta.xxij.q.iiij.§.fin. infrà,de transact.veniens.quæ omnia his versib.comprehendas: Abluo, id est, baptismus : firmo, id est, confirmatio , cibo,id est, eucharistia: piget, id est, pœnitentia : vxor, id est,matrimonium. & ordinat, id est , ordo : vngit, id est, extrema vnctio.intellige hæc sunt vij. ecclesiastica sacramenta. Ordo voluntatis thorus est,dant quinque necesse, id est, sacramentum ordinis , & matrimonij vtrumque voluntarium est. quinque , quæ remanent

nent necessaria sunt, sicut exponitur in sequentibus. Quædam igitur sacramenta dicuntur generalia, quia omnes tangunt, & omnibus conueniunt, & sunt necessaria, quia si ex contemptu omittantur, sine ipsis salus non erit: ergo necessaria sunt ad salutem, & sunt quinque, & ideo dicit versus superior: Dant quinque necesse. Sunt autem hæc, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio. Probantur hæc de conse. dist. iiij. nulla salus. & distinct. v. c. j. & ij. & dist. ij. & si non frequentius. infrà, de pœnitentia. omnis. de pœnitent. distin. v. non potest quis. Iac. Infirmatur quis in vobis, &c. xcv. distin. §. sed istud. aliàs incipit, Oleo. † Primum, scilicet baptismus est introeuntium, vnde dicitur ianua omnium sacramentorum, [c] xxxij. distinct. verum. † Secundum, scilicet confirmatio pugnantium, vnde datur ad robur. de conse. distinct. v. Spiritus sanctus. Tertium, scilicet eucharistia, est progredientium. vnde & viaticum appellatur. xxvj. q. vj. qui recedunt. & ca. si quis de corpore. infrà de pœnitentijs. quod in te. habes de conse. distinct. ij. iteratur. Quartum, scilicet pœnitentia, est redeuntium: nam redeuntibus datur, vnde secundum Hieron. secunda tabula post naufragium appellatur. de pœnitent. distinction. j. §. ij. Quintum, scilicet extrema vnctio, est exeuntium, quia dari consueuit tantùm exeuntibus de hac vita. & de hoc habes suprà, titu. j. §. j. ver. de prima. Iacobus Apostolus ait. Licet autem hæc quinque sacramenta dicantur necessaria, tamen de baptismo hîc magis propriè dicetur: quia in quibusdam vt in pueris non est salus sine eo, sed sine alijs bene saluantur. de conse. distinct. iiij. nulla. in adultis verò & discretis sæpe est salus sine eo, sed sine alijs non dico spretis, sed non receptis. potest etiam dici, quòd etiam in his non est salus sine baptismo, saltem interiore. nam quamuis in pueris sufficiat exterior ablutio. de pœnitent. distinctio. iiij. paruulis. in adultis tamen requiritur baptismus interior. infrà de baptis. debitum. ideo dicunt aliqui, duo tantùm necessaria esse, scilicet baptismum & pœnitentiam, quia sine primo nusquam est salus, nec sine secundo, ex quo quis mortaliter peccauit: tu tamen si versibus & expositioni ipsorum adhæreas, non errabis. Quædam verò sunt specialia, quia non omnibus conueniunt, sed quibusdam, & voluntaria sunt, quia ad aliquod ipsorum nullus compellitur: & est ratio, quia cum ipsis, & sine ipsis salus est, & sunt duo, scilicet ordo, & coniugium seu matrimonium. ideo dicit ver. superior, ordo voluntatis thorus est. De ordine habes lxxiij. dist. vbi ista dicisti. de matrimonio, xxx. quæst. ij. vbi non est consensus. infrà, de spon. cùm locum. ex his duobus elicit Gratianus aliam distinctionem.

Secunda diuisio Sacramentorum.

6 SAcramentorum † quædam necessitatis, quędam dignitatis. j. q. j. §. sed notãdum. volũtariorũ em̃ quædam dignitatiꝫ sunt, quia nõ admittũtur nisi digni, id est, sine crimine, sine infamia, sine irregularitate, cùm ad alia omnes liberius admittantur. & est ratio, quia alia sacramenta recipiunt homines propter se tantùm: sacramenta verò ordinum recipiunt nõ propter se solum, sed propter alios. j. q. j. §. ecce. Dicuntur autem sacramenta ordinis in plurali, quia plures sunt ordines. quod dic vt no. s. de ordi. ab Episc. §. quid iuris. vel ideo dignitatis dicuntur, qui à dignioribus in ecclesia, scilicet Episcopus conferuntur. vt no. j. e. §. quis possit conferre. & isto respectu dicitur sacramentum, in quo chrisma ponitur maius cæteris. matrimonium verò maius dicitur ratione significationis. eucharistiæ verò sacramentum maius est in substantia, baptismus quò ad effectum, quia radix est aliorum. vnde versus:

Maior in effectu baptismus, corpus inesse.
Coniugium signo maiori chrisma ministro.

Tertia diuisio Sacramentorum.

7 SAcramentorũ † quædam sunt, in quibus confertur gratia. j. q. j. quicquid: vt sunt sacramenta necessitatis, & ordinis, siue dignitatis. Quædam verò sunt in quibus gratia non confertur, sicut matrimonia, quæ contrahuntur quando precia interueniunt. xxxij. q. ij. honorantur. xxx. q. v. aliter. & conditiones pecuniariæ apponuntur. infrà, de condi. appo. de illis. siue cùm consummantur. xxxij. qu. ij. connubia. quod non esset, si per ipsum gratia conferretur. nam in illis in quibus gratia confertur, talia simoniam inducunt. infrà, de pactis. cap. fin. & de transact. super eo. j. quæst. ij. quam pio.

Quarta diuisio Sacramentorum.

8 SAcramentorum † etiam quædam sunt iterabilia, quędam non sunt. quod dic vt no. j. e. §. quæ sunt iterandа. Circa hoc consueuit quæri quare sacramenta fuerunt instituta. satis. n. poterat Dñs sine ipsis saluti humani generis prouidere. respon. trib. de causis fuerũt instituta. Primò propter humilitatem, vt dum homo se insensibilibus, & inferioribus rebus, propter Deum reuerenter subijcit, vt ex hac obedientia maiora apud Dominum mereatur: argumen. infrà, de maior. & obedięt. solitæ. respón. j. §. j. Secundò propter eruditionem, vt per illud q̃ fóris in specie visibili cernitur, erudiamur ad virtutem sacramentorum inuisibilem agnoscendam. j. q. j. multæ. & c. multi. Tertiò propter exercitationem. cùm enim homo ociosus esse non debeat, proponitur ei in sacramentis, vtilis & salubris exercitatio, per quam vanam & noxiam ocio sitatem declinet, immunda vel vana non cogitet, vel loquatur, sed se ad bonam operationem exerceat: quia fides sine operibus mortua est. suprà titul. j. ca. vnico. §. quia verè Christus. ver. inter scapulas. ergo secundum Hier. facito aliquid operis, vt te diabolus inueniat occupatum. de conse. dist. v. nunquam. nam ocium & voluptas, arma sunt antiqui hostis, ad miseras animas captiuandas. suprà, de renun. nisi cùm pridem. §. verum. versus:

Ocia si tollas, perière Cupidinis arcus Et iterum:
Quæritur Aegysthus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.

[c] Ianua omnium sacramentorum.] Adde c. fin. de presbyt. non bapt. cap. per catechismum. de cogna. Spi. li. vj. glo. summæ de conse. dist. iiij. gl. in cap. quicunque. Ixxvij. dist. Archidi. in cap. caue. xxviij. quæst. j.

9 **Quis possit conferre.** †Minores minora, sicut, sacerdotes baptismum, & præcedentia. suprà, de sacra vnctio. §. quia verò Christus. ver per frontis. ibi, vnde cùm cæteras vnctiones, &c. Item extremam vnctionem. suprà eo. §. j. Item matrimonium, dando etiam benedictionem. infrà, de secun. nupt. c. j. & iiij. Item pœnitentiam & eucharistiam, quæ potest exercere sacerdos, etiam sine altaris ministerio. infrà, de corpore vitia. cap. significauit. & de clerico debili mi. ca. ij. de conse. dist. iiij. constet. xvj. q. j. adijcimus. & de his, infrà de offic. archiepisc. ca. ij. maiores verò, id est, Episcopi & superiores maiora, sicut sacramentum confirmationis & ordinis conferunt: vt not. s. ti. j. §. à quo & qualiter. versi. vlti.

10 **Quis recipere.** Sacramentũ †baptismi quilibet recipere põt & debet. q̃ dic vt no. j. de bapt. §. quis baptizari. cætera verò non nisi Christianus recipere põt. q̃ dic vt not. infrà, de presbyt. non baptis. §. quid sit de ordinibus, excepto matrimonio. quod non solùm apud Latinos & Græcos, sed etiã apud fideles & infideles existit. infrà, de transact. c. vlt. §. j. xxxviij. q. j. §. j. & per totum. inter infideles enim matrimonium verũ est, non tamen est ratum. quod dic vt not. infrà, de diuor. §. quot modis. ver. vlti.

Et qualiter conferatur. Iuxta morem ecclesiasticũ, quem Apostolica sedes obseruat. s. ti. j. §. quia verò Christus. & §. vlt. j. de hæret. ad abolendam. respon. j. quòd si aliud incautè fit omissum, cautè supplendum erit suo tempore. infrà eod. c. j. & fin. & suprà tit. j. respon. j. vt ecce. cùm presbyter ordinatur, tam ordinans, quàm astantes presbyteri debent ei manum imponere. xxiij. distinct. presbyter. Si verò diaconus ordinetur, non astantes presbyteri, sed solus ordinans manum imponit. xxiij. distinct. diaconus. pone ergo, quòd omissa est manus impositio, cæteris omnibus ritè & canonicè peractis, nunquid est ordinatus? Sic, sed tamen executionem nõ habet, quousq; manus impositio quæ omissa fuerat, sit suppleta: verùm cautè supplenda est. verbi gratia, proximo tempore, quando Pontifex alios ordinabit, veniet defectum patiens vnà cum alijs, non in apparatu solenni, sed stabit quasi ministrans Episcopo, nec erit intentio Episcopi vt super eum orationes iam dictas iteret. sed quando veniet ad locum, vbi facienda fuisset manus impositio, tunc apponat quanto cautius poterit, ne error à circunstantibus cognoscatur: sed si per saltum promotus sit, vel alius magnus error interuenerit, in quo de facili diligens cautela in publico adhiberi nequeat, consulo, quòd in capella sua priuatim ordines celebret, & sic secretò diligenter ac solenniter suppleat quod omisit. lij. distinction. solicitudo. sic intellige, infrà eodem, pastoralis. & cap. presbyter. arg. suprà de vsu pal. nisi specialis. xlij. distinction. mandatis. xxiij. quæst. ij. Dominus. xxij. quæst. ij. vtilem. ff. de nouationibus. doli. in fin. infrà, quod metus causa. ca. j. per hæc iura cauta simulatio approbatur: secus de ficta, sicut hypocrisis, & quæ sine causa fit.

infrà, de reg. vt cler. infrà, de celebra. mis. de homine. quæ autem sunt de substantia, quæ de solennitate, & quæ de honestate, & in quo casu iteretur ordo, vel suppleatur, dic vt not. suprà titul. j. §. à quo, & qualiter. ver. patet. Sed qualiter intelligitur quòd astantes presbyteri debent manum imponere presbytero ordinando, vt not. suprà. nunquid omnes præsentes hoc facere debent. ita videtur, quia indistinctè loquitur cap. xxiij. distinct. presbyter. sed dic, quòd duo sufficiunt. argum. suprà de tempo. ordina. si archiepiscopus. & cap. sequent. lxxvj. distinct. §. porrò. sed nunquid subdiaconus manus impositionem recipit? Dicunt quòd non. xxiij. distinct. subdiaconus. Sed contrà, infrà eodem, ca. j. respondent, quòd ibi manus impositio pro benedictione ponitur. Est autem multiplex manus impositio. Confirmatoria: de consecra. distinctio. v. manus impositio. Ordinatoria: & hæc specialis in presbyteris & diaconis, vt not. suprà eod. §. in princi. & est generalis, respectu omnium clericorum. xxxiij. distinct. quando generalis. Curatoria: vnde Dominus in Euangelio, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. de hac suprà, titu. j. §. j. Benedictoria: & sic accipitur in subdiacono. j. q. j. manus. suprà, de ætat. & qualit. cùm contingat. Consecratoria: & hæc locum habet in dignitate Episcopali. xxiij. distinct. Episcopus. Item in dignitate seculari, vt in regibus. lxxv. distinct. ordinationes. suprà tit. j. §. ij. & iij. Item in religione, vt in sanctimonialibus. xx. q. iiij. virgines. videtur tamen hæc benedictoria. suprà, de tempo. ordin. cap. j. sed ibi ponitur Benedicere pro Consecrare. Expulsoria: vt cùm pœnitentes extra ecclesiam mittuntur. l. distinction. in capite. & capitul. pœnitentes. Institutoria: vt inuestitura corporalis. xvj. quæst. ij. sanè. Exsufflatoria. xxiij. distinction. exorcista. Reconciliatoria. xxvj. quæst. vj. qui recedunt. xj. quæstio. iij. cùm aliquis. hæc consistit in excommunicatis, vt in proximo alleg. capit. j. de sentent. excomm. cùm desideres. ad fin. & capit. à nobis. §. penultimo. in hæreticis. j. quæstio. j. Arrianos. infrà de hæreticis. excommunicamus. ij. §. damnati. Potest tamen non absurdè dici, quòd hodie subdiaconus impositionem recepit, sicut diaconus. & canon antiquus loquitur iuxta statum ecclesiæ primitiuæ, quando ordo subdiaconatus sacer non erat, sed hodie est. suprà, de æta. & qualit. à multis. infrà, de seruis non ordinan. miramur.

11 Et quæ sunt iteranda, † & quæ non.

Respon. secundum omnes, hæc tria, Baptismus, Ordo & Confirmatio nunquam debent iterari. vnde ver.

Fons, ordo, chrisma, non cætera sunt iteranda.

De duobus primis, August. j. quæst. j. sacramenta. & capit. manus. De tertio. de consecra. distinct. v. de homine. & capitul. de his. & c. dictum est vobis. reliqua verò quatuor sacramenta quidam dicunt posse iterari. nam de pœnitentia, matrimonio, & eucharistia indubitanter verum est, cùm videamus ipsa quotidie iterari. De matrimonio habes xxxij. quæst. j. aperiant. & capit. sequentibus. De eucharistia, de consecra. distinct. ij. quotidie. & c. si non frequentius. De pœnitentia non solenni, infrà de pœnitent. omnis. non solenni ideo dixi, quia solennis pœnitentia non iteratur. est enim sacramentalis. l. distinct. in capite. & c. sequenti. & ideo non reiterabilis. l. distinction. quamuis. de pœnitent. dist. iij. quamuis. xxviij. distinction. presbyter. lxxxvj. distinct. si quis Episcopus. xxx. distinct. presbyter. nisi contraria consuetudo alicubi vigeat. de pœnitent. distinct. iij. §. ex persona. vnde in Ecclesiastico, Non iteres verbum in oratione tua. Idem de extrema vnctione: cùm enim sit medicina animæ corporis, videtur quòd adueniente morte apponi possit & debeat medicina, vt innuitur in authoritate Iacobi, Infirmatur quis in vobis, &c. argument. xlv. distinction. illud. & argument. infrà, de offic. archipresbyt. cap. ij. Quidam tamen dicunt, quòd nec ista quatuor iterantur. nam in secundo coniugio benedictio non repetitur, quæ sacramentalis est. infrà, de secundis nupt. cap. j. & iiij. nec eadem hostia iterum consecratur, sed alia sumitur. Idem de oleo benedicto, quia illud quod primò fuit impositum, secundò non ponitur, sed aliud. Sed dicet quis sic, Nec baptismus iteratur, si secundò detur, dum eadem aqua iterum non benedicatur. Respondent, aliud est de benedictione aquæ, in qua fit baptismus: aliud de benedictione panis & olei. potest enim baptismus celebrari in aqua non benedicta, quia illa benedictio fit tantùm pro reuerentia & decore, non virtute sacramenti: sed corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato: nec vnctio fieri, nisi de oleo ab Episcopo sanctificato, ideoq; illa sanctificatio ad virtutē sacramēti pertinere videtur. in coniugio aūt tātùm semel benedicitur quisq;, alioquin pœna imponitur sacerdoti, vt dixi. vel dic quòd iteratio est, quātum ad susceptionē, & non quantum ad sanctificationem. Mouetur ex eo, quòd canon dicit simpliciter, sacramenta non esse iteranda: & ideo videtur eis, quòd hoc simpliciter sit intelligendum. xix. dist. si Romanorum. infrà, de offic. delegat. venerabili. §. penult. & fin. infrà, de priuilegijs. quia circa. ne fiat iniuria sacramento: vt infrà sequitur. Sed sine dubio non semper est, vt apparet in his quæ notan. suprà de vsu pallij. §. & quo loco. Sed quare est prohibita sacramentorum iteratio? Quia non est facienda iniuria sacramento. de consecrat. distinctio. iiij. ostenditur. j. qu. j. quòd quidam. Sed quid est facere iniuriam sacramento? Respon. animæ infigitur quædam imago preciosa siue pictura, scilicet character spiritualis. vnde sicut si aliquis vellet ponere imaginem super aliquam imaginem siue picturam, super picturam, id est, superpingere, pictura obscuraretur interior, vt hic. vel dic, quòd facit iniuriam sacramento, id est, illi qui contulit sacramentum, quasi non ritè contulerit. ad hoc de consecrat. distinction. ij. ca. fin. & not. quòd multum displicet pictori vel fabro cuilibet, si quis opus suum verbo vel facto detestetur, & pro bono habet, si commendetur. hac etiam ratione prohibetur iterari benedictio nuptialis, sed de hoc dic vt nota. infrà, de secund. nupt. §. an licitum sit. versic. vel dic quòd illicitè. & sequentibus. Item ecclesia si corruit, iterum consecranda est. de consecrat. distinction. j. de fabrica. vel si comburatur pro maiori parte. vt ea. distinction. ecclesijs. Sin autem mortum fuerit altare, vel sanguine sit pollutum, dic vt infrà, de consecrat. eccle. vel alta. in summa. & cap. aqua benedicta. Et generaliter non iteratur aliquod sacramentum, nisi illud, de quo expressum inuenitur: sed hoc verum est, si certum sit de receptione sacramenti. aliàs in dubio iterari potest, quia non videtur iteratum quod nescitur esse præstitum. infrà, de presbyt. non bapt. veniens. de consecrat. distinct. j. solennitas. infrà, de cleri. per sal. pro. cap. vnico. infrà, de bapt. de quibus.

12 Quid operetur † sacramentum. Collige suprà titul. j. §. quia verò Christus. de consecrat. distinctio. v. ca. j. & per totum. & not. quòd qui inuitus recipit sacramentum, etiam characterem non recipit: infrà, de bapt. maiores. §. vltim. ideo non cogitur quis præcisè ordines recipere: suprà, de ætate & qualita. quæris. Et sciendum, quòd quamuis hæreticus, vel degradatus corpora sepeliat, missam celebret, tamen propter hæc corpora exhumanda, vestimenta benedicenda, altaria consecranda iterum non sunt: infrà eodem, cap. ij. Effectus etiam sacramentorum is est, vt talia sint accipientibus, quali corde, & conscientia accipiuntur. j. quæst. j. §. ecce. cùm Dominus declarauit. ideo sunt malis ad iudicium. de consecra. distinction. ij. & sancta malis, & non pœnitentibus sacramenta dari non debent, vt xcv. distinction. illud. quod intelligo de peccatis manifestis. nam propter occulta non possunt alicui sacramenta negari, nisi per admonitionem secretam, vel publicè in genere factam. de consecrat. distinction. ij. non prohibeat. de hoc not. suprà, de ætate & qualitat. §. ordo. ver. quid si clericus petit ordinari, & sequentibus. Sacramenta verò in se sancta sunt, nec per peccatorem quantumcunque pollutum coinquinari possunt. infrà, de cohabit. cle. & muli. vestra. In summa notandum est, quòd pœna iterantis secundum leges, est vltimum supplicium. C. ne sanctum bapti. reiter. l. ij. sed & ei qui sanctitatem baptismi geminat, pœna depositionis imponitur, tanquam indigno sacerdotio. C. eodem titul. l. j. Illi autem qui sponte fuerint iterum baptizati, vel conditionaliter coacti, promoueri non possunt. & idem intelligo, si ignoranter, & postea cùm sciuerint, ratum habeant. Item si ab hæreticis scienter. l. distinction. confirmanduni. j. quæstio. j. ventum. in fin. & quæstio. vij. qui in qualibet. & capitul. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent isti viuere: & sic retinebunt priuilegium clericale. lxxx. distinction. dictum. de conse. distinction. v. dictum. qui autem ignoranter sunt baptizati, sicut frequenter fit de infantibus, vel coacti absolutè possunt promoueri, secundum quosdam de iure, secundum alios, quod tutius est, de dispensatione Episcopi. j. quæstion. iiij. placuit. de vtrisque habetur de conse. distinction. iiij. eos quos. contradicit tamen vehementer de conse. distinction. iiij. qui bis. vel dicitur, quòd si ignoranter est aliquis baptizatus, non indiget pœnitentia, sed tamen est irregularis, & promoueri non potest. Sed illud dictum fuit olim in odium baptizantium, vel de magno rigore, vel de ignorantia iuris, quæ non excusat in talibus. & quod dictum est de rebaptizato, intelligas de reordinato, & de reconfirmato. arg. lxviij. dist. c. j. de consecra. dist. v. dictum.

De

De filijs presbyterorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Presbyteri filius quis dicatur.
2 Spurius quis dicatur.
3 Nothus quis dicatur.
4 Manser quis sit.
5 Filij presbyterorum qui prohibeantur ordinari.
6 Natus de damnato coitu, postea si pater ducat matrem uxorem, nunquid talis poterit promoueri.
7 Dispensatio circa spurios, & alios quæ sit.
8 Dispensare circa prædictos quis possit.
9 Beneficia quæ sunt, quæ intelliguntur curam animarum habere.

VItium originis, de quo legitur lvj. distinctio. per totum, impedimentum præstat ordinandis. ideo post tractatum Ordinandorum, & præficiendorum, de quo in superioribus præmisimus, de filijs presbyterorum ordinandis, vel non, videamus, dicentes, Quis dicatur filius presbyteri, Qui filij presbyterorum prohibeantur ordinari, Quæ est causa prohibitionis, Quæ dispensatio circa eos adhibeatur, Quis possit dispensare.

1 Quis dicatur filius † presbyteri. [a] Is qui susceptus est de le-
2 gitimis nuptijs, & talis non prohibetur ordinari: quod dic vt no. j. e. §. seq. Item & is qui confitetur se filium fore, quamuis de illegitimo coitu: ꝛ. de elect. innotuit. habetur ei fides contra se. ff. de interrog. actio. de ætat. §. j. sic potest intelligi quod habes j. e. Michael. scilicet, quòd intelligatur susceptus de legitimis nuptijs, quia filius is est quē nuptiæ demōstrāt. ff. de his qui sui iuris sunt. filium. probatur ergo filius etiam illegitimus, si hoc cōfitetur. sic intellige infrà eodem, ca. ij. Quid ergo si neget se filium sacerdotis, quamuis enim mater de facili probari possit. ff. de in ius vocan. quia semper impossibile, tamen est probare patrem in hoc casu per testes: ideo dicit lex, quòd hæc conditio est impossibilis, scilicet si probaueris te filium talis. ff. de condit. & demon. Lucius. dic si potest probare negans, quòd mater sua habebat virum legitimum, cum quo morabatur tempore conceptionis, probat se legitimum per l. filium. superius allegatam. vel probatur filius ex affectu. j. de præsumpt. afferte. ij. q. vj. ad Romanam. C. de inoffic. test. si mater. & stabitur his coniecturis, donec probetur cōtrarium. C. de probatio. non nudis. & de nupt. si vicinis. C. de testamentis non professio. & de hæredibus instituendis. si pater. ff. de inofficioso testamento. si instituta. §. j. Si verò constet, quòd cum sacerdote morabatur, eius filius præsumitur: infrà, qui filij sint legitimi. causam quæ. j. in dubio verò, si infamia laboret nimia, poterit se purgare. sic intellige infrà, de purgatione canonica. accedens filiatio. ergo paterna illegitima de facili non probatur, licet certa indicia admittantur, si per legitimos testes comprobentur. sic potest intelligi infrà, qui filij sint legitimi. transmissæ. ad finem. in his enim in quibus certa probatio haberi non potest, vt in furtis & similibus, indicia probabilia, & præsumptiones violentæ sufficiunt. C. de rei venditio. indicia. C. de quæstio. milites. ff. de re mili. non omnes. §. à Barbaris. quod dic, vt nota. infrà, de præsumptio. in summa. sic etiam non præsumitur matrimonium, nisi probetur. xxx. q. v. aliter. sic nec filius legitimus, nisi probetur parentibus viuentibus, secus quinquennio elapso post mortem: quod dic vt not. infrà, qui filij sint legitimi. §. qualiter probetur filiatio. & de consanguini. §. & vnde dicatur. Filius
2 verò presbyteri, illegitimus spurius † dici potest, quia spurius
b [b] qui vulgò quæsitus est, id est, in scorto, qui nequit patrem ostendere, vel etiam ostendit, sed verecundum. ff. de stat. homi. vulgò. Instit. de nuptijs. §. si verò aduersus. naturalis verò est de concubina natus, infrà, de probatio. per tuas. cuius filiatio per confessionē parentum probatur: infrà, de probationibus per tuas. Con
3 suevit autem dici, quòd natus de adulterio nothus † dicitur, qui videtur verus, & non est verus: sic dictus à nota, id est, infamia, quæ multum affligit hominem, sicut dicitur notha febris quartana, quæ multùm affligit: secus, si antiqua sit, & meritò sperni possit. ff. de re iudi. quidam. & tamen non est peccatum illius qui nascitur, sed qui generat. lvj. di. nasci. sed quia de graui peccato natus est, fama suggillatur. xxxij. quæst. vij. quid in omnibus. Man-
4 ser † verò propriè dicitur, de scorto natus. Spurius de concubina, sic dictus à spurcitia incontinentiæ, secundum hoc quilibet illegitimus spurius est, quia quamuis concubinatus per legem antiquam admittatur. ff. de concu. in concubinatu. in fi. argumen. xxxiiij. distinctio. capit. j. & ij. hodie tamen talis coitus omnino reprobatur, etiam per leges quæ monēt oēs castè viuere, & punit lenones castitatis pestiferos, vastatores. in authe. de leno. respon. j. & §. sancimus. columna ij. & quibus modis nat. effi. legi. §. illud quoq;. colla. vj. & si etiam hæc lex concederet cum hic vertatur periculum animæ, nō dedignaretur sacros canones imitari, infrà de secund. nupt. ca. fin. & vide quod not. infrà qui filij sint legitimi.

a Quis dicatur filius presbyteri.] Adde Io. Andr. in addi. Spe. titul. de fil. presbyter. idem in titul. qui fil. sint legitimi.

b Spurius.] Adde Do. in ca. consuluit. de seruis non ord. Do. in cap. nisi cum pridem. in §. spurius. de renunc. Bar. in l. generaliter. in §. cùm autem. C. de instit. & substitutio.

5 Qui filij presbyterorum † prohibeantur ordinari. Respon. Latini, & in sacerdotio geniti. infrà eodem. l. literas. secus in Græcis. infrà, de cleric. coniug. olim. sed Latini circa sacros ordines de legitimo matrimonio susceptos, licitè promouentur ad quoscunque ordines, nisi aliud impediat, & etiam præficiuntur in ecclesijs, in quibus patres eorum prælati sunt, vel fuerunt. infrà eodem, ad hæc. sed filij legitimi, id est, naturales non in sacerdotio, imò dum laici erant, geniti, & maximè spurij, id est, in sacerdotio geniti, canonici in ecclesijs patrum suorum esse non possunt. sic intellige infrà eodem, cùm decorem. & capitul. ad abolendam. & est ratio, quia si legitimus filius mecum sit in ecclesia, & mecum ministrat, non est periculum conscientiæ, si matrimonium, de quo eum suscepi, memoriæ mandem, cùm bonum sit. xxxj. distinctio. Nicena. sed illegitimum videre non possem de facili, quin fornicationem vel incestum memoriæ commendarem: & posset de facili fieri, quòd delectationem præteritam recordarer. & sic conscientia fortè læderetur, vnde celebrando in ordine meo ædificarem ad gehennam: suprà de scruti. c. vnico. infrà, de restitu. spoli. literas. §. si verò. infrà, de præscriptio. c. fin. infrà, de cohab. cleri. & muli. c. fin. Nec obst. quòd possum egisse pœnitentiam, quia nihilominus vtraque conscientia pungi potest, cùm & multi eroneam habeant. infrà, de simonia. per tuas. ij. C. de fide instrum. l. fina. Ex hoc patet, quòd patribus mortuis, ibidem poterunt filij promoueri, quo ad canonias, quæ simplices sunt. & ideo cap. allegata, cùm decorem, & ad abolendam. quæ loquuntur de illegitimis, scilicet naturalibus, & maximè spurijs, non dixerunt in quibus fuerint canonici patres, sed in quibus sunt. capit. verò ad hæc. dicit, sunt vel fuerunt, quia loquitur de filio legitimo. In hoc eodem concordat frater Raynal. tamen verbum maximè positum infrà eodem, ad abolendam. exponit, id est, tantùm, quod non placet domino Goffred. quia spurij nedum in paternis ecclesijs, sed nec in alijs de iure canonicari possunt. vnde decre. illa de summis Pontificibus susceptis ex sacerdotibus, quæ ponuntur lvj. distinctio. in princip. intelligenda sunt, quando susceptus fuerunt à patribus in laicali habitu constitutis, vel in minoribus ordinibus: secus, si post sacros. xxxj. distinctio. ante triennium. xxxij. distinctio. placuit. & capitul. seriatim. in fin. lxvij. distinctio. Episcopus. inde est, quòd si pater promotus fuerit vxore vouente, secundum decret. j. de conuer. coniug. cùm sis prædictus. & duobus cap. sequentibus. & postmodum cognoscat vxorem, & prolem suscipiat. quamuis talis proles de legitimo matrimonio susceptus sit, tamen illegitima censetur, nec promoueri potest sine dispensatione: infrà eodem, literas. Cùm ergo dicat frater Raynal. quòd tantùm spurij prohibentur in ecclesijs, in quibus sunt patres eorum canonici: innuit, quòd in alijs possunt canonicari. quod falsum est, secundum Goffred. ideo dixit Goffred. quòd in illa ecclesia, in qua præest pater legitimus, vel præfuit, non potest filius nisi simplex beneficium obtinere. infrà eodem, ad hæc. canonicatum autem habere non potest, & si legitimus sit, sed spurius, maximè prohibetur. infrà eodem, ad abolendam. & sic maximè, ibi positum' tenetur comparatiuè. Alij dicunt, quòd capit. Ad hæc, corrigitur per cap. Ad abolendam. ' asserunt etiam, quòd illegitimus fiat canonicus cum patre suo in canonica regulari. argu. à contrario sensu illius cap. Ad abolendam. & lvj. distinction. c. j. & infrà eodem, cap. j. sed quod dicit infrà eodem, ad abolendam. in secularibus ecclesijs, subaudi, maximè propter rationem quam reddidi suprà, in opinione mea, vacat enim ibi argumen. à contrario sensu, sicut & infrà, de testamentis. ad hæc. & capitul. requisisti. §. si verò. C. de Episcop. & cleri. conuenticulam. Si bene consideraueris, opinio mea soluit contra tam iurium, quàm doctorum: nam secundum me maximè dictum comparatiuè ponitur, siue sumitur. & in hoc Goffred. satisfactio. non tamen respectu legitimorum. & sic

e Nomine filiorum.] Adde gl. in cle.j. de baptis. Io. And. & Ant. de But. in c. ad extirpandas. de fin. presbyt. Io. And. in c. statutum. de hære. lib. vj. in nouella. Bar. in l. alimen. ff. de alimen. lega. Lud. cons. cccxxxviij. incip. in casu præsentis consultationis.

d Pater ducit matrem.] Adde Cardi. Alex. in cap. tanta. qui filij sint legitimi. Io. Zochus in repe. cap. per venerabilem. eo. tit.

e Si transeant ad religionem.] Adde Car. Zab. in cap. fin. in ij. q. de fil. presbyt. Et an tales legitimentur per ingressum religionis, vide per Guil. de Cun. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & ib. Bald. in lect. Lud. Rom. in l. necessarijs. ff. de acqui. hæred. & ibi dicit hoc dictum didicisse à quodam Cathalano peritissimo. idem Lud. in authen. similiter. in vij. priuileg. C. ad legem Falcid.

cum fratre Raym. in intellectu, quod habet super decre. ad hæc. conuenio & concordo, scilicet quòd legitimus filius potest præfici in ecclesia, in qua pater suus præ est, vel præfuit: non tamen in illo iure. vnde si fuit Episcopus, immediatè post ipsum non erit Episcopus. Item si decanus vel præpositus, non succedet immediatè in decanatu, vel præpositura, quia non debent ecclesiastica iure hæreditario possideri. viij. quæst. j. Apostolica. sic potest intelligi. infrà eodem, præsentium. & capitul. conquerente. veniens. ex transmissa. constitutus. quoniam. ad extirpandas. & capitul. Michael. Quinimò si pater habuit personatum, filius ipsum immediatè habere non potest. infrà eodem, quoniam. Item si pater habuit vicariam, non habebit ipsam immediatè filius, infrà eodem, ad extirpandas. sed si pater habuit personatum, filius immediatè vicariam habere non potest, vel econtrà, infrà eodem. constitutus. & capitul. Michael. & est ratio: quia perpetuus vicarius curam habet: infrà de offic. vica. c. fin. vnde non potest habere duas. infrà, de offic. vicar. prouideas suprà, de rescript. postulasti. & quasi ius habens in ecclesia. infrà, de fide instrumen. G. perpetuus vicarius amoueri non potest sine causa. infrà, de offic. vicar. ad hæc. sicut est emphyteuta, & qui non ad modicum tempus conducit, ius habet in reg. ff. si ager vectig. l. j. & fin. ff. de superfi. l. j. §. quòd ait. secundum Goffred. Quinimò alia ratio est fortior, quia sicut filius succedit patri, & eadem persona intelligitur cum ipso. C. de impuber. & aliis, sub. l. fin. in fin. ff. de lib. & posthum. in suis. sic & vicarius quandoque, siue intitulatus clericus. argument. infrà, de iure patro. postulasti. & licet vnus sit persona, & alter vicarius, tamen eandem curam habere intelliguntur insolidum, quia vna est cura vnius ecclesiæ incorporalis & indiuisibilis. xxiij. quæst. j. loquitur. ff. de operis. libert. libertus. in fin. ff. de seruitu. viæ. infrà, de iure patrona. ca. j. & ij. ideo eandem curam immediatè post patrem habere non potest. sed media persona purgat vitium: infrà, eodem, ex transmissa: quia veritas personarum delet vitium successionis præsumptæ: suprà, de elect. venerabilem. §. penult. in fin. j. quæst. j. citò. ij. quæst. j. in primis. ff. de hæredi. vel actio. ven. venditor. Illud tamen non nocet, si nomine filij, vel tanquam conductitius in ecclesia ministrauit. infrà eodem, constitutus. Sed nunquid hæc prohibitio extenditur
c ad nepotes? Videtur quòd sic: quia nomine filiorum, [c] nepotes continentur. ff. de verborum significatione. liberorum. ff. de in ius voc. sed si hac lege. §. liberos. ff. ad Macedo. filium. sed dic vbi de pœna agitur, significatio restringitur. nam senator non potest ducere filiam illius qui artem ludibriosam exercuit, neptem verò potest, vt ff. de ritu. nup. l. lege. §. hoc capite. argumen. lvj. distinct. dominus. secundum Goffred. sed contrà, ff. de ritu. nupt. l. senatusconsulto. vbi de simili odio agitur. nam vt ibi dicit, senatusconsulto cautum est, ne tutor pupillam suam filio suo nuptui collocet. & ibi filij nomine nepos continetur. ad idem Institut. de nupt. §. fratris. vbi hoc traditur pro regula, quòd cuius filium habere non licet, eius neque neptem. ad idem ff. de verborum significatione. l. iusta. potest dici, quòd patre viuente potest nepos immediatè poni in ecclesia, quem auus tenuit, vt in primis concordan. patre verò mortuo, non potest, vt in contrarijs. ratio, quia in primo casu cessat causa prohibitionis: nam si iure successionis haberetur, non nepos, sed pater auo succederet. in secundo verò nepos tanquam proximior admittitur. C. de suis & legi. hæredi. authenti. in successione. hoc de nepotibus per rectam lineam descendentibus: secus, de collateralibus. nam nepos tanquam proximior admittitur. vt C. de suis & legi. hæredi. authenti. in successione nepos auunculo succedit. vt patet infrà, de offic. deleg. ex parte. j. & infrà, de arbit. non fine. & iunge quod not. infrà eodem, quis possit, versi. secunda verò prohibitio. & sequentibus. Quid si filius succedit patri dispensatiuè, vel de facto, nunquid frater suus immediatè post ipsum potest habere eandem ecclesiam? & certè non videtur de mente iuris, quòd talis persona intermedia purget vitium, imò potius videtur probare, quòd successio in ecclesia Dei locum habeat. vt suprà, de elect. venerabilem. §. penult. hoc vbi de facto habuit filius post patrem sine dispensatione: sed si dispensatiuè fuisset promotus, tunc videtur, quòd frater ei succedere possit. argument. in superioribus. & infrà eodem. §. quis possit dispensare, versicu. secunda verò prohibitio est. Quid si quis na-
6 tus † sit de damnato coitu, postea pater ducit matrem [d] in vxorem, nunquid talis filius promoueri potest de iure communi? Dicas quòd sic, si tempore conceptionis talis erat mater, quæ haberi poterat in vxorem, etiam si post natiuitatem alter parentum alij nupserit, quo mortuo, parentes matrimonialiter sunt coniuncti: quia matrimonium subsequens legitimat prolem, quò ad omnes actus legitimos. infrà eodem, qui filij sint legiti. tanta. in authent. quibus mod. natura. effic. legiti. circa princ. colla. vj. excipiunt quidam dignitatem Episcopalem, sicut frater Raym. ad quam talis sine dispensatione papæ non poterit promoueri: argumen. suprà, de electio. innuit. vbi hoc argui poterat in antiqua. sed hodie non habemus. argum. ad idem suprà, de electio. cùm in cunctis. cùm enim talis de legitimo matrimonio natus non fuerit, quamuis postea subsequatur matrimonium, non videtur concilio, quòd natiuitatem respicat satisfactum: sed & si contrarium dicatur, non displicet, ne fauor matrimonij restringatur, secundum Goffred. quod admitto, infrà, qui fi. sint legi. ex tenore, & qui matrim. accu. pos. videtur. in fine.

Quæ est causa prohibitionis?

Et dico quòd est triplex. Prima dignitas & excellentia ordinis clericalis, quæ turpibus & infamibus committi non debet. infrà, de excess. prælat. inter dilectos. C. de dignita. neque famosis. libr. xij. C. de insa. l. vnica. libr. xj. propter quam dignitatem lex diuina prohibuit spurios, & huiusmodi turpes personas, vsque in decimam generationem ecclesiam Dei intrare. infrà, qui filij sunt legitimi. per venerabilem. §. fin. quamuis enim non sit hic nota delicti, est tamen nota defectus: infrà, de purgat. canon. accedens. & tales etiam ex incontinentia parentum quasi maculati & dehonestati intelliguntur, sicut dehonestatur maritus ex incontinentia vxoris. xxiiij. distinction. si cuius. xlij. quæst. j. in coniugio. & sicut dehonestatur quis ex contractu meretricis, qui tamen contractus computatur inter opera charitatis: infrà, de sponsa. inter opera. & ex contractu ancillæ. xxxiiij. distinction. si quis viduam. fama enim promouendi in nullo vacillare debet. xxxiiij. distinctione. laici. & ex talibus saltem de facto ecclesiæ infamantur: infrà, de obli. ad ratio. cap. vnico. ad fin. & ideo quia vituperari potest, præcaueri debet. infrà titul. j. cap. j. ad honores. tamen seculares tales admittuntur. ff. de decurion. spurij. & l. generaliter. §. spurios. Sed videtur, quòd magnus sit honor nasci de prosapia sacerdotali. infrà, de maiorita. & obedient. solitæ. §. potuisses. sed ibi loquitur de legitimo. Secunda causa est detestatio criminis paterni, quod plerunque detestamur in filios, & punimus temporaliter, sicut in crimine læsæ maiestatis. C. ad legem Iuliam maiestat. si quis cum militibus. vj. quæstion. j. §. verum. & in hæresi. infrà, de hære. vergentis. sic & est hic ratio, quia magis puniuntur parentes in filijs, quàm in semetipsis. ff. quod metus causa. isti quidem. quod autem filius pro delicto patris temporaliter puniatur, casuale est. generaliter enim contrarium obtinet. ff. de decurionibus. l. ij. §. nullum. ff. de pœnis. crimen. C. ne filius pro patre. in rubro & in nigro. quia culpa suos debet tenere authores, &c. C. de pœnis. sancimus. infrà, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. quæsiuit. ideo etiam dixi, Temporaliter, quia spiritualiter filius bonus nō portabit iniquitatem patris: neq; bonitas filij parentis malitiam excusabit. lvj. distinct. nunquam. Tertia causa est timor paternæ incontinentiæ. infrà eodem. literas. & capit. fina. iuxta illud:

Sæpe solet filius similis esse patri.

argumen. xxiiij. distinctio. quando generaliter. lvj. distinction. si gens. ij. q. vij. cap. penultim. & vltim. præsumptum est enim, quosdam peruersos fore, quia fuerunt nationis peruersæ. ff. de redhibitoria actione. quod si nolit. §. qui mancipia. vj. quæst. j. quæ crimen. xxxvj. dist. legant.

7 Quæ dispensatio † circa eos adhibeatur.

Magna, secundum quosdam, vt si transeant ad religio-
e nem, [e] promoueri possunt. infrà eodem, ca. j. quod non admitto, quia statuitur ius commune. dicas ergo, quòd adhibetur, magna, scilicet, vt in seculo promoueantur. j. e. literas. Maior vt ad sacros in ecclesijs parochialibus dignitatibus & personatibus vel inferioribus promoueantur: j. c. pen. & vl. Maxima, vt promoueantur ad dignitatem Episcopalem. lvj. dist. Cenomanensem: j. de cor. viti. ca. ij. & adde quod no. infrà eod. §. seq. versi. vel dic quòd minima, & seq.

Quis

8 Quis posit dispensare. † Dicunt quidam, quòd in magna & maiori, episcopi: ꝯ.eodem.veniens. Damasus contrà, quia si hoc verum esset, non concederetur eis speciali priuilegio: ꝯ.eod. ex tua. & certè hodie planum est, quod nor.ꝯ.eodem. c.penult.& fin. etiam legatus. vt ibi. ergo dicas, quòd solus Papa dispensat in maiori & maxima cum filio sacerdotis, in seculo manẽte: sed in maiori potest dispensare episcopus, quia non inuenio prohibitum, imò potius concessum. argum.de ordinibus: ꝯ.eodem.veniens.& cap.proposuit.& quia quod de vno prohibetur, de alio conceditur. xxv.distinct. qualis.ꝯ.de præsumpt.nonne.ff.de iudic.cùm prætor.& de simplici beneficio. argum. ꝯ.eodem. cùm decorem. & c.ad abolendam. nec obstat ꝯ.eodem.literas.quia quamuis Papa ibi dispẽset, propter hoc non videtur alijs adimere, quia si hæc voluisset, prohibuisset, sicut in maiori: ꝯ.eodem.cap.fin. vel expone, quòd ibi dicit, permittimus: id est, permissum esse ostendimus. sic ꝯ.de iureiu. cap.& si Christus.in fine.de donat.cap.ij.in fine.argum.ꝯ.de cler. coniug. Ioan. & de bigam.super eod. potest & illud dici, quòd in
f maiori posit episcopus [f] dispensare ex causa.argum.ꝯ.eodem. ex tua. vbi respondet ad consultationem.& nõ obstat ꝯ.eodem. cap. penult.& vltim. quia intelliguntur & de dispensatione indiscreta.ad quod facit, quod notat.s̃.de ætate & qualitate.§.ætas. Sed & si transit ad religionem, credo quòd si necessitas exigit, prælatus cum eo etiam in maiori poterit dispensare. nec obstat ꝯ.eod. cap.j.vbi dicit, prælationes verò nullatenus habeant: quia illud verum est de iure communi. nam in c.j. ius commune statuitur, vt s̃.dixi.& quòd possint prælati cum eis dispensare, adduco tibi iura aurea: licet alij pro contra adducant. ꝯ.de apostat. ex literarum.in authent.de mona.in princ.collat.j.ꝯ.de pœnis. in quibusdam, ad finem. Et hìc notandum, quòd licet episcopus sine causa magna, secundum Ioan. vel etiam ex magna causa, secundum Tanc. non possit dispensare in maiori, si tamen ordinauerit, tenetur ei beneficium assignare. ꝯ.eodem.veniens. & c.propõsuit. & si dedit ecclesiam scienter, non potest eum authoritate propria spoliare: quia non potest venire contra factum suum. ꝯ. de cler. coniug.diuersis ad finem. Et illud videtur, quòd episcopus non possit dispensare, vt filius succedat in iure eodem patri suo. ꝯ.eo. veniens: quia est contra Apostolũ, ꝯ.eod. ex transmissa.in fin. viij. q.j. Apostolica. & contra Apostolum dispensare non potest. ꝯ.de bigam.super eod. & fine dispensatione ad minores ordines promouetur.ꝯ.eodem.cap.j.quod dic, vt notat. ꝯ.eodem.vers.secunda. Vel dic, quòd minima circa eos dispensatio adhibetur, scilicet vbi ad minores ordines, & simplicia beneficia promoueantur, hic dispensat episcopus cum filio presbyteri, in seculo permanente ex prærogatiua meritorum. ad hoc l.distinctio.cap.finali. Magna, vt ad sacros ordines promoueantur. hic, si transeat ad religionem, dispensat episcopus ex prærogatiua meritorum: vel dic, quòd canon dispensat ipso iure. ꝯ.eodem.c.j. Maior, vt ad ecclesiam parochialem promoueantur. hic, si transit ad religionem, dispensat episcopus ex necessitatẽ: non tamen decret. vt s̃.dixi. Ma-
g xima, vt in seculo ad episcopalem dignitatem [g] promoueatur, & hic solus Papa dispensat: quia hoc regulare est, vt in talibus nullus inferior dispensẽt, vt notatur s̃.de ætat.& qualit. §.ordo. Antiqui tamen, qui dixerunt, quòd magna dispensatio est, vt ordinetur in ecclesijs alijs à patronis. arg.à contrario sensu. ꝯ.eo.præsentium. Maior, vt in paternis, media tñ interueniente persona. ꝯ.eo. ex transmissa. Maxima, vt in paternis admittãtur immediatè. Hęc distinctio nõ placuit Goffred. propter membrum medium, quia decret, ex transmissa. non loquitur de dispensatione, sed de iure communi, vt probaui s̃.eodem versic.& illud.& §.qui filij.& ver. si bene considerabis. vnum tamẽ nota, secundum ipsum, quòd duæ prohibitiones sunt in hoc tractatu. Prima de filijs illegitimis non promouendis: hic aliquandǫ per ingressum religionis dispensatur, aliquando per hominem, & cum his qui in seculo remanent circa ordines, & maiora beneficia. ꝯ.eodem. veniens. & cap.ex transmissa. nam ex quo princeps hoc ad manum suam nõ retinet, videtur alijs permisisse. ꝯ.de sententia excommun.nuper. sed hodie in dignitatibus personatibus & beneficijs curam animarum habentibus, nullus dispensat, nisi Papa. ꝯ.eodem.cap.fin. multò minus in episcopatu. Secunda verò prohibitio est, quòd filij etiam legitimi non assumantur ad illa beneficia, quæ immediatè habuerunt patres eorum, circa quod frater Raymundus scripsit, quòd episcopi & archiepiscopi dispensare possunt. ꝯ.eod. ex tua. in qua respondet ad consultationem. loquitur ergo de iure communi. Goffred. hoc probat, quia non agitur ibi de dispensatione facienda, vel non facienda: sed an facta debeat reuocari. & dicitur quòd non, & iustè. nam beneficium debet esse manſu-
rum. in authent. constitutio quæ de digni. §.illud quoque. col.vj. nec semel facta remissio reuocatur. xxiij. q. iiij. si illic. quia Deus multiplicat & cumulat suæ liberalitatis dona, nec reuocat. de pœnit. distin.j. quantumlibet. & quod legitimè factũ est, pœnam non meretur. Cod. de adult. Gracchus. ꝯ.de restitut.spolia.audita. §.licet. dic ergo, quòd in hoc casu etiam legato dispensare non licet. ꝯ.eodem.dilectus. nec mireris, quia talis dispensatio esset contra Apostolum. viij. quęst.j. Apostolicam. secũdum Goffredum. Si vis tenere opinionem fratris Raymundi, dic quòd duo quæruntur in decret. ꝯ.eodem. ex tua. Primum, vtrum episcopi dispensare possint. & respondetur quòd sic: & durat à principio vsque ad vers. quidam ad iudices. Secundum, vtrum hi, qui tenent alia beneficia debeant remoueri? & respondetur distinguendo, vtrum cum talibus dispensandum sit, & tunc nõ remouentur: & durat vsque ad vers. alios verò. Sed quòd dicit respondemus, quòd si per priores literas expones, id est, per priores literas, vel subaudi maximè, quasi dicat, si tuo iure dispensasti: quòd si dispensatum nõ est, remouendi sunt, & hoc est, alios verò clericos, &c. sine authoritate, id est, sine dispensatione. nec obstat ꝯ.eod. dilectus. quia intelligi potest, & Virgil. illegitimus erat: nec contradicit decre. ex tua. quæ intelligitur in legitimis filijs. nec obst. c. Apost. vel alia similia, quæ prohibent successionẽ hæreditariã in ecclesia Dei locum nõ habere, quia locum habẽt, quando non de gratia, sed iure suo hoc petit, & sine authoritate episcopi vult possessionẽ habere, & ingredi libellum corrigẽdo, tanquã ambitiosus & improbus, qd omnino prohibetur, vt arg. ꝯ.de institut. c.iij.& ꝯ.eod. constit. ꝯ.de cler. peregr. c.fin. & de iure patro. relatum. & sic manifestè loquitur c. Apost. vnde dicit, valeat vendicare, aut postulare pręsumat: ꝙ si quis improbus aut ambitiosus reus, &c. q.d. de illis loquor, q seipsos offerunt, & solo animo hæreditatem spiritualem adire volunt, ac si temporalis esset. ff. de acquir. hær. pro hærede. quod nõ licet. ꝯ.de iure pat. consuluit. & c.per vestras. secus ergo de illo, cum quo prælatus ex proprio motu dispẽsat: talis enim nõ debet succedere, cùm nõ petat, sed potius refugiat: imò debet vocari à Deo, tanquam Aaron. viij.q.j. in scripturis, satis puto, ꝙ ex necessitate possit in tali casu episcopus dispensare. Potest igitur ipsum ex causa admittere, si vult, alioqui repellere. ꝯ.eod. ex transmissa.
h Quid si sacerdos generat filium de vxore legitima, [h] puta contraxit aliquis cum aliqua in minoribus ordinibus, qui demum promotus in sacerdotem cognouit eandem, & sic genuit filium, nunquid filius erit legitimus? frater Ray. dixit, ꝙ sic, tum fauore prolis, tum quia culpa parẽtum nõ debet nocere filijs. arg. xxviij. dist. diaconi. xxvij.q.ij. multorum. Goff. contrà. ꝯ.eod. literas. nec obstat, ꝙ de legitimo matrimonio susceptus est, quia coitus illicitus fuit, quia professionem & continentiam annexã ordini violauit. xxviij. dist. diaconus. lxxxiij. dist. cũ in præterito. Culpa etiã parentum reddit filios illegitimos. ꝯ.de cland.desp.eũ inhibitio. §.si qs verò. & §.pari modo. tamẽ cum tali benignius agendum est, q̃ cum alio. & facilius dispensandum. Dic si ignorante, vel inuita vxore promotus fuit, vera est sentẽtia fratris Ray. xxvij.di.fi vir. ꝯ.de conuer.coniug. quidã.& c.placet. si ipsa consentiẽte, vera est sentẽtia Goff. lxxvij. dist. episcopus. & xxxij. dist. feriatim. in fine. xxviij. dist. quia sunt culpæ. idem videtur, si ea sciente, & nõ contradicente. arg. liij. distin. fi seruus sciente. xxvij.q.j. Agathosa. an autem solus consensus mulieris tacitus, vel expressus sufficiat, an requiratur vt immutet habitũ, dic vt not. ꝯ.de conuer.coniug. Quid si dispensetur cum aliquo illegitimo, vt ad ordines valeat promoueri, videtur de minoribus tantùm cõcessum. arg. xxxiij. dist. lector. ff. de legat. iij. nummis. sed contrà. ff. de constit. princ. l.fin. ꝯ.de dona. cùm dilectus. xj.quæst.j. duo. dic priuilegium restringendum, cùm odiosum sit. arg. ff. de libe. & posthu. cũ quidã. ꝯ.de consang. ꝙ dilectio, secundũ Goff. s̃. de transl. episcopi. c.fin. ad fin. Quid si dispensetur cum tali, vt ad omnes ordines & ad omnia beneficia ꝓmoueri possit, nũquid in dignitatibus & prælaturis dispensatũ videtur? Dicas nõ eadẽ ratione, qua dixi in ꝓxima q. superiori. nã & si cũ aliquo dispensetur in vno, nõ intelligitur in alio dispensatũ. xij. dist. nos consuetudinẽ. quidam tamen dicũt, ꝙ vbi per priuilegium nullũ fit præiudiciũ alteri vel modicum, latè interpretatur: sed tamen interpretatio non excedit metas iurisdictionis interpretantis. ff. de iurisdi. omnium iudicũ. l. vlt. vbi verò fit enorme prę̃iudiciũ, est interpretatio restringẽda. ꝯ.

f In maiori posit episcopus.] Adde Do. in c.at si cle. de iu. in §.de adul. doct. in c. dilectus. de temp.or. Spe. tit. de dispensa. in §.nunc de episcopo rum.

g Ad episcopalem dignitatem.] Adde c.dilectus. & c.fin. extra eod. & in c.j. eod.tit. lib.vi. gl. in c.sicut. de excess.præl. Spe. in tit. de off.leg. §.nunc ostendendum.

h De vxore legitima.] Adde Doct. in c.tanta. qui fil. sint leg. Ioa. Zochus in repet. cap. p venerabilem. eo. tit.

i Legitimati. JAdde Anton. de Rosellis in tractatu de legitimatione. & per Lud. de Sardis in tractatu de legitimatione.

a Quid sit seruitus. JAdde l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. l. libertas. §. j. ff. de statu hominum.

b Quid sit libertas. JAdde c. eodem. libentius extra. eod. gl. in c. nullus. eod. tit. l. libertas. ff. de stat. hom.

Et est ingenuus. JAdde insti. de inge. in §. j. l. fin. C. ad leg. Falc. de preca. gl. in c. j. de ser. non ord. & in c. j. de pur. canon. Et an ingenuitas sit dignitas. vide per Cardi. Zaba. in c. j. in j. not. de seru. non ordi.

de priuileg. porrò. & c. recepimus. secundum Goff. argum. pro primo membro. j. de decim. ad audientiam. j. de verb. sign. olim. argu. pro secundo. j. de decim. suggestū. j. de verb. sign. quid per nouale. Quid si cum tali dispēsatum sit, quo ad ordines & beneficiū, nunquid potest habere canonicatum, vel parochialem ecclesiam? non, si ab episcopo vel archiepiscopo dispensatio facta fuit. j. eodem. c. vltimo. Si verò Papa, intelligitur dispēsatum etiam in præbenda. j. de præben. pro illorum. s. de ætat. & qualit. accepimus. §. fin. & in ecclesia parochiali, non tamen collegiata. j. de præben. c. fin. secundum Goffr. Item quæritur, cùm episcopi dispensent circa ætatem & ordines. s. de ætat. & qualit. indecorum. & c. præterea. Item cum filijs sacerdotum. j. eod. veniens. Item cū corpore viti. j. de corpo. vitiatis. de presbyt. Item cum adulteris & alijs criminosis. j. de iud. at si clerici. quare non dispēsant cum defectum patientibus. Respondeo, quia crimina per patientiam abolentur, irregularitas verò nō tollitur: vt notatur j. de bigam. Item irregularitas proueniens ex delicto ex accidenti est, sed proueniens ex vitio originis, naturalis est. ad hoc Instit. de iure nat. gent. & ciuil. §. sed naturalia. secun-
9 dum Goffr. oppositio in adiecto. Item quæritur, quæ beneficia † intelligantur habere curam animarum? respon. illa quibus inest corrigere, inquirere, reformare, præcipere, interdicere, suspendere, excommunicare, absoluere. argum. s. de elect. dudum ij. §. tandem. j. de offic. ord. c. j. & iij. & c. conquerente. §. j. j. de maio. & obedien. his quæ. nam hæc medicinalium sunt animarum. ij. q. j. multi. xj. q. iij. cùm aliquis. x. q. j. relatum. & c. sequenti. j. de pœni.
i omnis. §. sacerdos. Vtrum autem legitimati [i] ad actus ecclesiasticos videantur legitimati ad seculares. dic vt notatur j. qui filij sint legit. §. qualiter, & à quo. vers. Io. dicit. & sequent. & vers. illud solet quæri. Circa hoc notandum, quòd beneficiorum aliud summum per excellentiam, puta episcopatus, hic non dispensat, nisi summus Pontifex, qui & summus dicitur per excellentiam & plenitudinem potestatis. j. de concess. præben. proposuit. & de statu mon. cùm ad monasterium. ad finem. ideóque summus Pontifex per excellentiam summæ vrbis per excellentiam. j. de voto & vo. redem. magnæ. respon. j. ad fin. j. de pœni. significauit. Instit. de iure natur. §. iij. in summo beneficio per excellentiam solus dispen. vt s. de ætat. & qualit. §. ordo. Aliud duplex, sicut sunt omnia citra episcopatum vsque ad infima, & hic cadit dispensatio episcopi, & rationabilis, & necessaria, vt apparet in his quæ notantur s. de ætat. & qual. §. ætas. vers. dico igitur. & precedentibus. Aliud simplex, puta canonia, vel aliud curam animarum nō habens, quod appello infimum, & hic cadit dispensatio episcopi voluntaria, & rationabilis, secundum distin. inferiorem. argum. s. de elect. si alicuius. nam dispensationum alia voluntaria. hanc solus princeps facere potest in duplicibus beneficijs & summis. Instit. de iur. nat. §. sed quod principi. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem. Alia rationabilis non necessaria, puta quando fit propter prærogatiuam meritorum, & hanc solus princeps in duplicibus exercet. j. de preben. de mulcta. in fin. & episcopus in simplicibus. vt notatur s. eodem. vers. vel dic. Alia rationabilis & necessaria, & hanc episcopus in duplicibus exercere potest. vt notatur s. eod. vers. aliud duplex. & vide quod notatur j. de præben. §. cui conferenda sit. vers. sed nunquid pueris. Veruntamen non omitto, quòd quamuis Papa sine causa dispensare possit de plenitudine potestatis, pro eo quòd nō habet superiorem in hoc mundo, nec est qui corrigat vel emendet, attamen cùm homo sit, peccare potest, & à dominorum domino & Pontifice, omnium Pontifice, si sine pœnitentia decesserit, punietur. ideo nouerit sibi terribilius iudicium, quàm alijs inferioribus imminere. ix. q. iij. aliorum. & c. seq. arg. op. C. de iudic. rem non nouam. circa medi. l. in summa notandum, quòd xviij. decret. sunt in hoc titul. quarum viij. scilicet ad præ. c. & l. à & fi. de illegitimo filio intelliguntur. duodecima verò loqtur de legitimo, & illegitimo intelligi possunt, quinta verò, & pen. l. continent gratiam super eod. dissensio est, cæteræ continent ius commune.

De Seruis nō ordin. & eorum manumiss. Rubrica.

SVMMARIA.

1 [S]eruitus propriè quæ dicatur.

2 *Libertas quid sit.*
3 *Ingenuus quis sit.*
4 *Libertinitas quid sit.*
5 *Seruus multis modis efficitur liber.*
6 *Liber qualiter efficiatur seruus.*
7 *Seruus qualiter possit ad ordines peruenire.*
8 *Manumissus ab ecclesia, & ordinatus, an possit eam deserere, et ad aliam se transferre.*
9 *Manumissio quid sit.*
16 *Manumittere quis possit.*
11 *Abbas potest manumittere seruum monasterij.*
12 *Manumissio qualiter fiat.*

HAbito tractatu de impedimēto originis, videamus de impedimēto conditionis. Seruilis enim conditio clericalem non capit honorem. liiij. distinct. admittuntur. & sic videamus de seruis non ordinandis, & eorum manumissione, dicentes, Quid sit seruitus, Quid libertas, Quid libertinitas, Qualiter seruus fiat liber, Qualiter liber seruus fiat, Qualiter seruus ad ordines possit peruenire, Quid sit manumissio, Quis possit manumittere, Qualiter fiat manumissio.

a 1 Quid sit seruitus. [a] Seruitus † est constitutio iuris gentium, qua quis contra naturā subijcitur dominio alieno. Instit. de iure perso. §. seruitus. j. dist. ius gentium. xij. q. ij. cùm redemptor. cùm enim iure naturali omnes homines liberi nascerentur, non erat cognita libertas, cùm seruitus esset incognita. Institut. de libertinis. §. j. de iure enim naturali omnia communia erant: sed ius gentium & regna diuisit, & seruitutes, & obligationes induxit. viij. distin. quo iure. Instit. de iure natu. gent. & ciui. in princ. §. ius gentium. Ius autem ciuile nomina obligationum, & actiones induxit. ff. de pact. conuentionum. l. ius gentium. Instit. de ac. quibus actionibus prosequimur in iudicio quod nobis debetur. quod dic, vt notatur in summa. j. de libel. obl. quandiu ergo aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: sed manumissus in manu & potestate liberatur. Instit. de liber. Alij dicunt, quòd seruitus sumpsit initium ab ebrietate Noe. xxxv. distin. sexto die. in verbo illo, Non esset hodie seruitus, nisi ebrietas fuisset: sed dic non esse hoc modo inductam, scilicet per maledictionem, & propter ebrietatem, vel quòd initium habuit seruitus ab ebrietate ex præcepto, & inspiratione diuina, sed approbatione est de iure gentium. j. dist. ius gentium. secundum Hug. hoc probatur, quia Nemroth, qui fuit oppressor hominum, fuit ante diluuium. dic ergo, quòd primi parentes dici possunt fuisse ebrij, quando peccauerunt, quia sine mensura fuerunt, nec verum intellectum habuerunt, sicut nec ebrius habet: & si illa ebrietas non fuisset, non esset seruitus subsecuta, secundum fratrem Arnandum. Seruus autem, non sicut Grammatici aiunt, à seruio, seruis dicitur, sed à seruo, seruas. mancipium, quia manu captum. Instit. de iure perso. §. seruitus.

b 2 Quid sit libertas. [b] Libertas † est naturalis potestas eius quod cuique facere licet, nisi quod vi, scilicet seruitutis, aut iure, scilicet ciuili, prohibetur: Inst. de iure perso. §. & libertas. Libertas autem & ingenuitas aliquando promiscuè appellatur, & libero & ingenuo aliquando promiscuè vtimur. † Et est ingenuus, [c] qui statim vt natus est, liber est.
3 c Instit. de ingenuis, in principio. Partus autem, quantum ad conditionem, scilicet vtrum sit liber, vel seruus, ventrem sequitur: id est, si mater serua erat, seruus dicitur. si libera aliquo tēpore, dum prægnans erat, ingenuus iudicatur partus, vt in proxima allegata l. & ff. de statu homi. & seruorum. §. j. j. eodem. c. fin. Potest autem esse ingenuus, & spurius, vt quia de vulgo conceptus. Instit. de ingenuis, circa principium. & potest esse ingenuus legitimus, vt qa de legitimo matrimonio, & libera matre. & potest esse spurius, seu legitimus, & seruus, s. quia de ancilla cum matrimonio, vel sine matrimonio. Ingenuus & spurius non promouetur: qd dic, vt notatur s. tit. j. in summa. Ingenuus & legitimus promouetur, quicunque sit pater. j. eod. cap. fin. nam inter seruos, seu inter liberum & seruum potest esse matrimonium. vt in summa. j. de conuer. seruorum. c. j. illegitimus & seruus duabus rationibus prohibetur. Est quarta species, scilicet seruus illegitimus, & talis potest promoueri secūdum determinationem inferiorem, quam habes j. eod. §. qualiter seruus possit ad ordines peruenire. nec obstat xxxij. q. iiij. liberi. vbi innuit, natus ex matrimonio sequitur deteriorem partem, expone, id est, debiliorem, scilicet fœminam. sic j. de cland. despon. c. j. vel verius dic, quòd illud loquitur

secundum

ſecundum l.Lombardam,quæ hoc ſtatuit. ſed certè Romana dicit, quòd natus de matrimonio patrem ſequitur, & non matrem. ff.de ſtatu.homi.cùm legitimè. Solutio. Illud verum eſt,quãtum ad honores.C.de decu.eos indulſerunt.& l.nullus.& l.exemplo. lib.x.ff.de ſtatu homi.libertas. & in tantum hoc verum eſt, quòd ſufficit filium conceptum fore ex decurione, ad hoc vt conditionem patris ſequatur,quamuis ante natiuitatem pater decurio eſſe deſierit.ff.de decur.l.ij.§.in filijs. in quibus autem ſequatur patrem,collige ff.de pœnis,mortis.ff.de decur.l.ij. C.de decur.l.decurionem. & l.decurionum filij.aliàs partus ſequitur matrem.C. de rei vendic.partum.ff.de ſtatu homi.l.natura.in authen.coſtitutio,quæ ex ſcriptis. §.j.col.v.j̃.de natis ex libero ven. c.vnico. ſed ingenuitas aliquando ponitur pro libertate. j̃.eodem.c.j.vbi exponitur.

4 **Quid libertinitas.** Et quidem libertinitas † ſeu libertas eſt quaſi media inter ingenuitatem & ſeruitutem. Dicitur enim libertinus qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Sunt ergo tria genera hominum, liberi ſiue ingenui,his contrarij ſerui medij. inter ipſos libertini qui deſierunt eſſe ſerui.ff.de iuſtitia & iure.manumiſſiones. Inſt.de libertinis. in princ. reſpon.j. & §.horum multæ ſunt ſpecies,vt notatur s̃.eod. §.proximo.verſ.poteſt autem eſſe ingenuus. & ſeq. ſic ſecundum ius canonicum tria ſunt genera hominum.vt notatur s̃.in Proœmio §.vnde habuit originem.verſic.fin.ſed & Chriſtus mediator eſt Dei & hominum.

5 **Qualiter ſeruus † fiat liber.** Multis modis. Aut enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacro,ſcilicet eccleſijs,ſub aſpectu populi & antiſtitis,qualicunque ſcriptura,nec vice actorum interueniente manumittitur quis.C.de his qui in eccl.ma. l.j. & ij.aut vindicta,id eſt, cauſa cognita coram prætore. Inſtit. qui, & ex quibus cauſis ma. non poſſ.§.iuſtè.ſic dicta à iudice ſeruo quodã Viteliorum,q primo ſic fuit manumiſſus.ff.de origine iuris.l.ij.§.vitium.vel ſecundum Boetium, vindicta erat virga prætoris, qua mittendus ter percutiebatur à prætore,dicẽte,Aio te liberum.C.ſi aduerſus lib. l.ij.ſecundum Azon. ex hac fortè proceſsit forma abſolutionis canonicæ,quæ cum virgis fit,& verbis alijs conſuetis.j̃.de ſent.exc. à nobis.ij̃.§.penult.& in fin.dicit abſoluens,Authoritate qua fungor abſoluo te,abſolutionem & remiſsionem,&c. vel dic vindicta li. propter vindictam,quam fecerũt de nece quondam D.ſui. C.pro quib.cauſis ſer.pro præt.accipi. liber.l.ij. ff.qui ſine manu. ad liber.perue.l.qui ob necem.eſt tamen contrà argum. C.de iure libert.in ipſa rubrica.& l.penult. Aut inter amicos,in quo caſu quinque teſtes requirũtur.C.de Latina liber.l.vnica.§.ſancimus. & §.ſed & ſi quis. Aut per teſtamentum,ſuper quo vide j̃.eodem. & quis poſsit manumittere.Aut per quamlibet aliam vltimã voluntatem, puta per codicillos, aut teſtamentum minus ſolenne, quod valet inter parentes & filios. C. de teſta.hac conſultiſsima. §.ex imperfecto. quod expone per legem C.famil.erciſcun. l.fin. Sed & multis alijs modis. Inſtit. de liber.§.multis. C.pro quibus cauſis ſerui pro præmio accip.liber.l.j.& ij.per totum. C.communia.de manumiſs.l.fin.in authen.de mona.§.ij.coll.j.& in alijs diuerſis conſtitutionibus & iuribus,quæ diligens lector per ſe colligere poteſt,& vide j̃.eod.§.qualiter ſeruus poſsit ad ordi. verſic. cum ſeruis.& ſequent.

6 **Qualiter liber † ſeruus fiat.** Et quidam ſerui aut naſcuntur de ancilla, aut fiunt iure gentium: puta quia in iuſto bello capiuntur. quod dic,vt notat.j̃.de treug.& pace. §.quid ſit iuſtum bellum. Aut iure ciuili, cùm maior xx annis ad precium participandum paſſus eſt ſe venundari: & hæc probantur Inſtit.de iure perſo.§.ſerui autem. in quo ſex requiruntur. Primùm, quòd ſit maior xx ann.C. de liber cauſa.ſi miniſterium. Secundum, vt eius animi ſit,quòd precium participet.C.de liber.cauſa.non ideo. Tertium,quòd in veritate participet.ff.qui.ad liber.procla.non li.l.j. Quartum,q̃ emptor credat ipſum ſeruum. ff.de liberali cauſa.liberis. §.ſi quis ſciens. Quintum, vt is qui venditur, ſciat conditionem ſuam.ff. quibus ad liber.procla.non licet, qui ſe. Sextum, quòd venditor ſciat ipſum eſſe liberum.ff.qui ad liber.procla.non li.l.iiij. Si aliquod iſtorum deficiat,iure communi ingenuitatem prouocat,aliàs non,etiam ſi manumittatur.ff.de ſtatu hom.liber. ff.de liber. cauſa. ſi pariter. niſi reddat precium,quod tamen dominus inuitus non recipiet, licet aliqui contradicant. ff.ſi quis ingen.ſe eſſe dixe.l.ij.reſpon.j. C.quando li.ab emptio.diſce.l.j. Sed nunquid minor xxv annis reſtituetur? Non,quia non eſt mutanda tanta ſolennitas,& quia cùm ſtatus rei mutatus ſit, non eſt locus reſtitutioni.ff.de mino.ſic ex cauſa. §.Papinianus. ff.de in integrum reſtituend.diuus. Sed nunquid parentes, vel affines poſſunt implorare officium iudicis, vel rei vendicationem, adiecta cauſa de iure Quiritum,vt notatur j̃.de conuer. infidelium. cùm ad eorũ ignominiam referatur. ff.de liberali cauſa.l.j.ij̃ & iij̃.ff.de cap. dim. tutelas.§.ſi libertate.nec obſtant ll.contrariæ proxi.inductæ. quia ibi non mutauerat adhuc ſtatum ſuum, ſed mutare volebat. eſt tamen argum. contrà,j̃.de arbit.cum tempore.& de dona.inter dilectos. vbi clerici, vel religioſi non poſſunt ſe ſubijcere alijs in præiudicium ſui ſuperioris.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis, cùm prælatus non poſsit vendere clericum, pater tamen poteſt [d] filium vendere.C.de patri.qui fil.diſtra.l.j.Puto,quòd bonum obedientiæ,& quia ſubiectio ſpiritualis fortior eſt, quàm carnalis. s̃.de translat.epiſcop.inter corporalia. & arg. s̃.de conſuetud.cap.fin.inde eſt,quòd quamuis laici poſsint conſentire in iudicem nõ ſuum,ſine conſenſu ſui ſuperioris.ff.de iud. l.j.& ij.nõ tamen clerici, j̃.de foro compet. ſignificaſti. Sed nunquid naturali vinculo eſt filius ligatus patri, quod immutabile permanet. Inſt.de iure naturali.§.ſed naturalia.dicas,quòd quantumcunque mutetur ſtatus, ſemper filius remanet:& ſic hoc naturale vinculum non mutatur. Item nunquid etiam ſubiectio temporalis poteſtatis à Deo eſt.j̃.de cenſib. omnis anima. ſic & ſpiritualis ſemper fortior eſt,vt dictum eſt s̃. Manumiſſus etiam propter cauſas ingratitudinis, per quas donatio reuocatur, de quib. dixi j̃.de donat. §.qualiter reuocetur. & in ſeruitutem redigitur, in authentica,vt liber.de cætero. §.illud. collat.vj. & habes quædam exempla, infrà eodem, de famulis.& capit.nullus.xij.quæſt. ij.epiſcopos.§.libertus.& ſequen.quod dic,vt in ſequ.§.in diſtin. proxima.

d Poteſt filium.] Adde gl. in c. ij. de pign. & gl.in c.quod non eſt. de regul.iur.

e Domino ignorante.] Adde Bal.in authen. iubemus. in §.ſeruus. C.de epiſcop. & cler.

7 **Qualiter ſeruus † poſsit ad ordines peruenire.** Et quidem nullus niſi manumittatur. liiij.diſtinct. cap.j. ij.& iij.infrà,eodem.conſuluit. Huius autem prohibitionis duplex eſt ratio: vna vilitas ſeruilis,& dignitas clericalis.liij.diſtin. admittuntur. Alia ne contingat vituperari, quod debuit præcaueri. infrà,eodem capit.j.nam ſi ſine manumiſsione eos ordinari contingat,in ſeruitutem frequentius reuocantur. ideo dixit, Frequentius,quia nec ſemper hoc contingit. vnde diſtinct.Cùm ſeruus ad ordines eccleſiaſticos promouetur, aut ſciente domino, aut ignorante,vel contradicente. Si ſciente,& non contradicente, liber & ingenuus fit, ad quoſcunque ordines fuerit promotus.liij.diſtinct.ſi ſeruus ſciente. Si verò domino ignorante, [e] & præſentatore, & ordinatore ignorantibus fuerit promotus ad minores ordines, domino reſtituendus eſt, & in ſeruitutem priſtinam redigendus.ſic intellige,liij.diſtinct. nulli.in fine. cap. ex antiquis.in fine.infrà,eodem.de ſeruorum.in fine. & idem in ſub diaconis. ſecundum Da. & dixi bene, Secundum ius antiquum, vt apparet in fine.c.ex antiquis. quod intelligendũ eſt ſecundum ſtatum primitiuæ eccleſiæ, ſecundum quem ſubdiaconatus non erat ſacer ordo: ſed hodie ſecus. ſuprà,de ætat.& qualit.à multis. ideo Da.reprobatur. infrà, quia ſi in diaconum promotus ſit,poteſt redimere ſe præſtando domino ſeruum æquiualentẽ ſibi, alioqui deponitur,& domino redditur: vt in capit.ex antiquis.ibi diaconus verò, aut vicarium præſtet, &c. ſubdiaconus enim hodie eodem priuilegio gaudet. infrà,eodem.miramur. Quòd ſi in presbyterum promotus ſit, peculio tantùm mulctabitur, ſi habet,vt in dict. cap.ex antiquis.ante finem. ibi ita,vt ſi quis iam ex his presbyter, &c. ſi verò non habet peculium, tenetur patrono pſallere in horis canonicis.liij.diſtin.frequens.in fine.ſed ſi contumaciter hoc renuat,deponi poteſt.j̃.eod.nullus. in fin. Quòd ſi paratus eſt pſallere,ſed dñs nõ vult eum honeſtè procurare, dicas q̃ bonus iudex hoc arbitrabitur, conſiderata qualitate perſonarũ,& patrimonij modo. arg. ff.vbi pupil.edu.de.l.j.ij̃.iij̃.& v. nec enim poteſt pſallere, niſi haberet vitæ ſuſtentamentũ. j.q.iij̃. ſi qs præbendas.ab illo autem habere debet cui ſeruit.j̃.de prẽben.extirpandæ. j̃.de ſi. cùm ſit Romana. Quid ſi dominus nihil habet: vel habet,ſed ſibi non ſufficit? Dic quòd epiſcopus prouidere debet,qui ipſum minus cautè ordinauit. argum. xciij.diſtin. diaconi. ibi mendicat infelix,in plateis clericus,&c. poſt medi.cap.Monachus autem factus intra triennium reuocatur.liij.diſtin. ſi ſeruus ſciente. vbi verum, etiam ſi legitimo probatur experimento, &c. ſi minor diſtat, longius tempus conceditur. xvij.q.ij̃. ſi quis incognitus.ad fin. ſecundum hoc intellige in authent.de monac. collat.j.Verùm ſi ordinator, vel repræſentator defectum ſciebat, & fuerit promotus ad ſacros ordines, eſt liber. tamen is, qui ſciuit,tenetur dare domino duo mancipia æquiuãlentia, liij. diſt.ſi

e Domino ignorante.] Adde Bal.in authen. iubemus. in §.ſeruus. C.de epiſcop. & cler.

f Manumissus ordinare possit.] Adde text.in c.quicunque. liiij.di.

seruus absente. idem in quocunque ordine promotus fuerit, secundum Goffr.hoc nō inuenio iure cautū:puto tñ ꝙ alia pœna canonica arbitraria puniatur. Quid si vterq;,tā ordinator q̄ repræsentator soluēdo sit, vel alter tantū.Dicas primò agendū contra ordinatorem,secundò contra repræsentatorem, vbi vterque sciuit,alioqui contra scientem, vt ostendit ordo supradicti cap. si seruus absente.& arg.j. de præbend.cùm secundum.§.inde est,vt tamen pœna alterius sit contentus.ff.de eo per quem fact.est.l.j.§.si plures.arg.contrà.ff.de iurisdict.omnium iudicum. si quis id quod. §.vltimo.& l.sequent. Quid si neuter soluendo est? Dic quòd in minoribus constitutus domino redditur, presbyter peculio mulctatur, vel ad præstationem horarum canonicarum damnatur, diaconus & subdiaconus redimitur, vel redditur secundum distinctionem superius publicatam : hoc si intra annum repetitur à tempore ordinationis,secundum Hug.vel à tempore scientiæ,secundum Laur.fratrem Raym.& Goff.computandum.liiij.distin. si seruus sciente. vltimum approbo argum. s̄.de supplen.negli. prælat.licet.j. de concess.præben.quia diuersitatem.in fine. Licet autem manumissus ordinare possit, f j.eod. c.j.& ij. tamen inter libertos ecclesię & priuatorum distinguendum est.Libertus enim ecclesiæ promoueri potest,quamuis ecclesia, quæ manumisit,retineat in ea ius patronatus,quo ad hoc, vt non iniurietur ecclesiæ, nec accuset, nec testificetur in illam, alioqui in seruitutem reuocetur,amisso honoris gradu, quem non dignitate naturæ,sed necessitate temporis est adeptus.j.eodem.de famulis.liiij.distin.qui ex famulis.xij.q.ij.diaconi.& c.viij.discussio. & c.episcopus q mancipium.libertus verò priuatorum promoueri nō potest,nisi consequatur plenariam libertatem.liiij.distin.c.j.& c.quicunque.Secunda differentia est, quia propter operas non præstitas, liberti ecclesiæ rediguntur in seruitutem. xij.q.ij.diaconi.non sic in alijs libertis.C.de liber.causa.solo obsequij. Tertia differētia est, quia filij libertorum ecclesiæ patronæ suæ obnoxij remanent. xij.q.ij. de libertis.secus in alijs.C.de liber.& eorum libert.l.j.& ij.Quarta differentia est, quia liberti ecclesiæ tenentur seruire ecclesię,nulla opera imposita.j.eod.de famulis.xij.q.ij.diaconi. & c.liberti.secus in alijs .vt tamen distinguas, sicut distinguitur per doctores. ff.de condic.indeb. si non sortem. §.libertus. ff.de ope.liber.l.j.& ij.& per totum.Quinta differentia est,quia liberti ecclesiæ ordinati bona sibi collata non possent transferre in alios.j.eodem.de famulis.§.j.secus in libertis priuatorum.Instit.de succes.liber.§.sed nostra.secundum Tanc.verùm secundum Goffr.potest responderi ad decret.de famulis, quòd loquitur in bonis ecclesi. contemplatiuè acquisitis,alioqui contrà. j.de testa. quia nos. xij.q.iij.c.j. & ij.vel loquitur in clericis nō habentibus cognatos,alioqui contrà. xij.q.ij. episcopus qui filios. vel loquitur in manumissis ea conditione,vt ecclesia succedat.argum.j.eod. eo libentius. Indistinctè approbo dictum Tanc. argum. de succes.ab intest.sancto. j.de pœnis. c.ij. quia summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religi.& sumpt. fu.sunt personæ.j.de dolo & contu. c.ij.resp.j.

3 Sed nunquid manumissus † ab ecclesia, & ordinatus potest eam deserere, & ad alterius ecclesiæ seruitium se trāsferre? dicas quòd sic,nisi tali modo,quòd non se transferat,sed in perpetuum ecclesiæ manumittenti deseruiat, fuerit manumissus. j.eod. eo libentius. Sed nunquid hoc simoniacum est. j.q.j.quam pio.j.de pact. c.fin.quidam dicunt, quòd sic, nisi episcopus authoritatem suam interposuerit.argum.in his quæ not.j.de transact. §.& in quibus cessat. verbic.item cessat. in spiritualibus dicas contrà,quia manumissio nō est res spiritualis,licet sit inæstimabilis. ff.de regul.iur. libertas.Instit.qui,& à quibus manu.li.non fi. §.penult.& vlt.vel dic,quòd & si in ordinatione hæc cōditio apponatur, adhuc non est simoniaca,quia conditio apposita, scilicet horarum canonicarum, præstatio spiritualis est, sicut & ordinatio. vnde potest fieri hæc impositio,sicut de spirituali ad spirituale fit permutatio.arg. j.de rerum permu.ad quæstiones. vel vt vites omne contrarium, dicas quòd ante ordinationem est ipsa manumissione hoc onus imponendum .& sic potest in ipsa ordinatione sine suspicione alicuius simoniæ onus iam impositum declarari. ff.de pactis. in traditionibus. s̄.de elect.significasti.ad finem.j.de præben.significatum.nedum igitur ecclesia,sed & priuatus hoc modo manumittere potest:& si taliter ordinatus in superbiam elatus non seruierit,potest degradari.liiij.distin.frequens. & c.quicunque. non tamen seruus fiet domini sui,sicut concedebatur in antiqua.j.eod. nullus.quæ clausula hodie remota est,quia visum fuit compilatoribus huius voluminis absurdum fore, vt ordinatus in presbyterum,in tali casu ingratitudinis ad seruitutem laicalem debeat reuocari,propter quod notatur s̄.in distin. verbic.quod si in presbyterum. Quæri consueuit, quare ordinatus in diaconum domino redditur,si non redimat se,& reddatur aliena res, aliàs consecrata.xiiij.quæst.vlt. comperimus. Dic quòd in homine perpenditur dolus, non sic in rebus inanimatis : vel dic, quòd in homine consideratur consecratio interior,scilicet character spiritualis impressus in anima,qui tangi non potest.xxxij.quæst.vij.licitè.Consecratio verò rerum inanimatarum fit tantū in superficie, & ideo à manu prophana tractari non debet,secundum Goffr. argum.j. de relig.dom.ad hæc. Sed quid si dominus dicat,seruum ordinatum,ipso contradicente,vel ignorante,secundum Dā.differentia est:quia si eo contradicente, indistinctè retractatur talis ordinatio.liiij.distin.quis autem leges.alij dicunt,quòd idem est in ignorante & contradicente. Tu dic, ꝙ secundi dicunt verum,quo ad retractationem ordinum susceptorum: sed quo ad aliud,est differentia,quia vbi eo contradicente ordinatur, non potest ordinator ignorantiam allegare. C.de rei vendi. si fund. ergo quo ad ipsum ordinatorem indistinctè puniendum,potest differentia denotari.Sed vbi agitur causa status ipsius ordinati,si erat in possessione seruitutis, videtur remittendus ad locum vnde aufugit.C. vbi cau.status. l.ij.sed si erat in possessione libertatis, in quo degit,conueniendus est. C.vbi causa status.l.iij.hic autem an sit fugitiuus, aut non, & an esset in possessione seruitutis,vel libertatis,quando extitit ordinatus, agetur, & finietur antequam causa status initium sumat.ff.de libe.cau.liberis. §.fin. & l.igitur. §.potest. verius puto,hanc causam indistinctè agendam coram ordinatore,& assistet ei qui conuenitur syndicus ecclesiæ. cedit enim ad ignominiam ecclesiæ,cùm clericus reuocatur ad statum seruilem,sicut cùm reuocatur ad curialem. lj.distin.designata. & deponendus est,antequàm reuocetur.liiij.distin.nulli.secundum Gof. arg.ff.de lib.cau.l.ij.& iij.

9 **Quid sit manumissio.** †Est quidem libertatis datio. Instit.de liber. §.j. detectio. secundum Isid.argum. ff.de acquirendo rerum dominio.adeò. §.cùm quis. oportet tamen ꝙ detur ei libertas, quam prius seruus nō habebat,alioqui impropriè diceretur dari. argum.j.de fide instru.inter dile.§.cæterùm.Instit.de act.§.si itaque discretis. super hoc sic consueuit opponi.Aut manumittens dat libertatem quam habet, & sic nulla ei remanet, cùm non habeat nisi vnam: aut quam non habet, & hoc esse non potest. C.de dona. si filius. j.quæst.vij.Daybertum. Solutio. Dat quam habet, sed non potest adeò dare,quin ei remaneat. simile tibi trado de populo Romano,qui licet principi potestatem dederit condēdi leges, nihilominus ipsam retinuit. de quo dic, vt notatur s̄.de constit. §. quis possit. versic.item populus Romanus. vel potest dici quod dat, quam nō habet.hoc enim etiam contingit in multis casibus.Inst. qui.alie.licet vel non.§.j.ff.de vsufruct.quod nostrum,secundum Azon.vel dic,ꝙ dominus serui intelligitur habere duplicē libertatem,scilicet substantiuam,id est,sui personæ inhærentem:& hanc dare nō potest,ita quod ipsam in alium transferat,licet ipsam sibi auferre possit,secundum ea quæ notantur s̄.eodem.§.qualiter liber seruus fiat.versic.j.aliam habet potestatiuam,& hanc dare potest.argum.j.de iure patron. quod autem consulis.ad fin. vel dic, ꝙ cùm libertas incorporalis sit, non prohibet naturalis ratio,sed consentit,ꝙ insolidum retineatur,& insolidum in alium transferatur,quia incorporalia talis naturæ sunt, sicut patet in cessione acti.Cod.de noua. & delegationibus. l.iij.vbi eadem actio insolidum transfertur & remanet.& ff.de pecul. quis ergo casus. nunquid etiā si scientiam,quam Deus mihi dedit, in te docēdo transfero, eandem retineo, memor sis, quòd auarus cùm possessorem non quærit. xxiij.q.vij. quod autem. vel dic, quòd libertatis datio,id est,manus & potestatis liberatio, vel,id est,dimissione manus,id est,per dimissionem manus potestatis liberatio: qd' idem est.& hanc expositionem probat litera Instit. de libertinis. §.j.& §.libertinorum.ibi vna atque simplex libertas,&c.

Quis possit manumittere. Is qui suarum rerum administrationē habet,& xx annos ætatis suæ compleuit,inter viuos,causa cognita, apud prætorem manumittere potest.C.qui manumit.non possi.si minor.& per totum.Instit.qui,& ex quibus causis manumit.non poss. per totum. hodie ex quo testari possunt & manumittere. in authen.vt spon.lar.§.j.col.ix. ij.quæst.vij. §.diffinitiua. in versic. item si sententiam contra ius. C. qui manu.non poss. in authent. sed nouo iure.item episcopus potest manumittere seruos ecclesię bene meritos.xij.quæst.ij.si quis seruos. potest etiam alios nō bene meritos.dum tamen det ecclesię in recompensationem pro vno duos eiusdem meriti & peculij. xij.q.ij. episcopus qui mancipium.Item causa miserationis, xij.q.ij. cùm redemptor, vel illud intellige

10 intellige in bene meritis. Item Abbas † potest [g] manumittere ser-
g uum monasterij, sed non plenè, quia non habet qui compenset. liij. distin. Abbati. & §. hac authoritate. hoc tamen intellige cum consensu episcopi & monachorum. xij. quæst. ij. abbatibus. nisi consuetudo contraria sit. j. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap. ea noscitur. Nec valet manumissio in fraudem creditoris facta. Cod. quibus ad liber. proclam. non licet. l. j. Instit. qui ex cau. man. non. pos. §. j. Potest etiam manumittere is, qui dñs est insolidum, & is qui pro parte dominus est, vt tamen alij domini qui nõ consentiunt, conseruentur indemnes. C. de com. seruo manu. l. j.

11 Qualiter fiat manumissio. † Multis modis, in vltima voluntate coram iudice per epistolam, inter amicos. quod dic, vt C. de manu. vindi. & tit. sequent. ff. de manu. & tit. sequent. habet etiam vndecim modos. C. de Latina liber. tol. l. vna. Primus est per epistolã, cum subscriptione testium. Secundus, inter amicos, in præsentia quinque testium. Tertius, si non curauit ægrotum. Quartus, si vendidit ancillam ne prostituatur, & fiat contra. Quintus, si pileatus incedat ante cadauer domini, cùm defertur ad ecclesiam. Sextus, in testamẽto, quamuis faciat mentionem de Latina libertate. Septimus, si statuliber manumittitur. Octauus, si lata est sententia contra illum qui seruus dicebatur, & dominus postea precium pro ipso seruo recipiat. Nonus, si ancillam in matrimonio collocauit, conscribens pro ea dotem, quod nõ consueuit fieri pro liberis. Decimus, si seruum filium suum appellauit, actis interuenientibus, quasi in figura iudicij. Vndecimus, si dedit seruo instrumentum, per quod ipsius seruitus probatur, & in alijs casibus quos habes C. pro quib. cau. serui pro præm. liber. acci. per totum. Item si Iudæus Christianum emit mancipium. j. de Iudæ. c. vlt. Fit etiam manumissio die feriato, vel non feriato, iudice sedente pro tribunali, vel procedente cũ sit voluntariæ iurisdictionis; secus in contentiosa. iij. q. iij. §. spacium. quod dic, vt notatur j. de offic. deleg. §. quæ delegari. post versic. delegantur aliquando, & sequen. & de offic. legati. §. & in quo loco præced. In summa notatur, quòd hodie sublata est differentia dedititiorum, qui toto tempore vitæ suæ erant serui, & post mortem liberi: & Latinorum, qui econtrà in vita erant liberi, & in morte serui: omnes enim liberti in libertate sua libertatem perpetuam consequũtur. Instit. de liber. §. libertinorum. & §. fin. C. de Latina libert. tollen. l. vna. Quę hîc deficiunt, in l. j. Instit. Pandectarum & Codicis plenius poteris reperire: sed hîc causa instructionis sufficiat, cum alijs quæ not. j. de coniug. seruor. & de natis ex libero ventre.

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. Rubrica.

SVMMARIA.

1 §Ratiocinatio quid sit.
2 Obligatus ad ratiocinia quis dicatur.
3 Ad ratiocinia quare quis obligetur.
4 Quis qualiter obligetur ad ratiocinia.
5 Obligatus ad ratiocinia quis impediatur.

INter alia impedimenta, quibus aliquis ab ordinibus repellitur, connumeratur obligatio rationis reddendæ, vel sic. ne dum obligatus seruili cõditione arceatur ab ordinibus, quinimò & obligati ad ratiocinia. lj. dist. per totum. & sic dicamus de obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel nõ. videndum est ergo, Quid sint ratiocinia, Quis dicatur obligatus ad ratiocinia, Quare obligetur quis, Qualiter obligatur, Quis obligatus impediatur, Et qualiter hoc impedimentum fuerit introductum.

1 Quid sint ratiocinia. † Et est dicendum, q; sunt rationum redditiones, ad quas aliquis obligatur administratione reipub. vel priuatæ, quæ aliàs vocantur actionalia, seu rationalia, & quæ fideliter sunt scribenda: cæterùm si non fiant, aut facta non exhibeantur, puniẽdus est is, qui hoc facere debuit. ff. de tutel. & ratio. disti. l. j. resp. j. & §. officio. & seq. & l. vlt. C. de cur. fur. l. vlt. §. vlt. in princ. C. de episcop. audien. de creationibus. xij. q. ij. hoc huius placiti.

2 Quis dicatur obligatus † ad ratiocinia. Quicunque alienã administrationẽ suscepit, vt procurator ad negotia, & procurator ad litem. de his ff. manda. l. si remunerãdi. & l. si procur. §. j. Item actor q ab vniuersitate constituitur ad præsentes literas tantũ, & cũ decreto. ff. qd' cuiusq; vni. no. l. j. & l. itẽ corũ. §. si decuriones. Itẽ executor, scilicet sententiarũ. C. de exec. rei iudic. executorẽ. q sæuis præceptis obedire non debet, aliàs non ordinatur. lj. dist. aliquantos. Item executor testamentorũ. j. de testa. tua. nobis. & c. Ioannes. Item curator pupillorũ, intelligas ad litẽ. Inst. de autho. tut. in fin. C. de in li. dan. tut. & cura. ad litẽ. nã pupillis tutor datur, adultis curator. Inst. quib. mod. tut. fin. in prin. & de cura. in prin. de his omnib. habes in princ. huius c. & generaliter qualitercunq; administrauerit qs, vel administrat, etiã si sit negotiorum gestor, tenetur reddere rationẽ, & reliqua præstare, id est, ea q̃ penes ipsum sunt de administratione quã gessit, vel esse potuerunt, sed dolo vel culpa sua impediuit. ff. de tut. & ra. distrã. l. j. & vlt. etiamsi indebitũ receperit, restituere tenetur. ff. de procur. qui ꝓprio. §. vt in cæteris. & nihil de administratione penes eũ remanere debet. ff. mandati. idemq;. & l. ex mãdato. reddit ergo rationem quilibet gestor negotiorũ. ff. de negot. gest. l. ij. Debẽt autem rationẽ reddere de quantitate solidorũ, & specierũ, nec non iugorum, siue viriliorũ, siue centuriorũ, & nomina possessionũ pro q; bus functiones suscipiunt. Quòd si hanc formã nõ custodierint, pœnã x librarũ auri patiuntur, & tormẽtis subduntur: & si præses prouinciæ hoc non vindicauerit, pœnam x librarum patitur. debet etiam scribere redditurus rationem, an pecunia soluta sit, vel securitas præfita, & hæc litera contra pedagiarios & baiulos comitum, & baronum, & pontificum ponitur in authent. de collatoribus. §. iubemus. j. collat. ix.

3 Quare obligetur † quis. Quia voluntariè se immiscuit administrationi, seu gestioni alienæ, vnde necesse habet exequi qd' incœpit. Inst. mandati. §. mãdatũ. C. de act. & obl. sicut in initio. nec. n. debemus beneficijs hominũ decipi, sed iuuari. j. de com. c. vnic. j. de testa. Ioannes. & ex q̃ de meo ad aliũ aliquid puenit, bonũ & æquũ est, vt illud mihi reddat. ff. si ser. pet. si me & Titiũ. & qa aliena nullus sciẽter retinere debet. j. de prę sc. qm̃ omne. j. de testa. filius noster. nec alij solui potest, alioquin onus nõ remittitur, sed augetur. j. de iureiur. eam te. credimus etiam illi, cui debetur in mortali peccatò constituto, subtrahi non debet. j. de decim. tua nobis. §. verum. vers. prætextu nequitiæ clericorũ. ergo secundum August. nõ dimittitur peccatũ, [a] nisi restituatur ablatũ. xiij. q. vj. si res. & secundum Iustin. omnes scire debẽt, qd' suũ nõ est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, q; si alius hoc contrectauerit, furtũ cõmittit. C. vnde vi. conquerebatur. arg. §. de elect. dudum. iij. respon. j.

a Non dimittitur peccatum. JAdde c. cùm tu. de vsu. & in regula peccatum. de reg. in lib. 6. quod intellige, si restitui potest, secundum gl. in verbo, restituere. in c. sicut dignum. de ho.

4 Qualiter obligetur. † Recipiendo mandatũ, vel immiscendo se gestioni, vel administrationi rerum alienarũ, & si dolus, vel culpa ei imputari potest, vel si de alieno ad ipsum perueniat ex ipsa gestione. vt patet in his quæ notantur §. eod. §. quis dicatur. & §. qualiter obligetur.

5 Quis obligatus † impediatur. Et quidẽ siue ratiocinia publica sint, quę officiales curiæ ex administratione aliqua ad remp. pertinente gesserũt. C. de episc. & cler. officiales. siue priuata, de quib. posui multa exempla §. eod. §. qs dicatur. sed circa hãc materiã distinguendũ est. Quia si obligatus ad ratiocinia vult ꝓmoueri, & pseuerat in officio secularium personarũ, nõ miserabiliũ, ꝓmoueri põt. xxj. q. iij. c. j. & ij. j. ne cler. vel mo. c. j. & ij. & c. sed nec procurationes. Si verò persona cuius administrationẽ gerit, sit ecclesiastica, vel secularis, sed miserabilis, puta cæcus, pauper. j. de censi. licet, vel pupillus, vel vidua, quia pupillis & viduis tu eris adiutor, vt j. ne cler. vel mon. c. j. ver. in placitis. sic tñ vt ius alterius nõ offendas. j. de foro comp. ex tenore. in hoc casu ꝓmoueri põt, si aliud canonicũ nõ obsistat. lxxxvj. dist. peruenit. lxxxix. dist. indicatum. xvj. q. j. quo monachi. & q. vij in noua. Verùm si administratio finita sit, & sic nõ perseuerat in officio, si tñ remanet obligatus ex causa reip. quousq; rationẽ reddiderit. in q̃ considera ea q̃ not. §. eod. §. quis dicatur. vers. debent: & nisi reliqua præstiterit, promoueri nõ debet. lj. dist. prę terea. C. de episc. & cler. officiales. obligatus enim reip. ex administratione repellitur ab honoribus. sed si ex causa mutui, vel alia simili causa obligatus sit, nõ arcetur. ff. de mu. & hon. rescripto. §. debitores. C. de epis. & cler. quisquis emersis. Obligatus autẽ priuatæ personæ aliquando prohibetur: vnde subdist. quia aut in ipsa remotione mouetur ei quæstio, vel iam mota est: & tunc si conuenitur de perfidia seu dolo, nõ promouetur ante decisam litem. lxxxj. dist. tantis. Daniel. xxiij. distin. illud. infrà, de accu. omnipotens. C. de procu. reum. & est ratio, qa si cõdemnaretur, infamis esset. ff. de his qui no. infa. furti. §. pe.

b Per successionem hæreditatis. JAdde glos. in authen. ingressi. C. de sac. san. eccle. Bar. in l. fin. ff. de adopti. Et quid si religiosus exit monasterium, an monasterium tenetur creditoribus. vide p Bart. in l. adulterium. in §. fin. ff. de adult.

sed fama ordinandi in nullo vacillare debet. xxxiij. dist. laici. & in hoc casu loquitur, j. eod. c. vnico. ad finem. ibi, si enim ante libertatem, &c. ideo dicit ibi, Ecclesia infamatur, quia ex promotione infamium dedecoratur. Verùm quia posset conueniri in fraudem, vt impediretur eius promotio, consulo quòd iudex intendat qualitatem & merita personarum, considerando vtrum is qui se opponit, sit amicus vel inimicus. argum. j. de simon. sicut nobis. & ex personis dicta penset. C. si quis impera. maled. l. vnica. j. de transact. c. finali. non tamen recipiat dubium pro notorio, vel contrà. j. de appel. consuluit. j. s. de rescript. cùm contingat. §. penult. ergo si habet suspectum negotium: non tamē omnino assignet tempus, intra quod is qui opponit se, procedat & probet quod intendit: quo transacto, non audiatur. argum. j. de conuers. coniuga. ex publico. j. de clandest. despon. cùm inhibitio. j. qui fil. sint legi. lator. C. de inge. & ma. diffamari. ff. de accusa. cum Titio. nisi ex magna causa. arg. j. de in integ. restit. c. fin. j. de excep. pastoralis. j. qui matri. accusare possunt. c. fin. ff. de edendo. argentarius. Si conuenitur ex culpa, tunc potest promoueri, non obstante creditoris reclamatione: quia aut absoluetur, & tunc bene est: aut condemnabitur, & tunc saltem cedit bonis: nec aliud habuisset agens, etiamsi ordinatus non esset, quia inanis est actio, quam excludit inopia debitoris. j. de restitutione spoliatorū. olim. j. de solutionibus. Odoardus. quod dic, vt ibi notatur in summa. nec fit deterior agentis conditio, cùm iam aduersarius præuentus sit, quo ad forum. j. de foro comper. proposuisti. quod dic, vt ibi notatur in summa. Aut nulla mouetur quæstio, nec est mota, & tunc consulo, quòd ordinator inquirat de statu ordinandi, & si inueniat quòd teneatur ex dolo, vel fraude, vel aliud impedimentum canonicum, de quibus dixi s. de scru. §. quæ sit forma. & de temporibus ordinationum. §. & qualiter. versic. ibi præced. eum reijciat ex officio, sicut faceret de criminoso quolibet, & infa. ij. q. vij. alicui. vj. q. j. infames. j. de exceptionibus. exceptionem. ff. de postu. quos prætor. alioqui si nullum impedimentum reperit, ipsum poterit promouere. argum. s. de scruti. c. vnico. j. de præsum. c. fin. idem est, si onera deposuerit, & rationem reddiderit, nisi canonicum obsistat. sic intellige. j. eod. c. j. ibi, Gratus episcopus dixit, si post deposita onera, &c. Alanus tamen & Guil. Naso. scholaris suus, indistinctè notauerunt obligatum ad ratiocinia nullatenus ordinandum. lj. distin. per totum. C. de episcop. & cler. officiales. & quia hoc cap. non distinguit, sed dicit quòd ex ordinatione talium ecclesia infamatur, ego tamen nō puto, quòd ad vnum verbum capitaneum sit tam solennis & rationabilis distinctio cancellanda. argum. s. de elect. ecclesia. ij. §. denique. Quid de curialibus? Si sæua vel turpia, vel inhonesta exercuerunt, etiamsi ab administratione liberati sunt, tamen impediuntur, puta milites sunt executores, apparitores, seu præcipientes, vel exercentes. lj. dist. c. j. ij. & iij. xlvij. dist. clericus. de consecra. distin. ij. pro dilectione. ergo si in causa sanguinis officium suum exercuit, vel ministerium quis præstiterit, tanquam iudex vel aduocatus, vel procurator actoris, vel rei, vel assessor, vel apparitor, vel scriptor, siue præcipiendo, siue exequendo, siue scribendo, siue conficiendo, siue dictando, siue sui corporalem exhibendo præsentiam, irregularitatem incurrit, nec promoueri potest. lj. distin. aliquantos. & c. si quis post susceptum. j. nec cler. vel mo. c. sententiam. j. de excess. prælat. ex literis. §. finali. & de hoc notatur j. de postul. §. quid pertinet ad officium. versic. illud tamen sciendum. Cæterùm si in ciuilibus & pecuniarijs causis officium suum impediunt, à promotione nō excluduntur. lxj. dist. Osius. sic intellige quod dicit j. eodem. c. j. in princ. Officium suum ideo dixi, quia non cuilibet clerico, nec in quolibet foro, nec pro quolibet permittitur postulare. quod dic, vt notatur j. de postulat. Quid de obligato ex causa pignoris? Nō videtur, quòd promoueri possit ante redditam rationem. argum. j. de pign. significante. & c. cùm contra. Quid de filijs vsurariorum? Videtur quòd non sunt promouendi. argum. in his quę notantur s. de fil. presbyt. §. quæ est causa. versic. tertia causa. & argum. C. de incest. nupt. humilem. quod credo verum, si filius succedat in vitium: secus, si repudiet hæreditatem, & dignus sit, vel clamores patris emendet. j. de vsur. tua. nos. j. q. iiij. ego. Quid de illo, qui iurauit soluere ad certum tempus, vel scribere, vel aliud honestum opus facere, nunquid potest ordinari tempore pendēte, cùm nondum adimpleuerit quod iurauerit? Dicas quòd sic, quia si soluēdo est, soluere potest: si nihil habet, inanis est actio, &c. vt notatur s. eo. in dist. versic. si verò conuenitur ex culpa: scribere enim potest, & aliud honestū opus facere post ordines, dummodo per hoc non impediatur diuinum officium. xxj. quæst. j. clericus. vel aliū subroget loco sui. C. de episc. & cler. quisquis censibus. & l. in ecclesijs. & l. ad similitudinem. secundum Gostr. hoc puto verum, nisi manus personæ electa non esset. nam si iurauerit, quòd scribat in persona propria, nō licebit ei subdelegare, nisi de consensu illius, cuius iurauit. argum. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem. C. de decurio. nullus qui. lib. x. j. de offic. deleg. c. fin. ff. de solu. inter artifices. Quid si talis vult intrare religionem? Dicas idem, quia excusat ipsum zelus religionis, & afflatus Spiritus sancti. xix. quæst. ij. quæ sunt j. de regula. licet j. de voto scripturæ. monasterium autem tenetur de his quæ contulit eidem ingressus, vel quæ acquisiuit ex persona ipsius, puta per successionem hæreditatis, b vel alio modo. xix. quæst. iij. si qua mulier. C. de episcop. & cleric. Deo nobis. §. j. quòd si monasterium non satisfaciat, nec monachum defendit, patietur missionem in possessionem bonorum eorundem. argum. ff. de capitis dimi. tutelas. §. si libertate. Inst. de acquisitione per arrogat. §. fina. vel monachus in monasterio faciet qd promisit, dum tamen non impediatur obseruantia regularis, alio qui contrà. C. de episc. & cler. omnes. & l. generaliter. & authe. ibi sign. sed neq. vel saltem faciet per aliū quod iurauit, sicut dixi in clerico. s. eod. versic. quid de illo. His autē quæ dixi signatur contra liij. dist. legem. liij. dist. quicunq. Solutio. Illa intelliguntur de perpetuò obligatis, puta seruis, curialibus, & cæteris similib. qui habent perpetuum impedimentum: illa verò quę dixi de temporalibus impedimentis. Nunquid ergo potestas, qui iurauit tenere regimen ciuitatis per annum: nunquid magister qui iurauit tenere regimen scholarium per annum: nunquid capellanus, clericus, vel seruiens, qui iurauit ecclesię, vel domino seruire per annum, potest religionem intrare? Tales quæstiones & consimiles solutæ sunt per prædicta. Potest enim: quia nec iuramentum violat, qui illud in melius commutat. j. de iureiu. peruenit. secundum Gof. puto q in his omnibus potest se obligare: sed consulo, quòd prius seruet, & adimpleat quod iurauit, q intret. quia tutius est ei, q si ad religionem transiret, iuramenti religione contempta, nisi ab illo cui iuramentum præstitit, posset licentiam obtinere. j. de iureiur. debitores. & expressum est istud cōsilium. j. de spon. commissum. xxij. q. iiij. §. vlt. nec obstat j. de voto. scripturæ. nec j. de iureiur. peruenit. quia illa intelligo, quando promissio facta est Deo tantùm. alia verò quando homini iuratum est. in quo casu Deus in testem induci videtur. j. de iureiur. & si Christus. §. Apostolus. quinimò quasi fideiussor inducitur Deus. ideo falsidicus testis tribus personis obnoxius est. j. de crim. falsi. c. j. quare quando homini iuratur, Deus contemnitur, proximus decipitur, & ipse deierans infamatur. non est ergo mirum, si difficilius frangitur triplex funiculus, quàm simplex. j. de treuga. & pa. c. j. Deus etiam tanquam plenus misericordia, remittit de facili, non sic homo: vt probatur j. quod metus causa. ca. fin. §. fin. j. de verb. sign. ex parte. & c. cùm olim. nec verisimile est, ipsum cum alterius iactura velle fieri locupletiorem. argum. ff. de condit. indebi. nam hæc natura vbi etiam tantùm Deo iuratum est, non diminuitur in casibus præmissis seruitium iuratum domino, sed potius cumulatur.

Et qualiter hoc impedimentum fuerit

introductum, in curialibus, tres rationes sunt. Prima, quia quidam eorum sunt viles personæ, & frequenter contrahunt irregularitatem ex officio suo. Secunda, quia multum molestatur ecclesia, & incommoda multa patitur, propter tales, quando reuocantur, seu repetuntur, vnde dicit lj. dist. c. præterea. quòd maior est tristitia de reuocato, quàm fuerit nata gratia de ascito. Tertia ratio est, quia præsumitur contra eos, q nō transeunt ad clericatum voto religionis, sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorum. lj. dist. c. j. ij. & iij. liij. dist. legē. In alijs verò ratio est, quia ecclesia infamatur, id est, oneratur, cùm conueniatur, & etiam de facto aliquando pignoretur, & multa damna alia patiatur. vt infrà eod. cap. vnico.

De Corpore vitiatis ordinandis, vel non. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Debilitas quid sit.
2 Deformitas quid sit.
3 Impotentia quid sit.
4 Maritus si inueniat clericum cum uxore, si amputet ei uirilia, quid iuris.

DE

DE impedimento originis conditionis & obligationis ad ratiocinia, dictum est suprà. Nunc dicendum est de impedimento deformitatis, seu debilitatis, quæ scilicet impedit promouendum, & aliquando deijcit iam promotum ab ordine. vt in hoc titulo aliquãdo à beneficio, vt j. de cler. ægrot. Et hæc est differentia inter hos duos titulos, quia ibi quæritur, vtrum debilitatus debeat amittere beneficium quod adeptus erat: hic vtrum possit promoueri ad ordines, vel iam susceptis vti. videamus ergo, Quid sit debilitas, Quid deformitas, Quid impotentia, Et quæ impediant, & quæ non.

1 **Quid sit debilitas.** Debilitas † est, si habet quis membrum, sed inefficax, puta crus, vel manum aridam, & impotentem, vel oculum cæcũ, secundum Da. certè & deformitas hic potest denotari, si tamẽ vitium appareat. Mutilatus verò dicitur membro carens.

2 **Quid sit deformitas.** Deformitas † est, si habet maculam in oculo, vel si est gibbosus, vel tortus, vel si haber sex digitos in manu, vel aliquid contra naturam.

3 **Quid sit impotentia.** Impotentia † est, si mutilatus sit brachio, vel manu, vel pede, vel monoculus, & debilitas potest dici, si sit eunuchus, vel castratus. tamen breuiter distinct. est, Vtrum patiatur vitium seu defectum in magnis membris & integris. magnum intelligo in quantitate, vt in brachio, vel manu. Item in decore, vel in naso, vel oculo: & tunc nullo modo promouetur: sed si sacerdos sit, in cæteris officijs, excepto altaris ministerio, toleratur. Cæteris dico, in quibus potens est, vt pœnitentias dare, & talia. xvj. quæst. j. adijcimus. sic loquitur j. de cler. ægrot. presbyterum. xv. distin. lator. & c. si Euangelica. & remouetur à beneficio, vt in dictis c. & j. c. exposuisti. si tamen quis habet maculam in oculo, potest cum eo dispensari, habita distinctione inter maculam, & maculam. j. eod. cùm de tua.

Et quæ impediant, & quæ non. Breuiter dic, si in paruis membris, puta vngula, vel parte digiti patiatur, aut culpa potest ei imputari, aut non. si culpa ei imputari non potest, & potens sit ad frangendum eucharistiam, nec deformitatem magnam inducat, non impeditur. j. eod. c. fin. si impotens, vel nimis deformis, impeditur. j. de cler. ægrot. presbyterum. si in culpa est: vt quia obtulit duellum, & sponte oblatum suscepit, de rigore iuris deponendus est. lj. distinct. si quis. si tamen non peruenitur ad effusionem sanguinis, poterit cum eo dispensari: vel etiam si peruenitur, sed tunc authoritate Papæ tantùm. j. eod. c. j. j. de cler. pug. in duel. c. j. Quid si haber sex digitos, secundum officium non impeditur, quia defectus membri vel augmentum non consideratur, sed vsus impedimenti. ff. de redhi. act. Item Offilius. hęc si in membris apparentibus. In non apparentibus autem di. vt in sequent. ergo vt in eunucho dist. vtrum in persecutione sint sibi virilia amputata, vel eo tempore, quo iudicij animum non habebat, & tunc etiam in episcopum promoueri potest. j. eod. ex parte Bartholomæi: quod intelligo in persecutione, in qua nihil ei imputari potest. Quid enim, si maritus † clericum cum vxore inueniat, & de
4 membris inimicis vindictam sumat, certè imputatur presbytero. argum. s. de ætate. ad aures. & c. accepimus. & c. j. ad finem. & notatur in summa eiusdem tit. §. ordo. versic. frater Ray. & argum. j. de homic. c. fin. & argum. expressum. xxiij. q. v. placuit. in fin. Si verò affectauit, & sine causa impeditur. xxxij. dist. maritũ. j. eod. ex parte B. in princ. idem si ex causa, sed iniusta: puta volebat placere Deo. j. eod. significauit. quia non ferro, sed animo castitas quæri debet. xxxiij. quæst. v. tunc saluabitur. sed si timore lepræ non impeditur, j. eod. ex parte M. & ideo talis qui hoc affectat, tanquam homicida suijpsius punitur. lv. distin. si quis absciderit. ergo de rigore iuris, is qui etiam vt sit castus, hoc facit fieri, deponendus est, licet credat placere Deo, sed sicut ait Azo:

Displicet imprudens unde placere putat.

Sed hoc intellige. lv. distin. si Euangelica. & cap. si quis à medicis. & cap. qui partem. & c. si quis per ægritudinem. nec obstat j. eod. significauit: quia ibi gratia fit. Nec est verum, quod dicunt rustici, quòd vbi ab hostibus sectus est, non possit celebrare, nisi testes
a siccos & puluerizatos gerat in bursa: quasi tunc intelligitur habere omnia sua membra, sed non curo, vtrum habeat testes siccos, vel viriles: quia defectus illius membri nec deformitatẽ, nec debilitatem inducit. Is ergo qui sibi manus intulit, non promouetur, & promotus deijcitur. & est prima ratio, quia præsumitur, quòd in alijs omnem tyrannidem tutè exerceat, q in seipsum ausus est desæuire. ff. de reddi. ac. cùm autem. §. excipitur. vnde versus,

Qui sibi non parcit, tibi uel mihi quomodo parcet.

ff. de bonis eorum qui mortẽ sibi ante sen. consci. l. j. §. antepen. Secũda ratio est, quia alienum inuadit, & sic furtum facit, furtum
b enim est [b] contractio rei alienæ, inuito domino. Instit. de ob. quæ ex quasi male. nasc. §. j. C. vnde vi. l. fin. nemo autem dominus videtur membrorum suorum. ff. ad legem Aquil. liber homo. §. j. Tertia ratio est, quia suijpsius est homicida, & conditioni Dei inimicus. lv. diftin. si quis absciderit. & secundum Hieron. illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed voluntas. xxxiij. q. v. tunc saluabitur. sic placet castratus, id est, castè natus, non spado. quod dic, vt notatur j. de frigi. §. quæ impotentia. versic. accidentalis. In illo igitur qui sibi membrum amputat, est causa irregularitatis sæuitia, siue magnum membrũ amputet, siue paruum appareat, vel non appareat, nisi causa incisionis iusta fuerit, puta languor: est enim caro putrida resecanda. v. q. v. c. j. xxiiij. q. iij. resecandæ. Verùm in alijs qui sine culpa sua ab alio, vel casu fortuitò mutilantur, est causa irregularitatis, deformitas in membris apparentibus, & debilitas in apparentibus, & nõ apparentibus: quod totum arbitrio superioris relinquo. arg. j. eod. c. j. & ij. & c. penult. & vlt. j. de cler. ægrot. c. j. Quid de claudo? Dicit Ioannes, quòd qui habet crus vel latus nimis breue, & fortè later, & q clabum habet, vel polyposus est, id est, in naribus patitur, in redhibitione est, non sic si vnum oculum habet maiorẽ altero, ergo nec guerzus. ff. de redhib. ac. qui clabum. sed quicquid dicat l. claudus. de consuetudine admittitur, alioqui multi repellerentur in partibus Gallicanis. Sed & secundum veterem legem repellitur, Si cæcus fuerit. Si claudus. Si paruo naso. Si grando naso. Si torto naso. Si fracto pede. Si mancus. Si gibbus. Si lippus. Si albuginem habens in oculo. Si iugem scabiem. Si impetiginem habens in corpore, vel si sit ponderosus, quæ licet omnia moraliter exponantur, xlix. distin. c. j. tamen quædam ex his seruamus ad literam, quædam non, quod totum arbitrium est, vt dixi. In summa notatur, quòd talia impedimenta inspectioni oculorum superioris subijci debent: quia in huiusmodi segnius irritant animum dimissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. j. eod. c. ij. sicut cùm agitur finium regundorum. C. fin. reg. l. iij. ff. finium reg. si irruptione. sicut cùm agitur de ætate. ff. de min. xxv. ann. ex aspectu. sicut cũ quæritur, an aliqua sit virgo, vel corrupta. xxvij. q. j. nec aliqua. sicut cũ dubitatur, an aliqua sit prægnans, vel non. ff. de ven. inspi. l. j. & de hoc notatur plenius j. de proba. §. & quot sunt species. vers. octauò fit etiam probatio.

a Nisi testes siccos. JAd de c. eunuchus. & ibi Doct. lv. dist. Card. Zab. in c. ex parte. in vj. notab. de cor. viti.

b Furtum enim est. JAd de l. j. ff. de fur. l. fin. ff. de condi. fur. & in §. j. instit. de obli. quę ex quasi deli. nasc. Doc. in c. ij. de const. lib. vj.

De Bigamis non ordinandis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 De bigamia quid sit.
2 Bigamus propriè quis dicatur.
3 Bigamiæ species quot sunt.
4 Bigamus unde dicatur.
5 Bigamus à susceptione ordinum quare arceatur.
6 Castitas maior requiritur in uxore quàm uiro.

DIximus de quibusdam irregularitatibus siue impedimentis, quę absque peccato proueniunt: sed quia bigamia sine peccato contrahitur: nam secundũ Augustinum non damnatur bigamus, nec trigamus, nec si dici potest, octogamus. xxxj. quæst. j. aperiant. c. si dormierit. apponitur ergo hæc rubrica de bigamis non ordinandis. Bigamia enim inter alias irregularitates nõ minima reputatur: quia secundum Apostolum, bigamus promoueri non potest. vnde dicit, Oportet episcopum esse vnius vxoris virum. xxvj. distin. §. j. & §. quòd vnius vxoris. id est, non plurium, vt ibi. & notatur s. de temp. ord. §. & cui. in ij. regul. Si ergo nullam habuit, nõ prohibetur, imò est affectuosius admittendus. xxxj. distin. ante triennium. & §. causa verò institutionis. vnde præcipitur etiam, quòd talis quæratur, qui vxorem non habeat. lxj. distin. Chatinensis. & meritò, quia nuptię replent mundum, virginitas Paradisum. xxxij. q. j. nuptiæ. dicendum est ergo, Quid sit bigamia, Quis dicatur bigamus, Quot species bigamiæ, Vnde dicatur bigamus, Quare bigamus à promotione

a Quis dicatur bigamus.] Adde Doct. in rub. de big. S. Thom. in iiij. sen. dist. xxvii. q. iii. art. i.

b Bigamus multis modis.] Adde Spe. tit. de dispē. in §. iuxta ver. contrahitur. & gl. & Doct. in c. super eo, de biga.

c Vidua est.] Adde c. vidua. xxxiiii. dist. & in c. i. & quod ibi notat. de consan. & aff. l. malum, in §. vidua. ff. de ver. si. Bald. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler.

d Meretrix.] Adde gl. in ca. inter opera. de spon. & ibi Doct. Cy. in l. mercalem. C. de condi. ob tur. cau. Baldus in l. neque natales. C. de proba.

e Ante baptismū.] Adde S. Tho. in iiii. sent. dist. xxvii. q. vlt.

f Quare bigamus.] Adde Anton. de Butr. in rubr. extrà, eodem titul.

ordinum arceatur. Et an cum bigamo dispensetur.

1 **Quid sit bigamia.** †Et quidē irregularitas ex defectu proueniens sacramenti. in xxvj. dist. acutius. & apparet in his, quæ not. j. eod. §. quare bigamus. Alij dicunt, quòd bigamia est defectus ex secundis nuptijs proueniens. sed hæc descriptio non placet, quia non est conuertibilis cū suo descripto, cùm multis alijs modis, quàm ex secūdis nuptijs, proueniat bigamia, sicut apparet ex sequentibus.

2 **Quis dicatur †bigamus.** [a] Propriè is qui successiuè & diuersis temporibus duas legitimas vxores habuit. xxxj. q. j. aperiant. qd' intelligas, si cū vtraque matrimonium fuerit consummatum. alioqui contrà. j. eod. debitū. xxxiiij distin. Valentino. largè autē & impropriè, siue interpretatiuè sumpto vocabulo, dicitur bigamus multis modis, [b] quàm ex secundis nuptijs. vnde videndum,

3 **Quot sunt species bigamię.** †Et quidem duæ, scilicet vera, quando videlicet quis duas habuit, vt dixi s. prox. §. & probatur xxvj. distin. vna tantùm. nec repetita copula. & c. deinde. & c. actus. Alia interpretatiua. Interpretatiuè enim dicitur bigamus multis modis. Primò, qui de iure contraxit cum vidua vel corrupta. j. eod. de bigamis. xxxij. distin. feriatim. xxxiij. distin. maritum. & dicitur vidua hic corrupta, licet virum non habuit. ff. de verb. sign. malum. §. vidua. xxxiiij. distin. curandum. & c. præcipimus. nam si maritum habuerit, & maritus, antequam conueniat, moriatur, vidua non dicetur, quantū ad hoc, de quo quæritur. xxxiiij. distin. vidua. & c. vlt. Sed propriè vidua est, [c] cuius maritus mortuus est. Electa, quæ marito viuente proij citur. Meretrix, [d] quæ multorum libidini patet. xxxiiij. distin. vidua. xxxij. q. iiij. meretrices. Secundò, qui habuit duas vxores ante baptismum, [e] vel vnam ante, & aliam post. xxxiiij. distin. si quis viduam. xxvj. distin. §. j. & c. ij. & iij. Tertiò, quæ castitatem promissam violat. xxvij. q. j. quotquot. ergo subdiaconus contrahēs matrimonium, bigamus censetur: cui enim sit templū Dei & vas Domini sacrarium Spiritus sancti, indignum est eū cubilibus & immundicijs deseruire: ideo sacrilegium & incestum committit. xxvij. distin. decernimus. & c. de his. votum frangit ecclesiæ, scandalum generat, & eandem infamat, dominū papam & canonem contemnit, & malum exemplum præbet. Quartò, qui vnam de facto, alteram de iure, vel corruptam de facto, vel duas de facto duxit vxores, quod in partem ad factum conuenit retorqueri. xxxiiij. distinct. Christiano. xxj. q. j. quomodo virginibus. & j. de diuor. gaudemus. j. eod. nuper. & cap. à nobis. punitur enim affectus cum opere subsecuto: & quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex animo. xxij. q. v. qui periurare. Quintò, si vxorē propriam adulteram scienter retinuit. quod intellige secundum quosdam, si postea cognouerit eam: alioqui minus durum videretur. hoc comprobatur xxiiij. distin. si cuius. vel est consilium, non præceptum. Alij autem hoc intelligunt indi. quod verius videtur, scilicet, quòd etiamsi ignorāter eam cognouerit, bigamus efficiatur, vt apparet in his quę notantur j. eod. §. quare bigamus. versic. vij. & versic. ix. versic. iij. & est fortè inductū illud ius ad terrendum contrahentes, quasi innuat, quòd vix possunt promoueri hi qui vxores ducunt, etiam vxoribus mortuis sine periculo, cùm dicatur casta, quam nemo rogauit. Septimò, quia publicā pœnitentiam egit, vel repudiatā duxit. j. eod. c. j. l. distin. in capite ieiunij. & de his & præcedentibus titul. habes liiij. dist. quicunq;. xxxiiij. distin. præcipimus.

4 **Vnde dicatur bigamus.** †Dicitur autem iuxta vulgare prouincialium quasi bigamus, id est, stultus inde factus ibidem vocatur gamus: vel dicitur digamus, quasi homo bini coniugij: inde monogamus, à monos, quod est vnum, & gamos, quod est coniugium. imò gamos, quod est mulier. vnde Pergama à pyr, quod est ignis, & gamos, quasi igne mulierū destructa, scilicet Pergama Troiæ. ergo bigamus binę vxoris, siue mulieris maritus. xxvj. dist. vnius vxoris virū, i. monogamū, & sic dici pōt octogamus. xxxj. q. j. aperiāt.

5 **Quare †bigamus [f] à susceptione ordinū** arceatur, tetigi quatuor rationes §. de temp. ordin. §. & cui. in ij. regula prohibetur quidem, non propter defectū sacramēti: quia Christus non duas, sed vnā tantùm sibi ecclesiā copulauit. xxvj. dist. acutius. & c. qui sine. vnde dicit August. quòd vir vnius vxoris episcopus significat vnitatē ex omnibus gentibus collectam, & vni viro Christo subditam. Ideo sicut duobus dominis, scilicet contrarijs seruire non licet, sic ab vno domino apostatare, atque in alterius superstitionē ire non licet. prohibetur ergo bigamus, non propter peccatum, sed propter normam sacramenti amissam, non ad vitæ meritum, sed ad ordinationis signaculum. xxvj. distin. acutius. inde est, quòd quamuis quis bigamiam contraxit ante baptismum, nihilominus impeditur, quia per baptismū culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. xxvj. distin. vna. & §. bigamus. Quidam, vt Tanc. & eius sequaces, exponentes hæc verba, dixerūt quòd in matrimonio consummato triplex sacramentum designatur. Primum est vnio fidelis animæ ad Deum per fidem, & dilectionem, & charitatem, & hæc significatur in carnali matrimonio per coniunctionē animorum, vnde ait Apostolus, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Secundum sacramentum est vnio humanæ naturæ ad Deum, quę facta est in vtero virginis, ad quod pertinet, Verbum caro factum est, &c. & hoc designatur in carnali, per mistionem corporū consummato: non autem ipsa commistio sacramentum designat, sed per ipsum actum consummatum sacramentum significatur. Tertium sacramentum est vnitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & vni viro Christo subdita, & hoc significatur in clerici promoti vnione, id est, qui vnicam & virginem tantùm habuit vxorem, & in ipsa vnitate consistit, & ille vnus hoc sacramentum significat. Vnde vbi secundum matrimonium contractum est, hoc tertium sacramentum locum non habet: quia recessum est ab vnitate, cùm in secundo matrimonio diuisio facta sit: ideo & non significaret promotus clericus vnitatem, quare promoueri non potest. Item per secundum matrimoniū receditur à coniunctione primi matrimonij. sed ex quo ecclesia se Christo coniunxit, ab eo nunquam discessit, nec ipse ab ea. sic intelligunt j. eod. debitum. & dictum c. acutius. Consueuit autem quæri, in quo consistat hoc tertium sacramentum? Dicunt quidam, quòd in ipso coniugio. sed hoc falsum est: quia mortua vxore, definit coniugium esse. in authen. de nuptijs. §. deinceps. & sic nulla esset significatio, nec posset quis promoueri, prima vxore mortua. Vnde dic, quòd cōsistit in proposito vnitatis seruandę, de quo dixi j. de matrimonio. §. quid sit matrimonium. versic. indiuiduam. vnde si secundum matrimonium contrahat quis, ab hoc proposito recedit, & sic ab hoc sacramento: clericus ergo qui post mortē vxoris virginis vnitatis propositum seruauit, repræsentat hoc sacramentum, vt dicit Augustinus. Sed quare exigitur maior castitas † ex parte vxoris, quàm ex parte viri? dicit Hug. quòd vir significat ecclesiam, quæ in parte recessit à Christo adulterando & recedendo à fide, & sic in viro corrupto, non deest huiusmodi significatio sacramenti, sed vxor significat Christum, qui nunquam ecclesiam dimisit, vnde ipse est fons vnus, cui non communicat alienus. j. de regula. licet. in fine. vel dic, vt notatur j. versic. conformitas. vel ideo, quia mulier promoueri non potest ad ordines: j. de pœnit. quædam. & vide quod notatur j. eod. versic. quintò quæritur, cùm consecratio episcopi. Alij dicunt, quòd videtur verius, & magis proprium, quòd vir significat Christum, qui primùm sibi copulauit synagogam, secundò ecclesiam, quæ ecclesia semper virgo permanśit saltem mente. vnde Apostolus, Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. xxvj. quæst. j. nuptiarum. & ideo exigitur, quòd vxor non diuiserit carnē suam in plures. quod si fecerit, deest significatio sacramenti vnitatis. Vel planius in matrimonio carnali consummato attenditur duplex sacramentū, propter duplicem coniunctionē, quæ est in eo, vt dixi s. eo. ver. primū. & ver. secundum. Prima est coniunctio animorū. hæc significat coniunctionē fidelis animę ad Deum. q̄ cōiunctio fidelis animæ dissoluitur per consequens peccatum, sicut & alia coniunctio animorum coniugum ante carnalem copulā dissoluitur per religionis ingressum. j. de conuer. coniug. verum. cap. ex publico. Secunda est coniunctio corporum. & hæc significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. inter Christum enim & ecclesiam intelligitur ecclesiæ matrimonium. quod potest dici initiatum in prophetis & patriarchis, ratum verò in tempore gratiæ, scilicet in natiuitate Christi, quando ipse lapis angularis cœpit ædificare ecclesiam, vnum parietem de Iudæis, alterum de Gentibus erigens, consummatum in cruce, vel ratum fuit in cruce, consummabitur in prima, secundum fratrem Ray. & Goff. dicas ergo contractum in natiuitate, vt s. dixi, ratum, vel vt j. sub §. in quarta cella. Ex his ergo procedit ratio,

quare

quare ſacramentum coniugij dicitur maius, quo ad ſignificationem. ſicut notatur §. de ſacramen. non iteran. §. quot ſunt ſpecies. ſub §. ſecunda diuiſio. quia per ipſum ſacramenta ſupradicta ſignificantur. vnde ſuper illum Pſalm. Nunquid qui dormit, non adijciet, vt reſurgat? Dicit Auguſtin. notandum quod dicit dormit, quia ſicut de latere dormientis Adæ, ſubaudi primi carnalis, qui erat forma futuri, ſubaudi, Adæ ſcilicet ſecundi ſpiritualis aſſumpta eſt coſta, ſcilicet carnalis, de qua formata eſt Eua, [g] ſubaudi ſponſa carnalis: ita dormiuit Chriſtus ſomno mortis, vt de latere dormientis, de quo profluxerunt ſanguis & aqua, quæ ſunt noſtræ redemptionis ſacramẽta, formaretur ſibi ſponſa, ſubaudi ſpiritualis, ſcilicet eccleſia. ad hoc infrà, de celebr. miſſ. cùm Marthæ. §. quæſiuiſti. & §. ſeq. & c. in quadam. & j. de bapt. maiores. §. cautè. Item in eadem ſecunda coniunctione, ſcilicet corporum, coniugum ſignificatur coniunctio diuinitatis & humanitatis, facta in vtero virginali. de qua dixi ſuprà. Cùm ergo quælibet coniunctio per ſe ſcilicet, tam coniunctio Chriſti & Eccleſiæ, quã vnio diuinitatis & humanitatis vnica ſit, irreiterabilis & indiuiſibilis, meritò ſignificatur in primi matrimonij coniunctione carnali. ſed cùm quis tranſit ad ſecundam vxorem, recedit ab hac vnitate cedens ſiue tendens in pluralitatem, & ideo non poterit decæterò ſignificare dictam vnitatẽ & irreiterabilem & indiuiſibilem coniunctionem. Ex quo enim ſignificatur, ſcilicet coniunctio Chriſti & eccleſiæ, item coniunctio diuinitatis & humanitatis vnicum & irreiterabile & indiuiſibile eſt: oportet quod ſuum ſignificans, ſcilicet matrimonium carnale, conſummatum vnicum, & reiteratum, & indiuiſum fuerit. Hæc eſt ratio quam ponit Auguſtinus, licet obſcurè. xxvj. diſtin. acutius. & Innocentius eandem tangit j. eodem. debitum. & ex his liquet, quare contrahitur irregularitas bigamiæ.

[g] Formata eſt Eua. j Adde text. in c. gaudemus. de diuor. Et quare plus de coſta quàm de pede & capite. Vide gl. in verbo caſta. in c. finali. xxxiii. q. v.

Arbor Bigamiæ.



a Quia in paradiso.] Adde c.sicut. non omnia. in §. his ita. xxxii.q.ii.gl.summę. xvii.q.i. & in c.i. de voto. lib.vi. originaliter. Gen.ii.cap.

HIC posui, quantum planius potui, ne opiniones videar ignorare, & qui potest capere, capiat: sed quia nō omnes capiunt hęc verba, propter defectum capacitatis rudium, grossorum & puerilium animorum, rudia, grossa, & puerilia exempla ponere volo, & rationem quare bigamus impeditur, planius explicare, ne rudes propter has subtilitates cadant in desperantiam intellectus, cùm faciliori via duci possint. tales enim planè ducendi sunt. Instit. de iust. & iur. §. his generaliter. ī. de pœnit. Deus qui. §. apostoli. prolixitatis autem imploro veniam, quia dum breuis videri cupio, obscurus fio. Igitur ad euidentiam huius tractatus, & quorundam aliorum declarationem, depinxi hîc arborem in hūc modum: Pone arborem, posita arbore & depicta, sequitur lectio arboris, quæ talis est. Diligenter notanda sunt ea quæ in arbore hac legūtur. Primò enim posui principium à quo cuncta descendunt. Ioan. viij. Ego principium, qui & loquor vobis. nam à Ioue principium, Musæ Iouis omnia plena: & à capite edenda est ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. edi autem idem. super quo vide quod not. s̄. in Proœmio. §. & quoniā cuiusque rei. & §. vnde habuit originem. & de sum. trinit. in princ. & §. cur dicatur summa. & §. quot modis. versi. rectè autem. A dextris aūt lineā directā depinxi, per quā fides catholica, & fideles Christiani significātur, qui ad dexterā collocabūtur. iuxta illud, Venite benedicti, &c. Mat. xxv. Hæc directa linea in tres partes diuiditur, per primā designatur pater generās, per secundā filius genitus & exiens. Ioan xvj. Exiui à patre, &c. quę secūda linea à prima linea exit, qa filius à patre solo est, &c. per tertiā verò lineā spiritus sanctus repræsentatur, quæ tertia linea non generatur à præmissis duabus lineis, sed procedit: quia spiritus sanctus à patre & filio, &c. Est autem ipsa linea sine principio & sine fine, & est vna respectu essentiæ, sed est trina respectu personarum, quæ potius intellectu fidei, quàm oculo visibili perpenduntur. super hoc vide quod not. s̄. de sum. trinit. §. cur dicatur summa. versic. dicit & Aug. & per totum §. In medio etiam geniti & procedentis quædam cellula ponitur, quæ ab alijs & per alias repletur, & per eandem Deus repræsentatur, sicut per primam cellulam, quam pono principium, vt non notes principium quod non est, neque finem. non enim debes notare principium: quia illud quod est finis, reuoluta arbore est prius. Item nec finem notare debes, quia illud quod est finis, non reuoluta arbore est prius ipsa reuoluta. in ipsa ergo non recolligitur qui vnitatem & trinitatem sine principio & sine fine veraciter non credit. Sed & quædam linea protenditur ab vltima cellula lineæ, per quam lineam filius designatur ad primam cellulam lineæ, quæ linea spiritum sanctum repræsentat, ad notādum, quòd spiritus sanctus ab vtroq; æqualiter procedit, vt dictum est. Et quia patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto benignitas seu gratia. In linea patris ponuntur tres cellulæ, quæ summæ potentiæ sunt, & in linea filij aliæ tres, quæ summæ sapientiæ sunt. In linea spiritus sancti aliæ tres, quæ summæ benignitatis, siue gratiæ sunt. Ponuntur autem tres cellulæ in qualibet linea, ad designandum, quòd qualis pater, talis filius, &c. & quòd hi tres vnū sunt in essentia, quod etiam probatur per primam cellulam, in qua scriptum est, Deus vnum principium, &c. & per vltimam cellulam inter lineam exeuntē, & procedentem positam, in qua scriptum est matrimonium vnitatis fidelium, & cætera, per quam quælibet essentia designatur. in omnibus his tamen sanè intelligas totam trinitatem indiuisibilem, quo ad essentiam & opera, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. xxviij. q. j. sic enim neque. §. proinde. & quia etiam oculus sæpe fallitur. xxvij. q. j. nec aliqua. noli tantùm laxare exteriorem oculum, quòd interior seducatur. non enim exteriori oculo hanc summam trinitatem comprehendere potes, sed si interius fidelis fueris, non errabis. vides enim nunc per speculum in ænigmate. j. ad Corinth. xiij. Sed si fides tua viua fuerit, videbis facie ad faciem in regno suo hoc quod modò suspiras: quod nobis & cunctis fidelibus tribuere dignetur is, ad cuius honorem & laudem hoc scribimus, qui in trinitate perfecta viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen. Comprobantur omnia hæc s̄. de sum. trin. & fi. cat. cap. j. & ij. & in his quæ notantur ibi in summa. Verùm à sinistris lineam obliquam descripsi, in qua concluduntur omnes extra fidem catholicam positi: quæ ideo obliqua depingitur, quia omnia opera eius obliqua & mortua sunt, nec tangit primam cellulam, quia à charitate separata est. in principio autem directa depingitur, ad denotandum quòd non obliquè, sed iustè & directè iudicatus fuit pater superbię. Et dimittitur foramē in prima cellula arboris, in qua scriptum est, Deus vnum principium, &c. vt ostendat casum: & ponitur à sinistris, quia infideles omnes Christiani, & alij qui per ipsam repræsentantur, & in ipsa includuntur, vocabuntur in die iudicij ad sinistram, dicente Domino, Ite maledicti, &c. Et vt hæc, quæ dixi plenius eluceścant, debet poni imago diuina in medio, provt fit in arbore consanguinitatis, quæ imago cum dextera manu amplectatur directam lineam, ad denotandum vnionem Dei & fidelium, in dilectione & charitate, & gloriā promissam, qua fruentur æternaliter, quam oculus non vidit, &c. j. Corinth. ij. Sinistram verò manum super obliquam lineam teneat eleuatam, & non tangat, ad notandum terrorem iudicij, & pœnarum infernalium, quibus in ipsam inclusi æternaliter sine spe misericordiæ punietur. Contra ordinationem huius arboris & eius lectionē sic obijcitur, cùm linea sit ordinata collectio personarum, &c. vbicunq; est defectus ordinis, ibi est defectus & lineæ: vnde sicut in arbore consanguinitatis nō est eadem linea ascendentium, vel descendentium, & collateralium: ita videtur quòd non sit eadem linea, quæ sūperius vocatur directa, & dicitur diuidi in tres partes. non enim vna & eadem linea potest habere plura capita, q̄ duo, vel plures terminos, quàm duos. ergo vt videtur nō est identitas lineæ, vbi designatur identitas essentiæ diuinæ. Huic respondeo, quòd sicut diuina essentia vltra naturam potest, sic & linea sua vltra naturam depingitur, nec alicui alij assimilatur, cedit enim in talibus natura humana diuinæ naturæ, & virtus supra consuetudinē operatur. j. de celebr. missa. cùm Marthæ. §. quæsiuisti. hoc est quod suprà tetigi in lectione, versic. est autem ipsa. nec enim inter creatorem & creaturā tanta potest similitudo notari, quin maior sit dissimilitudo notanda: s̄. de sum. trin. damnamus. §. cùm ergo veritas. Secundò opponitur contra illud quod dixi in illo versic. in medio, s̄. in lecti. illud enim minus conuenienter dictum videtur, cùm inter genitum & procedentem non sit aliquod medium, nec secundū rem, nec secundum intellectum. Huic respondeo, Non ego ideo hæc depinxi, sed vt ostendam distinctionē personarū: quia quamuis vnum sint in essentia, nec inter ipsos sit aliquod medium: tamen certū est, quòd alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus. non dico aliud, ergo non ponitur cellula ad denotandū medium inter procedentem & genitum, sicut opponitur: sed ad designandum, q̄ qui trinitatem & vnitatē firmiter credit, & simpliciter confitetur, gratia diuina in præsenti repletur, & fruetur gloria in futuro. Tertiò opponitur contra id quod dixi s̄. in lect. versic. sed & quædam linea, & seq. vbi innuitur, q̄ in trinitate aliquid ponatur prius, aliquid posterius. sed secundum symbolum Athanasij, in trinitate, nihil prius aut posterius, nihil, &c. Huic respōdeo, non pono aliquid tanquam prius aut posterius, imò intelligitur q̄ semper sic fuit, semper sic erit: & hæc possunt potius mente percipi, quàm oculata fide videri. volue ergo arborem, & videbis posterius, quod antea erat prius, & econtrà. tu tamen quicquid voluatur, semper intellige nihil prius, nihil posterius, sicut in lectione arboris plenius eluceścit. sed & potest dici aliquid prius & posterius, respectu diuinitatis æternæ, scilicet sine principio & sine fine, & humanitatis de nouo assumptæ in vtero virginali. Visa lectione ordinationis arboris circa lineas, videamus de cellulis sigillatim. Et sciendum, quòd ibi ponuntur vndecim cellulę ex parte vna, & quinque ex parte altera.

IN prima cellula de xj. ita scribitur, Deus vnum principium omnium visibilium & inuisibiliū, corporalium & incorporalium, & sine principio, & sine fine. Hoc est contra Cerdonianos, qui ponunt duo principia contraria, scilicet vnum bonum & vnū malum. xxxiij. q. fin. §. fin. vers. Cerdoniani. Sed falsum est, quia vnū est tantū principium. s̄. de sum. trin. c. j. à quo processit sacerdotium & imperiū. in auth. quomodo oportet episcopos. respon. j. in princ. coll. j. vnde Ioa. c. j. In principio erat verbum, &c. & in Genes. c. j. In principio creauit Deus cœlum & terram. j. Cor. xj. Omnia ex Deo.

IN secunda cellula ita scribitur, matrimonium Adæ & Euæ in paradiso contractum. Hoc est vnū de septem sacramentis ecclesiæ, quod est maius & dignius alijs, quo ad significationem. cùm enim omnia alia sacramenta præcedat, meritò aliqua sequentia per ipsum habent significari, non econtrà. Hoc enim quod nō est, significare non potest: & primò quærenda est persona, quàm ratio. ff. de iure codicill. quidam referunt. Nota igitur, quòd hoc sacramentum in magna veneratione haberi debet, tum ratione authoris, qui ipsum instituit, scilicet Dei, tum ratione loci, in quo institutum est, a quia in paradiso: a tū ratione temporis, quia tempore innocētiæ: tum

tum ratione prioritatis, quia prius est tempore: & ideo dici potest, quòd potius est iure. ī. de ma. & obe. c. j. tum ratione peccati euitādi, & suscipiendæ prolis, & propositi vnitatis. de quibus dic vt notatur ī. de spon. sub secunda parte rubr. scilicet de matrimonijs. §. quid sit matrimonium. & §. qualiter contrahatur. Ex hoc ergo videbis apertè causam, quare bigamus non possit promoueri. Et vt hoc melius videas, scire debes, quòd matrimonium istud, scilicet Adæ & Euę, fuit initiatum Gen. ij. ibi, Et misit Dominus soporem in Adam, &c. Contractum, Gen. ij. ibi, Hoc nunc os
b ex ossibus meis, &c. b Ratificatum, Gen. ij. ibi, Propter hoc relinquet homo, &c. Consummatum, Gen. iij. ibi, Adam verò cognouit vxorem suam, &c. Sic & matrimonium carnale, de quo hic habes, inter Christianos dicitur. Initiatum per verba de futuro, scilicet per sponsalia. ff. de sponsa. l. j. xxx. quæst. v. nostrates. Contractum per verba de præsenti. xxvij. q. ij. §. j. ī. de spon. cùm locum. Ratum quando per ecclesiam approbatur. xxx. q. v. c. j. & ij. & c. sponsus. per totum. ī. de clan. despon. cùm inhibitio. Inter infideles ratum non habetur: quia non habent sacerdotiū: s̄. de constit. translat. Vel verius dic, quòd ratificatur in sacramento fidei, scilicet baptismo, quod est fundamentum omnium sacramentorum, quòd ad hanc ratificationem: vt probatur ī. de presbyt. nō baptiz. veniens. resp. j. ī. de diuor. quāto. §. si verò alter fidelium. Ideo inter fideles respuitur libellus repudij, q̄ inter infideles admittitur, vt innuit Augustī. xxviij. q. j. §. fin. Et vide super hoc quod notatur ī. de spon. sub rubr. de matri. ad finem. Consummatum per carnis copulam. ī. de conuer. coniug. ex publico. ad finem. & cap. ex parte ij. ad finem. per quam vna caro fiunt, & vniuntur inseparabiliter, quandiu vixerint: ita q̄ licet in veritate duo sint corpora, vnum tñ corpus censentur. ī. de conuer. coniug. ad Apostolicam.

IN tertia cellula sic scribitur: Matrimonium inter Deum & beatam Mariam virginem. Quamuis enim quælibet anima sponsa Dei dicatur, tamen specialiter gloriosa virgo sponsa Dei intelligitur. vnde in Cant. c. j. Ecce tu pulcra es amica mea, & macula non est in te. Et iterum, Veni de Libano sponsa mea, &c. Et iterum, Hortus conclusus, fons signatus. & c. vj. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, &c. de hoc matrimonio legitur xxviij. quæst. ij. §. j. & ij. & §. ecce. & sequen. Istud matrimoniū potest dici Initiatum Luc. j. ibi, Missus est Gabriel angelus, &c. Contractum eodem. ibi, Inuenisti gratiam apud Dominum: ecce, concipies & paries filium, &c. Ratificatum eodem: Spiritus sanctus superueniet in te. Consummatum eodem: Ecce ancilla Domini, &c. Et hoc sequitur matrimonium diuinæ & humanæ naturæ in vtero gloriosæ virginis Mariæ ineffabiliter contractum: & indissolubiliter, seu irreiterabiliter vniens naturas. de quo in Psalmo, Operatus est salutem in medio terræ. Item, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. hoc potest dici initiatum. Esaiæ vij. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. & Hieremias xxxj. Nouum faciet Dominus super terram: mulier circundabit virum. & per verba aliorum Prophetarum q̄ dixerunt apertè, Filium Dei humanam naturam assumpturum: hæc enim fuerūt verba de futuro, per quæ diximus matrimonium initiari debere. s̄. in prima cellula. versic. initiatum. Contractum per verba Gabrielis, dicentis Lucæ j. Aue gratia plena, Dominus tecum: & per responsionem virginis dicētis: Fiat mihi secundum verbum tuum. sic enim per mutuum consensum contrahitur matrimonium. vt notatur s̄. in prima cellula. versicul. contractum. & per nuncium contrahi potest. xxij. quæst. ij. honorantur. ī. de conuer. coniug. ex parte ij. respon. j. ibi mediantibus internuncijs per verba de præsenti. &c. ff. de sponsali. sufficit. & l. in sponsa. nihil interest. & l. finali. quod dic, vt notatur ī. de sponsal. §. qualiter contrahantur. versic. j. & sequent. Ratum diuina authoritate & voluntate. tantum enim matrimonium alterius voluntate & authoritate ratificari non potuisset: vnde ad Galatas iij. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Consummatum in incarnatione, nam sine aliqua corruptione, Spiritu sancto operante, verbum caro factum est, Ioannis j. & Lucæ j. ibi, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. sed & in hac consummatione tota trinitas operata est, quia indiuisa sunt opera trinitatis: sic intellige suprà, de summa trinitate, cap. j. Patet ex prędictis, quòd Deus sponsam humanam habuit incorruptam, vnicam & virginem, scilicet ante partum, & in partu, & post partum, scilicet beatam & gloriosam Mariam: ex qua & in qua humanam carnem puram & immaculatam assumpsit, & vtranque naturam diuinam, scilicet & humanam ineffabiliter & irreiterabiliter simul vniuit: sed & sponsam duxit, etiā spiritualē, immaculatā & virginē. vnde sequitur.

IN quarta cellula, in qua sic scriptum est, Matrimonium Iesu filij Dei viui & ecclesiæ. Potest autē dici hoc fuisse initiatū in cōsummatione præcedētis, vel in partu. Contractū, in prædicatione. Ratū, diuina authoritate. Consummatum, in passione, in qua, & per quam redempti sumus. Vel dic, q̄ fuit initiatū, Matt. iij. ibi, Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c. Contractum, Matt. xxvj. ibi, Et manducātibus illis, accepit Iesus panē, & benedicēs, fregit, & dedit illis, & ait, Sumite, hoc est corpus meū, &c. Et Cantic. iij. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ratum, Actuum ij. Factus est repentè de cœlo sonus, &c. Et ad Romanos viij. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei: si autem filij, & hæredes, &c. Consummatum post publicationem Euangelij, ad Galatas iiij. Eijce ancillam & filium eius. hæc est igitur fides catholica, &c. & vide quod notatur suprà eodem versic. ex his. ergo procedit ratio. & sic vides, quòd Deus habet sponsam vnicam & virginem: vt dixi suprà, versic. patet ex prædictis. duxit & sponsam spiritualem, scilicet ecclesiam, siue fidem catholicam. scilicet vnicam, & virginem perfectam & immaculatam. vnde Cantic. vj. Vna est columba mea perfecta mea. de hac vij. quæstione j. nouationes. Igitur planè & plenè liquere potest, quare bigamus non promouetur: quia nullus potest desponsare ecclesiam, nisi sit similis sponso suo. accedat ergo coniugatus volens desponsare ecclesiam, quam desponsat sacerdos: vt notatur infrà versic. contractum. & sequenti, in vij. cellula dicere potest episcopus, Vis desponsare ecclesiam, id est, vis ad ordines promoueri? Responsio laici, Volo. Interrogatio episcopi, Es tu bigamus? id est, duxisti duas vxores successiuè? Responsio laici, Duxi. Determinatio episcopi, Repellendus es, etiamsi vnicam & corruptam vxorem carnalem duxisses. nam Deus sponsus ecclesię non habuit nisi vnicam humanam & virginem: nec diuisit verbum incarnatum in plures, vt not. s̄. eod. ver. quāuis. & ver. ex hoc sequitur in tertia cellula, vt patet. tu verò duxisti duas carnales, vel vnam corruptam, ergo ecclesia respuit sponsalia tua: quia non es similis sponso suo in vnitate, & virginitate sacramenti, quod est inter ipsum & beatam Mariam, siue inter diuinam & humanam naturam, quia inuenitur sponsus vnus vnius virginis, vel incorruptæ. tu verò es sponsus vnus duarum, vel vnius corruptæ. contraria igitur contrarijs displicent, sed similia similibus gaudent. argum. s̄. de electione. transmissa. xiij. distinct. nerui. ī. de appella. solicitudinem. & de bapt. maiores. §. sed adhuc quæritur. secundum hoc potest intelligi quod notatur suprà, eodem §. quare bigamus. respon. j. xxvj. distin. acutius. Item potest dicere prælatus, Tu fuisti diuisus in carnalitate, ideo timendum est ecclesiæ, ne moueres schisma, & diuisionem in spiritualitate, vnde cùm sacerdotes constituantur, vt per prædicationem animas sibi commissas in vnitatē charitatis, & pacis, & fidei simul colligāt & teneāt, & Deo sic vnitas offerant, non esses bonus sacerdos, qui diuisionem voluisti, nec tu qui corruptionē, quia præsumi potest, quòd sicut voluntas tua diuisa, vel corrupta fuit in carnali commercio, ita & prædicatio tua schismatica vel corruptibilis esset: & quòd potius quæreres quæ tua sunt, quàm quæ Iesu Christi, ideo promoueri non potes. ad hoc infrà de censib. cùm Apostolus. §. j. & cap. procurationes. §. finali. lxiij. distinct. nosse. infrà, de offic. ordin. inter cætera. ergo propter defectum sacramenti vnitatis & virginitatis, in matrimonio carnali, quod cōtraxit bigamus contrahendo matrimonium, à promotione ordinum arcetur. vnde in epistola Cypriani martyris. nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet vnitatem, quisquis ille fuerit, scilicet qui vnitatem non seruauerit, licet de se multum iactans, & plurimum sibi vendicans prophanus est, alienus est, foris est, & cùm post primum esse non possit, quisquis post vnum qui solus esse debet, factus iam non secundus, sed nullus est. vij. quæst. j. factus est. Licet autem ibi loquatur de illo, qui occupauit sedem vacantis, tamen ad vnitatem, de qua hîc loquimur, trahi potest, & de hac vnitate expressum habes xxvj. distin. acutius. & cap. vna. & arg. ad hoc quod dixi de præsumptione corruptionis. lxxxij. distin. proposuisti. s̄. de filijs presb. literas. & vide quod notatur ī. in xj. cellula. versic. potest ergo.

a IN quinta cellula sic scribitur, Matrimonium Petri, & sacerdotij, siue ecclesiæ. Initiatū fuit hoc Matt. xvj. ibi, Tu es Petrus, a & super hāc petram ædificabo ecclesiam: & tibi dabo claues, &c. hæc enim fuerunt verba de futuro. & de hoc xxj. distin. in no-

b Nunc os ex ossibus meis.] Adde glos. in §. Adam. de pœ. d. ij. & gl. in cap. finali. de frigid.

a Tu es Petrus.] Adde tex. in cap. præceptis. xij. distin. cap. Petrus. ij. quæ. vij. c. loquitur. xxiiij. quæst. j. ca. quātus. xxj. distin.

a Hic est filius meus dilectus.] Adde text in c. omnes quos. de cō se. dist. iij.

b Sanguis & aqua.] Adde c. in sacramentorum. c. non oportet. c. re vera. & c. accesserunt de conse. dist. ij. & in c. si quis autem. de conse. dist. iiij.

c In nomine Patris.] Adde text. in ca. proprie. c si quis presbyter. & in c. multi sunt. de conse. dist. iiij. & in c. debitū. de bapt.

a Alias oues habeo.] Adde text. in c. in domo Patris mei. in 6. hanc societatem. de pœnit. dist. i.

b Fiat vnum ouile.] Adde text. in c. finali. de bapt.

uo. §. contractum. Actu. j. Venientibus illis, &c. vel dic contractum per illa verba, Pasce oues meas, §. de electio. significasti. hæc enim fuerunt verba de præsenti. & de hoc suprà de translat. episcopi. cap. j. Ratum, quando intronizatus est Antiochiæ. vel dic, quòd ratum est diuina authoritate: ideo dicit Papa, qui successor est Petri, quòd non humanæ constitutioni innititur, sed diuinæ: quia eius potestas non est ex homine, sed ex Deo. j. de iudic. nouit. §. j. & ideo dicitur, Nauicula Petri fluctuare potest, mergi non potest: vnde versic.

Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

& fortè ratum est per illa verba Matth. xxviij. Dicite discipulis eius, & Petro, &c. Consummatum, quando cathedratus Romæ est: vel fortè quando Dominus interrogatus fuit à Petro, Dñe, quò vadis? Respōdit Dñs, Venio Romam iterum crucifigi, scilicet in te. quod intelligens Petrus pro se dictum, scilicet vt ipse Petrus ibi crucifigeretur: & sic per conseq̄s Christus. iij. quæst. j. nulli. in fine. & sic matrimonium quod iam contraxerat, consummaretur, ad locum ipsum Romam protinus est reuersus. j. qui filij sint legitimi. per venerabilē. §. rationibus. versic. sanè. cùm Deuteronomium. & ibi crucifixus est: & sic consummatum est matrimonium Petri, & Apostolatus, quò ad successores, & quò ad locum. ij. q. vij. beatus Petrus & Paulus. & c. puto. xxj. dist. quamuis. xxij. dist. c. j.

IN sexta cellula ita scriptum est, Matrimonium episcopi & ecclesiæ. Initiatum potest dici, quando eligitur, Hebr. v. Nemo sibi assumat honorem, &c. Contractum confirmatur §. de translatione episcopi inter corporalia. §. sicut autē. imò est contractū per mutuum consensum eligentium & electi. §. de elect. cùm inter canonicos. §. ij. Ratum, quando ad obedientiam suscipitur. arg. j. de iureiur. ego. imò dic, quòd in confirmatione ratificatur. Consummatum, cùm consecratur, vt hæc probantur §. de transl. episcopi. licet. quod dic, vt not. in summa ipsius tit. §. cuius authoritate. versic. verùm cùm matrimonium. & sequent.

IN septima cellula sic scribitur, Matrimonium sacerdotis & ecclesiæ. Initiatum intelligitur, quando ordinatur: quod intelligas, dum ad minores ordines promouetur. Cùm enim tonsuratur, in sortem Domini assumitur. j. de præbend. cùm secundum Apostolum. & datur species matrimonij huiusmodi contrahendi. verùm non est ligatus. vnde potest pedem retrahere. j. de clericis coniug. cum Ioan. Contractum, quando cura sibi committitur. imò dic contrahitur, quando ad sacros ordines promouetur. vnde de cætero resilire non potest: suprà, de ætate & qualitate. à multis. j. de clericis coniug. c. j. & ij. æquiparatur, ergo consensui de præsenti. j. de sponsal. duo. c. finali. Ratificatum, quando ab eo obedientia suscipitur: imò quando per episcopum cui præsentatus est, approbatur: & in matricula scribitur. xxiij. distin. quando. vel in sacramento fidei, sicut dixi suprà in ij. cellula. ver. ratum. Consummatur, quando in possessionem mitt. imò dic, quòd in presbyterum promouetur. suprà, de summa tri. cap. j. §. penultimo. suprà, de sacra vnctione. c. vnico. §. quia verò Christus. versic. per frontis chrismationem: vnde decæterò potest per exhibitionem sacramentorum ecclesiæ spirituales filios generare, vt patet in concord. prox. alleg. Hoc, quò ad matrimonium contractum inter sacerdotem & ecclesiam generalem. Sed quò ad ecclesiam particularem, dico quòd initiatur, quando à persona ecclesiastica eligitur siue repræsentatur. j. de iure patron. quòd autem. per assensum verò huic repræsentationi præstitum contrahitur, quando prælatus ipsum admittit & confirmat, ratificatur: quando curam committit, consummatur: arg. j. de instit. ex frequētibus. & in his quæ notantur suprà in vj. cellula. & de hoc matrimonio legitur xl. distinct. sicut. xxj. quæst. ij. sicut in vnaquaque. & dicit decret. quòd sicut episcopus prçest matrici, id est, cathedrali ecclesiæ, sic archipresbyter plebi suæ. j. de offic. archip. cap. j. ad finem.

IN octaua cellula, ad quam protenditur linea vna, quæ à septima cellula procedit: & alia quæ procedit à quarta, sic scribitur: Matrimonium baptismi & fidelis animæ. Initiatū videtur hoc Matth. iij. ibi, Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, &c. & ecce vox de cœlis, dicens, Hic est filius meus dilectus,

a in quo mihi complacui, §. de sacra vnct. c. j. §. quia verò. versi. cuius aduentus. Contractum, Matth. vlt. ibi, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ratificatum in passione, ad Rom. vj. Consepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Item, quia tunc exiuit de latere
b eius sanguis & aqua. b Ioan. xix. j. de celebrat. miss. in quadam. per sacramentum autem baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur. j. de baptis. maiores. §. cautè. Consummatum post promulgationem Euangelij, ad Galat. v. Si circuncidimini, Christus nil vobis prodest. hoc intelligi potest de baptismo in genere, siue de baptismo secundi Adæ, id est, filij Dei, vt sicut matrimoniū primum carnale in persona primi Adæ contractum fuit, vt dixi §. eod. in secunda cellula. sic in persona secundi Adę baptismus Spiritus sancti primò fuit institutus: & sicut ad exemplum primi matrimonij carnalis inter homines & mulieres, tota die, matrimonium carnale contrahitur: sic ad exemplum baptismi Christi oēs baptizari debemus, vt sic quælibet anima vocari mereatur sponsa Dei. hoc igitur intelligo. Initiatum in Catechismo. argum. de consec. dist. iij. Catechumenum. vel per verba sacerdotis, dicētis, vis baptizari? & patrini respondentis, Volo: hæc enim sunt verba de futuro. Contractum per verba sacerdotis dicentis, Petre, ego
c baptizo te in nomine Patris, c & Filij, & Spiritus sancti. de quo dic vt not. j. de bapt. prodest autem consensus patrini filio spirituali. de consec. dist. iiij. illud perscrutari. Ratū, Spiritu sancto operāte. j. de baptis. debitum. §. in baptismo quippe. Consummatum per chrismatis vnctionem in capite. §. de sacra vnct. ca. vnico. §. quia verò. versic. in vertice. de consec. dist. iiij. postquam.

IN cellula ix. ita scriptū est, Matrimonium Dei & fidelis animæ. Initiatum in creatione. lvj. dist. nasci. Aug. Domine fecisti nos ad te. Contractum in baptismo. Oseæ ij. Sponsabo te mihi in fide. Ratum in sancta operatione. talis enim anima firmatur cum Deo. Psal. Qui facit hæc, non mouebitur in æternū. vel dic, q̄ ratificatur in Dei dilectione, j. Cor. vj. q adhæret Deo, vnus spiritus est cū eo. j. eod. debitū. Consummatum in gloriæ adeptione, Cantic. iij. Tenui eum, nec dimittam. Iac. j. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cū probatus fuerit, &c. vel dic, q̄ consummatur, q̄ ab ærumnis huius seculi perfecta pœnitentia, vel sine mortali peccato, dño vocante subtrahitur. xxj. q. vj. si presbyter.

IN x. cellula sic scriptum est, Matrimonium bonæ operationis, & fidelis animæ. Initiatum in gratiæ præuentione, Psal. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Contractum in præuenientis gratiæ receptione, siue in assensu liberi arbitrij. Psal. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Actorum ix. Domine, quid me vis facere? Esaiæ vj. Ecce ego, mitte me. viij. quæst. j. in scripturis. Prouerb. xxiij. Fili, præbe mihi cor tuum. Psalm. Paratum cor meum Deus. Ratum, in boni operis executione. j. Timoth. iiij. Exerce teipsum ad pietatem. Psalm. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Consummatum in boni operis assuefactione & continuatione, Matthæi x. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. ad hoc xj. quæst. iij. æstimant.

IN vndecima cellula inter lineam genitam, & præcedentem posita, quæ ab alijs, & per alias repletur, sic scriptum habetur, Matrimonium vnitatis fidelium ex diuersis gentibus in vnum collectæ, & vni viro Christo subditę. Hoc videtur initiatum, quando filius in hunc mundum veniens dispersiones Israel congregauit. vel per illa verba, Centuplum accipies, quæ fuerunt verba de futuro. Contractum in prædicatione, quam exercuit per se & per suos. nam in omnē terram exiuit sonus eorū, &c. Ioan. x. Alias o-
a ues habeo, a quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adduc-
b cere, vt vocem meam audiant, & fiat vnū ouile, b & vnus pastor. j. de maio. & obe. solitæ. §. pen. vel dic contractum, q̄ commendauit discipulos Deo Patri: §. de sum. trinit. damnamus. §. cùm ergo. Ratum, quando dedit potestatē ecclesiæ faciendi miracula in nomine suo. Marc. vlt. In nomine meo dæmonia eijciēt. Act. v. in plateis ponebantur infirmi, &c. Consummatū erit in fine seculi, quando iam intrauerit plenitudo gentiū, & omnis Israel saluus fiet. Matth. xxv. Venite benedicti, &c. In quolibet prædictorū vnitatem & firmitatem inuenies, non schisma, non diuisionem, quæ per bigamiam not. & ideo bigamus non promouetur: quia vnitas fidei diuisionem vel corruptionem non recipit. xxiiij. quæst. j. loquitur & notatur j. de schisma. Potest ergo dicere quælibet anima parochianorū per se: & omnes insimul nolumus ministrum

bigamum,

bigamũ, quia neſciret nos Deo vnire, ſcilicet in dilectionis vnitate. infrà, de celebra. miſſa. cùm Marthæ. §. verum inter opiniones vel vnire, id eſt, ſubijcere ſeu repræſentare. Vnire enim multis modis dicitur, vt not. infrà, ne ſede vacan. deficit ergo in bigamo ſignaculum vnitatis: quare ordines recipere non poteſt, vt dicit Augu. & ſic linea iſta vna eſt reſpectu eſſentiæ, & ipſam eſſentiam denotat prima cellula. nouem cellulæ ſequentes denotant trinitatem in perſonis: & ſic ab vnitate in trinitatem perueniemus, quia ipſe eſt vnitas in trinitate. per vndecimam cellulam eandem eſſentiam intelligimus, quæ ab alijs repletur, vt à trinitate perſonarum ad diuinam eſſentiam reuertamur. Igitur in arbore hac, quantum poſsibile eſt, vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate, ſine principio, & ſine fine. ad hoc de conſecratione, diſt. quarta. omnes quos. ſuprà, de ſumma trini. c. j. & ij. ſic expedita eſt linea arboris, quę à dextris imaginis diuinę ponitur. Videamus de alia linea, quæ ponitur à ſiniſtris, in qua ſunt quinq; cellulæ.

IN cellula prima ſic ſcriptum eſt, Vinculum inferni & diaboli per ſuperbiam contractum. Initiatum, quando cogitauit ſe æqualem Deo fieri, dicens, Ponam ſedem meam ab Aquilone, Eſa. xiiij. Contractum, quando proiectus eſt cum ſuis complicibus in infernum, Eſaiæ xiiij. Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris. Conſummatum, quia ſecundum Pſalmum, Non adijciet vt reſurgat. Eſaiæ xxiiij. Grauabit eum iniquitas ſua, & corruet: non adijciet vt reſurgat.

IN cellula ſecunda ſic ſcriptum eſt, Vinculum hominis & peccati. Initiatum in pronitate contracta ex traditione fomitis per propagationem, ad Romanos v. In Adam omnes peccauerunt. vel dic initiatum in primo motu, quando ab ipſo imoratur. Contractum in cogitatione praua, quando ei aſſenſus præbetur, & ſic cogitationes ſeparant à Deo. Sapien. j. Coniungunt diabolo, vt locutio peruerſa. Pſal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & qui loquitur iniqua, non dirigetur in conſpectu Dei: quaſi dicat, non placebit ſponſo in prauo opere. Pſal. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Conſummatum, in longa peccandi conſuetudine. nam peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Pſal. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. vel in morte. xj. q. iij. æſtimant. de conſecratio. diſt. iiij. firmiſsimè.

IN cellula iij. ſcribitur ſic, Vinculum inter infidelem animam, & diabolum. Initiatum, de fide dubitando. nam dubius in fide, infidelis eſt. infrà, de hæretici. cap. j. Contractum fidem negando, de tali contracto vinculo Petrus amarè fleuit, & reconciliatus fuit. Matthæi xxvj. ſic & vir reconciliare poteſt vxorem adulteram. infrà, de adulter. ſi vir ſciens, certè & anima tota die meretricatur, ſed per pœnitentiam reconciliatur, & noua efficitur. l. diſtinct. ferrum. Conſummatum errorem defendendo, & fideles perſequendo & conterendo. Cantic. ij. Capite vobis vulpeculas, quæ demoliuntur vineas. infrà, de purga. canoni. inter ſolicitudines.

IN cellula quarta ſic ſcribitur, Vinculum inter diuerſas hæreſes, & errores & diabolum. Initiatum per ſuggillationem, vt ſic non videantur errare: quod quando pauci ſunt, facere conſueuerunt. Contractum, quando contra eccleſiæ caſtra ſe muniunt, cùm iam ad ſe magnam multitudinem attraxerunt. Chryſoſtom. A` veritate ſe nudos oſtendunt, qui multitudine ſe armauerunt. Conſummatum, vt eccleſiæ vnitatem diuidant. Pſalm. Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt Moab. &c. de hoc xxiiij. quæſtion. iij. capitul. vltimo. & §. ſequentibus.

IN cellula quinta ſic ſcribitur, Vinculum inter diuiſionem hæreticorum inſimul colligatam, & iniquo principi gehennæ ſubditam. Initiatum tempore idololatrarum, quod cœpit ante legem à Bel. de cuius nomine dicitur Daniel. xiiij. erat quoque idolum nomine Bel, apud Babylonem, &c. Contractum, tempore Phariſæorum & Sadducæorum ſub lege, de quibus Marci xij. Mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, &c. Conſummatum, tempore idololatrarum & hæreticorum. de quibus Apoc. j. Odiſti ſacra Nicolaitarum, quæ & ego odi, &c. vel dic conſummabitur in die iudicij, dicente Domino, Ite maledicti, &c. de hoc infrà, de hæreti. ca. penultimo. ſuprà, de electio. licet. In omnibus his vinculis vel ipſorum aliquo, nulla vnitas eſt, nulla firmitas, nulla integritas, ſed totũ diuiſio, totum ſchiſma, totum falſitas, totum corruptio, & hoc per bigamiam repræſentatur, ſiue per bigamum qui diuiſus fuit, ſiue corruptus in matrimonio, ſicut præcedentes in vinculis infernalibus, ſiue diabolicis: ſicut ergo Deus & diabolus in eundem ſubiectum ſimul & ſemel, & eodem modo cadere non poſſunt, quia nemo poteſt ſeruire Deo & Mammonæ, ſic bigamia, quæ diuiſionem denotat, & ordo ſacer, qui vnitatem deſignat, in eundem ſubiectum ſimul & ſemel & congruè cadere non poſſunt, quia quantum ad hoc, ſibi adinuicem aduerſantur. argu. ad hoc, infrà, de baptiſmo. maiores. §. ſed adhuc quæritur. in fine. & hoc eſt quod fortè innuit Auguſtinus, xxvj. diſt. acutius. in fine. Ergo bigami in linea iſta cadunt, & per ipſam repræſentantur, non quo ad vitæ meritum, ſed quo ad ordinationis ſignaculum. ſed hoc poteſt intelligi, quod dicit capitulum, ſcilicet, quòd contrahere ſecundas nuptias nihil aliud eſt, quàm fornicari. xxj. quæſt. j. de his. & c. hac ratione. vt exponas fornicari, id eſt, recedere à ſignaculo ſacramenti, quando non promouetur. aliàs autem non fornicatur verè, imò caſtè viuit. xxxj. diſt. Nicena. & licentia Apoſtoli vtitur. infrà, de ſecundis nuptijs. c. penul. & vltimo. in hoc ergo non condemnatur. xxxj. quæſt. j. aperiant. & c. ſequenti. Si bene conſideraueris ordinem cellularum, ex prima deſcendit ſecunda, & ex ſecunda tertia, ex tertia quarta, ex quarta quinta, ex quinta ſexta, ex ſexta ſeptima, ex ſeptima octaua, ex octaua nona, ex nona decima, & ex his omnibus vndecima repletur, & vnitur cùm prima, quarum cellulæ lineæ obliquæ gradatim deſcendunt.

CIrca hoc multæ mouentur quæſtiones. In prima quæritur, quæ eſt ratio, quòd non nocet ſucceſsio concubinarum, nec bigamiam inducit. infrà eodem, quia circa. xxxiiij. diſt. fraternitatis. & tamen nocet ſucceſsio vxorum. infrà, eodem de bigamis. & ſuprà, eodem per totum. & ſic videtur, quòd luxuria plus poteſt caſtitate, quod eſſe non debet. in authentica, de reſtitutio. & ea quæ parit in vndecimo menſe. §. vltimo. col. vij. nec enim debet eſſe melior conditio delinquentis, quàm non delinquentis. xvj. quæſt. j. legibus. infrà, de donation. inter virum & vxorem. & ſi neceſſe. reſpondeo, in concubinatu non poteſt notari diuiſio ſacramenti, quod non eſt. argumentum. infrà, de deſponſa. impu. ad diſſoluendum. & ſic non deeſt ſignaculum, de quo dixi ſuprà in quarta cellula. verſi. igitur planè. & ſequenti: ideo cùm in ſacramento diuiſus non fuerit, admittitur ad ſacramenta eccleſiæ, quia non præſumitur, quòd in ſacramentis debeat eſſe diuiſus, ſed quòd magis diligat ſpiritualia quàm carnalia. argument. j. quæſtion. vij. ſancimus. infrà, de procurat. in noſtra præſentia. §. fina. qui verò duas vxores duxit, cùm matrimonium ſacramentum ſit apud omnes, etiam infideles. infrà, de diuortio. quanto. & capitul. gaudemus. & in Paradiſo contractum, vt notatur ſuprà eodem, in ſecunda cellula: & ſic ſi in ſacramento ſemel diuiſus inueniatur, præſumitur quòd in ſacramentis eccleſiaſticis diuiſus eſſet, vt dixi ſuprà argumen. ff. de re mili. non omnes. §. à Barbaris. infrà, de præſumpt. mandata. Conformitas. Deus habuit ſynagogam, demùm deſponſauit eccleſiam, vt not. ſuprà eodem, in quarta cellula. Per ſynagogam potes intelligere concubinam. ſicut enim filij concubinæ illegitimi cenſentur, nec ſuccedunt cum legitimis ab inteſtato. C. de naturali. liber. authent. licet. ſic filij ſynagogæ non capiebant hæreditatem patris, imò deſcendebant omnes ad inferos infideles in profundum. patriarchæ verò, & ſancti, qui ſperabant legitimari, vel redimi in limbo vel in ſinu Abrahæ, ſed cunctis porta gloriæ clauſa erat. per eccleſiam autem intellige ſponſam legitimam, cuius filij ſine mortali peccato ab hac luce ſubtracti ſtatim euolant, & hæreditatem patris adeunt. infrà, de baptiſm. debitum. ſicut ergo Deus dimiſſa ſynagoga, per quam concubinam intelligunt, eccleſiam deſponſauit, & ſic fornicator concubina dimiſſa poteſt eccleſiam deſponſare, etiam ei reconciliari, ſi iam coniunctus fuerat. infrà eodem, quia circa. quinimò ſi matrimonium contraxit cum virgine, cùm affectus & effectus deficiant, diſpenſatur. ſic intellige. infrà, de cleri. coniuga. ſanè ſacerdotes. ſecus, ſi affectus notari poſsit: vt ſi contraxerit quis cum duabus, vel cum vna corrupta. infrà eodem, nuper. & c. fin. Item non debes dicere, quòd fornicator ſit melioris conditionis quàm ſponſus, imò peioris eſt, quia nec fornicator ordinari debet, nec regnum Dei intrare poteſt: bigamus tamen quamuis non ordinetur, tamen bene meretur regnum Dei, cùm caſtè viuat. xxxj. di. Nicena. Sed tu obijcis de illo, q̃ egit pœnitentiã, & ſic nõ eſt fornicator. l. diſt. ferrum. non ergo valet oppoſitio facta ex eo, q̃ fuit ac ſi eſſet, Deletur igiũ fornicatio per pœnitẽtiã,

a Et an cum bigamo.] Adde gl. in cap. sunt quidam. xxv. quæ. j. Archi. in c. j. de biga. lib. vi. Bal. in cap. at si clerici. de iudi. S. Th. in iiij. sent. dist. xxvij. q. iij. argum. iij.

b Non reciperet characterem.] Adde quod talis recipit characterem vt tenent Domini de Ro. dec. ccccliij. incip. quodam. in nouissi.

c Nec sine baptismo.] Adde Cardinal. sancti Sixti in tractatu de potestate Papæ. q. xlvi.

cùm peccatum sit. suprà, de tempo. ordi. c. j. j. de testi. testimonium. sed bigamia non per pœnitentiam, nec per baptismum deleri potest, quia non est peccatum. xxvj. distin. vna. non potest ergo reddi tibi defectus sacramenti, qui ex bigamia oritur, vt no. suprà eod. in quarta cellula, & in vndecima cellula, & in cellula quinta. certè nec si oculum vel brachium amisisses, per pœnitentiam quantumcunque volueris recuperare posses: quia factæ causæ infectæ fieri non possunt, vt not. infrà eo. §. an cum bigamo valeat dispensari. & hoc propter defectum sacramẽti. erunt enim duo, scilicet coniuges, inquit Adam, in carne vna. j̃ eo. debitum. j̃. de regula. ad Apostolicã. id est, ad eandem seu vnam carnem propagandam, quia eius propositi debent esse, quòd in aliam carnem non diuidantur. ff. de ritu nup. l. j. C. de cri. expi. hære. adversus. ff. rerum amota. l. j. si ergo mortua prima ducit aliam, frangit propositum sacramenti tacitum, vnde si promoueretur ad sacros, timeretur ne votum castitatis in sacramento tacitè emisso violaret. de hoc j̃. de cleri. coniuga. cùm olim. hoc non potest notari in fornicatore, qa non habuit semper propositum manendi cum concubina. aliàs matrimonium iudicaretur. ff. de ritu nup. in libere. & de concubi. in concubinatu. imò certè stuprum iudicatur, vel adulteriũ, xxx. q. v. aliter. sic secundũ legem qui illam, quam vxorem habere poterat, in concubinatu habuit, non punitur: secus, si vxorem. ff. de concu. l. j. Secundò quæritur, vtrum maritus virginis, qui nõ seruauit fidem, sed aliam cognouit, constante matrimonio bigamus censeatur? & videtur quòd sic, quia non seruauit propositum vnitatis, de quo tetigi suprà eodem, versi. proxi. & §. quare bigamus. versi. consueuit. sicut censetur bigamus, si vxor sua adultera sit, & ipsam postea cognouerit & ignoranter. xxxiiij. distin. curandum. & c. præcipimus. & c. si cuius. quod dic vt not. s̃. eod. §. quot sint eius species. ver. v. vel dic, quòd non debes iudicare bigamum, nisi vbi hoc reperitur expressum. arg. j̃. de sponsa. cùm apud. Tertiò quæro, quid si quis cognouerit sponsam suam adulteram, hoc ignorans, & demùm facit se in presbyterum ordinari, vtrum recipiat characterem, & vtrum habeat executionẽ. Dicas, quòd characterem recipit, & executionem habet, ad minus quò ad se iusta & probabili ignorantia excusante. ar. suprà de ordi. ab episcopo. c. j. in fi. & c. ij. nec enim deest fides sacramenti. j̃. de presbyte. non bapti. Apostolicam. sed si veritatem postea reperiat, ab executione abstineat. j̃. de presbyt. non bap. veniens. Quartò quæritur, quare exigitur maior castitas ex parte vxoris, quàm ex parte viri. De hoc dic vt not. s̃. eod. §. quare bigamus. versi. sed quare exigitur. Quintò quæritur, cùm consecratio episcopi maior & dignior sit consecratione virginum, quare potest cõsecrari in episcopum, non solùm qui vxorem habuit, sed etiam qui post vxorem habuit concubinam. xxxiij. distinctio. habuisse. xxxiiij. dist. fraternitatis. sed si qua corrupta fuerit ante baptismum, vel post, si sponte, vel vi, cum peccato, vel sine, non potest inter sacras virgines consecrari. xxvj. distinct. acutius. xxxij. q. v. ille. & c. præcedenti. respon. sacra virgo significat ecclesiam triumphantem, non habentẽ maculam neq; rugam. de pœniten. distin. j. ecclesia. xxj. distin. quamvis. xxxij. quæst. iiij. recurrat. sed episcopus significat ecclesiam militantem, in qua sunt & boni & mali, & erunt vsq; ad vltimam segregationem, quæ fieri habet in litore, hoc est, in fine seculi. xxvj. distin. acutius. in fin. ij. quæst. j. multi circa finem. secundum Hugo. Ioan. & Gof. vel dic, vt not. s̃. eod. §. quare bigamus. versic. sed quare exigitur. Est & alia ratio, quia in consecratione virginis, cõsecratur virgo Christo: vnde cantatur, Veni sponsa Christi. ideo Christus qui matrem virginem elegit, & carnem incorruptam assumpsit, & semper virgo permansit, & virgines diligit, & eligit, respuit coniugium violatæ: & fit hoc ad virginum ordinem specialiter commendandum. Episcopus verò specialiter consecratur ecclesiæ, quæ indifferenter omnes admittit, & nemini gremiũ claudit. C. de summa trinitate. l. fina. nisi ibi defectus sacramenti intervenit, sicvt nota. suprà eodem, in quarta cellula. vbi alia ratio reformat peccatum, sicvt apparet per ea quæ ibi nota. Ad hoc etiam est consuetudo approbata, quæ maiorem castitatem requirit in vxore carnali, quàm marito: id est, fæpius accidit, quòd maritus provocat ad diuortium, ob causam adulterij ab vxore commissi, & magis inde scandalizatur populus quàm econtrà. si Christus sponsus coniugium corruptæ respuit, sed sponsa ecclesia, dum tamen pœnitentiam egerit, non discernit. Sextò quæritur, quid si quis defloravit virginem, & postea duxerit in vxorem? dicũt quidam, quòd non est bigamus, quia non diuisit carnem suam in plures. argum. xxxiiij. distin. Valentino. & j̃. eod. debitum. ad finem. xxvj. dist. acutius. j̃. qui filij sint legi. tanta. & hæc opinio celebrior est, secundum Gof. & magistrum Ray. alij contrà. quam opinionem amplector. Quamvis enim carnem suam in plures non diuiserit, tamen negari nõ potest, quin cum corrupta fuerit matrimonium consummatum. ergo deest signaculum sacramenti. de quo habes j̃. eod. debitum. & xxvij. q. ij. cùm societas. & not. s̃. eod. in quarta cellula: ideo audacter dico, quòd virgo debet esse sponsa eo tempore, quo matrimonium contrahitur, & etiam quando cõsummatur. vnde si ab alio post contractum defloretur, bigamia contrahitur, si postea consummetur, vt apparet ex his quæ not. s̃. eod. versi. ij. quæritur. & seq. debet ergo desponsari in virginitate. xxx. q. v. qualis. & virgo debet esse in contractu. xxxij. dist. nemo. xxxiiij. dist. curandum. & c. præcipimus. §. quod ergo de pellice. nec admitto quod alij exponunt, virgo, id est, non ab alio cognita, quia à quocunq; cognita sit, semper verum est, quòd deflorata remansit, nec virginitas semel amissa recuperari potest. xxxij. q. v. si Paulus. C. de raptu virgi. l. vnica. respon. j. duo enim requiruntur ad hoc, vt sacramentum non desit. Primum est, quòd non diuiserit carnem suam in plures, & ideo requiritur, quòd vnica sit. Secundum est, quòd sit virgo, & ideo si sit corrupta desponsata, desicit hoc j̃. de cleri. coniu. c. ij. & expressum in authen. quomodo opor. episcopos. §. j. colla. j̃. Septimò quæritur, quid si aliquis credit contrahere cum virgine, & invenit eam corruptã? Dicas quòd bigamus censetur, cùm sit maritus corruptæ. lj. dist. qui in aliquo, ad hoc excusat error vel violẽtia. xxxij. q. v. ille autem. lex autem promotionis factum requirit, non voluntatem. xv. q. v. c. fi. sed & ipsam considerat cum opere subsecuto. j̃. eod. nuper. & fin. Octauò quæritur, quid si quis ducat vxorem etiam corruptam, moritur tamen ante carnis copulam, demùm ducit virginem, et cognoscit, nunquid repellitur? Dicas, quòd non, quia non diuisit carnẽ suam in plures, nec cum corrupta matrimonium consummauit: sicvt nec bigamus censetur, qui ab alio ductã, sed minimè cognitam desponsauit. j̃. eod. debitum. xxxiij. dist. c. fi. Nonò quæritur, quid si maritus mulierem accusat de adulterio, & pendente accusatione illam cognoscit etiam ad præceptũ ecclesiæ, quia non debet suspendi commercium lite penden. j̃. vt lite penden. c. ij. xj. q. j. quia res. viij. q. iiij. nõne. xxxiij. q. ij. seculares. xxxv. q. vj. multorũ. vtrum contrahat bigamiam? Dicas quòd sic, quia irregularitas solo facto contrahitur, & absq; peccato, vt apparet ex his, quæ not. s̃. eo. ver. ij. ver. vj. & ver. vij. quidam tamẽ hunc excusare volunt, quasi magis pati quàm agere videatur, & propter bonum obedientiæ. ar. xxiij q. j. quid culpatur. in fi. & quia mortaliter peccat, si non reddat. j̃. de coniu. lepro. c. ij. §. fi. sed nihil est, quia si conscientiam habet, potius sustinere debet excommunicationem vsq; ad fi. litis. ar. j̃. de sent. excom. inquisitioni. & si mulier absoluitur, adhuc non consulo, quòd cognoscat, nisi velit incurrere irregularitatem. vt apparet in his quæ not. s̃. eo. ver. iij. nec peccat, cùm ob adulterium commissum per exceptionem ortam, eam repellat. de hoc j̃. de diuortijs. §. quot modis. versi. v. & j̃. de coniu. seruo. §. & an matrimonium. ver. quid si lite pendente. Illud etiam noto. quòd si cum vidua contrahit, nullum priuilegium retinet. quod dic vt not. infrà de cleri. coniu. §. quam pœnam. versicu. in amissione.

a Et an cum bigamo[a] valeat dispensari.

Non videtur, quia contra Apostolum est. j̃. eo. super eodem. & c. nuper. & c. fin. sed contrà, xxxiij. dist. lector. l. dist. quicunq;. ij. Solutio. Dispensare potest Papa, qui loco Petri successit, & ideo est maior Paulo in administratione. xxj. dist. §. j. & c. j. in nouo. ij. q. vij. puto. nam & si Petrus hoc prohibuisset, tamen par in parem non habuit imperium. s̃. de elect. innotuit. §. j. Alij dicunt contrarium, vnde dicunt, Martinus papa, qui dispensauit in dict. cap. lector. non fuit Martinus Papa, sed Martinus Capra. ideo Nicolaus furiosus scripsit non sine furore, quòd si bigamus ex dispensatione ordinaretur, non reciperet characterem,[b] sicut nec asinus: & est ratio, quia sicut oculum amissum non posset tibi Papa reddere, sic nec defectum sacramenti: quia factæ causæ, infectæ fieri non possunt. xxxij. q. v. si Paulus. ff. de ca. & postli. reuer. in bello. §. factæ causæ. in authen. de æqualita. dotis. §. j. versi. quid igitur prius. col. vj. Cùm enim baptismus non possit reddere hunc defectum, nec Papa poterit, quia nec sine baptismo[c] posset animam saluare, sed vbi de dispensatione agitur, & quæritur vtrum valeat, quantum ad ecclesiam militantem, quis dubitabit de plenitudine potestatis, secundum quam Papa potest de iure suprà ius. j̃. de concessio. præben. proposuit, & de nihilo aliquid facere. s̃. de consti-

constitu. cùm accessisserit.C. de rei vxo.l.vnica.j.respo. ix. q. iij. per principalē.& quidem quāuis defectum non possit reddere, tamen patientem defectum poterit ordinare. arg.s̄.de cor.viti.c. ij.& de elect.innotuit.Nam & Apostolus criminosum prohibuit ordinari.vt nor.s̄.de tempo.or. §. & cui.in j. reg.& tamen cum ipsis dispensare potest.j.de iud.at si clerici. Fertur etiam,quòd Lucius Papa cum Panormitano archiepiscopo, qui fuit bigamus, dispensauit:hoc tamen non potest,id est, non congruit potentiæ suæ.sic exponitur j.de stat.mona. cùm ad monasteriū. in fi.xxxij. q.v.si Pau.& sic intellige. l. dist. miror. Alij dicunt,quòd potest dispensare,quo ad executionem ordinum susceptorum. arg.j.de cleri.coniu.sanè sacerdotes,non suscipiendorum.j. eod.c.fi.quia impediunt contrahenda,& c.j.de iureiu. quemadmodum.& hoc intelligit de bigamo interpretatiuo, cū quo dispensatur de mandato Papæ, vel si religionem intrauerit, etiam vt promoueatur. sic intelligunt,j.qui cleri. vel vo. c.j.& ij. Puto,quòd c.lector.intelligatur secundum statum primitiuæ ecclesiæ, secundum quem subdiaconatus non erat sacer ordo. s̄. de seruis non ordinandis. miramur.vnde Papa hodie de facili cum subdiacono non dispensaret.dico tamen quòd hoc posset facere, si vellet. Episcopi verò dispensare possunt cum bigamis, vsq; ad minores ordines.l.dist. quicunq;.ij.quia tales non sunt ministri,nec rectores,nec habent officium prædicandi , vnde de diuisione non est timendum in talibus: secus de sacris. de conse.dist.ij. trib. Si ergo bigamus ad sacros ordines promoueretur,ordinatus ab executione,ordinator à collatione ordinum suspenditur, quia in hoc casu contra Apostolum dispensare non licet cum bigamo, quamuis cum ordinato possit.j.eod.super eod.

De Clericis peregrinis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Peregrini hic, qui dicantur.*
2 *Peregrini quare à promotione repellantur.*
3 *Peregrini quando & qualiter repellantur à promotione.*
4 *Ordines per iuramentum probari non possunt.*

DIctum est suprà de his , qui prohibentur ad sacros ordines promoueri, vel etiam ad maiores: nunc de his tractandum est qui ab executione publica ordinum susceptorum,& ne ad maiores ascendant,aliquando ad tempus,aliquando in perpetuum prohibētur: & sic dicamus de clericis peregrinis, exponentes, Qui dicantur hic peregrini, Quare à promotione vel executione repellantur, Quando & qualiter admittantur vel repellantur.

1 Qui dicantur † hic peregrini. Peregrini pñt hic appellari omnes, qui non sunt de episcopatu ordinantis, siue sint clerici siue laici, quia tales recipi non dñt ab Episcopo alio ad ordines, vel dignitates, vel ecclesiastica sacramenta.lxxj.dist.per totum.& specialiter in c.primatus.j.de paro.c. j. & ij. & quòd omnes tales dicātur extranei,est ar.iij.q.ij.peregrina. vj. q.iij. c.j.& ij.& expressum de consec.dist.fi.non oportet ministros.ij.sed & incolæ,quorum vita, genus, origo,& regularitas sunt ignota Episcopo , similiter ab his,quæ superius dicta sunt,excluduntur. xxiiij. dist. quando Episcopus.xlij. dist. quiescamus.in verbo, Si enim in clero.ar.ij. q.vij.quærendum.in verbo , Quorum vita & libertas noscitur. repelluntur etiam tales à sacramento. & de conse. dist.ij. tribus.si tamen aliquis sit incola notus,sed indignus , & sua indignitas soli episcopo sit cognita,ab ordinibus excludi non potest:s̄.de tēp. ordi.ex tenore.nec à sacramentis. de conse. dist. ij.non prohibeat.quod dic vt no.s̄.de æta. & quali. §.ordo. ver. quid si clericus petit ordinari.& ver.sed qualiter.

2 Quare à promotione, † vel executione repellantur,quadruplex est ratio.Prima,quia non licet Episcopo falcem suæ iurisdictionis ponere in messem alienam , ordinando,vel iudicando subditos alienos.lxxj. di.per totum. vj. quæst. iij.per totum.xj.quæstio.iij.per totum.Secunda,quia tales solent esse pro magna parte criminosi,infames,excōmunicati, vel aliàs irregulares,corpore vitiati,vsurarij,publicè pœnitentes , lusores in scena, furiosi, arreptitij, accipientes nutricē in vxorem. xxxiij. distinct. per totum. l, dist. ex pœnitentibus. lj.distinct.qui in aliquo. l. distinctio. confirmandum. de consecra. distinctio.iij.qui bis. Tertia, quia sæpe mentiuntur habere ordines,cum non habeant,vel maiores quàm habeant.xcviij.dist.Afros.xix.quæst. ij. duæ. Quarta, quia cùm non appareat de licentia,inobediens præsumitur. nec enim licet clerico peregrinari sine licentia proprij Episcopi.de cons. dist. v. non oportet.nec etiam causa studij potest se absentare sine licentia.j. de cleri. non resi.relatum.& ca. seq.quòd dic vt not. in summa. eod. titu. Sed quæ est differentia inter hunc titu.& j.de peregri.respon.Hîc tractatur, vtrum clericus extraneus sit admittendus sine literis sui Episcopi: ibi verò qualiter is qui accedit ad sedem Apostolicam, intelligatur esse sub porrectione eiusdem. & no. quòd omnes peregrini sunt sub protectione eiusdem.infrà, de treuga & pace. innouamus. quod dic vt ibi not.

3 Quando, & qualiter † admittantur,uel repellantur.Breuiter dicas, quòd si quis habet literas domini Papæ commendatitias seu testimoniales, vbiq; recipiendus est in ordine suo:infrà,de cleri.non resi.fraternitati. Si verò literas sui Episcopi & sigillum notum sit,admitti potest. ar. s̄. de renunciatio.in nostra præsentia.j.de præb.cum secundū Apostolū,in fine, j.de censi.sopitæ.expresim.C. de Episcop. & cle.si qua.lxxj.dist. extraneo.& c.primatus. Si verò tam clericus,quàm sigillū ignoti sunt,non admittitur publicè, nisi habeat sigilla quinq; Episcoporum,j.e.c.j.xcviij. dist. transmarinos. & c.Afros.consuevit em̄ propter mutationem prouinciæ veritas inumbrari. xcviij.dist.§. 4 j.Nec per iuramētum ordines † probari possunt,& quamuis clerici quinq; sigilla vel etiam sigillum proprij Episcopi habeant,& promoueri velint ad ordines vel beneficia in suspenso teneantur,quousque nota conuersatio sit eorum,infrà eod.ca.j.& ij.Sed quare magis creditur quinq; sigillis,quàm vni,quia mille ignota sufficere non videntur? respon. citius falsificatur sigillum vnius Episcopi,quàm quinq; , secundum Hug.nam & duo vel tres testes sufficiunt ferè in qualibet causa: & tamen plures testes aliquoties requiruntur , ne quid falsitatis excogitetur. C.de fideicom.libert.l.vlt.& licet hi & illi corrumpi possint,non tamen ita de facili plures, sicut pauci. q. d. sic dicendum est & de sigillis.ad hoc xxviij.dist.de Syracusanæ.xiiij.q.v.denique. xvj. q. ij.c.j.& iij. & q. v accusatores.sed secundum Io. non est credendum.v.nisi aliqua notitia habeatur, quia circa maiora periculum vertitur. xlij.di.quiescamus.vij.q.ij.c.fin.ff.de Carbo.edicto.l.fi.§.si quis. quia eadem ratio remanet,ergo idem ius est. sed fortè vnus testis cū sigillis sufficeret.& hoc videtur verius:nec enim ratio Hug.sufficiens est , quia non ita de facili corrumpuntur tres testes, sicut vnus:sed qui falsificat vnum sigillum sculpendo,idem faceret de centum:& qui hoc procurat de vno , & de centum hoc procuraret : ratio,quia in falsitate plurium sigillorum depēdet corruptio ex parte vnius tantùm, s.falsarij.in falsitate verò testium non depēdet corruptio ex parte corrūpentis tm̄ , sed ex parte testiū producēdorū:& ideo aliud hic, quàm ibi. Sed nō refert,vtrum faciat fidē de ordinib. per testes vel instrumēta , quia & quāuis nullam fidē faciāt,secreto ex deuotione celebrare possunt.j.e.tuæ fraternitati,sed de gratia,quia & prælato extraneo intelligitur fieri gratia in hoc casu.s̄.de vsu pallij.ex tuarū.secūdum Goff.sed certè ibi loquitur de publicè celebrante,& sic intelligitur.ix.q.ij.per totū. Non licet etiam prælatis diœce. subiectis instituere clericos extraneos in ecclesijs suis,inconsulto Episcopo.nā si hoc faciāt,exinde poterit diœce.Episcopus eos remouere , nisi cū aliquib. duxerit dispensandum,j.e.c.fin.s̄.de ren.admonet. j. de insti.ex frequentibus. Et not. quòd in literis debet esse hæc clausula, vel similis, Quem gradatim ad talem ordinem promouimus, vt probatur in decreto , quod docet qualiter litera commendatitia seu dimissoria formari debeat. lxxij.distinctio. In nomine patris. & capitul. sequent. & est ratio,quia debet inquiri de maioribus,& de minoribus , ne fortè per saltum , vel omissa manus impositione,promotus esset,vnde non haberet executionem: infrà eodem. cap. j. in fine. lij. dist. solicitudo. suprà de sacra.non iteran. capit. j. Hæ literæ commendatitiæ vocantur seu testimoniales: infrà eodem. rub. sed tamen hæc non sufficiunt, quantum ad hoc, vt ordines recipere possit, imò necesse est, vt habeat dimissorias,|scilicet quòd Episcopus eum à potestate & iurisdictione sua dimiserit : & licentiam dederit se, vbicunq; voluerit, transferendi. lxxij. distin. per totum, vel deprecatorias.suprà de tempo. ordi. quòd|translationem. nec in hoc casu literæ archidiaconi sufficiunt : infrà titul. j. significasti. aliàs licet reciperet characterem,executionem tamen forsan non haberet : vt in d.c. quòd translationem,& no,suprà, de ord.ab Episcopo. ca. j. &.ij.

& facit ad hoc, ĩ. de paro. nullus. lxxj. distinct. per totum. lxxij. distinct. per totum. Sed tamen in dictis dist. promiscuè videtur vti verbis, & loquitur etiam de litera formata. xxxij. quæstio. ij. non omnis.

De officio Archidiaconi. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Archidiaconus quis dicatur.*
2 *Maioritas in ecclesia dicitur esse quadruplex.*
3 *Archidiaconus unde dicatur.*
4 *Archidiaconi officium quod sit.*
5 *Præscriptio contra visitationem quare non curat.*

EXplicito tractatu ordinandorum, de dignitatum officijs videamus. Et primò de officio Archidiaconi, sicut primus est in officio, vt apparet, infrà eo. quis dicatur. Videamus igitur, Quis dicatur Archidiaconus, Et vnde dicatur, Quod sit eius officium, Et quibus præesse intelligatur.

1 Quis dicatur Archidiaconus † Is qui in cathedrali ecclesia cer tam dignitatem adeptus est, cuius ratione debet esse diaco. in ordine. suprà, de æta. & qualita. ca. j. & inter diaconos prioritatem obtinere, & post Episcopum in iurisdictione prior esse, & vicarius eius: infrà eod. c. j. qui & vicarius eius & oculus Episcopi appellatur, ex eo quòd vices Episcopi gerit, inspiciendo & inquirẽdo quis qualiter viuat, ĩ. eo. ad hæc. §. secundum. & §. item in epistola, qui & primus est in ecclesia post Episcopum. xxv. dist. perlectis. sed contrà, quia & si diaconi sint oculi presbyterorũ. xciij. dist. diaconi ecclesiæ. & c. diaconi. qui tamen presbyteris se inferiores esse agnoscant. xciij. dist. ab illo. §. vt ex præmissis, vsq; ad §. compagis. & c. legimus. & c. Dominus noster. Solu. Quadru-
2 plex est maioritas † in ecclesia Dei. Prima ex tempore: infrà, de maioritate & obedientia. c. j. xviij. dist. §. illud. & §. verum. xcvj. dist. bene quidẽ. lxxv. dist. c. fin. Secunda ex prærogatiua ordinis: ĩ. de maioritate & obedientia. statuimus. Tertia ex prærogatiua ordinantis, seu constituentis: infrà, de maiorita. & obedien. per tuas. ff. de albo scri. l. vltima. C. de aduo. diuer. iudi. cùm restituendæ. in fin. in authen. vt iud. fine quoquo suffra. §. eos. circa fi. col. ij. ff. de re iud. quidam consulebat. Quarta, ratione dignitatis, seu maioritatis officij. hac ratione dicitur Archidiaconus maior Archipresbytero, scilicet in dignitate seu officio, sed in ordine minor est. Sic diuersis respectibus potest vnus esse maior & minor altero, vt in exemplo posito, & probatur. ij. quæst. vij. quæritur. Idem in Abbate in minoribus constituto: suprà, de ætate & qualitate. tuam in Domino. sic Subdiacono electo & confirmato. s̃. de elect. transmissa. Item potest esse maior & æqualis, sicut Petrus fuit maior Apostolis in dignitate, seu officio, sed in apostolatu siue ordine Episcopali par fuit, & æqualis. xxj. dist. in nouo. ij. q. vij. puto. sed hoc intellige. xvij. dist. multis. ff. quando appellan. sit. l. j. §. sed si præses. C. de offic. vica. l. j. in eo autem quòd quis minor est, debet maiori reuerentiam exhibere, ergo Archidiaconus in missa minor est Archipresbytero, & ei seruire debet: sed maior est extra missam, in loco, in voce, in iurisdictione, & in alijs, quę ratione dignitatis ei competunt. secundum hoc intellige, xxxiij. q. v. est ordo. xciij. dist. à subdiaconis. xxj. dist. in his omnibus. ĩ. eod. ca. j. & c. ad hæc. ĩ. titu. j. c. j. Vnum tamen non omitto, quòd maior in dignitate debet reuerentiam minori, gerenti vicem & locum superioris, vt no. ĩ. de offi. vica. §. j.

3 Et vnde dicatur. † Ab archos, quod est princeps, & diaconus, quasi princeps diaconorũ: vnde (quando vult) euangelium præ alijs legit, vel cui vult, legẽdum committit: infrà e. c. ij. in prin. Est ergo prior Diaconorum. Vbi verò non est, Archidiaconus in ecclesia, prior Diaconorum dicitur is, qui prius ordinatus est in Diaconum, id est, antiquior Diaconorum in ordine, & is debet supplere vicem Archidiaconi in ecclesijs illis, in quibus non est Archidiaconus constitutus: argum. s̃. de scru. in ordi. facien. c. j. infrà, de maiorita. & obedien. statuimus. Sic & dicitur Archipresbyter princeps presbyterorum, quia eis præest. infrà titu. j. per totum, sic & Archiepiscopus princeps Episcoporum. Sic & vulgariter princeps villanorum seu rusticorum, qui scilicet præ alijs loquitur, præ alijs vult videri, Archiuillanus seu Archirusticus appellatur. Sed sicut archiuillanus, villanus est, non obstante principatu suo, sic & Archiepiscopus Episcopus est, non obstante archo suo: ergo omnes sumus Episcopi, quocunq; nomine censeamur, & locum Apostolorum tenemus, quamvis indigni. xxj. di. in nouo. lxviij. di. quorum vices. suprà, de sacra vnctio. c. vnico. §. quia verò Christus. versic. per frontis chrismationem. nec est vis in nominibus: quia siue Archiepiscopi, siue Primates, siue Patriarchæ vocentur, idem est officium eorundem. xcix. dist. §. j. & c. j. & ij. infrà, de officio ordin. duo simul. Inde est, quòd etiam Papa episcopum simpliciter non vniuersalem Papam se appellari desiderat. xcix. distin. nullus Patriarcharum. & c. ecce. quinimò & in literis suis addit, Seruus seruorum Dei, suprà in procemio. in principio. infrà, de sententia excommunica. relatum. in fin. Non ergo consideres archos tuum, vt inde superbias, nec quæras verbis, sed moribus prosperari. xcix. dist. capitu. fina. quia non qui maior est, sanctior est: sed qui sanctior est, maior est. xl. distinctione, multi. Deferas igitur omnibus Episcopis, quamvis pauperibus: nam quilibet in Episcopatu suo vicarius Christi est, xxxiij. quæst. v. mulierem. sed Papa per excellentiam Episcopus & Christi vicarius appellatur: suprà, de transla. Episcopi. c. j. & ij. & iij.

4 Quod sit eius officium. † Et quidem corrigere, & reformare: infrà eodem capitul. j. in fine. Iurgia & lites clericorum omnium audire, xxv. distinct. perlectis. Instituere. lxiij. dist. si in plebibus. infrà, de institu. cùm venissent. & infrà, de officio delegati. super eod. infrà, de excessibus prælatorum, ad hæc. Pœnas imponere: infrà, de pœnis. licet. Beneficiis priuare: infrà, de præbend. referente. Excommunicare, suspendere, visitare, procurationes à subditis, & obsequia debita recipere: suprà, de electio. dudum. ij. §. tandem. infrà, de excessibus prælatorum. ad hæc. Curam animarum exercere: suprà, de electio. cum in cũctis. §. inferiora. Et demum in omnibus vicem Episcopi gerere: infrà eod. cap. j. & cap. ad hæc: ergo intelligitur ordinariam iurisdictionem habere. nam perpetua vicaria hanc inducit. C. de offi. eius qui vicem alterius gerit. l. j. nam & hoc ius tribuit: suprà, de rescriptis. postulasti. infrà, de offic. vica. ad hæc. & capit. ex parte. infrà, de fide instru. g. perpetuus. Ex his satis colligitur, quòd Archidiaconus habet ordinariam iurisdictionem & perpetuã. Sed contrà, quia Archidiaconus animarum præbendas, vel curam conferre non potest sine conscientia Episcopi, xvj. quæst. vij. nullus. infrà eodem. Archidiaconus etiam obtentu alicuius consuetudinis, infrà eod. cùm satis. Item ex quo dicis, quòd vicarius Episcopi est, ergo habet iurisdictionem delegatam: hinc est, quòd ab ipso ad Archiepiscopum, non ad Episcopum appellatur. ĩ. de præben. referente. De humilioribus etiam & minoribus negotiis tantùm cognoscit, grauiora autem Episcopo denunciat, & reseruat. xxv. distinctio. perlectis. infrà eod. ad hæc. ergo pedaneus iudex tantum intelligitur. C. de peda. iud. l. fi. Item excommunicare non potest: ĩ. eod. Archidiaconis. quia excommunicatio mucro est Episcopi. xvj. quæst. ij. visis. in fin. igitur iurisdi. sine modica coertione nulla est: ĩ. de offic. deleg. ex literis. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. l. finali. Sol. dicunt quidam, quòd vbi per electionem creatur, iurisd. habet xciij. distin. legimus. in auth. de defen. ciui. §. nos igitur. col. iij. Archidiaconus autem alicubi eligitur, sicvt & Decanus. s̃. de electio. cum in iure. ĩ. de appellatio. cõstitutus, & præpositus. s̃. de elect. dudum. j. ĩ. de appellatio. constitutus. ij. si verò non per elect. creetur, sed per episcopum tantùm, quòd quædam iura velle videtur: ĩ. de insti. cùm venissent. lxxiij. dis. Episcoporum. lx. distinctio. c. j. tunc non habet ordinariam, sed delegatam. Alij dicunt, sicvt Hug. quòd nullam iurisdictionem habet, nisi inquantum Episcopus sustineret, etiam obtentu alicuius consuetudinis. ĩ. eo. cum satis. Tertij dicunt, q̃ ad consuetudinem diuersarum ecclesiarum recurrendum est, & secundum eam iudicandum, quia iurisdictionem dat. C. de eman. l. j. & fi. ix. quæst. iij. conquestus etiam priuatæ personæ. ĩ. de fo. compe. cùm contingat, vel ex speciali priuilegio iurisd. habere potest, vt ibi, & ĩ. de iud. nouit. respon. j. ĩ. de excess. præla. ad hæc. & c. accedentibus: ĩ. de eo qui fur. ordin. sus. ca. j. sed non prodest consuetudo, nisi præscripta. & sic intellige. ĩ. eod. cum satis. & hæc opinio communior est, & hanc videntur fouere iura s̃. in principio §. allegata, vsque ad ver. sed contrà. & vide quod not. ĩ. de offic. ordin. §. quid pertinet. ver. vsus. de consuetudine etiam excommunicare potest, sed non anathematizare, & de illo intelligas, quòd mucro episcopalis est, quia inferior episcopo non potest excommunicare cum illa solennitate, de qua habes xj. quæstio. iij. debent. sed simpliciter possunt, infrà, de offic. ordi. cùm ab ecclesiarum. quod intellige etiam de maiori excommunicatione: infrà, de sententia excom-

excommunicationis.ſi quem.Quid ſi non appareat de conſuetudine? Dic quòd ſi de nouo inſtituatur,vel non ſunt completi xl anni, & non apparet de forma inſtitutionis,ad conſuetudinem vicinarum eccleſiarum recurrendum erit:argumen.ſuprà de conſuetu.cùm olim. infrà,de cenſi.eccleſijs.& cap.ex parte.& cap.ſuper eod. vel metropolitanæ eccleſiæ: infrà, de ſponſa.duo.c.fina. xij.diſtinctio.de his.ſuprà,de poſtulatio.prælato. cap. j. ideo autem dixi,ſi de inſtitutione ipſius non apparet, quia ſi certa forma canonicè impoſita fuit ſiue de honore, ſiue de onere agatur,ei ſtandum erit,nec vltrà peti poterit. argumen. ff.de pactis in traditionibus.infrà,de præb.ſignificatum:infrà,de iure patronatus. præterea. ij. Quædam tamen de iure communi ad officium Archidiaco. pertinent, ſcilicet inſtitutio corporalis beneficiorum eccleſiaſticorum, ſicut ponere Abbates & Abbatiſſas in ſedem, examinatio clericorum ordinandorum & præficiendorum.infrà eod.ad hæc. §. in quadam verò noſtra conſtitu.& c.vt noſtrum. ſuper quo vide quod no.ſuprà,de ſcru. in ord. fa. §. quando fieri debet. Item clericos inuitos tondere:infrà,de vita & honeſtate clerico. clericis. ea verò quæ continentur, infrà eod. cap. j. & ij. & c.ea quæ.non ad ius,ſed potius ad conſuetudinem referuntur, vel talia ad ipſum Archidiaco.pertinent principaliter.ſecundariò verò ad Archipresbyterum, primicerium,ſacriſtam,cuſtodem,& ſic non obſtant tituli ſequentes. Patet ex præmiſsis, quòd Archidiaconus viſitare poteſt de triennio in triennium, infrà eod. c. j. ſubaudi ad minus:ſed ad plus ſemel in año, niſi cauſa emergat,,pter quam neceſſe habeat ſæpius viſitare:infrà eo. c. mandamus. quod intelligunt quidam, quando Epiſcopus viſitare nō poteſt, alioquin ad Epiſcopos pertinet, non ad Archidiaco. xvij.di.viſitabit.qm̃ aũt Epiſcopus ſemel in anno tãtùm,vt vbi tãtũ per vnũ diem procurabitur. x. qu. iij. inter cætera, ante finem.ſed contra quia bis poteſt procurari in anno: infrà de cenſi.cum venerabilis, ad finem. Solut. Dic quòd prima die qua venit procurator in ſero,& tunc viſitat presbyterum: craſtina die in mane conuocat populum,& reddit quod debet: & ſic ſumpta comeſtione recedit,& ad aliam eccleſiam proficiſcitur,& ſic procuratur in qualibet eccleſia bis in anno, ſcilicet in cœna, primò & ſecundò in commeſtione. ſic intelligas x. q. j.placuit.quod alij dicunt correctum. vel dic, quòd bis procurabitur & ter & quater, & quoties opus erit.id eſt,quoties eccleſia cauſam præbuerit,& correctione indiguerit.xviij.q.ij.viſitandi.& c.non ſemel.Sed dices,Quid faciet miſer rector eccleſiæ: nam Archipresbyter viſitat,infrà ti.j.c. j.ij.& iij. cum duobus equis. Item Archidiaco. viſitat:infrà eod. mandamus. & cum v. vel vij equis.Item Epiſcopus viſitat:infrà, de offic.ord. c. j. cum xx vel xxx equis.Item Archiepiſcopus cum xl.vel l.equis,qui etiam viſitat nedum cathedras,ſed etiam parochias prouinciæ ſibi commiſſæ, vt expreſsè habes infrà,de cenſibus, cùm inſtantiam. §. j. Item cardinalis cum xxv equis,vt de omnibus his probatur infrà, de cenſib.cùm Apoſtolus,ſed certè ſi omnes hi ad eandem eccleſiam ſemel in anno declinauerint,citò ad exinanitionem extremæ virtutis, id eſt,facultatis deueniet eccleſia & longi temporis victum breuis hora conſumet, quod eſt contra iura. x. quæſtion. ij. inter cætera, ante medium: infrà,de cenſibus,cùm Apoſtolus. ſed dic, quòd metropo.habet ſuam iuriſdictionem in prouincia, vt ſcilicet annis ſingulis prouinciale concilium faciat,ſecundum formam traditam infrà, de accuſat. ſicut olim.dioceſes autem ſuffraganeorum non viſitabit,niſi ſuffraganeis mortuis, vel negligentibus viſitare. argument. ix. quæſtion.iij.conqueſtus.& capitul. cum ſimul. infrà, de officio ordin.ſignificauit,& capit. quanto. & capitul. paſtoralis. ſecundum Goffred.Alij contrà,quia generaliter viſitat totam prouinciam.ix.q.iij.Archiepiſcopus habet argum. xij. diſt.de his.x.q.iij. cauendum.& eſt expreſſum,quòd hoc poteſt nulla præſcriptione obſtante.j.de præſcript.cùm ex officij,j.de cenſi.ſopitæ. & c. cùm nuper.& no.ſuprà eod.ver.Item Archiepiſcopus. Ego puto,non debere ius calumniari,nec verba captari,ſed qua mente quid conſtituitur animaduerte conuenire.ff.ad exhibendum. l. penultim. puto igitur, quòd ad hoc, vt eccleſia Dei ſanctius regatur,crimina purgentur,& virtutes inſerantur, plures viſitatores ſunt admittendi.agumen. ff. de noui operis nunciatione. nam reipubli. intereſt. & l. præcedent.§.finali.ſicut ergo vij cohortes conſtitutæ ſunt præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilium appellatur, vt vrbs ab incendijs defendatur. ff. de officio præfect. vigil. l. iij. ſic multò fortius cauendum eſt eccleſi. ab incendijs ſpiritualibus. vnde ad hæc incendia euitanda inferiores conſtituti ſunt præpoſitis eis Epiſcopis & Archiepiſcopis, & ſuper omnes ſummo Pontifice.ergo Archipresbyter viſitabit, ſi de conſuetudine hoc habeat: demùm Archidiaconus, ſi de conſuetudine hoc habeat, poſtea Epiſcopus de iure communi, poſtremò Archiepiſcopus de iure communi, & legatus ab Apoſtolica ſede miſſus, cùm nec papa venire poſsit, & contra hoc non currit præſcriptio. infrà, de præſcript. cùm non liceat. & capitul. cùm ex officij. infrà, de cenſib. ſopitæ. & capitul.cùm inſtantia.& capitul. cùm venerabilis. & capitul. venerabili.& capitul.cùm nuper.& infrà, de relig.domi. cùm venerabilis.& capitul.cùm dilecti. niſi ſubditus nomine non ſubditi: vel non ſubditus nomine ſuo præſcripſerit. infrà, de præſcript. cùm ex officij. in quo caſu requiro titulum. & ſic intelligo. infrà, de præſcript.de quarta.infrà, de iure patro.cura.& capitu.ſuggeſtum. infrà,de cenſi.ſignificauit.ſubditus autem ex titulo conceſſionis propriꝝ prælati, hoc ius præſcribere non poterit. infrà, de cenſib. cùm venerabilis. infrà, de donationibus. paſtoralis. niſi conceſsio per papam fuerit confirmata, & à tempore confirmationis præſcriptio fuerit completa.ſic intelligo,infrà de religioſis domibus. conſtitutus. transfert enim confirmatio ſedis Apoſtolicæ iuſtum titulum præſcribendi,ſed requirit, quòd præſcriptionis tempora compleantur. infrà, de decimis. dudum.§. cæterùm.infrà,de præſcriptionibus. ſi diligenti. † Quare autem contra viſitationem non currat præſcriptio,[a] ratio eſt,quia niſi viſitaretur, anima periclitaretur, & ex quo de hoc agitur,ſcilicet de periculo animæ,omnis conſuetudo ceſſat:ſuprà, de elect. cap. finali. & omnis conſtitutio. infrà, de præſcriptionibus.quoniam omne,& omnis appellatio. infrà, de appellationib. ad noſtram. & capitul.conſuluit & capitul.cùm ſpeciale. §.porrò.& omne iuramentum: infrà,de iureiurando. quanto.§. j.xxj.q.iij. inter cætera.j.de eccle.ædific. c. finali. in authentica. ſcenica mulier. col. v.&omne priuilegiũ vbi ſenatores.vel cla.l.j.in fi.C.de Epiſcopis & clericis. raptores. circa medium. l. ibi ſine fori præſcriptione duriſsimis pœnis afficiant:& pro,id eſt,mortis condemnent ſupplicio. & C. de raptu virgi. l. vnica. vbi eadem verba ponuntur, & quantùm ad hoc, ſpecialiter debet intelligi, quòd ſacræ leges non dedignantur,&c.vt no.ſuprà in proœmio.§.vnde habuit originem.ver.eſt igitur hæc noſtra ſcientia. tamen de priuilegiatis dic vt no.infrà,de priuile.In legato autem ſedis Apoſtolicæ,ratio eſt illa, quæ redditur, infrà de cenſi. cum inſtantia.& §.de poſtul. prælato. bonæ. id eſt, iſtos omnes dico recipiendos,vbi eccleſia non grauatur.ergo non ſufficiat Epiſcopo,quòd ecc. quæ ipſum procurare non poſſunt, per inferiores viſitet. alioquin ipſemet ſibi prouideat.x.q.iij.cauendum.& c.placuit.arg.infrà de locato. propter ſterilitatem.& ſic poteſt intelligi.infrà, de offic.ord.inter cætera. vel dic, quòd ibi loquitur de expenſis, quæ fiunt circa equitaturas emendas & veſtimenta, & ſimilia, ad quæ presbyteri non tenentur.nam & à iure ei conceditur,vt impeditus per alium viſitet,& quis ſit modus viſitandi.vide x.q. j. Epiſcopum.& cap. placuit.& in his quæ not.infrà,de off.ord. §. quid pertinet.ver.viſitabit autem Epiſcopus. igitur ſi caſus accidat qui non poteſt per aliũ expediri.exẽplũ,j.de cõſ.ecc.vel altaris, à qua. vadat ipſe propriꝭ expẽſis.idẽ dico de Epiſcopo,ſcilicet q̃ nõ declinet ad locũ,qui ipſum recipere nõ poſsit,niſi ex cauſa, puta ſi malã famam audiat,vel Epiſcopus negligẽs eſt,& tũc proprijs expenſis, vel de ſuo det quatenus eccleſia grauaretur:hoc enim de mẽte eſt, quòd in nullo caſu grauetur eccleſia:infrà de cenſib. cùm Apoſtolus. in princ.& c.ſopitæ.in fin.Sed nunquid plures eccleſias poſſunt hi ſimul vnire ad contributionem faciendam? Non videtur,quia hoc ſpeciale priuilegium eſt legatorum Apoſtoli.ſedis : infrà, de cenſibus cùm inſtantia.§.ſi verò,& c. procurationes.§. hoc adhibito moderamine.ergo nullus alius hoc vſurpare debet: infrà,de priuile. ſanè dici poteſt, quòd Epiſcopus hoc facere poteſt pro negocio tangente totam diœce. & Archiepiſcopus pro negocio tangente totam prouinciam,argumen.optim.infrà, de maior.& obe.c.ſi.infrà,de ſta.mona.ea quæ.§.hæc eadem.in fi.ff.ad l.Rhodi.de iac.l.j.& l.nauis onuſtæ.ſed viſitando hoc facere poteſt.ſuper quo vide quod no.ſuprà de elect.§.quid de expenſis.& infrà, de cenſib.§.qualiter.ſub §.patet ex ſupradictis. verſib. ſed & patet.puto etiam, quòd ſuper hoc poteſt fieri ſtatutum ſpeciale ab Archiepiſcopo de conſenſu Epiſcoporum, & procurator capitulorum, vel maioris partis, & ſanioris. argumen. infrà, de his quæ ſi.à præla.c.fin & infrà,de his quæ ſi.à maio.parte capi.c.fin. ſicut & fecimus in prouinciali concil. quod nuper celebrauimus apud Dignam.ſtatuta autem prouincialis concilij debent ſuffraganei in ſuis ſynodis publicare: infrà, de accu. ſicut. xviij. diſtinction. decernimus. Sic iudicio meo, plures viſitatores admittuntur, vt cautius curentur animæ, adeò quòd etiam hodie

[a] Currat præſcriptio.] Adde Doct. in cap. cum in officijs. de præſcript. Archidiaco.in cap. fin.de cenſib. lib. vj. Lap. alleg. xxx.in iij.col.

religiosi visitatores, quò ad religiosos, institui mandantur, qui etiam de visitatione Episcoporum inquirunt, vt apparet infrà, de statu monachorum. in singulis. §. porrò. & tamen corrigere non possunt greges, cùm inferiores sint: sed superiori denunciant: infrà, de statu monachorum. in singulis. §. ordinentur. & c. ea quæ. §. quòd si Abbas, infrà, de iure patronatus. nullus si. infrà, de officio legati. studuisti. & de appell. constitutus. §. j. Episcopi verò de visitatione religiosorum & inferiorum possunt inquirere & punire: infrà, de officio ordi. quanto, ad finem. ergo sequens visitator vestigia prioris diligenter perquirat, & si superior est, corrigat: si inferior, superiori denunciet: infrà, de statu monachorum. cap. finali. §. sequentes. Secundum hoc occurritur ecclesiarum grauaminibus, iura saluantur, & crimina puniuntur: ergo in his columnis tribus, scilicet Episcopo, Archiepiscopo, & Legato, qui hoc habent de iure communi, consistere debet alma mater ecclesia, vt simul iuncti, quo ad idem propositum officium suum rectè peragant, & perfectè, & non sit inter illos inuidia neque zelus, id est, odium siue simulatio. argum. infrà, de offic. custodis. cap. ij. §. finali. licet ibi non de his tribus columnis loquatur, sed de alijs. & infrà, de iure patronatus. cap. j. vbi habes de simulatione: & hæ columnæ verè & propriè appellantur. j. de accu. qualiter. ij. §. licet. ij. q. vij. accusatio. xij. q. ij. gloria Episcopi. Hanc materiam tetigi hic, quia in summa Goff. tacta erat, licet infrà, de censi. conuenientius tractaretur: & si contra hoc notatum inueneris, antequam mouearis, quæso perlegas iura præalleg. & in his diligenter studeas, & antequam iudices, consideres mentem iuris.

Et quibus præesse intelligatur Archi-

presbytero, infrà tit. j. c. j. Primicerio: infrà, de offi. primi. c. vnico. Sacristæ: infrà, de offi. sacr. c. vnico. Custodi: infrà, de offi. custo. c. j. ergo non mouearis, si qua iura inuenias, quæ vtrisq; dent idem officium. nam ad Episcopum omnia pertinent, de iure communi. ad Archi. omnia sub Episcopo, exceptis prohibitis, ad Archipres. omnia sub eisdem, exceptis prohibitis: infrà tit. j. c. ij. §. si Episcopus defuerit, & sic de alijs. & breuiter Archidiaconus omnibus præest post Episcopum, vt not. suprà eo. §. j. quæ tamen omnia secundum consuetudinem exaudias, vt no. suprà eo. §. quod sit eius officium. versi. tertij. & seq. In summa no. quòd Archidiaconus punitur nedum propter propriam negligentiam vel fraudem, sed etiam alienam, & de omnibus etiam ciminilibus collectis, id est, denarijs qui in peluibus, id est, vasis recolliguntur in ecclesia ab his qui eleemosynam facere volunt, redditurus est rationem. sic intellige, infrà eo. ea quæ. infrà, de verb. signi. cùm inter vos. §. j. sic vocantur ciminilia omnia vasa eccle. xij. q. ij. Apostolicos. inde dicit cimiliarcha, id est, thesaurarius ecclesiæ siue sacrista. C. de bo. autho. iud. pos. l. fi. §. fin. ibi, nec viros reuerendissimos, œconomos, vel cimiliarchos sanctæ eccle. in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum vel dispendium sustinere, &c. sic tenetur quis de culpa vicarij vel negligentia: infrà, de statu mona. cùm ad monasterium. §. penul. ad fin. ff. de custo. & exhi. re. l. fina. ff. nau. caupo. sta. l. j. §. final. & duabus legibus sequen. & l. debet, & de exer. actio. l. j. §. magistrum nauis. & §. magistrum autem.

De officio Archipresbyteri. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Archipresbyterorum genera quot sunt.*
2 *Archipresbyteri ad officium quæ pertineant.*
3 *Pœnitentia solennis dicitur dupliciter.*
4 *Archiepiscopus an debeat benedici ab Episcopo.*
5 *Iube Domine benedicere, quare dicatur in principio lectionum: & Tu autem Domine, in fine.*

Quia post Archidiaconum Archipresbyter gradum facit, ideo post officium Archidiaconi de officio Archipresbyteri videamus: & breuiter subarchidiaconus est, quo ad iurisdictionem, sed superior est in ordine: vt not. suprà ti. j. §. quis dicatur, & quare sic appellatur, dic vt not. suprà titul. j. §. & vnde dicatur. sed de duobus tantùm videndum est quæ sequuntur. Quot sunt genera Archipresbyterorum, Quæ pertinent ad officium Archipresbyteri.

1 Quot sunt genera † Archipresbyterorum? Duo, scilicet Ciuitaten. infrà eodem. officij. & ruralis: infrà eodem, vt singulæ. hi etiam vel rurales decani siue Ciuitaten. vocantur: infrà, de censi. cùm instantia. & non sunt instituendi vel destituendi sine Archidiacone. vbi de consuetudine habent iurisdictionem, cùm officium commune Episcopi Archidiaco. exerceant. sic intellige, suprà tit. j. ad hæc. §. finali. quia quod omnes tangit, &c. vt ibi dicit & probatur suprà, de tempor. ordina. si Archiepiscopus, & ff. de aqua pluui. arcenda. in concedendo. C. de autho. præstan. l. finali.

2 Quæ pertinent ad officium † Archipresbyteri. hoc satis patet infrà eodem, cap. j. ij. & iij. & dic quod Archipresbyter vicarius est Episcopi, quo ad quædam spiritualia. Primò prouidere debet de vita omnium presbyterorum, & in ecclesia stare assiduè, id est, horis competentibus. sic de consecratio. di. v. nunquam sic. infrà, de frig. & mal. literæ. §. fi. ibi, per continuum triennium. sic no. suprà, de vsu pallij. §. & quo loco. vbi reperies multas similes concor. Secundò in absentia Episcopi missam maiorem dicet, scilicet in tertia, & collectam, id est, missam matutinalem, & parochialem, quę à collatione seu collectione hominum sic vocatur. lxix. dist. quoniam videmus. probantur hæc infrà eod. c. j. Tertiò debet prouidere ministerium sacerdotum cardinalium, id est, ecclesiam regentium, à cardine in quo ostium regitur, [a] sic dictorum, inde Papa cardo omnium ecclesiarũ dicitur. xxv. q. j. §. his ita. inde etiam cardinales dicũtur: suprà, de consue. cùm venerabilis. & de elect. coram. & c. querelam. Et no. quòd presbyteri card. habent titulum diaconi: probatur suprà in eiusdem concordan. infrà de arbit. cum à nobis. de testa. Raynutius. §. cùm autem. & c. Raynaldus. §. à cuius. & licet in decretalib. plerunq; ponantur presbyteri sine titulis, in literis tamen domini Papæ nunquam ponitur presbyter, quin addatur titulus, nec diaconus nec episcopus cum titulo. hoc ideo noto, & si literam bulla tam in qua hoc non seruetur, inveneris, ipsam iudica falsam: arg. infrà de cri. falsi. c. quam graui. hic autem vocantur Cardin. presbyteri & alij tam in ecclesijs ciuitatis, quàm diœce. principaliter seruientes, & in diuinis officiis ministrantes. De his cardinalibus providere debet Archipresbyter quis in qua hebdomada seruiet, ita quòd si à sacrosancto die Dominico, id est, vespera sabbati sancti diei Dominicæ incipiat. lxxv. distinctio. quod à patribus. infrà, de fer. quoniam. & per omnes horas canonicas, de quibus habes infrà, de celebra. missa. c. j. perseueret indeclinabiliter, id est, non declinando, sed sine intermissione, & indefessè, id est, non fessè. infrà, de ætate & qualita. intelleximus. ad finem. vnde versus:

Exitus acta probat, finis, non pugna coronat.

Suprà de renun. c. j. in fin. vel indeclinabiliter, id est, ingradatĩ declinationem irreprehensibiliter perseuerent. quasi dicat, non ponant currum ante boues: quod faciunt qui primò dicunt tertiam quàm primam. quasi dicat, syncopent, id est, versus psalterij non eviscerent: quod faciunt qui dicunt versus principium & finem, ventre omisso, contra quos invehitur concilium generale: infrà, de celeb. missa. dolentes referimus. & probantur hæc infrà tit. j. ministerium. responso primo. sed contrà, suprà tit. j. officium. Solu. Principaliter spectat ad Archidiaconum. Secundariò, ad Archipresbyterum sub Archidiacono. vel dic ad diuersas ecclesiarũ consuetudines recurrendum, sicvt sæpe no. Potest & illud dici, quòd illud c. officium, intelligendum est in præcipuis festiuitatibus, in quibus episcopus celebrat. & est ibi arg. infrà eodem, ministerium. quòd canonici ecclesiæ cathedralis debent esse omnes diaconi, vt sicvt vides, quòd cardinales domini Papæ sunt omnes ad minus diaconi, sic & Cardinales episcoporum, id est, canonici, diaconi debent esse. ar. infrà, de senten. & re iud. in causis. infrà, de hæred. ad abolendam. responso primo. suprà, de tempor. ordin. cap. ij. nam & in præcipuis festiuitatibus ad minus duo presbyteri, & tres diaconi, exceptis subdiaconis, & aliis clericis debent episcopo ministrare, de consec. dist. j. episcopus sacrificans. & c. seq. iubemus. & de his debet Archipresbyter providere quis & in quo ordine episcopo seruiat. infrà eodem, officium. §. quando verò episcopus vel Archidianonus. suprà tit. j. officium. canonici etiam non incongruè cardinales episcopi possunt dici. nam sicvt Papa cardinalium concilio regitur, vt patet suprà, de electio. licet. respon. j. & c. in Genesi. in fin. & c. ecclesiæ. ij. in fin. sic episcopi canonicorum concilio regi debent: infrà, de his quæ fiunt à præla. nouit. & c. quanto. infrà, de his quæ fiunt à maio-

[a] A cardine in quo ostium regitur.] Adde gl. in c. j. extra eod. titul. & in cap. sacrosancta. in fi. xxij. dist.

maiò. parte capi. quæsiuit. & c. fin. ergo sicut cardinalium domini Papæ alij sunt presbyteri, alij diaconi, sic videtur dicendum fore de canonicis. super hoc autem dic, sicut not. suprà, de æta. & qualitat. §. ordo. & de elect. §. quis possit eligere. ver. & qui nullo iure impediatur. & ver. iure etiam consuetudinario & sequentibus. Quartò prouidere debet, ne presbyteri aliquando cedant, id est, cessent, aut scurrilitate, id est decursione, à scurrà quod est vagus: infrà, de offic. ordi. quanto. respon. j. ad finem. torpeant, id est pigritent, seu lenti sint: infrà eod. ministerium. §. prouideat. & loquitur ibi de sacerdotibus cardinalibus. & vij. quæstion. j. pastoralis. xxxiiij. distinctin. presbyteri. lxxj. distinctio. fraternitatem. xxj. quæstion. j. relatio. quod expone, vt suprà not. Quintò, exceptis prohibitis, supplet Archipresbyter vicem Episcopi in omnibus, & infirmum reconciliat consultò Episcopo, infrà eod. ministerium. §. si Episcopus. quòd intelligas, quando crimen publicum est, de quo vniuersa ciuitas commouetur, & de publicè pœnitente, qui potest reconciliari ex delegatione Episcopi, non aliter. quinquagesima distinct. in capitè. xxv. distinctio. perlectis. nisi morte imminente. & tunc priuatim ipsum reconciliat presbyter, non publicè, xxvj. quæstion. vj. presbyteri. & capitul. finali. Ioannes tamen dicit, quòd hoc intelligendum est de reconciliatione, quæ finito tempore fieri habet, puta septennis pœnitentia iniuncta est vltimo anno, reconciliabit tantùm Episcopus, vel alius de mandato suo, aliàs autem quolibet anno potest fieri à proprio sacerdote. & sic intelligit capitula allegata. & xxvj. quæstion. vj. capit. j. sequens in hoc Hugo. puto securius, quòd non intromittat se Archipresbyter, nisi consulto Episcopo, qui pœnitentiam imposuit. sicut seruat consuetudo, & vt hæc litera dicit. & capitul. in capite allegatum. Quid ergo, si Episcopus in cœna Domini præsens non fuerit, nec aliquem dimiserit in loco? Dicas quòd pœnitentes debent esse extra ecclesiam, quousque ab Episcopo introducantur, vel ab alio authoritate sua, ita quòd non communicent, nec pacem recipiant: argument. xij. quæstio. ij. de viro. xxxiij. quæstio. ij. latorem. de pœnitentia. distinctio. v. si qui verò. de consecratio. distinction. ij. Nicena. Ad hoc autem quod dixi, quòd Episcopi hoc delegare possiunt, videtur contradicere. l. distinct. capit. pœnitentes. & capitul. sequent. quia solennis pœnitentia soli Episcopo competit, vt ibi: vnde exponitur à sacerdote, id est Episcopo, ergo ratione ordinis Episcopalis competit, ergo non potest demandari inferiori Episcopo, infrà, de consecratione ecclesiæ. capi. aqua. Dixit Hugo, quòd bene potest hoc fieri: nam consecratio virginum soli Episcopo competit, lxviij. distinctio. quamuis. xxvj. quæstion. vij. capi. j. & tamen de licentia Episcopi potest fieri à presbytero. xxvj. quæstio. vj. presbyter. sed dic, quòd illud locale est siue temporale, sicut & illud. xcv. distinction. peruenit. hodie enim non potest consecrari à minori Episcopo, sicut notatur suprà, de vsu pallij. §. j. & de tempo. ordina. §. quo tempore. versicul. ergo. Idem dicerem de pœnitentia solenni, si ratione Episcopalis ordin. competeret. hoc tamen non dico: imò videtur, quòd ordinis sacerdotalis est. sed consuetudo ipsam ad manus episcopi retinuit, hoc est quod not. l. distinct. cap. pœnitentes. ibi, sicut vbique statutum est. quæst. d. consuetudo generalissima est, quòd sic fiat. vel quod dicit, à sacerdote, non exponas, id est Episcopo, sed dimittas in simplici significatione, & dicas, à sacerdote, subaudi ex delegatione Episcopi. nam à minori Episcopo aliàs fieri non potest, sicut vbique statutum est, &c. expone vt suprà. potest ergo imponi solennis pœnitentia ab Episcopo, & à sacerdote ex Episcopi delegatione, vt ibi, & infrà eodem, capi. ij. ante fin. de reconciliatione. hoc approbat consuetudo vbique. non sic de impositione. & illud subtiliter not. quòd doct. malè videntur intellexisse. cap. l. distinct. in capite. in fin. per quod dicunt, quòd inferiores Episcopo possunt pœnitentes in ecclesiam introducere & reconciliare. sed ibi dicit, Ecclesiæ liminibus repræsententur: non dicit, quòd ab ipsis in ecclesia introducantur, sed quòd repræsententur, intelligo Episcopo. simile xxiiij. distinction. quando. in fin. Vnum enim scias, † quòd dupliciter dicitur solennis pœnitentia. vno modo, quia solenniter agitur, & de hac intelligo quæ sacerdotalis officij est, & delegari potest: alio modo, quia solenniter imponitur, scilicet per manus impositionem Episcopalem, & cum publica missa, scilicet Episcopali. & hæc demandari non potest; quia Episcopalis officij est, non sacerdotalis. Item reconciliatio alia publica, & hæc demandari non potest: alia priuata, & hæc demandari potest. xxvj. quæstion. vj. §. j. & capitul. j. & §. ecce quod. & capit. sequ. Illud etiam not. quòd hodie de consuetudine rarò imponitur publica pœnitentia, quia pœnitentes nec comas deponunt, nec vestimenta mutant: quod tamen requirunt cap. allegata. & vide super hoc quòd not. infrà, de pœni. §. vtrum pœnitentia debeat iterari sub §. his prælibatis. Sextò pertinet ad Archipresbyterum ecclesiasticum officium vice præsulis absentis inchoare; benedictiones presbyterales in eccle. dare. infrà eodem, officium. xcv. dist. ecce. præsente autem Episcopo nullus præsumat dare benedictionem, nisi is cui præceperit. Episcopo autem nullus inferior benedicat, sed quando dicet, Iube Domine benedicere: respondeat chorus, Ora pro nobis pater. & tunc ipse det benedictionem: hic intelligit Hug. xxj. distinct. denique. arg. ad idem. ff. de off. proconsul. l. fin. xj. quæstio. j. peruenit. infrà, de offic. leg. volentes. Solennem aũt benedictionem, Sit nomen Domini benedictum, &c. nullus debet dare minor Episcopo. xxvj. quæst. vj. ministrare. secundum hoc intelligas quod dicit cap. sequens, quòd populus vbi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis. de consecra. dist. j. cum ad celebrandos. Sed
4 nunquid Archiepiscopus † debet benedici ab Episcopo? Dicas quòd sic, vt apparet ex his quæ no. suprà ti. j. §. & vnde dicatur. eodem modo videtur quòd Archiepiscopus possit benedicere Apostolico, quòd non est verum, quia à solo domino benedictionem expectat. secundum Hug. ar. xxj. dist. c. j. & ij. & ix. q. iij. aliorum. & c. sequen. & præceden. & suprà, de ele. licet. in fi. Sed quare prohibetur inferior, ne superiorem benedicat, nunquid malum est benedicere? Respondeo non, imò bonum, sed prohibetur ne inde superbia oriatur. Quamuis igitur benedictio bona sit in se, tamen prohibetur propter malum cohærens, siue inde sequens. sic xcv. dist. c. j. xxij. quæstio. j. in nouo. infrà de iureiur. & si Christus. §. quidam. vel hoc est vt dignitas Episcopalis in maiori reuerentia habeatur, vel prohibetur maius meritum siue bonum quod inde sequitur, sicut pomum fuit prohibitum Adæ propter bonum obedientiæ. xj. q. iij. quid ergo. rustici tamen nostri temporis, & etiam mulieres hoc non seruant, sed benedicti benedi-
5 cunt, vt benedicantur ipsi. Consueuit autem quæri, † quare in principio lectionis dicitur, Iube Domine benedicere: & in fin. lectionis, Tu autem Domine, &c. respon. quia in princ. quæritur benedictio ab homine, cuius opera imperfecta sunt. C. de vete. iure enu. l. ij. §. sed quia diuinæ. in auth. de instru. cau. j. respon. in fi. col. vj. & de non alie. rebus eccl. §. vt autem. col. ij. ideo verbo diminutiuo, seu syncopato vtimur, scilicet, Iube Domine: in fine verò à Deo petimus misericordiam, quia pater est misericordiarũ: xxvj. q. j. si quis presbyter. & qui opus imperfectum non nouit. infrà, de bapti. maiores. §. sed adhuc. ideo dicimus, Tu autem Domine, vtentes integro vocabulo & imperfecto. sed quæritur primò ab homine, & secundò à Deo, vt scias, quòd illud quod homo minus bene facit, Deus supplet, vnde ad ipsum vltimò recurritur, tanquam ad vltimum refugium. vel dic, quòd principium significat vitam hominis, & quamdiu quis viuit, est sub homine, excepto papa. xciij. dist. qui cathedram. & c. seq. & c. nulla ratione. & ideo vt recognoscat se subditum, petit benedictionem propter bonum obedientiæ: finis verò significat mortem, quando iam non subest homini, sed soli Deo. vel est sensus, vt Dominus taliter nos viuere faciat sub regimine hominis, quòd in fine misereatur nostri. Septimò debet prouidere, ne infirmi sine pœnitentiæ & eucharistiæ sacramento decedant, & ne desit eucharistia in sacrario, infrà eod. officium. §. debet. quòd si culpa sacerdotis hoc contigerit, sanguinis ouis amissæ, quantum in ipso est, ab eo requiretur. xxvj. q. vj. si presbyter. & c. seq. ar. s̄. ti. j. c. j. ad fin. aliàs autem, nisi occasione infirmorum, non debet reseruari eucharistia in crastinum, sic tollitur contrà. de consecra. di. ij. trib. & concordat ea di. presbyter eucharistiam. Octauò debet audire confessiones Ciuitatens. & eorum qui foris veniunt ex præcepto Episcopi. infrà eo. officium. §. confessiones. l. dist. in ca. quod intelligas, si de eadem diœce. sunt venientes, alioquin contrà. infrà, de paro. nullius. de pœ. dist. vj. placuit. Ex hoc not. quòd tres personæ sunt, quæ immediatè habent curam eiusdem animæ sacerdos proprius. infrà, de pœniten. omnis. & dicto c. placuit. Episcopus proprius siue de ciuitate parochianus sit, siue de diœce. vt hic. tertiò papa, vt apparet in concor. quas no. s̄. eod. §. versi. sed nunquid Archiepiscopus. vltimum ad baptizandum & succurrendum in omnibus sacerdos debet esse paratus, infrà eod. officium. in fin. Hæc quæ suprà diximus, videntur pertinere ad officiũ Archipresbyteri siue decani de vrbe vel Ciuitatens. hic scilicet Archipresbyter cùm in supradictis officijs diuinis vicarius Episcopi intelligatur, non videtur quod possit alij delegare. argumento. C. de iudi. à iudice. infrà, de offi. deleg. super quæstionum. §. j. sicut nec procurator datus ad iudicium, alium procuratorem fa-

a Thesaurarius. Adde an thesauraria sit dignitas, vide per Abb in ca. super literis. in v. col. de rescri. Abb. consi. xciij. inci. in quæstione quæ ad præsens vertitur. in ii. vol. Fran. Paui. in tractatu de potestate. c. sede vacan. in ii. præludio. in iij. col. ver. quandoque autem thesauraria.

cere potest, nisi factus fuerit dominus litis per contestationem. C. de procurato. neque tutores. & l. nulla. sed contra. est verum: quia bene potest alij committere. infrà eo. monasterium. in fin. xxv. distinctio. perlectis. versicul. Archipresbyter verò. nec obstat quod dicitur de procurato. quia potius videtur procurator negociorum, quàm iudiciorum. & procurator ad negocia bene potest alium procuratorem facere. ff. mandati. si procurator. §. j. nec obstat quod allegatur de iudice: quia illud locum habet in contentiosa iurisdictione. porrò aliud in voluntaria, de qua hic loquitur, in qua nedum Archipresbyter, sed etiam simplices sacerdotes explere possunt quæ licita sunt. sicut prædicare, missam celebrare, & alia sacerdotalia. xcv. distinction. ecce. suprà, de corpore vitia. significauit. & non Episcopalia, de quibus dixi suprà, de vsu pallij. in §. j. & de sacra vnctione. §. quis sit effectus. Episcopalia enim vicini Episcopi supplebunt, & probatur hoc, vij. quæstion. j. Pontifices. sed ad cautelam præmittenda est protestatio, quòd rogati & inuitati accedunt, nec ista iure proprio exequuntur, ne præiudicet in futurum, vt ibi, & xxxiiij. distinction. presbyteri. & argumen. suprà, de postulatione prælato bonæ. ij. responso. j. Cognoscit etiam Archipresbyter de causis matrimonialibus: argumen. infrà, de consanguinitate & affinitate. cap. j. sicut & Archidiaconus. infrà, de restitutione spoliatorum. literas. sed contrà: quia hoc magnum est sacramentum in ecclesia Dei, suprà, de bigamis. debitum. infrà, de sponsalibus. cap. j. ergo magnum iudicem requirit, scilicet Episcopum. xxxv. quæstion. vj. multorum. sicut innuitur infrà, de consanguinitate & affinitate. cap. j. ad finem. Item Archidiaconus non audit nisi vilia. maiora enim Episcopo referre debet, sicut legatus proconsul. ff. de officio proconsulis. si quid erit. & nota. suprà, de officio Archidiacon. §. quod sit eius officium. versicul. de humilioribus. multò minus Archipresbyter, qui minor est, vt not. suprà in principio huius tituli. Solutio. ad Episcopum pertinet, & non ad inferiorem, nisi inferior hanc iurisdictionem habeat de consuetudine vel priuilegio speciali, sicut legitur de Abbate. j. de excessibus prælatorum. accedentib. & no. s. de officio Archidiac. §. quod sit eius officium. ver. tertij. Abbas enim ius Episcopale quandoq; præscribit, j. de præscriptionib. auditis. Ad officium aũt Archipresbyteri de plebe siue ruralis pertinet, vt imperiti vulgi, id est simplicis plebis de diœce. solicitudinẽ gerat, & curiosam affectionem maturè prouidendo habeat, sed & presbyterorum vitam qui habitant per minores titulos, id est, ecclesias extra ciuitatem positas. lx. dist. c. ij. lxxx. dist. Episcopi iugi circunspectione, id est, continua vigilia circunquaq; habita custodiat: & si vitium vel defectum inuenerit, Episcopo nũciet, nec contendat Episcopus, plebem Archipresbytero non egere. nam & si valde idoneus sit episcopus, decet vt sua onera patiatur, infrà, de præsumptionib. mandata. sed nec debet Archipresbyter contra decretum Episcopi aliud attentare: alioquin deponetur. infrà, de maioritate & obedientia. si quis. probantur hęc infrà eodem, ca. finali.

De officio Primicerij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Primicerius quis dicatur.
2 Officium primicerij quod sit.

1 PRimicerius † est primus in choro, vel primus in cantu. Et est certa dignitas in aliquibus ecclesijs: de qua legitur suprà de constit. cum accessissent. In aliquibus ecclesijs vocatur præcentor, siue cantor, sub quo & subcentor est, de quo habes infrà, de excess. prælat. inter dilectos. qui etiam in aliquibus ecclesijs chabiscolus
2 vocatur, siue magister scholarium. infrà, de calum. c. ij. Officium † huius est, vt præsit in docendo diaconis, & reliquis gradibus, disciplinæ custodiæq; insistat, quia pro animabus eorum Deo redditurus est rationem. Sic suprà de offic. Archid. c. j. & cap. ad hæc. infrà, de offic. or. irrefragabili. infrà, de regula. cap. fin. Lectiones debet dare ad nocturna officia, & studium habere debet de singulis. Non debet esse negligens, sed in quacunque re capacem sensum habeat, & per ipsum, vel illum cui mandauerit, alij instruãtur: infrà eodem, cap. vnico. Eo autem absente, ea quæ ipsius incumbunt officio, per illum, qui ei aut ordine, aut iurisdictione proximus est, exequatur. xxv. distin. perlectis. versi. ad primicerium. signatur contrà, suprà, de offi. Archi. officium. vbi videntur hæc ad officium Arch. pertinere. Solue, sicut not. suprà, de offi. Archi. §. & quibus præesse intelligatur. & suprà tit. j. §. quæ pertinent, versi. de his Cardi. in fin.

De officio Sacristæ. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Sacrista quis dicatur.

1 SAcrista † idem est quod sacrarius: vnde qui hìc vocatur sacrista, alibi thesaurarius a appellatur. xxv. distinctio. perlectis, in fin. Vocatur etiam alicubi cimiliarcha. vt not. suprà, de offi. Archi. §. fin. versi. in summa. Archi. autem
2 superior est, vt patet suprà, de offic. Arch. ea quæ. vel recurre ad diuersas consuetudines. custos etiam sub ipso dicitur esse, sed contrà, infrà tit. j. cap. j. & ij. dic quòd Archi. superior est omnibus: vel recurre ad diuersas consuetudines. sed quare tacetur ibi nomen sacristæ, & custos exprimitur? Dic quòd hoc ideo fit, quia quod officio sacristæ incumbit, per custodis ministerium expeditur, ergo custos & sacrista quasi idem videntur. vnde infrà tit. j. c. ij. sacrista non nominatur, sed custos tantùm: nec in tractatu Isidori de custode mentio habetur, sed de thesaurario tantùm. xxv. dist. perlectis. in fi. videtur ergo poni vnus pro reliquo.

De officio Custodis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Officium custodis quod sit.
2 Custos si sit negligens in officio, amoueri potest.

1 CVstos ecclesiæ dicitur is, cui ea quę ecclesiæ competunt custodienda committuntur, & subest Archidiaco. infrà eodem. ca. j. in prin. Ad officium † eius pertinet pulsare tintinabula ad horas canonicas, iubente Archidiacon. infrà eodem, cap. j. versic. in canonicis. secus est, si pulsetur ad capitulum congregandum: tunc enim præceptum capituli expectatur, suprà de electio. in causis. §. j. Item secus, si pulsetur vt milites ad bellum exeant. j. distinction. ius militare. tunc enim videtur spectandum præceptum magisteriæ potestatis. C. de iurisdi. om. iudic. magisteriæ. de officio isto parum ad nos, quia arma nostra lachrymæ, & orationes esse debent. xxiij. quæst. viij. §. j. & c. sequ. xxxvj. dist. c. fin. quamuis hortari possimus alios ad arma sumenda, vt oppressos defendant & fidem catholicam. xij. qu. viij. §. his ita respondetur. & c. sequen. igitur. & c. scire. & c. omni timore. & c. hortatu. infrà, de voto. ex multa. §. fi. Lampades & lucernas debet accendere, & extinguere suo tempore. circa quod sic inuigilet, ne supra modum lucendo pereat, aut nimis lucendo obscurior sit ecclesia, sed cum discretione, quæ mater est omnium virtutum. j. q. v. præsentium, agat omnia, infrà eod. c. j. ver. lampades. Solicitus etiam debet esse de omni ornamento ecclesiæ, de candelis & incenso, & panem & vinum ad missam omni tempore habeat præparatum, oblationes etiam & decimas inter fratres diuidat cum consensu Archi. absente Episcopo. j. eod. ca. ij. respon. j. si enim Episcopus præsens est, ad ipsum pertinet diuisio. xij. quæsti. j. Episcopus ecclesiasticarum, & c. seq. xij. q. ij. vobis. & capi. Vulteranæ. hoc intellige, quo ad ea quæ communia sunt, vel vbi non apparet de certa consuetudine, alioquin capitulum distributionem habet de his, quæ ad ipsum pertinent. infrà, de test. relatum. ij. §. nomine. nisi Episcopo speciali priuilegio distributio concedatur. infrà, de verbo. significat. cùm tibi. in omni tamen casu super quolibet dubio ad Episcopum recurritur, & per ipsum terminabitur, & etiã si inferiores malè se habeãt, idẽ officium corriget tanquã caput. j. eod. c. j. ad fi. s. de off. Archip. c. fina. ad fi. x. q. j. decretum est. & c. sequentib. vsq; ad §. si aũt Episcopus. j. de vi. & hone. cle. quoniam. vel Archiepiscopus in defectum ipsius ix. q. iij. cùm simus. vel ad querelam eiusdem Episcopi: infrà, de offic. ordi. irrefragabili. §. cæterùm. Hi tres officiales, scilicet Archidiaco. Archi-

Archipresbyter & Custos, quales meliores & sanctiores reperiri poterunt, ordinentur: infrà eod.c.ij.§.in his tribus. quia beneficia melioribus danda sunt. viij.q.j. licet. lxiij. di. c.fi.j. de iure pa. quoniam. ff. de decu. honores. respon. j. C. de his qui ad eccle. confu. præsenti. §. quod si in finibus. in authent. de sanctiſ. Epiſ. §. ij. & §. si quis oratorij domum. col. v. nam sicut meliores bonis, sic optimi sunt melioribus præferendi. lxiij. distin. metrop. in authent. de monachis. §. ordinationem. col. j. arg. de verb. ob. vbi autem non apparet. antiqui etiam emeriti nouis rudibus præferuntur. lxj. di. quid proderit. statuimus. nec emeritis. Item clerici ecclesiæ peregrinis: vt in c. nec emeritis. & c. nullus. Item prius ordinati, posterius ordinatis. lxxv. di. c. fi. & maiores in ordine minoribus. j. de maio. & obe. statuimus. Ad horum solutionem sic dicendum est, si de proprio gremio fiat electio, sufficit quòd malus non sit. xvj. q. fi. monasterium. si plures eligantur, tunc habita collatione de his omnibus habetur ratio & determinatio, quis cui præferatur. s. de elect. dudum. j. & c. quia propter. & c. congregato. & c. ecclesia. ij. in fine. vbi verò de aliena ecclesia quis eligitur, requiritur quòd sit optimus, sicut si tutor de terra pupilli eligitur, sufficit quòd sit bonus: si de aliena, oportet quòd sit optimus. ff. de tuto. & cura. da. ab his. diuus Marcus. secundum Goffred. dic vt not. suprà, de elect. §. quis eligi. ver. is etiam qui non est de eodem gremio. In summa not. quòd si custos † minus idoneus datus sit, vel si negligens est monitus per Arch. se non correxit denunciante Archi. per Episcopum amoueatur. infrà eodem, cap. j. versi. si verò. & sequen. mirabile tamen videtur, quòd aliquis per modum denunciationis amoueatur: nam accusatio inducit dispositionem, inquisitio remotionem, denunciatio correctionem. infrà, de accu. super his. & c. qualiter. Sol. Talis administrando delinquit, vnde aliter corrigi non potest, nisi remoueatur. hoc autem generale est, quòd ex quo aliter non potest fieri correctio, remoueri debet, etiamsi denunciatiuè agatur, sicut in iudicio pœnitentiali contingit. xiij. distinctio. nerui. infrà, de simon. ex tuæ. & capitul. Matthæus. in fine. & accedit. ij. quæstion. vij. quapropter. infrà, de iureiurand. querelam. infrà, de fide iuſſ. peruenit. lxxxj. dist. Maximianus.

2 † tamen alij delegare, quia ad vniuersitatem dati sunt. ff. de iu. cùm præt. §. iudices, secũ-
2 dũ Gof. † Sed ad quẽ appellabitur à sentẽtia
b officialis Episcopi, [b] patet ex præmissis, q̃ ad Episcopum: nã à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium appellatur. ff. quis & à quo app. l. vlt. Gñale est etiam, q̃ à delegato appelletur ad delegantem. C. de appel. prẽcipimus. §. hoc si appellatio. in authen. de sanctissimis Episcopis. §. si quis contra aliquem. col. ix. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare, dariue pos. l. vnica. ad finem. secundum Goffredum. In vtraque quæstione dicas contrarium. Dic ergo, quòd consistorium Episcopi & officialis, vnum & idem censetur, ergo talis officialis ordinarius dicitur, & ab ipso, sicut ab Episcopo, est hodie ad Archiepiscopum appellandum, licet ab Archidiacono & inferioribus, eorumq̃ officialibus, sit ad Episcopum, & non ad Archiepiscopum appellandum, nisi contraria consuetudo probetur: vt in authent. d.n. extrà, de appellationibus. Romana eccle. cum suffraganeorum. & quod hi iurisdictionem habeant ordi. comprobatur. C. eodem. l. ij. & in authent. de iudi. in principio. & §. illo custodiendo. collat. vj. C. de appella. l. penulti. & l. eo casu. & l. præcipimus. in princip. & §. hinc saluberrimæ. in authent. de appellationibus. §. finali. colum. iiij. ff. quis & à quo appel. l. j. §. ab eodem. & sic non obstat. infrà, de appella. dilecti. nam cùm officialis Episcopi eadem persona censeatur cum Episcopo, & gradatim sit appella. si ab ipso officiali ad Archiepiscopum appellatur: si enim ad Episcopum appellaretur, posset Episcopus alij committere, & sic nunquam peruenireturad metropol. contra iura. ij. quæstio. vij. metropol. ff. de offi. leg. c. j. infrà, de offi. ord. pastoralis. ideo præcipit lex, quòd is ad quem appellatur, omnino per se causam audiat, non deleget, vt in authent. vt defun. seu sune. eo. non iniuri. §. pen. col. v. Quid si appelletur à delegato officialis Episcopi? respon. Appellari potest ad ipsum officialem, vel ad ipsum Episcopum, cum idem consistorium sit vtriusq̃, vt dixi. ad hoc. ff. qui. & à quo app. l. j. §. ab eo. & à delegato ad delegantem semper appellatur, vt dixi suprà eod. versi. sed ad quem appellabitur. hi officiales videntur ordinarij sine administratione, de quibus loquitur, infrà de in inte. rest. causa. §. delegati verò. quamuis etiam illud aliter intelligi possit. Vnum tamen not. quòd hi officiales dicuntur hodie ordinarij ex consti. s. alle. Romana. siue ex vi interpretationis ipsius, vt apparet in his quæ no. ff. de offi. ord. §. j. & ij. vnde secundum sua tempora satis bene notauit Goffr. vel possunt dici ordinarij, quia de consuetudine, siue de iure tales eandem habent cum Episcopo potestatem, vt patet infrà, de inst. c. iij. j. de reg. c. ij. j. de frigi. & malefi. c. j. §. illa. nominationem ergo ab Episcopis, potestatem verò à iure recipiunt. ar. x. q. j. Episcopum per cunctas. & Exod. xviij. c. circa mediũ. ibi, cur solus sedes, &c. & hoc inconuincibiliter probat dictum capi. extra, Romana. nam cum Episcopus ordinarius sit, si officialis suus delegatus censeatur, non vnum & idem, sicut dicit dictum extrauagans, sed diuersum erit consistorium vtriusq̃.

a De officialibus episcoporum.] Adde an appellatione officialis Episcopi comprehenditur vicarius Episcopi, vide per Doct. in c. j. in primo not. de off. vica. li. vj.

b A' sententia officialis Episcopi.] Adde Doct. in cap. quantum. de offic. ordi. Doct. in cap. Roma. de app. li. vj.

De officio Vicarij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vicarius quis dicatur.*
2 *A' sententia officialis Episcopi ad quem appellabitur.*
3 *Officium vicarij quod sit.*
4 *Casus in quibus sit licitum per vicarium deseruire.*
5 *Vicarius sine authoritate Episcopi deseruire non debet.*
6 *Vicarius in ecclesia in qua seruit, quod ius habeat.*
7 *Vicarius plures an quis habere possit.*

DIctum est suprà de his qui deseruiunt ecclesijs suo nomine: ponitur hic de his qui nomine alieno, & ideo subijcitur de officio vicarij. videamus ergo, Quis sit vicarius, Quod sit eius officium, Et in quibus casibus sit licitum per vicarium deseruire, Et quod ius habeat vicarius in ecclesia in qua seruit, Et an possit quis plures vicarias habere.

1 **Quis sit vicarius.** † Qui vices alterius gerit, siue in officio non contentioso: infrà eo. c. j. & ij. infrà, de offic. Archid. c. j. & de offic. Archipresb. c. j. in fi. siue in contentioso: infrà eod. tua nobis. vnde & ei obediendum est, & deferendum tanquam illi cuius vices gerit, vt xciij. distinctio. ca. finali. xciiij. distinctio. cap. j. infrà de offic. delega. significasti. & c. sanè quia. & capitul. cùm olim magister. respon. j. & nota. infrà, de offic. delega. §. quæ iurisdictio. ipsius. versicu. est tamen hæc iurisdictio. ad idem. C. de offic. eius qui vic. alterius gerit. per totum. sed est sciendum, quòd illi vicarij, de quibus in ll. illis tractatur, non erant delegati, vel subdelegati, sed ordinarij: nam eligebantur in certum tempus, quod erat ordinarijs præfixum, ut ipsi vices ordinariorum præsentium & viuentium supplerent. erant & alij gerentes vices mortuorum & absentium, qui suffecti appellabantur. hi omnia poterant exercere, quæ ad iurisdictionem pertinent, præter vltimum supplicium, & membri absciſsionem. C. eodem. l. ij. in authent. de collatoribus. § antequam verò. collatione ix. Quid sit de officialibus Episcoporum? [a] Dicas, quòd delegati sunt eo quòd non eliguntur, nec ad certum tempus instituuntur, sed sicut & quantum Episcopi volunt, possunt

3 **Quod sit eius officium.** † Vt deseruiat ecclesiæ & personæ. infrà eod. prouideas. & vt curam habeat animarum. infrà eo. c. fi. ideo debet esse sacerdos. ad quod compellendus est per subtractionem prouentuum, vel vicariarum ipsarum, vt ibi. & s. de ele. cùm in cunctis. §. inferiora. quod dic vt not. s. de æta. & quali. §. ordo.

4 **Et in quibus casibus † sit licitum per vicarium deseruire.** Et quidem quilibet regulariter debet in persona propria deseruire. j. de cle. non residen. quia nonnulli. & c. relatum. & sacrificia offerre. xxxj. di. si laicus. & horas canonicas horis congruis (nisi occupatio superueniat) singulis diebus Domino reddere. j. de celeb. miſ. c. j. Super hoc sunt duæ opiniones. Primi ex præmissis sic concludunt, ergo non licet per vicarium deseruire. j. eo. clericos. j. de præben. extirpandæ. §. qui verò. nec debet percipere beneficium qui negligit officium. j. de cle. coniug. diuer. & ca. Ioannes. & de cle. non resi. conquerente. Secundi dicunt, quòd quilibet debet habere vicarium, si facultates ecclesiæ
5 patiuntur. argu. vij. q. j. illud. & c. nihil. Ego dico, † quòd sine authoritate Episcopi, non licet alicui vicarium instituere, qui habeat ius in re, & sic intelligo sententiam priorum: sed bene potest secum tenere socium, cuius adiutorio fulciatur, imò debet hoc facere: quia væ soli, &c. j. de statu monacho. monachi. respon. j. authoritate etiam Episcopi hoc fieri potest, & talis vicarius habet ius in re, adeò quòd successor personæ siue rectoris vicarium ta-

lem sine causa non poterit remouere. infrà eo. ad hæc. infrà, de arbi. non sine. argum. infrà, de excessi. præla. sicut vnire. xvj. q. j. §. sicut. & j. de iure patronatus, postulasti. & in his duobus casibus intelligo veram sententiam secundorum. dico tamen, quòd nihilominus rector debet in propria persona deseruire. non sunt ista contraria, sed consona. ecce enim Episcopus habet curã Episcopatus sui, & multi post ipsum: quia Archidiaconus sub eo de consuetudine: Archipresbyter sub Archidiacono, presbyter sub Archipresbytero: & hi vicarij ordinarij & perpetui sunt. suprà, de off. Archidiaco. ca. j. & de offi. Archipresbyte. cap. j. habet & temporales qui officiales dicuntur. infrà, de instit. ex frequentibus. & de solutionibus. Odoardus. Qui & missi Dominici appellantur. infrà, de regula. ca. ij. resp. j. infrà, de frigid. c. j. §. j. de his dixi suprà e. §. j. Sed nunquid hi constituuntur & destituuntur per Episcopum sine capitulo? Non videtur. arg. infrà, de his quæ fi. à præla. nouit. & c. quanto. dic contrà, cùm officialis eadem persona censeatur cum Episcopo, vt no. §. eod. §. j. & hoc consuetudo approbat, quæ in talib. seruanda. j. de his quæ fi. à præla. ea nascitur. Ex præmissis patet, quòd authoritate Episcopi potest institui vicarius, qui habet ius in re: & debet Episcopus consentire, vbicunq; causa subest. arg. infrà, de præben. vacante. & vbicunq; æquitas ipsum mouerit. argum. ff. de interroga. act. vbicunq. debet autem ipsum mouere æquitas in omnib. casib. in quibus potest absens sine peccato, per vicariũ deseruire, & sunt hi. Primus ratione occupationis. hac ratione excusatur Episcopus, qui habet vicarios sub se in ecclesia cathedrali, vbicunque & regulariter, ipse ergo in camera sua vel capella potest
c horas canonicas dicere simul omnes in mane, c & postea expedire alia quæ occurrunt: vicarij autem sui & ministri ecclesię ipsas dicent in ecclesia publicè, id est, solenniter, horis competentibus vice sua. Hoc idem intelligo in quolibet circa rempubli. occupato. infrà, de celeb. missę. cap. j. Requiritur tamen, quòd in quolibet die Dominico ecclesiam officiat Episcopus, & præcipuè solennibus festiuitatibus, de quibus dixi suprà, de vsu pallij. §. & quibus diebus. nisi aliqua excusetur necessitas. vij. quæstione j. tem poris. in fine. & capi. peruenit. de consecra. distinctio. iij. Episcopus. infrà, de celeb. missæ. te referente. ad hoc infrà, de offi. ordin. inter cætera. x. quæstio. j. Episcopum. Secundus est ratione statuti siue consuetudinis. argum. de constit. cùm omnes. in fin. infrà, de conces. præbend. ex parte Aften. in fi. xxxij. distinct. placuit. Tertius est ratione priuilegij, seu dispensationis. suprà, de filijs presby. proposuit. quæ tota die concedit dominus papa super pluralitate beneficiorum, iniungens in fine: dum tamẽ cura animarum non negligatur, & ecclesijs facias per vicarios idoneos deseruire. Nota tamen, quòd contra hunc casum & præcedentem potest venire prælatus, si ecclesia sit seruitoribus destituta. infrà, de cle. non resi. cùm ad hæc. & argumen. infrà, de deci. suggestum. & de verborum significatio. quid per nouale. Ex quo enim consuetudo incipit esse irrationabilis, & ecclesijs onerosa, tenenda non est. suprà de consuetu. capitu. j. & fi. argum. xxix. distinct. capitu. j. & ij. Quartus est ratione loci remotioris, & animarum periclitationis. infrà, de eccle. ædifican. ad audientiam. Quintus est ratione religionis. infrà, de præben. de monachis. & capit. in Lateranensi. Sextus est ratione diuersæ nationis. infrà de offic. ordi. quoniam. suprà, de tempo. ordi. quòd translationem. Septimus est ratione prædicationis. j. de statu mona. quòd Dei timorem. in fi. ibi tamen potius videtur socius quàm vicarius, sed comprobatur casus iste. infrà, de offi. ordi. inter cætera. Octauus est ratione perplexitatis: vt quando quis habet præbendam in ecclesia cathedrali, cui annexa est parochialis ecclesia: hic enim in ecclesia cathedrali personaliter deseruiet, & per vicarium in annexa. infrà de præben. extirpandæ. §. qui verò. & cap. exposuisti. nec enim est rigor iuris, ex eo quòd sequi posset perplexitas, requirendus. j. de appel. interposita. §. fin. Nonus est ratione defectus seu debilitatis superuenientis. vij. quæstio. j. ca. j. infrà, de cleri. ægro. capitu. j. penult. & vlti. Aliqui tamen dicunt, quòd iste est coadiutor, non vicarius: non facio vim in verbis, & quantum ad mentem, vicarius est. ego non curo de nomine. j. de procura. petitio. C. commu. de leg. l. ij. Decimus est ratione necessariæ profectionis. j. de appella. peruenit. puta cruce signatus est. infrà, de voto. capit. fin. Vndecimus ratione voluntariæ profectionis, vtilis tamen & honestæ, puta causa studiorum, seu peregrinationis cum prælati licentia. infrà, de cle. non resi. relatum. & de consi. distinctio. v. non oportet. In hoc tamen casu & præcedenti, cùm impedimentum temporale sit, non puto quòd constituatur perpetuus vicarius,

c Simul omnes in mane. j Adde Ioan. & Abb. in cap. j. de cel. miss. vbi refert miraculum de sancto eremita.

sed ad tempus. Duodecimus est ratione diuini cultus augmentationis, & sanctitatis, & æquitatis, scilicet quando bene abundat ecclesia in reditibus. argu. §. de consti. ex parte. & ca. cùm M. Fer. & sic potest intelligi. vij. q. j. illud. & c. nihil. hic igitur non absoluitur rector, sed tenetur nihilominus in propria persona deseruire, alioquin diuinus cultus non augmentaretur.

6 Et quod ius habeat vicarius † in ecclesia in qua seruit. Vt non remoueatur sine causa, nec cum causa sine licentia episcopi. j. e. ad hæc. j. de præbend. in Lateranensi. Vt animas curet. j. eo. ca. fina. Vt conueniatur cùm habeat ius in re. j. de fide instrumen. G. perpetuus vicarius. Videtur tamen quòd si ecclesia ab eo petatur, debet in iudicio Episcopum tanquam rectorem totius diœcesis nominare, quia is possidet, cuius nomine possidetur. infrà, de resti. spo. cùm venisset. in fi. & c. olim causam. & argu. infrà, de offic. iudi. capit. j. infrà, vt lite non contesta. quoniam frequenter. §. quòd si super rebus immobilibus. & argum. de iur. calum. c. j. & vltim. infrà, de for. competen. significasti. Dic quòd authoritate Apostolica trahi potest tanquam is qui possidet. xij. quæstio. ij. quicunq; xvj. quæstio. j. in canonib. ff. si vsufruct. pe. vti frui. §. vtrum. & de serui. l. finali. & si ager vecti. vel emphy. pe. l. j. ñ. & iij. Episcopus tamẽ ipsum defendere potest, etiam eo inuito. cùm sua interfit principaliter. suprà, de elect. querelam. infrà, de præscrip. ex transmissa. infrà, quòd metus causa. dilecti. j. de dona. inter dil. infrà, de succes. ab intesta. capitu. fina. j. de sta. mo. recolentes. §. fin. j. de capel. mon. c. ij. potest etiam Episcopus interesse in causa per se, potest & per alium. j. de iura. cal. c. fi. prodest etiam hoc ei ne colludatur, vt C. de liti. authen. si hæres. & opp. ar. ff. de vsu & habi. si ita legatus. §. dominus proprietas. & ff. vt in pos. leg. is cui. §. qui legatorum. eundem etiam vicarium potest facere procurator, quo ad ius Episcopale. j. de confir. vti. cùm dilecta. §. quia verò. Quid si Episcopus scit, quòd contra ipsum agitur, & non defendit? Videtur quòd paretur ei præiudicium, cùm prohibere possit presbyterum. ff. de re iudic. sæpe. §. cur autem. & de excepti. rei iudic. exceptio. infrà, de sen. & re iud. quamuis regulariter. si autem ignorat, præiudicium non paratur: & sic intellige infrà, de do. inter dilectos. & infrà, de ar. cum tempore. ar. ff. de exce. rei iu. l. iudicatæ. §. fi debitor. & l. si mater. § fin. Item habet ius petendi sibi assignari congruam portionem de redditibus ecclesiæ, cui seruit, si minus competentem habeat. debet enim talem habere, quòd inde valeat commodè sustentari. j. ca. ad hæc. j. de ap. peruenit. j. de præb. de monachis. & c. extirpandæ. §. qui verò. quod autem dicatur sufficiens beneficium, dic vt no. suprà de rescri. §. quæ possunt obijci. post di. quæ incipit, quod autem dixi. versi. sed quod appellas beneficium sufficiens, & sequentibus.

7 Et an possit † quis plures uicarias habere? Non. infrà, eodem. prouideas. nec vicarius in vna ecclesia potest intitulari in alia vicaria retenta. suprà, de rescri. postulasti. nec intitulatus in vna potest fieri vicarius in alia. infrà eodem. capi. j. In summa nota, quòd vicarius adeò personaliter adstringitur ad seruitium ecclesiæ, cuius est vicarius, faciendum, quòd alium vicarium sibi instituere non potest. sic intelligitur secundum vnam lect. infrà eod. clericos. est ergo similis manumisso sub hac conditione, quòd nunquam eccle. deserat. suprà, de ser. non ordi. eo libentius. & illi qui adeptus est præbendam, cui hoc onus annexũ erat. infrà, de præbend. significatum. & clericis intitulatis in ecclesia ad certum seruitium faciendum, qui cùm continuè & personaliter seruire debeant, áb assideo assides assisij possunt dici, vel quasi asini. infrà, de cleric. non resid. cùm ad hæc. aliàs in infinitum res posset extendi. C. de fide. instru. l. finali. est ergo vicaria personalis, ideo personam non egreditur. suprà, de vsu pallij. ad hæc. ff. de reg. iur. priuilegia. vij. quæstion. j. petisti. ff. de solut. inter artifices. infrà, de officio delegat. capit. finali. §. is autem. C. de caduc. tollend. l. vnica. §. fin verò talis. Vicarius etiam summi Pontificis non potest literas concedere extra vrbem, nisi eidem specialiter concedatur. infrà, eodem. tua. Finaliter nota, quòd secundum beatum Ber. qui per vicarium seruit, per vicarium remunerari debet: nec enim, sicut dixit lex, ferẽdus est qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum subire contemnit. quod dic vt not. suprà, de rescript. §. quæ possunt obijci, super verbo versum pauper. ver. & regulæ iuris. quod intelligo, nisi causam habeat, vt nota. suprà, eodem. §. & in quibus casibus.

De

De officio & poteſtate Iudicis delegati. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Delegatus quis ſit.
2 Delegare quis poſsit.
3 Delegari cui poſsit.
4 Delegari quæ poſſunt.
5 Appellari non poteſt ab his, qui iuriſdictionem non habent.
6 Delegatus poteſt ſubdelegare principium, medium & finem.
7 Merum imperium cum uniuerſitate, an tacitè in alium poſsit transferri.
8 Officium iudicis delegati quod ſit.
9 Iuriſdictio ſubdelegata quare ſe trahat ad delegatam.
10 Iuriſdictio iudicis delegati quibus modis prorogetur.
11 Iuriſdictio iudicis delegati qualiter terminetur.

IN ſuperiori titulo dictum eſt de his qui gerunt vicem alterius in officijs diuinis, ſeu iuriſdictione voluntaria, nunc de his qui in iudicio ſeu in iuriſdictione contentioſa vices alterius gerunt, agendum eſt: & ſic ponamus rubricam de officio & poteſtate iudicis delegati, dicentes, Quis ſit delegatus, Quis delegare poſsit, Cui poſsit delegari, Quæ delegari poſſunt, Quod ſit officium delegati, Quæ iuriſdictio ipſius, Quibus modis eius iuriſdictio prorogetur, Et qualiter finiatur.

1 **Quis ſit † delegatus.** [a] Is cui cauſa committitur terminanda vel exequenda, vices delegantis repræſentans, & in iuriſdict. proprium nihil habens. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in fi. infrà eodem. ſanè quia. & c. cùm olim magiſter.

2 **Quis delegare † poſsit.** Princeps, iudex ordinarius, & etiam delegatus, ſed cum di. quam infrà dicam. nam inter iſtos eſt differentia, quia delegatus à principe ſuam ſententiam executioni mandat. infrà eodem, ſignificaſti. & capitul. in literis. delegatus verò ab ordinario minimè. imò exequitur eam ordinarius, qui delegauit. ff. de re iudic. à diuo Pio. ij. q. vij. quiſquis. & poteſt hoc dici verum, niſi ad vniuerſitatem ſit delega. quia cùm in vniuerſitate multa tranſeunt, quæ ſpecialiter non tranſirent: infrà, de iure pat. ex literis. ff. de contrahend. empt. in modicis. ff. de acqui. rerum do. quædam. & hoc obtinet conſuetudo. Gul. Na. dicit aliud eſſe de æquitate can. infrà eo. querenti, quia nimis grauarentur pauperes, niſi delegatus aliquam coertionem haberet. infrà e. ex literis. vnde cautè procedet iudex ordinarius qui delegat cauſam, ſi adijciat illam clauſulam, Facientes, quod decreueritis, &c. & tunc non erit dubitatio. idē dicit in eo qui delegatur à delegato à papa. nam cùm ipſe delegatus hoc poſsit, & plenariè poſsit alij committere vices ſuas. j. eodem, ſuper quæſtionum. §. porrò. & c. venerabili. ergo ſubdelegatus hoc poterit. ſed obijcitur, quòd delegatus hoc videtur habere à lege, non ex commiſsione. C. de iudi. à iudice. j. eodem. paſtoralis. §. j. vnde in alium illam iuriſdictionem, ſcilicet iudicis, dandi licentiam non poteſt transferre, licet illud ſit de iuriſdictione. ff. de iuriſ. om. iud. l. iij. in fi. Item delegatus à principe
b [b] alij delegat, etiamſi ſit ad vnam cauſam datus, & lite non conteſt. j. eo. paſtoralis. reſpon. j. C. de iudice. ſed delegatus ab ordinario non poteſt, niſi lit. conteſta. ſi datus ſit ad vnam cauſam, ſecundum Azo. ar. ff. de iuriſ. om. iudi. & quia. C. de procu. neque. & l. nulla. j. de ſen. & re iudi. cum Bertholdus. Alij dicunt, quòd nullo modo põt, quia eſt priuil. deleg. à principe. dictum Azonis verius videtur de rigore iuris. tamen alia opinio celebrior eſt, & in iudi. tenenda. Poteſt tamen iudex quilibet certum articulum committere, & ſic auditorem dare: vt no. j. e. §. quæ delegari. Vbi autem ordinarius delegat vniuerſitatem cauſarum, ibi ſecũdum omnes poteſt ſubdelegare. ff. de iudi. cum prætor. & à ſubdelegato ad delegatum ab ordinario appellabitur. Sed ſi ad vnam cauſam tantùm delegatus eſſet, ad ordinarium ſemper appellaretur: per quod patet, quòd delegatus ab ordinario ad vnam cauſam lit. conteſt. delegari poteſt. ff. quis & à quo ap. l. j. Item ſciendum, quòd quando papa vniuerſitatem cauſarum delegat, ordinarium facit: ſed nullus alius poteſt conſtituere ordinarium. in auth. de mãda. prin. col. iij. in fi. niſi p cõſequẽtiã: vt puta ſi ad Epiſcopũ pertinet collatio beneficij, q̃ habet curã animarũ añexã, vel aliàs iuriſdictionẽ ordinariã. nã collatione facta, per conſequens ordinarius conſtitutus eſt, Item authoritate iuris facit Epiſcopus ordinarium, vt no. ſuprà ti. j. §. j. ſed papa ſine aliqua conſequentia ordinarium facit: ideo legatus habet ordinariam. j̃. ti. j. c. j. & vlti. Sed quando vnam cauſam, vel plures cõmittit, b dummodò non committatur vniuerſitati terræ vel prouinciæ, tunc delegatus cenſetur, & talis ſubdelegare poteſt. Si verò à ſubdelegato delegati à principe appelletur, ad ipſum delegatum appellabitur, ſi ſibi retinuerit aliqd de iuriſdictione, & cauſa commiſſa fuerit apre. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. dare dariue poſ. l. vnica. aliàs ad principem appellabitur. infrà eo. ſuper quæſtionum. §. porrò. C. de Epiſco. audi. auth. ſi quis litigantium. Aliud eſt in delegatis ab alijs, quia ſemper ab eis ad delegãtẽ appellabitur, niſi vniuerſitas cauſarũ delegaretur. tunc enim à dele. ad illum appellabitur, ad quem appellaretur à delegante. ff. quis & à quo ap. l. j. & ij̃. in auth. de iudicib. §. de illo. & tunc deleg. etiam iudicem dare poſſet, & cauſam delegare. ff. de iudi. cum prætor. §. j. tamen eſt de iure canonico ſecundum G. Na. ij̃. q. vj. c. j. & qu. viij̃. metropo. ſed contrà eum eſt ar. j̃. e. ſuper quæſtionum. §. porrò. & ff. de iuriſdi. om. iudic. ſolet tamen. de hac materia dic vt plenè not. j. de appel. §. à quo & ad quẽ ſubſti. §. j. Item delegatus à principe citat cum ſolennitate ante lit. conteſt. infrà eo. gratum. & c. paſtoralis. §. j. ſecus in alio. C. de iudi. ſancimus. Item delegatus à principe mittit in poſ. ex ſecundo decreto: infrà, de eo qui mit. in poſ. cauſa rei. c. j. & ij̃. delegati ab alijs non poſſunt, quia magis imperij̃ quàm iuriſdictionis eſt. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdict. l. j. & de iuriſd. om. iud. iubere. ſed ex primo decreto poſſunt. ff. de dam. infe. l. iiij. §. an tamẽ. & de off. eius cui man. eſt iuriſdi. cognit. §. fi. & de off. proconſul. nec quicquam. §. vbi. Sed nunquid delegatus poteſt ſubdelegare: & ſi impeditus non ſit, dic vt no. infrà eodem. §. quod ſit eius officium. verſicul. ſpectat ergo ad officium.

3 **Cui poſsit delegare, † his verſibus comprehendes:**

Liber, mas, gnarus, cui ſit mens, integra fama,
Aetas, qui jubſit, committitur huic bene cauſa.

c Liber: ſeruus enim non poteſt eſſe iudex, [c] qa nec arbiter, quod minus eſt. ff. de arbi. Pedius. §. fin. ſi tamen creditur liber, & ſententiam ferat, tenet ſententia propter vtilitatem eorum qui apud eum gerunt. ff. de off. præto. Barbarius. & tamen in veritate iudex non eſt. argumen. ff. de decu. Herennius Modeſtinus. ad idem Inſtitu. de teſta. §. ſed neque. C. de teſta. l. j. ff. ad Mace. l. iij̃. in princip. C. de Lati. liber. tollend. l. vnica. §. ſed & quis domini. & §. ſed & ſi qui homini libero. ſic dicimus de excommunicato. argumen. infrà, de procur. c. fin. & infrà, de exce. exceptionem. infrà, de ſen. & re iudica. ad probandum. & in auth. d. in extrà, de except. pia conſideratione. §. ſi verò poſt modum. & §. ſed ſi poſt rem iudicatam. Mas: maſculo enim delegari poteſt, non fœminæ: quia regulariter fœminæ remotæ ſunt ab omnibus virilibus actibus. ff. de reg. iur. l. iij̃. ideo nõ poſſunt iudicare. xxxiij̃. q. v. mulierem. nec excommunicare. infrà, de maio. & obedien. dilecta. nec pœnitentias dare. infrà, de pœnit. noua quædam. ſuper hoc vide quod not. j̃. de arbit. §. quis poſsit eſſe arbiter. fœminæ autem & ſerui, non, quin diſcretionem habeant, prohibentur: ſed morib. quia officijs ciuilibus non funguntur. iij̃. q. vij̃. §. tria. Gnarus: id eſt, ſapiens ſiue peritus. oportet enim, quòd is cui cõmittũtur iura canonum, non ignoret. ar. j̃. de conſang. cap. j̃. & quòd ſit prouidus. j̃. eo. cùm R. canonicus. requiritur etiam, quòd ſit perſona eccleſiaſtica. j̃. eod. cùm te conſulente. & cap. ſuper quæſtionum. j̃. reſpon. nec enim debet fieri commiſsio, niſi perſonis idoneis & diſcretis. j̃. e. ſi pro debilitate. laicus autem idoneus nõ eſt

a Quis ſit delegatus. Adde Bal. in l. ſuggerente. C. de offi. eius qui vi. alte. ge.

b Delegatus à principe. Adde an delegatus principis poſsit cauſam meri vel mixti imperii ſibi delegatam alteri ſubdelegare, vide gl. in l. j. C. qui pro ſua iuriſdi. & illa glo. eſt fin. ſecundum Car. Zab. in c. in Archiepiſcopatu. de rapto. Bart. in l. ſi ſit. in §. ſi quis ita legatum. ff. de le. j. Bal. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. Ang. in l. à iudice. C. de iudi. Abbatem in c. venerabili. de offi. dele. Abb. in c. quod ſedes. de offi. or. Io. de Imo. in cap. fin. de offic. dele. idem Io. de Imol. in cle. j. eo titul. Ang. conſilio ccxvii. inci. in cauſa accuſationis. quæ gl. tenet quòd ſic, & præfati Doct. ſequuntur d. glo. contrariſ opi. tenet Cy. in d. l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. vbi plerique antiqui ſequuntur opi. Cy. ſ. Ia. de Ra. Ray. Oldra. Mart. Sili. Albert. de Roſ. Salyc. Raph. Fulgo. Ludo. Ro. & Alexan. de Imo. in l. j. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. & Bal. ſibi contrarius in l. j. C. ne lic. poten. Ioan. Andr. in addi. Spe. in titu. de iudic. dele. in §. fin. ver. item quòd eſt legatus. Pau. de Eleaza. & Ant. de But. in cle. j. de off. dele. tu dic q̃ iſta eſt verior opi. ſed gloſ. in d. l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. eſt communiter reprobata ſecũdum Albe. de Ro. in d. l. i. ff. de off. eius cui man. eſt iur. &c.

c Seruus non poteſt eſſe iudex. Adde Abb. in c. ſciſcitatus, in iiij. not. de reſcri. Et quid de illiterato, an talis poſsit eſſe iudex, vide glo. in c. qui vult. de pœ. di. vi. gl. in l. certi. C. de iudi. glo. & Doct. in l. fina. C. de ſen. ex breuicul. recit. gloſſa. in l. ii. ff. quod quiſque iur. Abb. in cap. literas. in primo no. de ſpon. Ange. in l. quidam conſulebãt. ff. de re iudic. Bal. in proœmiali. in §. omnes verò populi. in fi.

d Id est, citatio. Adde an sit de processu, vide gloss. in verbo citationis. in c. quoniam contra, de proba. gl. in verbo formam. in cap. prudentia. de off. deleg. Archid. in capitul. placita. xv. q. iiij. Doct. in cà. statutum. in §. cùm vero. de rescript. libr. vj. Doct. in rub. C. de in ius vocan. Paul. de Cast. in l. j. ff. e. titu.

in ecclesiasticis. infrà, de arbit. contingit. infrà, de iudic. decernimus. sed quo ad causas temporales, sufficit quòd peritiam habeat, vel per lectionem librorum, vel experientiam. argu. C. de Episc. & cleric. parabolani. C. de iudic. certi iuris est. in authen. de iudicibus. j. respon. colum. vj. quod dic vt not. infrà de sentent. & re iudic. c. qualiter proferri debeat. versi. iij. & iiij. & seq. Quid si deleget clerico & laico simul iunctis? Videtur quòd teneat delegatio. argu. infrà, de arbitr. dilecti. & ca. per tuas. infrà, de conse. eccl. quòd in dubijs contrarium credo. argum. suprà de elect. Massana. suprà, de consti. ecclesia sanctæ Mariæ. c. quæ in ecclesiarum. infrà de immuni. eccle. aduersus. nisi à Papa fieret ex certa scientia, qui etiam mulierem dare posset. ij. quæstio. v. Mennam. xxiij. quæstio. viij. si quos. xij. quæst. ij. cùm deuotissimam. & de hoc plene no. infrà ne cleri. vel mona. §. quæ sunt permissa clericis. ad fin. verficu. sic & multo magis. & sequ. Cui sit mens: furiosus enim non sentit. iij. quæstion. ix. iudicas. xxxij. q. vij. neq; furiosus. xvij. q. j. Consaldus. j. de succes. ab inte. ca. fi. j. de regula. sicut tenor, is autem. & impubes & mutus & surdus non prohibentur, quia iudicio carent. Integra fama. Infames enim à legitimis actibus prohibentur. j. de testibus. licet ex quadam. respon. j. ad fi. j. de excess. præla. inter dilectos. respon. j. in fi. Qui autem dicantur infames, dicas hæretici, qui Christianæ legis normam abiiciunt, fures, sacrilegi, & capitalibus criminibus irretiti, sepulchrorum violatores, & qui aduersus patres, scilicet Episcopos armantur. iij. quæstion. iij. hi qui Episcopos. quæstion. v. omnes. & capitul. constituimus. similiter incestuosi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, & pro suis criminibus anathematizati, & demùm omnes quos ecclesiasticæ vel seculi leges infames pronunciant. probantur hæc vj. quæstion. j. infames hi lege prohibentur. In summa, alij lege prohibentur, vt à senatu remoti, vel aliàs infames. alij moribus, vt fœminæ & serui, alij natura, vt impuberes prohibentur: vt dixi suprà. & probatur. ff. de iudic. cùm prætor. §. non autem omnes. Aetas, quia impuberi delegari non potest, vt dictum est, & probatur iij. q. vij. §. tria. sed nec puberi potest quilibet delegare, quia non nisi princeps, de cuius delegatione disputare sacrilegij instar est: nam dignus præsumitur quem elegit Imperator. C. de crimina. sacrileg. disputari. xvij. quæstio. iij. §. qui autem. in authentic. vt iudices sine quoquo suffra. §. eos autem. ibi, quis enim non diligat, &c. col. ij. alius autem delegare non potest in vitis partibus, nisi tali qui sit maior xx annis: sed de consensu potest minori xx annis, dum tamen sit maior xvij annis: sed non cogetur sententiam dicere. ff. de arbit. cum lege. sic intellige, ff. de re iudic. quidam consulebant. quem Azo aliter intellexit: sed Papa sic intelligit, vt patet infrà eodem. cùm vicesimum. Qui subsit, delegari enim non potest in vitus, nisi qui de iurisdict. delegantis est, Instit. de Attil. tut. §. sed hoc iure. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. prima. & l. ius dãdi. ideóq; metropoli. subdito suffraganei invito delegare non potest, sicvt nec quilibet alius ordinarius extra territorium suum. ff. de iurisdict. omnium iudicum. l. finali. puto tamen, quòd si subditus suffraganei non vult recipere delegationem, potest præcipere suffraganeo, vt ipsum compellat. tenet ergo delegatio mero iure, tamen non per Archiepiscopum, sed per Episcopum, cui hoc præcipiet Archiepiscopus compelletur. sic intelligo infrà eodem. de offi. ordina. pastoralis. igitur si intra tempus assignatum per Archiepiscopum Episcopum ipsum non compulerit elapso termino, poterit vtrunq; Archiepiscopus coercere. argumen. j. de offic. ordina. irrefragabili. §. excessus. sic intellige quod dicitur in authen. d. n. extrà eodem titu. Romana eccle. prohibemus quoq;. vbi dicit & innuit indistinctè, quòd Archiepiscopi possunt in suffraganeorum suorum diœcesi delegare. quod intelligo cum temperamento prædicto, ne videatur corrigi. infrà, de offi. ordi. pastoralis. vt & expressim probatur in authen. d. n. de foro compet. extrà, Romana. §. j. nisi aliud sit de consuetudine speciali, vt ibi dicit. Hodie etiam requiritur, quòd delegatus à sede Apostol. sit in dignitate constitutus, vel ad minus canonicus cathedralis, vel alterius collegiatæ ecclesiæ, vt in authent. d. n. extrà, de rescript. Sed nunquid potest religioso committi? Et quidem à Papa sic, dummodo ex certa scientia fiat. aliàs contrà, si non fit mentio de ordine. argumen. suprà, de rescr. cùm ordinem. ab alio autem non videtur hoc fieri posse, nisi Abbate imperante, & vtilitate monasterij exigente. argum. infrà, de postula. ex parte. & sic quantum ad hoc, non subest quilibet religiosus, de facto tamen committitur religiosis causæ cognitio tota die. & vide super hoc quod nota. infrà, de maio. & obedien. §. & ad quid obedientia teneatur, versic. quid si Episcopus velit monachum, & sequen. Committitur huic bene causa, id est, tali bene potest causa delegari. verùm est de consensu partium in curia præsentium. nam in audientia contradictio locum habet, ideo non dabitur Iudex quam altera pars petit, nisi fortè ad petiti iudicis verecundiam evitandam. ff. de iudi. obseruandum. sed quælibet pars eligit suum, & tertius iudex ponetur de consensu partium, vel ex officio. infrà eodem. quoniam. quòd si post hoc altervtra partium hoc tacito alium iudicem obtinuerit, nõ valet rescriptum, & in expen. condemnabitur. suprà, de rescrip. cæterùm. in fin. & capi. ex parte decani. vbi autem vna pars tantùm præsens est, datur iudex quem petit. infrà eod. cùm olim magister. §. præterea. & cap. cùm R. canonicus. iij. quæst. iij. oferatur. in authen. de exhi. & intro. reis. §. sancimus. colum. v. C. quomodo & quando. in authen. & consequenter. illum autem in quem semel consensi, recusare non possum. infrà eod. super quæstionum. §. verum. j. de sen. & re iudi. causam quæ inter vos. ad fi. C. de lit. contesta. authen. auferatur. iiij. quæstio. iij. §. item in criminali. verficu. si quis testibus. nec refert, vtrum per me vel procuratorem meum consenserim. j. de causa pos. & proprieta. cùm olim. nisi fortè procurator meus formam mandati transgressus sit. infrà eod. cùm olim Abbas. j. de accusa. licet. §. ipse autem. quòd si ex noua causa suspectus reddatur, recusari potest, ab illo cui orta est noua suspicio. argumen. ff. de procura. post lit. ff. de arbitr. licet. quia noua causa nouo consilio indiget. infrà, de iura. calum. cæterùm. ff. vt in pos. lega. planè. ff. de ventre inspi. l. prima. in principio. ff. de interroga. ac. de ætate. §. ex causa. infrà, de except. pastoralis. nisi post ortam suspicionem, ipsum iudicem adierit, intelligas eius iudicium subeundo: puta ponendo, vel allegãdo, vel audiendo interlocutoriam, vel petendo, vel recipiendo diẽ, vel producendo testes, vel instrumenta, tanquam coram iudice. j. eo. gratum. in fin. j. de testi. cùm venissent. infrà, de senten. & re iudic. inter monasterium. adversa verò pars, cui scilicet familiaris factus est, ipsum recusare non potest in iudicio, cùm causam non habet, potest tamen extra iudicium desiderare, quod iudex mutetur: sic intelligas. j. eo. insinuante. nisi fortè is contra quem orta est suspicio, coram suspecto consenserit litigare, vt ibi. & dic consenserit, id est, consenserit tacitè, vt suprà dixi: vel, id est, consentiet. puto enim, quòd iudices secundo impetrati ipsum remittere debeant, si cum primo citatus fuerit, hoc desiderauit, & petierit ab eisdem, argumen. j. de ap. interposita. §. ille. sic verbum Consenserit j. e. insinuante, positum, habet sensum præteriti temporis, & futuri. sic suprà, de rescrip. ad hoc sumus. j. de appel. vt debitus. Ex præmissis paret, quòd delegatus à Papa quemlibet idoneum potest compellere sine delectu personarũ. C. q̃, p̃ sua iurisd. l. vnica. in fi. ff. de mu. & ho. munerũ. §. iurisdicẽdi. sed tñ dignitari & personæ deferẽdũ est in coactionibus inferendis. j. e. sanè quia. & c. pastoralis. iũge q̃ no. j. e. §. quod sit eius officium. ver. quòd si delegatus. & s̃. de rescriptis. §. quòd iurisdictionem. ver. talis potest.

4 Quæ delegari † possunt. Et quidem principium causæ, medium, finis: vt infrà eodem. super quæstionum. §. intentionis. Principium, id est, d citatio. d & hanc puto, quòd quilibet iudex delegare possit, siue sit delegatus à Papa. infrà eodem. pastoralis. §. j. siue à delegato, siue ab ordinario, vel quocunque alio, dum tamen iurisdictionem habeat. infrà eodem. super quæstionum. §. j. ibi, si tamen delegatus à nobis, vel iudex quicunq;, &c. infrà, de senten. & re iud. cùm Bertoldus. Hic tamen sciendum, quòd olim præponebantur edicta publica in loco publico & eminenti, vel in albo prætoris, & scribebatur sic, Petrus veniat die Martis responsurus Martino super tali causa. quam scripturam citatus legere poterat per se, vel per alium, & sic certiorari. C. qui ace. non pos. l. iij. ff. de iurisdiction. omnium iudicum. si quis id quod. literis autem vtrum Græcis, an Latinis scriberetur, in hoc seruabatur loci consuetudo, ne quis posset excusari propter ignorantiam literarum. ff. de institut. act. sed & si pupillus. §. de quo palàm. verficul. literis. sed per talia edicta citabant soli ordinarij non delegati. in authentica. de exhibend. ac intro. reis. §. si verò quidam. C. de bonis autho. iudic. pos. authenti. & qui iurat. delegati autem, qui & pedanei dicebantur, nec citabant per edicta, nec per executores, quia mittere executores, magis videtur imperij, quàm iurisdict. argumen. ff. de iurisdict. omnium iudicum. iubere requirebant per se partes delegat. C. de iudic. sancimus. secundum quosdam. Alij dicunt, quòd bene poterant citare per nuncium, vel per epistolam, quod verius videtur, vt patet ex his quæ noto. suprà, eodem verficul. in princip. nam & arbiter hoc potest. ff. de arbitr. sed interpellatur. §. arbiter. sed hodie

hodie talia edicta nō fiunt, imò mittuntur edicta in epistolis contenta, quæ delegati mittere possunt. j. eod. gratum. j. de dolo & contuma. cap. fin. j. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. cap. fin. vel potest hoc alij delegare. vt dixi §. versic. prox. in principio. fiunt enim citationes per ipsos iudic. in authen. de litigiosis. §. omnem verò. colum, vij. fiunt & per executores. C. de præscript. xxx ann. sicut in rem. & l. cùm notissimi. & hoc intelligas, si citatio potest peruenire ad citandum commodè. alias potest publicari in loco tuto ad ecclesiam, vel ad domū mitti, secundum ea quæ notantur ff. de dolo sub rubricella de contumacia. §. qualiter deprehendatur. versic. quid si citationem. alij subdelegare, subdelegatus tamen ad citationem faciendam, cùm certum ministerium sibi commissum intelligatur, non potest alij subdelegare eandem citationem. j. eod. quoniam. §. penultimo. nisi ex forma rescripti hāc habeat potestatem. j. de dolo & contumacia. cap. finali. Per hanc citationem perpetuatur iurisdictio. j. eodem. gratum. & cap. licet. ff. de officio legat. cap. finali. & si quis peremptoriè citatus non veniat, potest iudex eum tanquam contumacem punire. potest & ei parcere, & gratiam facere, etiam in præiudicium partis alterius. j. eodem. consuluit. §. j. Cod. quomodo & quando iud. l. j. ff. de arbitr. si cùm dies. §. si quis ex litigatoribus. non tamen hoc habet necesse facere. ff. de iudic. non quicquid. ff. de officio præsid. sæpe audiuit. & l. generaliter. sic & iudici concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, non tamen iniunctum. ff. si quis ius dic. non obt. l. vnica. secundum Goffred. sed contrà. Cod. de iudic. sancimus. vbi iudex condemnationem expensarum omittens, ipsas de proprio cogitur resarcire. dicit Goffred. quòd loquitur in actore, sed aliud in reo. contrà, quia non debet licere reo, quod non licet actori. ff. de regulis iuris. non debet. j. de mu. pe. cap. ij. Cod. de fru. & lit. expen. l. finali. Cod. de præpo. sacro. scri. sacris. lib. xij. non est verum quod dicit Goffred. quia plures dilationes conceduntur reo, quàm actori. ff. de fer. l. finali. & reus fauorabilior est. j. de proba. ex literis. Breuiter puto contra. non obstat, j. eodem. consuluit, nec enim dicit, Ei facit gratiam de expensis, sed potius de expectando, vt innuit aperte. ergo sic deferat, quòd alterum non lædat. iij. quæst. ix. cap. finali. Cod. de statuus & imagin. l. virtutum. ij. quæst. vij. quæritur. xvij. quæst. vij. decimas. non est ergo ei deferendum in necem meam. ff. de mino. in causæ. j. respon. j. xv. quæst. j. illa. in fine. argum. ff. de interrog. act. de ætat. §. finali. ff. de condi. causa da. l. dedi. & l. si pecuniam. & argum. j. de dolo & contumacia. cap. j. j. vt lite non contestata. quoniam. §. in alijs. Potest etiam committere initium, id est, lit. contest. & tunc censetur iudex. de hoc litis exordio loquitur j. eodem. super quæstionum. §. j. Potest & medium: & hoc duplex, scilicet aliquem certum articulum, puta receptio testium, vel simile quid. & in hoc casu, & quando committitur citatio, non videtur iudex is cui committitur, quia nec iurisdictionem habet: secus, si committatur medium, habens causæ cognitionem annexam, puta committit totius causæ examinationem à tempore litis contestatæ, vsque ad sententiam. secundum hoc intellige, infrà eodem. cùm te consulente. & cap. super quæstionum. §. nos autem. & §. intentionis. & §. porrò. & §. eius ergo. Finis etiam litis delegari potest, & is duplex, scilicet sententia diffinitiua reseruata sibi exec. & iurisdict. execut. j. eodem. quærenti. & in hoc casu delegatus iudex intelligitur. j. eodem. super quæstionum. §. nos autem. in fine. Vel finis, id est, executio mera & pura, & talis non est iudex. j. eodem. super quæstionū. §. verum. Ergo in summa duplex est exordium, scilicet citatio, & hoc non habet iurisdictionem litis contestatæ, & hoc habet iurisdictionem. Item duplex est medium, scilicet articulus sine iurisdictione, causæ cognitio cum iurisdictione. Item duplex est finis, scilicet causæ diffinitio. & hoc iudex intelligitur delegat. mera execut. & hoc sine iurisdictione. & omnes hi delegati dici possunt. nam authoritate delegata exequuntur quod mandatur. j. eodem. quoniam. §. penult. & vlt. ab his qui iurisdictionē habēt, appellari potest. si vis scire ad quem. vide quòd notaur §. eodem. §. quis delegare. versic. sed quādo vnam causam. Ab his autem qui iurisdictionem non habent, appellari † non potest, nisi modum exequendi excedant, nec recusari, nisi meritò sint suspecti. vnde prouidè, id est, ad prouidentiam statuitur, vt de partium delegentur assensu, quia postea non potuerunt recusari, secundum ea quæ notantur §. eodem §. cui possit. versic. committitur. probantur hæc j. eodem. super quæstionū. §. nos autem. & §. verum. j. de appellat. nouit. C. quorum appell. non reci. ab executore. ff. de appell. ab executore. dicitur autē modum excedere, si non seruat formā sibi commissam. §. de rescript. cùm dilecta. ad finem. & idem est citra formam facere quod contra. j. eodem. prudentiam. respon. j. ad finem. Item appellari potest ab executore, si dolo aliquid faciat. ff. de negot. gest. l. iij. §. si executor. Item si executori obijciatur excōmunicatio, & non admittat. xj. quæst. iij. cum excōmunicato. Item si obijciatur, quod super eo, de quo agitur, facta sit nouatio: tunc enim executionis ordo mutatur. ff. de re iudic. l. iiij. §. si ex conuentione. Item si tempus quadrimestre prçueniat executor. sic intelligitur. C. de appel. si quis prouocatione. Item si executor malè interpretetur sententiam. ff. de appellat. ab executore. Item si exceptio obijciatur, per quam contendatur, nullum retrò fuisse iudicium. j. de procurat. in nostra. Cod. de procur. licet has exceptiones debet admittere delegatus, quantuncunque præcisè scribatur ei. j. eodem. ex parte. ij. secundum hoc intellige, ij. quæst. vj. sunt quorum. versic. ab executore. j. de senten. & re iudic. quòd ad consultationem. in fin. Item modum excedit, si partes iudicis assumat. Hîc autem sciendum, quòd & si non cognitio, sed executio demandatur de veritate precum, inquiri oportet, vt si fraus interuenit, & de negotio cognoscatur. xxv. quæst. ij. & si non cognitio, sed quòd dicit, cognoscatur: intellige ab eo qui delegauit executionem: & sic non contradicit. j. de sent. & re iudic. de cætero nec. Cod. de execut. rei iudic. si vt proponis. Alij dicunt, quòd quandoque cognoscit, quandoque remittit, cum di. §. de rescript. super literis. Dicunt etiam quidam, quòd executor summatim cognoscet de incidentibus. ff. de re iudic. à diuo. §. si super rebus. nec fit præiudicium iudicio principali. ff. de lib. agno. si quis à li. §. si vel parens. & quod dicit decret. decætero incidentes quæstiones ad superiorem referendas, dicunt verum esse, vt ibi plenius examinentur. Azo dist. vtrum sententia lata sit à principe: & tunc executor de aliqua parte negotij cognoscere non debet. & sic intellexit decret. decætero. & l. si vt proponis. an ab alio iudice, & tunc executor de quæstione falsi tantū cognoscet. sic loquitur l. & si non cognitio. Lau. & Tancr. dist. dicentes, quòd est executio mera & simplex: & hîc executor nullam cognitionē habet, & sic loquitur l. vt proponis. & decætero. & à tali appellari non potest. j. de appell. nouit. ij. q. vj. ab executore. est & mixta, scilicet quæ habet causæ cognitionem annexam, & tunc cognoscetur de veritate precum. sic intellige l. & si non cognitio. argum. Cod. si ex fal. instru. l. vltima. Vel dic, quòd si obijciatur exceptio falsi, summariè examinabit negotium: & si interuenerit, quod asseritur, eam nullatenus exequetur. j. de crimi. fal. super eo. ff. de custo. & exhib. re. diuus. ff. de iudic. prætor. ff. de re iudic. diuus. idem si dicatur, quòd ordo iudiciarius seruatus non fuerit. argumen. j. de lite contestata. cap. j. j. de accu. ad petitionem. sed si nō inuenerit quod obijcitur, puta quia non probatur, etiam si sciat eam esse latam contra ius litigatoris, ipsam nihilominus exequetur. infrà eodem. pastoralis. §. quia verò. nisi apud eum qui mandauit, vt ipsum ab executione mandati exoneret, valeat obtinere. infrà eodem. si quando. secundum Goffred. sententia Tanc. & Laur. tenenda est in iudic. vt scilicet distinguatur inter merum & mixtum executorem. Quòd si dubitas, scilicet quæ sit iurisdictio mera vel mixta, dico inspiciendam formam commissionis. nam si contineatur ibi, si est ita, si preces veritate nitantur, vel partibus conuocatis iustè exequaris, vel simile, mixta dicetur, & habens causæ cognitionem. argumen. j. de iudic. exhibita. & hoc, siue is qui tulit sententiam demandet, siue alius: quòd si is qui tulit sententiam, dicat, sicut rationabiliter lata est, causatiuè intelligo: si alius, conditionaliter. quòd si is qui tulit sententiam præcisè mandet exequendam, sine aliquo verborum prædictorum, tunc iudico meram: & sic est mandata executioni, sine aliqua causæ cognitione, nisi euidens sit, sententiam nullam esse, puta lata est à non suo iudice, vel per falsos testes, vel falsa instrumenta: tunc enim non exequetur eam. ff. de iudic. si prætor. & sic soluitur infrà, de crimi. fal. super eod. Cod. si ex fal. instrum. iudicati. infrà, de testi. veniens. ij. nec obstat quòd executor possit absoluere illum, qui confessus fuit coram iudice se debere fideicommissum. ff. de confes. l. penultima. quia intelligitur de iudice, non de executore. hanc distinctionem innuit infrà eodem. pastoralis. §. quia verò. Et notatur, quòd vbi appellatur ab executore sentētiæ, fructus rei, super qua iudicatum est, sequestrandi sunt, & res de qua iudicatum est, si mobilis fuerit, possessori retradatur, & idoneè collocetur, reddēda illi parti pro qua sacer cognitor iudicauerit, si immobilis sit fructus, in depositō collocentur in re fundi penes eū qui appellauerit constituto. C. quorum ap. non reci. ab executore. quod intelligunt quidam, qñ persona possidens est suspecta. ff. de appella. imperatores. tu dic, quòd quando appellatur à sententia, tunc habet locum dist. de suspecto: vbi autem ab executore appellatur, tunc in dist. est sequestratio faciēda. & est ratio, quia vbi ab executore appellatur, cùm iam sententia præcesserit, & in rem iudic. transierit, quānis nunc

dicatur executorem excedere in exequendo, & propterea appelletur: tamen propter authoritatem sententiæ præsumitur, quòd appellatio fiat causa impediendæ vtilitatis sententiæ, & ideo auferuntur fructus ab eo qui appellat, & in depositò collocantur: vbi autem appellatur à sententia, quia extinguitur pronunciatum. ff. ad Turpil. l. j. in fine. & sic interim pendente appellatione, nihil est innouandum, vt notatur j. vt lit. pen. versic. nedum autem. meritò sequestratio fieri non debet, nisi tunc demùm, cùm timetur, ne possessor, idemq; appellans fructus depopuletur. vt notatur j. de sequestra. pos. §. & an sit licita. vers. vndecimus. secundũ Goff. in vtroque tamen casu videtur, quòd dist. de suspecto locum habeat, & in vtroque videtur arbitrarium. arg. j. de restit. in integr.

e Tamen simplex sacerdos. Adde S. Tho. in iiij. senten. dist. vij.

f Causarum criminalium nõ delegatur. Adde gl. in verbo, Apostolicæ. in c. inquisitionem. de hæret. li. vi. Bald. in c. decernimus. in vltima col. de iudic.

6 suscitata. j. de causa pos. & proprie. pastoralis. §. penult. & vlt. † Potest autẽ delegatus subdelegare principium, mediũ & finem, vel coniunctim vel separatim, vt dixi s. ver. potest. & sequen. & præcedentibus, vni vel pluribus. j. eod. cùm te consulente. & c. super quæstionum. §. nos autem. & §. intentionis. sed contrà, quia ordinarius per se debet audire principium, medium & finem. cætera licet per consiliarios expediri iudex app. per se audiat, delegatus per se causam omnino audiat. in authen. vt defuncti, seu fune. defun. §. illud. colum. v. signa. C. de iudic. authen. ad hoc si administrator. Solutio. Dic, vt not. s. eod. §. quod sit eius officium. vers. spectat. vel expone, quod dicit authen. omnino per se, antequam ferat sententiam. sic intelligit Inno. authen. j. eod. super quæstionum §. intentionis. ibi, nõ obstante quod dicitur, &c. quasi dicat, non refert vtrum ab initio, vel in fine, ex quo vniuersa inuestigat, antequã ferat sententiam. nam si vniuersa, ergo principium per se audiet, inuestigando medium atque finem. arg. ff. de hære. instit. hoc articulo quisquis. j. de maio. & obed. solitæ. §. vlt. in fine. hæc est solutio Papæ, qui vult, quòd authen. intelligatur secundum decret. suam. ff. de legit. non est nouum. C. de inoffic. do. l. vna. Goffr. dicit, quòd authent. corrigitur, nec valet responsio Papæ. Tu dic, quòd deferendum est summo pontifici in hac parte: potest enim & aliter solui. nam quod dicit authent. deleg. per se causam omnino audiat, intelligas tu, quando scilicet persona electa est, quia tunc non potest subdelegare. hanc puto verisimam solutionem. j. eod. quoniam, §. is autẽ. & §. cæterùm. & vide quod notatur j. eod. §. quod sit eius officium. versic. spectat ergo. & §. quibus modis. versic. verùm personarum prorogatio. non curo scribere intellectum dominorum: quia non potest seruari secundum iura nostra, secundum quę potest in totũ committere, vel in partem, vt dixi. Quid si simpliciter committit vices suas? Dicas quòd in totum dicitur commisisse, nec vtor arg. quia expressum est j. eod. super quæstionum. §. si verò duo. & cap. venerabili. §. porrò. & §. sequenti. in fine. Sed nunquid potest reuocare commissionem? non, secundum quosdã, etiam si subdelegatus non admittat subdelegationẽ. j. eod. super quæstionum. §. porrò. sed quod ibi dicit, Transfert, intelligas cũ effectu: vt patet j. eod. significasti. ibi, non vult, aut non potest. nam verba cũ effectu recipienda sunt: j. de cler. non resi. relatum. & mandatum iurisdictionis simile est aliis mandatis. ff. de iurisd. om. iudic. Et quia puto ergo, quòd re integra reuocari potest, vt Instit. mandati. §. rectè. ergo si negligens est, vel inobediẽs ipsemet exequetur, aliàs ex quo mandato vti cœperit, non est iurisdictio reuocanda. arg. s. de electione. in causis. §. quia verò. j. de iurã. calum. cùm causam quæ. respon. j. nam & Papa causam, quam alicui semel delegauit alij de facili non delegat. ad hoc j. de appel. interposita. §. ille denique. j. de senten. excom. ad hæc. cùm inter parochianos. & est ratio: qa videtur contumelia fieri delegato. arg. ff. de arb. litigatores. ff. de iudi. obseruandũ. arg. C. de asser. tol. l. j. in fine. s. de rescript. ex tenore. & c. fin. C. de iudi. nulli. j. de sequest. pos. c. j. ff. de iudi. si longius. & de vaca. mune. prætor. s. de renun. c. j. potest tamen Papa reuocare, si vult, & alij committere: nam & quilibet ordinarius hoc potest delegatus ad vniuersitatem causarum. arg. ff. de offic. procon. solet. §. j. & delegatus Papæ qui retinuit sibi aliquid de iurisdictione, & in omnibus his casibus intellige l. ff. de iudic. iudicium soluitur. si autem nihil retinuerit & subdeleg. ab eo iurisdictione sibi subdeleg. vti cœperit, reuocare non potest. sic intelligo j. eod. super quæstionũ. §. porrò. ergo aliud in ordinario & delegato ad vniuersitatẽ causarũ, aliud in delegato singulari. Ratio diuersitatis hæc est, quia ordinarius naturaliorẽ & firmiorẽ iurisdictionem habet, & à lege animata, vel inanimata, & ideo facilius reuocat, & difficilius amittit. arg. ff. de offic. præsid. legatus. delegatus verò ab homine, quia & si à principe, tamen tanquã à iudice, non tanquã à lege animata commissio facta videtur. ideo difficilius reuocat, & facilius amittit. ad hoc ff. de offic. proconsul. solent. §. j. delegatus etiam singularis debilior est, quã vniuersalis. Qui enim non habet nisi vnũ denarium, citò potest eũ amittere, & difficulter recuperare: sed qui plures habet, licet vnũ expendat, cũ alijs tamen qui remanent, potest ipsum recuperare, & multos alios lucrari. licet ergo ordinarius, vel delegatus ad vniuersitatem vnã causam committat, tamen nihilominus, quo ad alias, saltẽ iudex remanet. & ideo etiã reliquiæ illius, quas cõmittit, penes eũ remanent, quia gaudent societate simili. arg. s. de electione. transmissa. delegatus verò singularis causa sibi cõmissa subdelegata, nudus remanet, & inermis. sed & hîc alia distinctione opus est, de qua sequitur. Delegantur aliquando ea quæ sunt ordinis. vij. q. j. pontifices. aliquando ea quæ sunt iurisdict. ea quæ sunt ordinis, dummodo is cui demandantur, ordinẽ habeat competentem. j. de consc. eccl. aqua. s. de temp. ordi. quod translationem. & de ord. ab episcopo. c. j. s. de consuc. quanto. minori enim se in ordine episcopus in his casibus delegare non potest, vt in il-

e la aqua. xxiij. distin. quorundã. tamen simplex sacerdos e ex delegatione summi pontificis confirmare potest. xcv. dist. peruenit. & arg. in dicto c. quanto. quãuis aliàs non possit, vt not. s. de sacra vnctione. Item ea quæ iurisdict. sunt, mandari possunt. vt not. j. de instit. sed ea quæ sunt meri imperij, vel mixti, mandari non possunt. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. j. ij. & iij. ff. ad municipales. ea quæ. ideoq; quòd aliquis mittatur in poss. quæ ius tribuit mandari non potest ab alio, quã à principe, sed cognitio demandari potest, & vt quis in poss. mitt. nomine ventris, vel legatorum seruandorũ causa. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. cognitio. & de iurisd. om. iudic. iubere. Item si vniuersitas causarũ delegata sit ab ordinario, tota vniuersitas delegare non potest. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. vlt. respon. j. & de offic. præfid. legatus ergo vniuersitatẽ prouinciæ totã non potest quis subdelegare. ff. de offic. procon. solent. §. j. & l. legatus. secundum literã, quæ habet non. & ff. de offic. præsid. legatus. sed vniuersitatẽ vnius ciuitatis potest. ff. de iurisd. om. iudi. l. solent. & l. prætor. & de offi. procon. legatus secundũ aliam literã quæ non habet. non videtur etiã, quòd delegatus ad vniuersitatẽ possit dare tutorẽ & curatorẽ, & decretũ interponere. ff. de offic. eius qui vi. iudi. obti. l. j. & ij. aliàs demandari non potest. ff. de tuto. & cura. da. ab his. nec mandante, nisi fortè specialiter demandẽtur. ff. de officio procon. l. & legati. Instit. de Attil. tut. §. ex his legibus. & sequent. vel non potest demandari non habenti iurisdictionẽ, sed habenti potestatem. nam ius dandi tutorẽ datũ est magistratibus. verum est iussu præsidum speciali. sic intellige ff. de tut. & cura da. ab his. ius dandi. & iunge quod notatur ff. de officio procons. nec quicquã vbi.

7 Videtur tamen, quòd etiã merũ imperium † cũ vniuersitate in alium tacitè transferri possit. arg. s. eo. §. quis delegare. in concor. ibi sign. de iure patro. & sequent. & j. §. quibus modis. Cognitio

f ergo causarum criminalium non delegatur, f nisi immineat necessaria profectio. ff. de officio eius cui mand. est iurisdict. l. j. nec ea quæ sunt meri imperij. licet illa quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, delegentur. ff. de officio proconsulis. l. ij. hodie verò omnia possunt demandari, præter vltimũ suppliciũ. in authent. de coll. §. prohibemus. colum. ix. & præterquã abscisio membri, vt ibidem: sed episcopus habens temporalem iurisdictionẽ, hoc habet necesse cõmittere. xxiij. quæst. iiij. illud. j. de rapto. in archiepiscopum. in fine. quia per seipsum exercere non potest, vt notatur j. ne cler. vel mon. §. quæ sunt permissa clericis. versic. episcopus. Hoc quantũ ad ordinarium vel delegatũ suũ, sed in delegato papæ subdelegare volenti distinct. vtrũ negotia committantur personis, & tunc potest fieri subdelegatio, vel personæ negotijs: quidem si propter priuatã vtilitatẽ fiat, de consensu partium potest: si propter publicã, nõ potest. Item certũ ministerium demandatum subdelegari non potest, nisi à legato. j. eodem. quoniam. vel nisi, vt j. de off. ordi. c. vlt. ex hoc patet, quòd delegatus à principe etiam, quamuis cognoscere possit app. re. non tamen delegare. j. eod. super quæstionum. §. j. ff. à quib. app. non li. j. in fine. nisi in tribus casibus. Primus est, quando causa commissa est intra certum tempus decidenda, & reus procurat quòd iudex citetur à rege, vt sic iurisdi. expiret. j. eod. pastoralis. in fine. Secundus est, quando hoc fit authoritate papæ. infrà, eodem. cùm rubr. canonicus. Tertius, quando hoc fit de consensu partium. argumen. infrà, eodem. quoniam. §. is autem. nam partes omnino appellare renunciare possunt. ff. à quibus appella. non lic. l. j. §. si quis ante sententiam. videtur tamen quòd hæc clausula app. re. parum aut nihil hodie operetur. quod dic, vt notatur infrà, eodem. §. sequenti. versic. lectio.

Quod

Quod sit eius officium. †Formam sibi mandatam exacta diligentia obserua re,& secundum eam procedere.ff.man.diligenter.& s̄.de rescrip. cùm dilecta. ad finem. ff. mandat. si quis pro eo. si contrà facit, nihil agit. j̄.eodem. venerabili. inde est, quòd si mandetur alicui, vt faciat me restitui plenè, sicut possidebam tempore motæ litis, duo videntur mandata. primum, quod restituat:& hoc respicit facta. secundum, sicut possidebam:& hoc respicit modum. vnde si delegatus omittat modum, nihil agit. j̄.de restit.spol. Pisanis. debet ergo considerare mentem delegātis, quia eadem ratio debet ipsum mouere, quæ & delegantem. s̄.de rescript.super literis. in fine.nam si contra intentionem delegantis pronunciat, vel excommunicat, sententia nulla erit. s̄.de rescript.ad aures.& c.causam quæ.j̄.de arbitr.innotuit.in fine.j̄.de præben.cap.finali. & idem est, si citra formam procedat, ideóque si tribus scribitur, vel duobus, altero absente, nihil expediri potest. j̄.eod. causam quæ. ff.de re iudic.duo ex tribus.ff.de arbitr.item si vnus. §.finali. & l. sequēti.nisi quando tribus scribitur, addatur hæc clausula, Quòd si non omnes,&c. vel quādo scribitur duobus, hæc:Quòd si non ambo,&c.j̄.eodem. vno delegatorum.sed & hīc requiritur, quòd ille, qui absens est, excuset se. j̄.eodem. prudentiam. respon.j. ibi, quòd si processerint,&c.ergo ad citationem duorum venire non tenetur, cùm citatio sit de processu. j̄.de proba. quoniam contra falsam. ibi, citationes, &c. & apparet in his quæ notantur s̄.eod. §.quæ delegari. versic.principium.& sequen.nec obstat j̄.eodem. §.cùm causam quæ. vbi coram duobus comparuit, ab ipsis tantùm citatus, quia non constituitur ibi ius, sed narrat tantùm factum.hoc puto verū, nisi in citatorio contineatur, quòd vice sua &absentis fit citatio.nam bene potest citatio delegari, vt notatur s̄.eodem. §.quæ delegari. vel fortè sine delegatione possunt duo dicere, vice nostra & collegæ nostri citamus te, qui cùm multum distet à nobis in citatione hac,nō poterat interesse.quasi dicat,habet hìc locum clausula, Quòd si non omnes.quia illud solùm possumus,qđ commodè possumus.s̄.de elect.qa propter.& c.nihil. §.fin.j̄.de procur. quia in causis. j̄.de sent. excom. si verò.in fine. ff.de verborum signific.nepos Proculo.idem videtur,si duo sunt, scilicet quòd vnus vice sua & absens citare valeat,causa consimili allegata. potest enim absens ratificare quod nomine suo gestum est, qa generaliter omnis ratihabitio retrotrahitur,& māda to comparatur.C.ad Macedon.l.finali.in fine.quod dic,vt notatur j̄.de his quæ fiunt à prælat. §.in quibus consilium. sub §.illud autem. versic.& quoniam ratihabitio. tutius tamen est, quòd vnus deleget alteri. sic in his casibus citatus venire tenetur, saltem ratione dubij. ff. de iudic. si quis ex aliena. est autem dubium ex quo asserit se delegatum: quia cùm nemo mētiri debeat, alioquin mortaliter peccet. xxij.quæst.ij.primum. j̄.de benefi.eccles.cap.j. §.omnibus. de nemine præsumendum est, quòd mentiatur. j̄.de præsumpt.c.finali.& notatur s̄.de scru.§.quæ sit forma. versic.forma.ergo citatus venire teneor,non tamen vlterius obediam.nisi fidem faciant de mandato.sic intellige j̄.eodem.cùm in iure peritus.s̄.de rescript. cùm contingat. non sicut quidam peruersi cauillosi, qui nolunt obedire, nisi eis primò authenticum ostendatur. sed hoc posset esse periculosum:quia si amitteretur rescriptum,amitteretur iurisdictio.argum.Inst.de testa.§.si quis nauigaturus. assignabo ergo locum congruum & securum,non alium. j̄.de fi. instrum.accepimus. congruum intelligo, ex quo non distat vltra duas diætas. vt notatur s̄.eodem.de rescript.§.quæ possunt obij ci.versic.centesimo.securum.inspecta qualitate citantis,& inimicitiarum.ff.quod metus causa.non est verisimile.j̄.vt lite nō contestata. accedens.ij. ergo cauillosus iniustè desiderat,quòd iudex ad ipsum deduci debeat, cùm ipse ad iudicem citantem venire teneatur,non econtrà.C.de episcop.& cler.iubemus.in fine.ff.quis ordo in bonorum poss.seru.l.ij.§.si præses.arg.lxxxvj.distin.tanta.xcvij.dist. nobilissimus. vij.quæst.iij.talia. ergo si citatus non venit,in ipsum animaduerti potest. arg.j̄. vt lit.non contest. tuæ. &c.quoniam.§.porrò.& c.finali.v.quæst.j.quædam. Sed dices, Ergo quilibet potest me vexare citando me,&dicēdo se iudicem, cùm nō sit? Fateor sicut peccator occultus potest celebrare in detrimentum animæ suæ, sed tamen non obstat.j̄.de cohab.cler. & mulie. c.fin. sic enim hæc citatio in dolosè citantis capite conuertetur, quia ad expensas & interesse mihi condemnabitur, etiam ex negligentia. arg.Instit.de obligat. quæ ex quasi malefi.nasc.in principio:si verò dolum committit,ex maleficio tenetur, & infamis fit. Cod.de pœna iudic.qui malè iudic. l.finali. idem enim iuris est in citatione,quod in sententia: & in parte, quod in toto,vt probatur j̄.eodem.super quæstionum.§.eius ergo.& cap.pastoralis.§.item cùm totum.ff.de rei vend.quæ de tota.sed & talis in crimen falsi incidit,vt patet in his quę notantur j̄.de crim.fal.§.qualiter committatur. versicul.præterea. Caueat autem iudex, quòd hanc formam citationis teneat: nam si multum distant iudices, & fiat litera citatoria nomine omnium,sicut plerunque vidi fieri, ac si præsentes essent,tam dictans,quàm scribēs,& sigillans quæstionem falsi,poterunt meritò formidare.infrà,de his quæ fiunt à prælat.quanto.§.absentium. C.ad legem Cornel.de fal.qui veluti.C.de testam.iubemus.in authent.de instrumentorum cau.§.ij. collat.vj. & apparet in his quæ notantur s̄.de crim. falsi. §.qualiter committatur. verfic.præcept. aliqui tamen faciunt scribi literam nomine omnium. & in fine dicunt, Datum anno Domini Mccl.mense Februar. non apponentes locum, neque diem. quibus respondeo, quòd bene sciunt formare libellum accusationis in partem,sed non in totum: quia licet nō requiratur, quòd dies, in quo commissum est crimen,inscribatur:tamē requiritur,quòd dies,in qua datus,siue porrectus est libellus, apponatur,vt patet ff.de accu.libellorum.ij.quæst.viij.libellorum.iij.quæst.iij.offeratur. nec enim hoc est testimonium viuum, in quo nec obest istorum omissio,si testis obliuiscatur.j̄.de fi.instru. cùm Ioan.eremita.§.j.ad finem.ergo non faciant fraudem legi,quæ vult,quòd data rescripti confideretur. s̄.de rescript. eam te. nec enim consulo, qꝑ hoc sub prætextu suam pallient falsitatem,sed committat vnus alteri sub hac forma: Viro venerabili & amico in Christo charissimo Gulielmo Dignensi præposito Raymbaldus sacrista Ebredunensis,Salutem & charitatem non fictam. Requisiti à viro religioso priore de Rometa,vt nobilem virum Gulielm.Augerij super causa,quæ inter ipsos vertitur,& vobis & nobis commissa est à sede Apostol.in hunc modum: Innoc.&c. pone totum tenorem & etiam datam, citaremus vt coram nobis compareat in initio Quadragesimæ apud Sedenam, volentes abbreuiare lites, & occurrere laboribus partium & expensis, inquantum possumus, & notam falsitatis vitare, discretioni vestræ committimus super dicta citatione tantùm facienda, & in his quæ ad ipsam pertinent, vices nostras nobis in omnibus alijs iurisdictionibus plenaria reseruata, scientes quòd ad dictam diem & locū intererimus, Domino concedente. Quid autem inde feceritis,nobis per vestras literas rescribatis, & has præsentes literas faciatis fideliter custodiri, vt si fortè super his aliqua emergeret dubitatio inter partes, ꝑ ipsas possit fieri plena fides. Per cuius autem manus scribi debeant hæ literæ, dic vt notatur j̄.de proba. & ne cler. vel monac. & si tres fuerint, consulo quòd ambo committant tertio, sub eadem forma, & hoc habet pars imperans procurare. Tertius igitur iudex citare poterit in hunc modum: Viro nobili,&c. Gulielmus Præpositus,&c. literas domini papæ nos & sacristam Ebredunensem, & collegas nostro sub hac forma noueritis recepisse. Innoc.&c. cū igitur prædicti collegæ nostri nobis vices suas commiserint in hunc modum vendi, &c. vt s̄.& eodem modo nobis scripserit tertius. Nos vice collegarum nostrorum prædictorum, & authoritate Apostol.nobis & ipsis cōmissa citamus vos,vt coram ipsis & nobis,ipsi in prædictis,die & loco,compareatis,parati procedere in prædictis,sicut dictauerit ordo iuris. Potest etiam ad cautelam capellano parochiali scribere, vt tales literas repræsentet, & legat prædicto nobili corā testibus, & literas remittat, & sigillum suum apponat in testimonium executi mandati:quòd si sacerdos malitiosus sit,& obedire nolit, prætendens quòd non obediret,nisi videret authēticum,procede contra ipsum, sicut dixi s̄.scilicet. cites ipsum,quòd veniat coram te, & ostendes ei authenticum, nec enim cogeris ipsum ad eum mittere, vt s̄.notatur eod. versic.sed dices.& præcedenti. Quid si neuter vult recipere commissionē,vel alteri committere? respon. Quòd si neuter vult iusticiam facere,recurre ad superiorē,qui vel secundo scribat eisdem districtius,vt s̄.de rescript.olim ex literis. vel alios det iudices, qui non sint negligentes. infrà, de iura. calum. cùm causam. vel dic, vt notatur j̄.eodem.versi.sed per quem arguetur. citatione facta, sicut præmisi, duo præsentes, tertio absente procedere nō poterunt, nisi absens se excusarit, vt dixi s̄. eodem. respon.j. quia debet cōstare de impotētia, vel per excusatorem literatoriè destinatum.j̄.eod.prudentiam. vel per certum nuncium sine literis,vt ibi dicit. sic intelligo verbū canonicè positum s̄.de rescript. sciscitatus. nam & in maiori negotio creditur certo nuncio. j̄. de sponsi.in præsentia.in fine. sicut enim creditur nuncio de citatione facta, vt notatur j̄. de dolo & contum. §. qualiter deprehendatur. versic. dico. & probatur j̄.de appellāt. cum parati. sic & in hoc casu ei credi debet. multò fortius ergo constare potest per testes de impotētia. s̄.de cler.peregr.tuæ. Quid si non vult interesse, procedere possunt præsentes,dummodo constet de voluntate, licet tertius qui non vult interesse, fit grauissimè arguen-

dus.j.eodem. prudentiam.§.adijcimus. nisi fortè sic contineatur in rescripto. Quòd si non omnes potueritis, vel volueritis interesse: s.de rescript.sciscitatus. in fine. quòd tamen in literis Apostolicis non memini me vidisse.Goffred. Sed per quem arguetur tertius? Per superiorem qui eum delegauit. argum.j.de iudic. cùm venissent.j.de stat.monac.ea quæ. §.quod si Abbas.& §.hæc eadem. & vide suprà, eodem. versic.quid si neuter. ordinarius enim cùm inferior sit: infrà,eodem. cap.sanè. quia hoc facere non potest: j.de maior.& obedien.cùm inferior.nec collegæ:quia par in parem non habet imperium.s.de electione. innotuit. §.j. ff.de arbitr. nam magistratus vel potest dici, quòd ordinarius ipsum arguet, & puniet, & hoc ratione peccati. infrà,de officio ordina. capit.j.sic enim factus est inferior. argum.xl.distinct.multi sacerdotes.in fine. nam sicut delegatus supplet negligentiam ordinarij.infrà eodem.prudentiam.§.certum.& §.si verò.sic econtrà.infrà,de officio ordin.significauit.Potest & illud dici,quòd duo collegæ ipsum arguant: nec enim par est eis, imò tota iurisdictio refusa est in duos, ex quo interesse non vult, vt dicit §.adijcimus. ideo si nõ concordant,possunt ipsum compellere,cùm aliter non possit eorum iurisdictio expediri. argum.infrà eodem.præterea. & cap.suspicionis causa. Cod.de officio eius cui mandata est iurisdictio.l.finali.ff.de iurisdictione omnium iudicum.l.ij.mandata enim iurisdictio totum officium iuris dicendi transit. ff. de suspect.tut.l.j. §.an autem. sicut ergo quilibet efficitur de iurisdict. delegat.ratione delicti vel inobedientiæ, vt notatur j.eodem.§. quibus modis.sic & iste.ideoq; si tertius iudex non conuenit cum duobus de citatione facienda, consilium esset, quòd duo scriberent tertiò, quòd parati erant conuenire cum eo ad locum idoneum, vel delegare eidem vices suas, vel suam delegationem recipere,quo ad citationem faciendam. Quòd si omnia hæc renuat tertius, vel non curat respondere, præsumitur, quòd malitiosè hoc faciat, & sic duo procedere poterunt, vt suprà not.argum. j. de appellat.dilectus. §.quia verò. & in his quæ notantur j.de iuramen.calum.§.vltimo. Sed quare expectatur accusatio: quia si non interest tertius, aut hoc contingit: quia non potest,vel quia nõ vult interesse:&in vtroque casu procedere possunt duo,dummodo de hoc constet,vt dixi.ad quid ergò certiorantur: quia qui certus est,certiorari non debet. s.de electione. cùm inter vniuersas.ff.de actione empt.& vendit.l.j.in fine. ff.de verborum obligatione.continuus.respon.rescripto,& si mulier sciat libellum accusationis porrectum iudici, rectè tamen nubit, si ei denunciatum non est. ff.de adulter. denunciasse. ff.quando dies legat.cedat.huiusmodi legatum secundum Lau.ergo denunciatio exigitur.ff.de petit.hæredit.item veniunt.§.petitam.ff.de administrat. tuto.quidam decedens.§.finali. Item potest esse,quòd duo præsentes non concordant.vt notatur s.eodem. versic.proxim.imò, nec valet hæc argumentatio,non interest, ergo aut quia non potest, aut quia non vult: potest enim esse quòd non distat per leucam, & sic potest interesse,sed non vult.nec enim vult,quia diem oblitus est assignatum,vnde nec de hoc cogitat, vel credit, quòd is cui commiserit vices suas, ibidem intersit: & si sciret,quòd non interesset, ipsemet veniret: ideo dico excusationem semper necessariam fore,quicquid illi cantent.Quid si non possunt conuenire de loco, dicas quòd duorum electioni standum est, nisi apertè appareat,quòd eligant locum incongruum. nam si dicat tertius qd non potest interesse, & duo dicant quòd non audent alibi conuenire, sicut iam de facto vidi ex vi clausulæ, Quòd si non omnes, transfunditur iurisdict. in duobus. & ad hoc facit quòd maiori parti standum est.super quo vide infrà,de his quæ fiunt à ma.par. cap. Spectat ergo ad officium delegati, quòd in propria persona causam audiat, si potest,alioquin impeditus committat. Cod.de peda.iudi.l.ij.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd. l.j. circa principium.j.eodem.si pro debilitate.& cap.pastoralis.à contrario sensu.ibi,dummodo ipse exonerare seipsum,&c.ergo si non sit impeditus per se audiat,& sic potest saluari authen. quod notatur s.eodem.§.quæ delegari.versic.potest autem delegat. quòd dic,vt notatur j.eodem.§.quibus modis.versic.verum personarum. alij dicũt, quòd indistinctè subdelegare potest, cùm hoc à lege habeat. C.de iudi.à iudice.nec distinguitur,vtrum sit electus iudex à parte altera,vel communiter datus,sicut fieri solet in curia:tamen tertius malè facit,si committat alteri ab vna parte electo,sed vel vtri que committat, vel extraneo. Item electus ab vna parte malè facit,si committat ab altera parte electo, sed vel committat medio, vel extraneo. ex hoc tamen,quòd sic committit,appellari non potest,secundum Goffred.sic intellige j.eodem.quoniam. Salua reuerentia sua hunc intellectum corrigendum puto, si verba intelligat cum effectu, nec cap.proximo allegato,facit quæstionem de electo ab vna parte tantùm, sed de communi, & de ipso innuit q extraneo etiam committere potest. vt sequitur in eodem capit.§. ideóque. ibi, sine subdelegato ab ipso episcopo reliqui, vel duo, scilicet collegæ procedere non valebunt, ergo neuter ipsorum commiserat,alioquin impropriè ponerentur hæc verba,quę prę misi. Videtur ergo, quòd electus à parte non possit alteri committere sine consensu partis, quæ ipsum eligit: nec communis sine consensu partium. argument. j. de regulis iuris. omnis res. ff.de regul.iur.nihil tam naturale. ideo enim hæc ordinatio facta est,vt lis sine suspicione procedat. iij.quæst.v. quia suspecti. ergo eadem ratio,&c.vt notatur suprà eodem. respon.j.nec huic contradicitur,infrà eodem.quoniam.quia quamuis dicat,quòd delegare possit, non tamẽ dicit, quòd sine consensu partium. imò intuit contrarium,in principio. ibi,intendit prouidere negotijs,scilicet vt suspicione dirimantur. hæc enim est intentio sua. Cod.de iudic.apertissimi.& notatur j.eodem. §.& qualiter finiatur. dico ergo,quòd ad officium delegati pertinet, vt prouidè subdeleget. hoc enim est de consensu partium, ne subdelegatus valeat recusari, infrà eodem. super quæstionum. §.ibi, dummodo de partium deputetur,vel recipiatur assensu. & §.verum. in fine. ibi,prouidè statuimus, scilicet ad prouidẽtiam iudicis:quasi dicat, si iudex bene vult prouidere sibi, ne talis iudex recusetur, consulimus ei, quòd de assensu partium subdeleget. quod locum habet,vbi vna pars tantùm elegit iudices, vt ibi, quanto fortius vbi communiter sunt electi, certè quod prius erat consilium. ff.de iudic. non quicquid. in casu proposito necessitari iuris subiectum videtur. Est tamen veritas,quòd in vtroque casu consilium est,& quòd tenet subdelegatio mero iure. puto tamen, quòd in hoc casu proposito,si pars quæ non consensit audientiam subdelegati recusauerit, adiecta hac causa,quod non fuit intentio delegantis,quòd talis subdelegatio fieret: quòd apparet ex eo,quòd contraria ordinatio facta fuit, & recusetur audientia subdelegati, tanquam suspecti,tenebit app.argum.infrà,de exceptione.cùm inter priorem. §.j.nec est necesse,quòd arbitri eligantur, cùm causa recusationis notoria sit, sicut infrà, vt lit. non contestat. accedens j. Si quæras rationem huius suspicionis. respondeo,illa sola ratio videtur sufficere,quia eo ipso quòd in curia nolui consentire in nominatum ab aduersa parte, videor eius audientiam recusasse,& ipsam quodammodo offendisse. argum.de arbitr. ff. litigatores. si dicas, quòd non est prouocatus. responsio. potuit prouocari, nolo committere huic dubio, imò quia forsan prouocatus obesset,id est,quia dubium est vtrum prouocatus obesset:eius audientiam recusabo.infrà eodem.suspicionis.vnde dicit lex,Ignoscendum est ei, qui prouocatus voluit vlcisci. ff. de bonis liber. qui cum maior.§.si libertus.sed quod ignoscitur, vitio nõ caret. xiij. distinct.nerui testiculorum.in fine.experientia facti docuit me in hac parte. Dicit enim impetrans iudici suo quem elegit, Domine, nunquam voluit vos iudicẽ aduersarius meus, nec in vos solum,quasi vos iniustum hominẽ reputaret,vel minus legalem, noluit consentire, modò procuraui ego,quòd electus ab eo commiserit vobis vices suas,nũc videbimus quid facietis:& si aliquis iustus ob hæc verba non moueatur, tamen plures sunt qui mouerentur. ad hoc ff.de legat. nam ad ea.& vide quod notatur suprà eodem.§.cui possit delegari. versic.committitur huic bene causa. si vis scire ad quẽ appellabitur, vide quod notatur suprà eodem. §.quis delegare.versi.si verò à subdelegato. Sed coram quo probabitur causa suspicionis proposita? Dicas, quòd notoria probanda non est,vt notatur suprà,eodem. versic.est tamen veritas. & probatur suprà,de elect. bonæ me. Magun.§.contra legati.infrà, de accusat.euidentia. infrà,de iureiur.ad nostram. iij. si verò dubia est, & recusetur subdelegat. coram delegat. subdelegante probabitur, non coram arbitris. infrà eodem. super quæstionum,§.quem verò.& §.finali. per quos. §.fuerunt decepti hospitalarij Manuaschæ in causa quam mouimus cõtra ipsos, dum teneremus Sistaricensem ecclesiam. recusauerunt enim peregrinum Dignen.can.subdeleg.domini V.bonæ me.Ebredun.archiepiscopi,cui succesimus.& ad probandam causam,quam proponebant, arbitros elegerunt: & quia subdelegatus noluit admittere recusationem taliter propositam,appellauerunt bis. primò ad dominum Ebredunen.coram quo succubuerunt. secundò ad dominum Papam Innocentium quartum, coram quo similiter succubuerunt, & fuerunt nobis in expensis legitimis condemnati. Quòd si delegatus à principe recusatur, vel ordinarius, tunc est locus arbitrorum electioni. infrà eodem. suspicionis. infrà, de appellatione. cum speciali. nisi fortè aliquis sit in præsentia Papæ, vel propè, quia tunc coram ipso probare potest, & debet, vt probatur infrà eodem, cùm olim magister. §.sanè.

nè. Vbi verò sunt plures delegati, adiecta clausula, Quòd si non
g omnes,[g] vel, Si nō ambo, & alter recusatur, alij collegæ nō susp-
ecti de hac causa cognoscent. sic intellige ȷ. eod. cùm super Abba-
tia. & est ratio, quia iurisdictio aliter expediri non potest. nisi pri-
mò finiatur causa recusationis, cū recusatus interesse velit in cau-
sa principali: sed in causa recusationis, cùm de ipsa agatur, nō de-
bet velle interesse, nec potest: ergo quo ad hanc iurisdictionem in
solidū in non suspectos refunditur, authoritate clausulæ supradi
ctæ. & hoc vbi duo dati sunt, & vnus tanquam suspectus recusa-
tur, planum est. sed si tres fuerint, & duo non concordant in sen-
tentia, vel duo recusant, necesse est, quòd in primo casu tertium
aduocent, vel in vtroque vbi aliud fieri non potest, ad arbitros re
curratur. ȷ. eod. suspicionis. ergo quamdiu habetur ordinarium
auxilium, non est ad extraordinarium recurrendum. ff. de mino.
in causæ. ij. respon. j. quod verū est, nisi extraordinarium plenius
fit, quia tunc recurritur ad extraordinarium. ff. nau. cau. fta. & ita
de facto vectorum. §. j. ibi miratur igitur cur honoraria actio in-
ducta fit, cùm sint ciuiles, &c. Igitur si delegatus ab ordinario re-
cusetur, ab ipso ordinario causa recusationis probanda erit, vt ex
mente prædictorum patet, vel alium delegatum dabit. ȷ. de foro
compet. si quis contra clericum. & c. licet. ȷ. de appella. cùm specia
li. §. causa. sic in vtroque casu, in quantum possibile est, sic diffini-
ri, & interpretari debere, quòd lites abbreuientur, & occurratur
laboribus partium, & expensis. ȷ. de cau. possȷ. & propriè. Ad vlti-
mum. & c. pastoralis. & de dolo & contu. finem litibus. Sed quid
si vnus ex delegatis laboret impotentia iuris vel facti, vel nullo
modo interesse possit ad præsens, nunquid committere potest?
Dixerunt quidam, quòd sic. sed obstat eis ȷ. eod. coram. ad quam
ita respondent ibi, delegatus impediebatur impotētia perpetua,
vnde desiderat esse iudex. ff. de vaca. mune. prætor. in princ. secus,
si temporali, quia tunc committere potest. ȷ. eod. quamuis. & c. si
pro debilitate. vel erat impeditus impotentia iuris. secus, si impo
tentia facti. vel ideo Ferrar. noluit admittere subdelegatum sui
collegæ, quia collega obtentus erat per veri suppressionem, vel
falsi suggestionem: vel subdelegatus non erat idoneus, & ideo ip-
sum recipere non tenebatur. ff. pro socio. ideoq; & hoc scripsit
Ioan. Laur. autem dixit, q; ideo Ferrar. noluit ibi admittere subde
legatum, quia in clausula quæ in rescripto continebatur, Si non
ambo, &c. tu frater episcope, &c. videtur electa industria perso-
nalis, vt per se compelleret episcopus quod mandabatur. ȷ. eod.
c. fin. §. j. C. de caduc. tollen. l. j. §. ne autem. ff. de solut. inter artifi-
ces. Sed & hæc omnia, etsi colorem iuris habeant, subsistentiam
tamen non habent, & ideo mihi non placent: sed illam solam pu-
to veritatem, quòd cùm vnus ex iudicibus laboraret impotentia
iuris vel facti, vt in propria persona interesse nō posset, nec com-
mittere poterat, sed authoritate clausulę, Quòd si non ambo, &c.
resusa est tota iurisdictio in alterum: & puto quòd allegatio par-
tis circa clausulam illam, Quòd si non ambo, &c. vera sit. & secun
dum ius, & eam approbat finis decret. illius. non obstante illa, si
pro debilitate. quia loquitur, cùm vni scribitur, & clausula, Quòd
si non ambo, &c. non ponitur in rescripto, quare locum non ha-
bet. nec obstant illa decret. quamuis. quia non loquitur de labo-
rante aliqua impotentia, sed de aliquo modicum, vel nullatenus
impedito: tu ergo, cùm collega fueris, & committere volueris, no
li scribere te interesse non posse, quamuis aliquod habeas impe-
dimentum: sed simpliciter committas, vel dicas sic, Cùm circa
quædam priuata negotia, & commoditates proprias sim ali-
quantulum occupatus, vices tibi meas in tali causa committo.
nec obstat lex, quæ dicit, eum intelligi facere posse qui commo-
dè facere potest. ff. de verborum significatione. nepos. nam illa
loquitur, cùm in contractu hoc agitur, tacitè vel expressè, vt quid
commodè fiat, secundum Goffredum. Magistraliter tradi potest
quod dixit Ioannes. Tamen quicquid sequatur, & quicquid a-
lij dicant, hoc teneas, quòd siue de iure, siue de facto impeditus
sit collega, locus est clausulæ, Quòd si non omnes. suprà, de re-
script. scisscitatus. Si potest interesse, & non vult, arguendus est,
& in hoc casu similiter est locus clausulæ. infrà, eodem. prudē-
tiam. §. adijcimus. nec habet priuilegium committendi, cùm ex
hoc puniendus sit: infrà, de donatione inter virū & vxorem. & si
necesse. ff. de negotijs gestis. siue hæreditaria. & sic non valet com
missio, & in his omnibus casibus potest intelligi, infrà eodem. co
ram. Si vult & potest interesse non commodè, tunc demum est
locus commissioni. infrà eodem. quamuis. Et hæc locum ha-
bent, quando clausula communis est omnibus: sin autem clau-
dicat, puta, quia dicit, Tu frater episcope, &c. multo fortius epi-
scopus sine subdelegatione collegæ procedere potest. infrà eo-
dem. coram. sed collegæ sine subdelegato episcopi procedere
non possunt. infrà eodem. quoniam. §. j.
sed & potest dici, quòd quando committitur causa appell. re. pluribus iudicibus, adiecta clausula, Quòd si non ambo, &c. tunc si alter non potest interesse, non recipietur suus subdelegatus: & sic potest intelligi capit. coram. si verò non apponatur illa clausula, appellat. re. tunc cogitur recipere, & sic intelligitur capit. quamuis. quæ sit ratio diuersitatis, hæc est, quia si subdelegatus reciperetur, extingueretur omnino virtus illius clausulæ, quæ magna est: vt not. ȷ. de appel. & s. eod. §. quis delegare. ver. si verò. vnde si condel. recipiat vicē collegæ sui, vel subdelegatū eiusdē, parat sibi præiudicium: quia quod potest ex sola iurisdict. sibi à principe subdelegato, scilicet appellat. re. cognoscere, vel causam alij delegare, hoc non potest à iurisdictione sibi à condelegato commissa: vnde si ab eo appelletur, non ad collegam, sed ad primum duntaxat appellandum est delegantem, infrà eodem. super quæstionum. §. si verò duo, & hoc propter rationem, id est, rationis mentem superius assignatam, vt ibi sequitur, & dic superius. §. porrò, loquitur ergo. §. si verò duo, quando commisit vices suas simpliciter, & sic insolidum. infrà eodem. venerabili. ad finem. & §. penultimo. Quid ergo, si sibi retinuit diffinitiuam sententiam. dixit Vincent. quòd tunc appellandum erit ad primum delegantem, propter rationem superius assignatam, subaudi conuerso modo intellectam: quia quod non potest, intelligas appellare ad Papam ex iurisdictione sibi à condelegato commissa, potest ex sola iurisdictione sibi à principe delegata. sic intellexit Vincentius infrà eodem. super quæstionum. §. si verò duo. quod non placet. Quid enim deceret, si vnus condelegatorum commisisset alij non collegæ vices suas, sibi tamen diffinitiua sententia reseruata, & iste subdelegatus per collegam admissus, vnà cum ipso in tantum processerit, quod iam liquet de causa, nec restat, nisi quòd feratur diffinitiua sententia, nunquid si appelletur ab istis duobus, quia fortè assignant locum non tutum ad vltimum momentum, quod imminet expediendum, anteferendam diffinitiuam sententiam: puta ad audiendam relationem, & acta tradenda, appellabitur in hoc casu ad papam, & sic priuabitur iudex delegatus, qui sibi retinuit diffinitiuā sententiam potestate sibi commissa sine culpa sua, & partes vexabuntur laboribus & expensis, non esset hoc æquum. arg. suprà, de rescrip. nonnulli. infrà, de dolo & contum. finem. infrà, de appel. vt debitus. infrà eodem. quoniam. dic ergo & in hac, & in præmissa proxima quæstione, quòd non ad Papam, sed ad collegam appellabitur propter eandem rationem, de qua dixi suprà, versic. prox. & sic potest intelligi, infrà eodem. cùm super Abbatia. argum. xvij. distin. multis. ff. quando appella. fit. l. j. §. solent. & §. sequent. Iurisdictio ergo subdelegata, mista cum delegata, tota subdelegata censetur. sicut ergo collega, qui recepit subdelegationem, vel subdelegatum collegæ omnino subdelegatus censetur, & delegata penes subdelegantem remanet, & ideo ad ipsum appellabitur, vt dicit §. porrò. Sed
9 quæ est ratio, quòd iurisdictio subdelegata † quę inferior est, trahat ad se delegatam, quæ superior est: nam video quòd cœtus clericalis, tanquam maior & dignior, trahit ad se cœtum laicalem, tanquam minorem & viliorem: infrà, de arbit. per tuas. & oleum consecratū trahit ad se non consecratū. ȷ. de consec. eccle. quod in dubijs? Respon. iudiciū stricti iuris est, ȷ. eod. P. & G. & in inuitum redditur. ff. de verb. oblig. inter stipulantē. §. j. ideo statutum est in fauorē rei, quod appellari possit, ne multoties damnaretur iniustè propter iniquitatē iudicis, quem aduersarius impetraret. ff. de appel. l. j. quāto ergo iudiciū odiosius & appellatio fauorabilior, tanto magis ampliāda, & aliud restringendū. ff. de libe. & posthu. cū quidā. vel sic, q; quis appellare possit, de iure cōmuni est: q; nō possit, de iure speciali. Cùm ergo recipiens vices condelegati secundum ius commune ex subdelegatione necesse cognoscere habeat, ex delegatione aūt Papæ de iure speciali, nec iurisdictio scindi possit, meritò pars, quæ de iure communi est, tanquā superueniens vincit specialē tanquā præcedentē: simile not. s. de consuet. §. cui præiudicet. redit enim res ad id quod sibi natura ab initio concesserat de facili. sicut notatur s. de rescript. §. quod cui præiudicet. versi. item præiudicat. non ergo noto ex hoc, qd' alij notār,
h scilicet quòd minus dignum [h] trahat ad se maius dignū: sed potius contrarium. dignius est enim commune, quàm speciale. arg. s. de translat. episcop. cap. finali. §. vltimo. Lectio tamen communis est, q; hęc clausula hodie nihil operatur. ȷ. de appel. vt debitus.

g Quod si nō omnes.] Adde, quòd si causa delegetur tribus iudicibus datis cum clausula, quòd si duo non sufficiunt, an si iudicant vna cum tertio excommunicato, valeat? vide Bald. in c. il la quotidiana. in fine. ii. col. de elect.

h Minus dignum.] Adde capit. quid in dubiis. de consecratione ecclesiæ, vel altaris. Archidiac. in c. an teriorum. ii. quęst. vi. & in l. hęreditas. ff. de petit. hæred.

i Maior est quolibet ordinario. Adde Archidia. in c. si quis episcopus. ii. q. vi. Bal. in l. si proponas. ff. j. C. quomodo & quando iudex.

miror tamen quomodo ius non loquens de hac clausula, appella. re. sicut & illud, vt debitus. corrigit id ius loquens de virtute eiusdem clausulæ, sicut est illud ī. eod. super quæstionum. §. porrò. & aliud ī. de mut. pet. cap. ij. & aliud. infrà, de appellat. pastoralis. dic ergo sicut notatur ī. de appellat. cap. quomodo decret. versic. præuaricatores. & sequent. Quòd autem hæc clausula non obsit appellare volenti ex iusta causa, probatur s̄. de rescript. edoceri. & quāuis mens & rigor iuris faciat vim in hac clausula, & nosmet, quo ad doctrinam iuris in scholis tradendam: tamen consuetudo curiæ, secundum quam semper appellatio rei committitur, & quæ indistinctè admittit appellationem ex causa factam, nec nos in iudicijs, quo ad appellationem, effectum vim constituimus, sicut nec in multis alijs quæ scripsimus in hoc Opere, & in glosis nostris: aliter ergo hac compilatione in iudicio vtimur, aliter & in scholis. ad hoc s̄. in proœmio. §. finali. consuetudo tamen fragilis est, & ideo quo ad habendam perfectam scientiam iuri scripto magis est insistendum. quod dic, vt notatur s̄. in proœm. ver. studiosus. & versicul. consulo etiam. Quæro etiam quæ sit ratio, quòd delegatus à papa, licet possit cognoscere, appellat. re. non tamen potest subdelegare. appell. re. ī. eodem. super quæstionum. §. nos autem. cùm aliàs generaliter res cum priuilegio & onere suo transit. ī. eodem. ex literis. ī. de pign. ex literis. ī. de decimis. pastoralis. & cap. penultimo. ff. de ser. vr. prædio Olympico. respon. speciale priuilegium principis est. ff. à quo appella. non lic. l. j. in fine. & sacrilegij instar est, dubitare de hoc. vt notatur s̄. eodem. §. cui possit delegari. versi. ætas. nec obstat etiam, quòd illi, quem eligit princeps, non potest committi appellatio rei, quia alia ratio reformat pactum, vt notatur s̄. eodem versic. §. sed quæ est ratio. Quid si ordinarius vel delegatus à principe committit causam cum illa clausula, Quòd si non omnes: vel, Quòd si ambo? Dicas quòd valet: quia & compromitti potest cum hac adiectione. ff. de arbitr. non distinguemus. §. cùm in plures. ī. eodem. vno delegatorum. Quid si tribus commissa est causa, & duo pronunciant tertio in absente, nec excusante? nō valet. vt nota. s̄. eodem §. respon. j. quia aut omnes pronunciabunt, aut nullus. ff. de arbi. item si vnus. §. item si plures. Quid si tertio præsente, & contradicente? Valet sententia duorum aliud in præcedenti quæstione: quia si præsens fuisset, fortè traxisset sententiam aliorum ad se. Item valet, si præsens fuit, & tacuit, secundum quosdam. ff. de arbitrijs. sicuti. & l. præcedenti. si in tres. quod dic, vt notatur ī. de arbitrijs. §. qualiter constituatur. verficul. sed & hoc modo. Quid si absens veniens ratam habeat sententiam duorum? Certè quamuis ratificare possit citationem, vel dilationem: non tamen sententiam aliquam. & sic distingue inter processum, secundum Augustinum Papien. ad idem concordat Goffredus, argument. s̄. de consuetudine. ad nostram. cùm ergo omnes pronūciare debeāt, & sic facto opus sit, ratihabitio locum non habet. Instirut. de authoritate tutor. obligari. §. tutor. ff. de authoritate tuto. obligari. §. tutor. Ad officium etiam delegati pertinet, vt prius expediat quod prius expediri mandatur. Cod. de appellati. l. j. Cod. de rei vendic. ordinarij. ī. de causa possessionis. & propriè ad vltimum. nec obstat s̄. de rescript. inter cæteras. distingue enim, vt notatur suprà, de rescriptione. §. & de ipsius interpretatione. nec obstat s̄. de rescript. causam quæ. nam clausula illa, Quantum de iure poteritis, ex sui natura intelligenda est, vt mandatur. nec obstat s̄. de rescript. super literis. dist. enim sicut notatur s̄. de rescript. §. quæ possunt obijci in prima distinctione. versic. vbi verò erratur circa accessoria. Item ad officium eius pertinet, legitimas exceptiones admittere, quantumcunque præcisè scribatur. ī. eodem. ex parte. ij. & cap. super eo. ī. de iudic. exhibita. ī. de præbend. c. finali. nisi mera executio demandetur. ī. eodem. pastoralis. §. quia verò. qd dic, vt notatur s̄. §. quæ delegari. versi. finis etiam litis, & sequent. Item ad officium eius pertinet omne id, sine quo iurisdictio sua expediri non potest. ī. eodem. præterea. & c. prudentiam. §. penultimo & vltimo. notat. s̄. eodem §. versic. sed per quem arguetur. pertinet etiam ad officium suum, vt quemlibet impedientem iurisdictionem suam compescat, & crescente contumacia augmentet & pœnam: ī. vt lit. non contest. quoniam. ad fin. nam delegatus à principe, maior est quolibet ordinario. ī. eo. sanè, quia. de officio ordin. pastoralis. §. præterea. ideo lite pendente, coram delegato non potest ordinarius purgationem indicere, nec se de negotio intromittere. etiam delegatus hoc nō potest. ī. eod. tit. j. stu duisti. ī. de purgat. cano. cùm dilectus. §. finali. Quid ergo si libellus oblatus fuerit coram delegato, & deinde partes contestentur litem coram ordinario, & quidem per citationem iurisdictionis perpetuata fuit, vt not. s̄. eod. §. quæ delegari. ver. p hāc citationē. sed puto quòd tacitè videātur renunciasse, & vbi lis cœpta est per contestationem, finietur. ff. de iudi. vbi, arg. ī. de appel. si duobus. & c. vt debitus. adeò quòd etiam vbi rescriptum ex officio conceditur, si impetrator tacet, & permittat ordinarium procedere, ei præiudicatur. argum. iij. q. vj. pulsatus. sic intelligo, ī. de accu. ad petitionem. quam tamen alij aliter intelligunt, dicentes, quòd ideo non valuit ibi processus legati, quia non erat iudex. sed certè tunc dixisset, quòd ideo non valebat, quia non à suo iudice factū erat, sicut s̄. de consuet. c. iij. ī. de iudic. at si clerici. sed hoc non dicit, imò contrarium ibi propter iudiciarium ordinem non seruatum, & ibi propter iuris solennitatem prætermissam. Hoc enim non consueuerunt contra non iudicem, sed contra iudicem allegare. fortè non citauit abbatem post appellationem factam. arg. ī. vt lite non contest. accedens. vel non fecit copiam attestationū. ī. de accu. olim j. V. & P. §. si verò non assignauit diem ad sententiam ferendam, & sic processit contra nō contumacem, & sic non valuit sententia. ī. de accusat. qualiter ij. §. debet. non ob. de purg. cano. cùm dilectus. quia ibi non consensit in purgat. facta coram ordinario is qui literas impetrauit. fateor enim, quòd citatione facta per delegatum, vel etiam rescripto ei assignato, quāuis non citauerit, non potest præuentor fieri coram ordinario inuito, vel inscio impetrante. sic intelligo infrà, de restitutione spoliat. ex quæstione. infrà, de appellationibus, vt debitus. Multa alia pertinent ad officium delegati, de quibus notatur infrà, de officio iudicis.

Quæ iurisdictio ipsius ex forma commissionis apparet:

aliquoties enim iurisdictionem continet, aliquoties executionem, aliquoties ius commune, aliquoties gratiam specialem: quod cognoscitur & discernitur per ea quæ notantur s̄. de rescript. §. quæ iurisdictio. & §. quod executionem. & §. quod continet ius commune. & §. quod continet gratiam specialem. Est autem accidentalis hæc iurisdictio, vt patet s̄. eod. §. quis sit delegatus. ideo multis modis dissoluitur, vt not. ī. eod. §. & qualiter finiatur. ordinaria verò naturalis est, & ideo præueni tur delegata per ordinariam. super quo vide quod not. s̄. de rescr. §. quod cui præiudicet. in distin. quæ incipit, Si de reuocatione. ver. si malitia, vel negligentia. Et tamen hæc iurisdictio est honorabilior ordinaria, vt apparet ī. eodem. cùm olim magister. resp. j. quia cùm vices Papæ gerat, honorandus est sicut Papa. xciij. di. c. fin. xciiij. dist. c. j. ideo maior est quolibet ordinario, i & quemlibet potest coercere, si ei resistat, licet dignitati deferendum sit, & personæ. ī. eod. sanè quia. & c. pastoralis. in princip. xxiij. q. j. qui contra pacem. ff. de pœnis. in seruorum. ij. q. vij. quisquis. l. distin. contumaces. xlv. distin. cùm Beatus. ī. de maior. & obed. per tuas, sed contrà, ī. de iudic. nouit. §. j. ad finem. Solutio. Non est deferendum in iustitiæ redditione: ī. de accusat. qualiter j. & sic loquitur c. innotuit. deferri tamen potest in coactionis illatione, vt in primis concord. vel in dila. ī. eod. consuluit. Quamuis etiam iurisdict. delegat, citatione facta ante sententiam perpetuata sit, vt semper possit absoluere & excommunicare. C. de diuer. rescript. falso. ī. de dolo & contum. c. j. tamē sententia diffinitiua lata temporalis efficitur, vnde non durat vltra annum, ideo de noua iniuria agendum erit coram ordinario vel delegato. ī. de appellatio. cùm teneamur. potest tamen sententia lata ipsam mandare executioni per se, potest & per alium, ī. eod. significasti. & c. si quando. & c. in literis. & c. pastoralis. §. quia verò. & c. ex literis. sed refert vtrum sit realis quæstio, & tunc elapso decēnio statim exequi potest. Instit. de offc. iudic. §. j. Vel criminalis, & tunc idem est. de pœnit. distin. j. defleat. & de verborum signific. si qua pœna. C. de pœnis. cum reis. ij. q. j. sicut. Fallit hoc in quatuor casibus. Primus est, cū princeps iubet acrius solito aliquē puniri. C. de pœn. si vendicari. xj. q. iij. cū apud. Secundus, cū mulier prægnās dānatur ad mortē. ff. de pœnis. l. prægnātis. Tertius, cū dānatur seruus rationibus obligatus. Cod. de bon. proscr. l. j. Quartus, cū relegato est insula assignāda. ij. q. vj. biduū. potest aūt colligi p iura prædicta quare in huiusmodi casibus sit executio retardāda: sed cōtra quia videtur, quòd sententiæ executio super crimine latæ, sit vsque ad quatuor menses differēda. ī. de sent. & re iudic. quod ad consultationem. nam illa de crimine loqui videtur, dum dicit de purgat. quæ licet ob defectum aliquando indicatur. infrà, de purgat. can. accedens tamē vt frequentius ob infamiam ortā ex crimine solet indici, vt apparet in his quæ not. ī. de purg. cano. sed qualiter illa decret. quòd ad consultationem. intelligatur not. ī. de sentent. & re iudic. sub rubr. de re iudic. §. finali. sub §. & post quod tempus. versic. sed cū in dicta decret. & sequen. Vel personalis, & tunc differtur

ſertur executio vſq; ad quadrimeſtre tempus, quod datur condemnatis. C. de vſur. rei iudi. l. ij. & iij. ff. de iud. ſi debitori. durat autem iuriſdict. delegata vſq; ad annum integrum, intra quem ad exequendam ſententiam iuriſd. ſibi commiſſa vti poteſt: ergo excommunicatum ob rebellionem intra annum venientem, & mãdatis delegati parére volentem, abſoluere poterit, ſicut obſeruatur in illo, qui ante lit. conteſta. cõtumax inuenitur. ſic loquitur infrà eod. quærenti. in fin. In quorum verborum expoſitione defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, & ſomniantes nihil veritatis inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Quidam enim hæc verba voluerunt exponere per c. xj. q. iij. rurſus. & c. quicunq;. vt ſicut excommunicatus ibi in criminali cauſa pro contumacia intra annum [k] veniens auditur ſuper principali. ſed poſtea non auditur, ita & hic. Alij fecerũt hic comparationem de perſonali act. ad realem, vt ſicut paſſus miſsionem in poſ. rei petitæ veniens intra annum poſſeſsionem recuperat, ſed poſt annum minimè: vt infrà, vt lite non conteſt. quoniã. §. in aliis. ita & hic: ſed neutra placet mihi, quia non eſt facienda comparatio Chriſti ad Belial, maximè ſemiplenè. Ideo not. quòd ſi quis conuenitur perſonali actio. in quo caſu loquitur, infrà eo. quærenti. ſecundum omnes, aut ipſe eſt contumax poſt ſententiam, aut poſt lit. conteſt. ſi ante ſententiam aut ante lit. conteſta. & talis ſi non habet bona, non poteſt pati. miſ. in poſſeſ. bonorum, quæ non habet, vnde neceſſe eſt quòd excommunicetur. ſic intellige, j. vt lit. non conte. tuæ in fin. ſi verò habet bona, tunc alterutra pœna & vtraq; contumacia exigente poteſt feriri. j. vt li. non cõteſt. qſñ. §. fi. Iſtæ ergo duę pœnæ æquiparantur, ergo idem iuris eſt in vna quod in reliqua: quatenus tamen poſsibile eſt, infrà apparet. dicas ergo, q; ſi poſt ſententiam excommunicetur talis à iudice delegato intra annum veniens, abſolui poteſt per delegatum: ſed poſt annum non poteſt, niſi per ſuperiorem, & in hoc reſtringitur poteſtas delegati: quia ordin. etiam poſt annum audiret ipſum, ſicut eum audiret volentem purgare aliam pœnam, ſcilicet de miſsione in poſſeſsionẽ bonorum, quandocunq; veniret poſt annum ante diſtractionẽ bonorum. C. de diſtr. pig. ſi prius. ff. de ceſ. bo. l. iij. & de re iud. à diuo Pio. vel antequã res vſucapta eſſet, vel ſecundum decretum interpoſitum. ff. de acqui. poſ. poſſideri. §. fi. & de dam. infect. ſi finita. §. Iuli. & §. ſi quis autem. & §. non autem. & ſic ſemper re integra: ſed in pœna excommunicationis nunquam erit res non integra, cùm non ſit quod diſtrahi poſsit, ſeu vſucapi. & ſic ſemper admittitur, quia eccleſia nemini claudit gremiũ ſuum. C. de ſumma trini. & fide cathol. l. vlti. xxvj. q. vj. ſi presbyter. & c. agnouimus. & in hoc mitior eſt hæc pœna, & alia durior: ſed & alia mitior in alio caſu, vt infrà §. ſequenti. Vbi verò talis eſt contumax ante ſententiam, ſi poſt lit. conteſt. liquet de cauſa, vel liquere poteſt, nihilominus pronunciatur diffinitiuè. iij. q. x. decernimus. C. de iudi. properandum. §. ſi autem. & ſi non ſatisfaciat, vtraq; pœna feriri poteſt. de quo dic vt ſuprà, proxi. ſi non liquet: & habet bona, patitur miſsionem, vt dicam infrà ver. ſi verò. ſed ſi non habet bona, excommunicatur: & ſi veniat intra annum, auditur, aliàs pro convicto habetur. ſic poteſt intelligi xj. q. iij. quicunq;. argum. C. quomodo & quando iudi. conſentaneum. & ſic in caſu iſto grauior eſt hęc pœna, quàm alia: quia in alia per lapſum anni convincitur: ſed & alia durior eſt in alio: quia adiiciuntur bona iure dominij, poſt lapſum anni. C. de iur. do. impe. l. iij. & dixi ſuprà, ver. ideo. & ſic contumax in vna grauatur, & in alia releuatur, & econtrà. ſic ſuprà, de transla. epiſ. inter corporalia. §. vlti. infrà, de paro. c. ſi. Si verò ante lit. conteſt. talis contumax appareat, vtraque pœna ſimiliter feriri poteſt, ſi tamẽ bona habeat: ſi ergo habet bona, patitur miſsionem, & veniens intra annum vel poſt annũ auditur, reſtitutis expenſis, & cautione præſtita de ſtando iuri. C. de bo. auth. iud. poſ. authentic. & qui iurat. in auth. de exhi. & intro. reis. §. ſi verò. colla. v. ergo idem ſi patiatur excommunicationẽ, vt ſic in hoc caſu nulla ſit differentia inter pœnas: provt probatur infrà eo. quærenti. & infrà, vt lit. non conte. quoniam. §. fin. qui §. & gl. illius decre. quærenti. & illius finis eſt gl. illius §. & quòd excommunicatus debeat ſoluere expenſas, antequam abſoluatur, & cautionem præſtare, probant duæ decre. quarum vna exaudiẽda eſt per aliam, & ſupplenda. infrà, de ver. ſig. ex parte. & de iud. c. j. quæ licet, ſecundum alios, nunquam appareat, ſecundum hoc planum recipit intellectum. Ad idem ar. ſuprà, de conſti. ex literis. vbi iſtud clarè appareat, ſic pũto literã, quam habes infrà eod. quærenti, exponendam ibi, exercere. ſed poſt annum, ſubaudi, nõ exercebit, niſi ſuperior, ex quo excommunicatus fuit poſt ſententiam: ſecus, ſi excommunicatus fuiſſet ante lit. cõteſta. tunc enim intra annũ, vel poſt annum corã delegat. veniens audiretur, ſicut obſeruatur in illo perſonaliter cõuento, & miſsionem paſſo, qui, ſubaudi, præſtita cautione, & reſtitutis expenſis poſſeſsionem recuperat. cum ante litem conteſta. &c. vt ſuprà, plenius probatũ eſt, & ſic in caſu iſto delegat. nõ amittit iuriſdictionem ſuam, cùm adhuc non ſit functus officio ſuo, ſed per lit. conteſta. perpetuata intelligatur. j. eo. ſignificaſti. & c. in literis. & c. relatum. & c. gratum. & c. paſtoralis. §. quia verò. & c. licet. & j. de ſimo. querelam. hunc puto plenum & planum & verum intellectũ.

[k] Intra annũm.] Adde gl. in ca. contingit. de dolo & contu. Innoc. in c. cum bonæ. de æta. & qualit. Anto. de But. in c. j. de iudic. Card. Zab. diffuſe in repe. cap. perpendimus, de ſent. excõmũ.

[l] De perſona ad perſonam.] Adde doct. in c. ſi pro debilitate. de officio dele. & per doct. in c. i. de fo. cõp.

[m] De tempore ad tempus.] Adde doct. in c. de cauſis. de officio. deleg.

10 Quibus modis eius † iuriſdictio prorogetur. De hoc meritò videndũ eſt. Eſt autem iuriſdictio delegata ſtricti iuris: vnde ſicut dicitur in compromiſſo, q; id tantũ venit de quo actum eſt vt veniat. ff. de arbitrijs. ſi cùm dies. §. plenum. & l. nõ diſtinguemus. §. de officio. dicimus ſic in iuriſdictione delegata, quòd regulariter non extenditur ad alias perſonas, vel ad alias res, quàm ad illas quæ in reſcripto continentur: ſuprà, de reſcriptis, ſignificante. & c. Rodulphus. & c. ſignificauit. infrà eodem. cùm olim. & cap. P. & G. Prorogatur autẽ hæc iuriſdictio aliquoties de expreſſo conſenſu partium, circa quod conſueuit notari triplex prorogatio. Prima, de perſona ad perſonam [l]. ff. de iudic. de qua re l. prima & ſecũda. C. de iuriſd. om. iu. l. prima & tertia. Secunda, de re ad rem. ff. de iudic. de qua re. §. j. Tertia, de tempore ad tempus [m], & hoc intelligas fieri debere de conſenſu partium & iudicis. ff. de iudic. l. ſecunda. §. ſed & ſi iudex. & hæc in iuriſdictione ordinaria omnino locum habent, ſecundum leges. C. de iuriſdictio. omn. iud. priuatorum. Clericus autem non poteſt conſentire in iudicem nõ ſuum, niſi ſeptem interueniant. Primum eſt, quòd is, in quem vult conſentire, clericus ſit. Secũdum eſt, quòd iuriſdictionem habeat. Tertium eſt, quòd non quamlibet iuriſdictionem, ſed requiritur quòd ordinariam habeat. Quartum eſt, quòd de cõſenſu proprij Epiſcopi in ipſum conſentiat. Requiritur quintum, quòd conſentiat, vt colligitur ex præmiſsis, & probatur infrà, de foro compe. ſignificaſti. ſed & ſextum requiritur, quod commune eſt omnibus, ſcilicet quòd nõ erret, ſed bene ſciat illum nõ eſſe ſuum iudicem, alioquin contrà. ff. de iudic. l. ij. nec accipiat vnum prætorem ſiue Epiſcopum pro alio, cũ, vt ait Iul. non conſentiant qui errãt. Quid enim tam contrarium conſenſui eſt, quàm error, quod imperitiam detegit. ff. de iuriſdict. omn. iudi. ſi per errorem. Requiritur etiam ſeptimum, ſcilicet, quòd in conſenſu perſiſtat, alioquin re integra pœnitere poteſt. ff. de iuriſdict. omn. iud. ſi conuenerit. & intelligo rem integram, ſecundum ius cano. ante citationem emiſſam, dummodo non interſit aduerſarij, vt apparet in his quæ no. ſ. eo. §. quæ delegari. ver. per hãc citationem. & verſi. breuiter puto, & de hoc not. plenius j. de ſent. & re iud. §. quis debeat ſententiam. reſpon. j. Verùm perſonarum prorogatio de qua ſuprà dixi, in delegata iuriſdictione locum non habet, quia per expreſſum pactum partium iuriſdictio ſemel amiſſa nõ recuperatur. j. eo. P. & G. ſed cõtra. ff. de iud. l. j. Solu. q; ibi dicit, qui pro tribunali præeſt, vel aliã iuriſdictio. habet, expone qui pro tribunali, id eſt, iuriſdictione ordinariæ cum adminiſtratione, vel aliam iuriſdictionẽ habet, ſcilicet ordinariam, ſed ſine adminiſtratione. j. de reſtitu. in integr. cauſa. vel pro tribunali, quo ad merũ imperiũ, vel ad aliam iuriſdictionem, ſcilicet ſimplicẽ, quo ad minora. ff. de iuriſdi. omn. iudi. l. iij. & ſic vtroq; caſu intelligitur de ordinaria iuriſdictione, ſecus in delega. vt dixi, tamẽ authoritate iuris tacitè fit huiuſmodi prorogatio: puta, ſi quis impediat iuriſdict. delegatam, vel eius proceſſum, infrà eo. c. j. ex literis. infrà de ſentent. excõmuni. graue. ſi nõ obediat in executione, vel in aliįs, ſine quib. iuriſdictio expediri non poteſt. j. eo. præterea. & c. ſanè quia. & c. ſuſpicionis cauſa. & eſt argu. quòd quamuis delegatus à Papa poſsit cõmittere vices ſuas, cùm hoc habeat à lege. vt j. eo. ſuper quæſt. §. intentionis. & c. quoniam tamen, cùm ſine ſubdelegat. per ſe iuriſdict. ſibi commiſſam, vbi impeditus non expedire valeat, niſi iuſta de cauſa impeditus ſit, compellere non poterit renitẽtem, infrà eo. ſi pro debilitate. j. eo. paſtoralis. & c. venerabili. poteſt igitur non impeditus recipere volenti cõmittere, ſed inuitum non poteſt compellere, niſi iuſta de cauſa fuerit impeditus. ſi. j. de offic. ord. paſtoralis. reſpon. j. hoc quamuis nouum ſit & contrarium ſeruetur in cauſis: de iure non dubito fore verum. & vide quod not. ſ. eodem. §. quæ delegari. ver. poteſt autem delegat. & §. quod ſit eius officium. verſi. ſpectat. & vide quod not. infrà. §. quis ſit effectus. ver ſicul. arbitri. ergo nec moueat te, quòd talis poteſtas videtur deluſoria, cùm verba cùm effectu intelligenda eſſent. infrà de cleri,

n Amot. quolibet illicito detentore. J Adde, quid operantur ista verba posita in executione gratiæ, vel in literis executoriis. vide per Abba. in c. cum nostris. in vl. co. de cõcessio. præben. & per Cal. consilio 25. in tit. de præben.

o Nisi potestas procuratoris. J Adde an ꝓrogatio possit fieri per procuratorem. vide per Spec. tit. de delegato. in §. 8. versic. item quod est iurisdict. Card. Zab. in c. cùm olim. el. j. in 7. & 8. q. de officio deleg.

non resi. relatum. nam & aliàs hoc idem contingit. ecce enim metropolit. causam ad eum delegatã per appellat. p oteſt cõmittere subdito suffraganei, vt in auth. d. n. de offic. ordi. extra. Romana. non tamen potest inuitum compellere; infrà, de offic. ordi. pastoralis. respon. j. Tacitè etiam prorogatur, si causa mutandi iudicium in filium res transferatur. infrà, de aliena. iudi. mut. cau. fac. c. j. & ij. Fit etiam prorogatio tacitè, quando scribitur iudici, nõ expresso proprio nomine, sed dignitatis, quia tunc successor succedit in onere, & honore, infrà de offic. ordina. pastoralis. §. penultimo. Quid si mortuus est in hoc casu, antequã mãdatum receperit is cui scribebatur, & qui tempore datæ viuebat, videtur quòd expiret mãdatum, cùm enim tempus receptionis rescripti consideretur, quando quæritur vtrum onus iurisdictionis habeat is cui scribitur. infrà, de appellationibus, super eod. ij. ad fin. ergo si ante receptionem moritur, non potest ei successor succedere in onere, quod non habet. arg. ff. de contrahen. emptio. in l. §. de rescript. pastoralis. ad fi. sicut enim expirat mandatum morte mandatoris re integra. infrà, eodem, relatum, & gratũ, sic & morte mandatarij: Institut. manda. §. rectè, & sequent. & videtur casus decreta. à contrario sensu, infrà eod. quoniam abbas. ibi, illi mandato nostro porrecto: ergo à cõtrario sensu, aliud si non porrecto: sed puto, quòd idem sit, si non porrecto, vt in authentic. vt nulli iudices. §. & hoc verò iubemus. col. ix. dignitas enim cui scribitur non moritur, sicut nec ecclesia. xij. quæst. ij. liberti. ff. de annu. leg. annua. §. à Titia. ff. de rebus dubiis, ciuilib. ff. de iud. mortuo iudice. suprà, de rescriptis. eam te. ff. de pactis. tale pactum. §. fina. ff. de condit. & demonstratio. filius famil. C. de iure deliberа. cùm aliquis. quamuis enim persona decedat, non tamen perit dignitas. vnde & imperium perpetuum est, in authent. de quæstore. si verò aliquis. colla. vj. & quomodo oportet episcopos. §. fina. col. j. & hoc est verum, nisi destruatur ab illo qui potest delere. suprà, de constitut. cùm accessissent. nec obest, quòd persona, quæ viuebat tempore datæ, non fuit onerata, quia non inspicitur onus personæ, sed dignitatis, hoc est quod not. decret. infrà eod. quoniam abbas. quando reddẽdo causam dixit, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanauit not. non facit vim, vtrum mandatum receptum fuerit, sed in eo quòd nomen propriũ non fuit expressum, & sic soluitur quod obiectum est de mandatore. nunquam enim scribit Papa, quin nomen suum proprium exprimat. vix autem scribit in dignitate constituto, quòd nomen proprium illius cui scribat, apponat. patet ergo, quare aliud in mandatore, & aliud in mandatorio, & sic quod dicit in dicto c. quoniam, mandato nostro porrecto. subaudiẽdum est maximè, vel narrat factum, quia sic acciderat. nam hæc sola porrectio sufficeret, quo ad perpetuandam iurisdictionem, nisi & citatio præcessisset, vt probat illa, gratum. Quid si impetraui Archidiacono Conuentren. vbi plures sunt Archidiaconi. j. eod. ex parte j. quis erit iudex? Dicunt quidam, quòd sorte dirimendum est, si communi consensu impetratus sit, & vna pars dicit de vno, alia de alio, argum. ff. de iudi. sed cum ambo, xxvj. quæst. ij. sors non est hæc, si rescripta simul repræsentata sint pluribus, alioquin is erit iudex, cui primo repræsentatio facta fuerit. infrà, de appellationibus, vt debitus. Sed quid, si non de communi consensu, sed per vnam partium impetrauit? Dicunt, quòd iudex erit is quem eliget imperator, sicut hæres eligit in legato. ff. de leg. ij. si quis. §. si inter duos. nam & in principio iudicij, fit interpretatio pro actore. ff. de iudi. solemus, & l. si quis intentione. argu. C. de condic. indebi. si quis seruum, puto contrarium, & nocebit impetranti æquiuocatio, cùm error circa substantialia inueniatur. sicut enim non licet ponere vnum Ciuitaten. pro alio, sic nec vnum Archidiac. pro alio, vt patet in his quæ not. suprà de rescrip. §. quæ possunt obiici. ver. circa principalia. & versic. hæc autem substantialia. vel consulatur princeps. arg. infrà eod. sanè. suprà, de rescript. cap. fin. quia non deficit ius, sed probatio, vt patet in his quæ not. §. de rescript. §. quod cui præiud. subdistin. si de reuocatione rescriptorum. ver. vnde dico. & sequentib. & ver. idem intelligo. & præcedentibus, & imputet sibi qui legem potuit apertius dicere. ff. de pact. veteribus. ff. de verb. obligat. quicquid stringendæ. Quamuis enim fatear, quòd in principio iudicij debeat fieri interpretatio pro actore, vt probatum est, ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. j. non sic in impetrante, quia odiosus est, cùm gratia, sed Apost. sæpius abutatur, §. de rescript. sedes. & c. nonnulli. & c. quia nonnulli. illud tamen asserò, quòd in ecclesijs, in quibus sunt plures archidiac. pro maiori parte diuersificentur nomina Archidiaconatuum, sicut habes de archidia. Richemundiæ, qui est Eboracen. eccle. j. de concess. præben. post electionem, j. de institt. cùm venissent. sed si inter ipsos sit vnus qui retinet nomen ecclesiæ cathedralis, sicut archidiaco. Parisien. in qua & alij Archidiac. sunt alijs propriis Archidiaconatuum vocabulis nominati, si impetro ad Parisien. Archidiac. nulla est æquiuocatio, quia nõ potest intelligi de alio, quàm vox sonat. idem dico in Archidiaco. Carnoten. vbi & multi alij sunt, probatur de vtroq; j. de iudi. causam quæ. & idem dico, si de communi consensu fuerit impetratum, & vnus dicit de vno, & alius de alio, hoc non potest esse æquiuocum, alioquin contrarium, vt præmisi. hoc autẽ quod dixi, quòd non expirat mandatum re integra, nisi nomen proprium sit expressum, videtur destruere decret. suprà de rescrip. significauit. Solu. Aliud in persona iudicis, de quo dixi: aliud in personis litigantium, vt in contrario. & ff. quæ sentent. sine appellatio. rescin. eum qui. ratio, quia iudex æquitatem seruat, iustitiam exhibet, lites determinat. infrà, de transactio. cap. fin. partes verò cauillosæ sunt, lites inculcant, rescriptis abutuntur, vt dixi suprà, ideo fauores ampliantur in iudice, sed odia in partibus restringuntur. ff. de libe. & posthum. cùm quidam. Item fit prorogatio ex vi clausulæ generalis appositæ in rescripto, vt quando
n dicit amoto quolibet illicitò detentore, infrà de re. permut. cùm vniuersorum, vel quando dicit, quidam alij. suprà, de rescript. sedes. vel vocatis qui fuerint euocandi: infrà, de iudic. exhibita, vel testes autem, &c. infrà, de testibus, cùm causam quæ inter Archiepiscopum vel contradictores & rebelles, &c. infrà de præbend. pro illorum, vel si quis contra hæc ausu temerario, &c. vel si contra prædonem, &c. vel sic molestatores, &c. In quibus casibus si conseruatores dati sint ad aliquam iudicialem indaginem suam, quam non habent, non præsumant extendere potestatem: ergo si quis vocatus per conseruatorem neget se commisisse violentiam, vel confiteatur se fecisse id de quo quæritur, sed sine iniuria, suprà de electio. cùm ecclesia Vulterana, cessat eius officium, cùm per negationem id de quo quæritur, dubium factum sit. C. quibus ad libert. proclam. non licet. l. iij. infrà, de restitut. spo. Pisanis. responſ. j. infrà, de probatio. cap. fin. infrà de testibus cogend. super eod. nec habet se intromittere, nisi de notorijs ex qualitate facti, quale est illud suprà, de translatio. Episcopi, quanto. de hoc dic, vt not. infrà de cleri. non resid. §. quid sit notorium, nec per testes probari poterit coram eo. quãuis ponamus, quòd notorium sit in alia religione. nam cum testium receptio iurisdictionem requirat, nisi vbi nuda audientia committitur ab illo, qui super dubio, si incidat, potest interloqui: infrà eodem, cùm te consulente. & conseruator nullam iurisdictio. habeat, nulla per testes potest fieri probatio coram illo: hoc est quod habes in authentica d. n. extra eodem, statuimus. Quid si conseruator excommunicauerit inuasorem canonicè monitum, licet negaret quod fecerat, sed postea coram superiore reperitur, quòd notorius erat iniuriator: dic quod tenet sententia, etiam si violentius appellauerit ab eodem. infrà, de appellatio. cum speciali. §. porrò, sed caueat, quòd non dicat notorium quod non est, & in dubio appellationi deferat: infrà, de appellatio. peruenit, j. & cap. consuluit. j. alioquin ad expensas tenetur, & alia pœna canon. infligetur. infrà, de sentent. excommunicat. sacro. & videtur, quòd si dubia est iniuria, non tenet excommunicationis sententia ipso iure, infrà eodem. cùm olim. in fin. infrà, de arbit. innotuit. in fin. de præbend. cap. fin. in hoc si conseruator sit moram exect. habens, secus si mistam. quod dic vt not. suprà eodem. §. quæ delegari. versicul. item modum excedit. ergo tenor rescriptorum considerandus est, & ipso inspecto facilis erit definitio subtiliter intuenti, infrà, de priuileg. porrò. ff. de transact. de his, super quo vide quod not. suprà de rescript. §. quod iurisdictio. & §. quod executionem. Et in summa authoritate iuris extenditur hæc iurisdictio ad omnes personas, quas res tangit, & quarum interest: infrà eodem, super eo. infrà, de maiori. & obedient. cap. final. suprà, de offic. archidiacon. ad hoc §. fin. Prorogatio etiam secunda, scilicet de re ad rem prorsus alia locum non habet in iurisdictio. delegat. j. eodem. cùm olim. licet ad maiorem quantitatem extendi possit. ff. de iudic. de qua re. §. j. secundum Goffredum, puto contrarium, & per eadem iura, potissimè per decret. cùm olim. §. quia verò. vbi ex præmissis innuit, quòd valuisset
o prorogatio, nisi potestas procura. º quæ ad hoc non extendebatur, deficeret. quinimò plus innuit, quòd nisi comes Dominus litis quam citò peruenit ad aures suas, protinus contradixisset sibi, præiudicium generasset, & tacitè ratificasset, & arg. ad idem.

C. com-

C.cõmunia vtriusque iudic.l.ij.C.de nupt.si vt proponis.ff.ad Maced.si filius.ff.de instit.ac.sed & si.in princ.ff.quod cum eo qui in aliis po.l.fi.liij. distinct.si seruus sciente,ꝯ. vt lit.non conte.c.j. ad fin.maior enim quantitas non eadem res, sed alia est, vt probatur.ff.de appel.si quis separatim.§.j. & C.de appel. in offerendis.& ff.de iurisdict. omn. iud. si idem. hæc etiam æquiparantur, quo ad iurisd.pertinet,scilicet minor quãtitas, minor pars aliud ,p alio.Instit.de actio.§.si minus.& §.si quis alium pro alio.vnde & authoritate iuris fit prorogatio ad res alias,siue maiores, siue minores, quia non distinguitur: infrà,de mut.petit.c.j.& ij. quod dic vt ibi not.in summa. Hæc etiam iurisdictio prorogatur circa res accessorias, infrà eod.prudentiam. §.penul.& fi. circa fructus & expensas,quæ veniunt officio iudicis in condemnatione, vt no.infrà de offic.iud.§.& vtrum. versic. deseruit. & de dolo & contu.sub rub.de contumacia.§.qualiter deprehẽdatur. & §. qua pœna sub §.si in iudicio.& sub §.sed si petantur expensæ.Item ad res quæ succedunt loco illarum de quibus agitur.ꝯ. vt lit. pen. c. ecclesia.j.& ij.& cum reus qui dolo desiit possidere pro possessore habetur.ff.de rei vendic.qui petitorio.ff.ad exhib. Iulianus.& cim contra violentum fit æstimatio rerum amissarum: infrà, ꝙme. cau.cap. fin. Sed & tertia prorogatio, scilicet de tempore ad tempus iurisd. dele. locum habet secundum omnes, infrà cod. de causis.& c.pastoralis. in fi. nisi princeps hoc neget in rescripto. ff. de iudi.l.ij.§.sed & si iudex. Quid si mandatur alicui, vt intra xx dies causam determinet,& reus contumax fuerit & excõmunicatus,nunquid elapsis xx diebus ipsum venientem absoluere potest? Videtur quòd sic. argum.infrà eod.quærẽti.& nunquid poterit procedere in causa? non videtur: infrà de causis. sed certè si hic est dolus & fraus,reo patrocinabuntur:quod esse non debet, infrà de testa. officij. ad fin.& ex delicto suo commodum reportabit, contra l.ff.de negotiis gestis,siue hæreditaria. & pœna immunitatem retribuere non debet.ff.de interdi.& rele.relegatorũ. in fin.infrà,de donationi.inter virum & vxorem. & si necesse.certe verbum est satis durum,quia econtrà forma rescripti seruanda est,infrà eod.prudentiam.in fin.respon.j. suprà, de rescript. cùm dilecta.& cùm minister legis tempus assignauerit,non potest ampliari.argument.ff.de compensa.si cum miliți. ff. de arbi. Celsus, infrà.eod.consultationibus.ad fi.non dubito, quòd amplius nõ cognoscet.argumen.infrà,de appellatio.super eo.infrà eod. significãtibus.nec obstat quòd præscriptio non currit, nisi contra negligentes,infrà,de concess.prẹbend.quia diuersitatem.quia illud est de præscriptio.per legem inducta.sic suprà,de electio.c.fin.secus in præscriptione ab homine inducta, vel ex iure consuetudinario: argumentum infrà, de restitutione in integrum. constitutus.& in his quæ ibi not. & sic est in potestate conuenti rescripto eludere contra ea,infra,de alienatione iudicij mutandi causa facta.c.j.sed tamen condemnabitur ad interesse,argument. ff.de arbi.si quis rem,suprà de rescrip.cæterùm. & c.vlti.vel dic, quòd potest mederi per decret.infrà eo. pastoralis.in fin.

n Et qualiter finiatur. † Cursu temporis,nisi prorogatio facta sit, de qua dixi suprà proxi. Item per relationem factam seu pollicitã.infrà tit. j. licet. infrà,de appellatio.intimasti.Item per appellatio. interpositam à diffinitiua sententia.nam is ad quem appellatum est, habet infirmare, seu confirmare, & si confirmauerit, executioni mandabit, in authentic.de sanctiss.Episcop.§.si quis contra aliquem.C.de Episcop.audient.authentic.si quis litigantium.& quia dubium est, an confirmetur,dicitur de medio tempore suspensa. C. de rebus credit. generaliter, in princip. C. de appellatio.præcipimus. §. si hæc appellatio. ideo exponitur, extinguitur, id est, suspenditur. ff.ad Turpil.l.j. in fin.decret.tamen innuit contrarium,infrà eod. pastoralis. §. præterea, ibi vt interim executio sententiæ suspendatur.quasi dicat, non videmur præcisè reuocare: sed quantum ad hoc, vt interim,&c.ac si dicat, non reuocamus, sed suspendimus: & si malè appellatum inuenimus, sententiam confirmabimus, & partes ad vos remittemus: sicut obseruatur, quando ab aliquo grauamine ante diffinitiuam sententiam appellatur, infrà,de appellat.vt debitus.& secundum hoc non currit annus, de quo dixi suprà eodem §. quæ iurisdict. versi. vel personalis à tempore latæ sententiæ, vt ibi dixi, cùm nihil possit iudicibus imputari. argument. suprà de rescript. plerunque. & infrà, de eo qui mitti. in possess. causa rei seruandæ. cap.ij.ad fin. & not. suprà de rescript. §. quod cui præiudicet, sub distinct. si de reuocatione. versi.sed à quo tempore. ad idem in his quæ not.suprà §.j. versic. fin. quod dic, vt plenè not. infrà, de appellatio. §. quis sit effectus. sub §.sed qualiter contestabitur. versicu. sed quis mandabit sententiam executioni. Eodem modo videtur reuocata iurisdict, si ab aliquo grauamine appelletur quandocunque ante sententiam: cessant enim partes illius à quo appellatum est, quousque per illum ad quem appellatum est,vel delegatum suum causa appellat,fuerit terminata:suprà;de rescript.dilect.filij. I. Saracenus. §.vlti.etiam si pars appellans remittatur ad illum qui grauauit,vt si ita est,errorem suum corrigat: nõ enim cognoscet is de hoc dubio,sed alij qui grauato sunt in subsidium deputati: suprà, de rescript.ab excommunicato.Finitur etiam morte mandatarij,id est, eius qui mandatum recepit. ff. manda.inter causas. in princip. Item si plures sunt,& vnus moriatur,nec sit adiecta clausula,quòd si non omnes.infrà eodem.vno delegatorum.fallit, quando non nomen proprinm, sed dignitatis exprimitur: infrà eodem. quòniam abbas. Item finitur mortuo impetrante.ff. quæ sententr. sine appellat.rescind. l. penulti.ff.qui satisd. cog. si decesserit, fallit hoc.ff.de fideicom.liber.cum quasi. in princip. Item per mortem delegantis,infrà eod.gratum.Vel recessum,infrà titu.j.c. fin. non tamen ipso iure,sed ope exceptionis:infrà,de testibus.cum venissent.quamuis ergo reuocatum sit mandatum,& priuatorum consensus iurisd.non det:infrà,de foro compe.significasti.tamen except.opus est.sic secunda sententia lata post primam non valet.ij. quæstio.vj.§.diffinitiua.verum est,si excipiatur,alioquin contrà. infrà, de sentent. & re iudic. inter monasterium. sic secundum rescriptum non faciens mentionem de primo, nõ valet: verum est, si excipiatur.alioquin contrà.suprà,de rescript.plerunque.& cap. si autem secundum Goffredum. Quòd autem dixi,morte mandatoris, vel mandatarij finiri maudatum, verum est, re integra: id est,lit.non conteſt.secundum Ioan.& Azo.si intelligunt.ff.de iurisdictio.omnium iudi.& quia per authent.de litig.§.omnem verò. & §. si verò initium. col. vij. facit pro eis. infrà eod. relatum. Mar.contra.& si dicit, quòd si contentio facta sit, iam non est res integra.C.de præscript. triginta anno.si quis in rem.& l. cùm notissimi.respon.j.ibi,id est,solam conuentionem,&c.ff.de pollicitatio.l.j.§.cœpisse.comprobatur sententia Mar.infrà eo. gratum. sicut patet in his quæ not.suprà eodem.§.quæ delegari.versic.per hanc citationem.ideo dicitur quòd gratum & relatum interfecerunt Azo.licet etiam mandatum expiret, non tamen præceptum. nam quicunq; sit iudex,ille qui præcipit, non expirat præceptum morte vel translat.ipsius,vel eius cui præcipitur,dummodo legitimè factæ sint iussiones. nam si contra leges vel ius public. pro non scriptis habentur,in authent.vt nulli iudic. §.& hoc verò iubemus.& §.si verò etiam præcepta.col.ix.secundum Vinc.& Lau. & G.Na.dic vt notat. suprà eodem. §.quibus modis. versic. fit etiam prorogatio. & sequen. Item finitur per reuocationem delegantis.ff.de iudi.iudicatum solui. j. vel sine causa fieri non debet. quod dic vt not. suprà eod. §.quæ delegari. versicu. sed nunquid potest reuocare. Item finitur sententia lata, & executioni mandata.infrà eodem.in literis. ff.de re iudica. Paul. quod dic vt not. suprà,in proxi.allegato.versic.sed nunquid potest reuocare. & §. quæ iurisdic.versicu.vel personalis.& sequentibus.Item finitur,si incidat in impossibilitatem iuris vel facti,quando appositа est illa clausula, Quòd si nõ omnes,&c. suprà,de rescriptis.suscitatus. infrà, de re iudica. ad probandum. secundum Goffred. hoc verum est,si perpetua sit impossibilitas:secus,si temporalis. nam licet sit impeditus vna die & alia, non illa die qua non est impeditus poterit interesse.De hoc dic vt not.suprà eodem.§.quod sit eius officium, versicu.sed quid si vnus ex delegatis. Item finitur per interlocutionem, qua dixerunt iudices se per tales literas procedere nõ posse, adeò quòd per pactum partium iurisdictionem reassumere non valebit,infrà eodem.significantibus. sed contrà, infrà,de præben.dilectus.iij.dic quòd ibi proceditur authoritate secundi rescripti. Item ibi non fuit primum rescriptum surreptitium,sed in illa significantibus,secus. Item finitur per lit. contesta. factam coram ordinario, vel tacitum consensum partium. quod dic vt not.suprà eodem.§.quod sit eius officium.vers. quid ergo,si libellus.Item finitur per successionem bonorum, argum. ff.de arbit.si vnus.infrà de solu. Odoardus.Item finitur acceptilatione,pacto de non petendo transactione rei peremptoriæ, cùm in his casibus non cogatur arbiter sententiam dicere, vt not. infrà,de arbit. §.fin. versicul. item non cogitur, si solutum sit compromissum: & in eo §. potes videre alios casus. Veruntamen quod dictum est de successione bonorum acceptilatione, &c. nõ intelligas finiri sic iurisdictio.quin ipse delegatus possit pronunciare.ff.de iudic.de qua re. Item non intelligas,quòd in spiritualibus possit fieri transactio.§.& in quibus. Item non intelligas, quòd possit fieri pactum de non petendo coram non suo iudice, cùm nec renunciatio teneat in manibus non sui iudicis facta. vt not,suprà,de renunc.§.cùm,& §.qualiter.

De recusatione Iudicis delegati. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Recusatio quid dicatur.
2 Recusari quis possit.
3 Recusationis iustæ causæ quæ sint: & sunt tredecim.
4 Recusatio quando fieri debet.
5 Recusatio qualiter fieri debeat.
6 Effectus quis sit, ut iurisdictio recusati suspendatur, pendente causa recusationis.
7 Excommunicatus non habet personam standi in iudicio, quousque fuerit absolutus.
8 Iudicium in tenebris non est exercendum.

a Quid sit recusatio.] Adde Specul. eo. tit. in §. primo. Bald. in capitulo. quoniã contra. in xiij. column. versic. quæro, quid est recusatio. de probat.

b Quę sint iustę causę.] Adde gl. in cap. accedens. vt lit. nõ cõtest. doct. in ca. legitima. de appellat. lib. vj. Fel. in c postremo. eo. tit. & ibi Card. Alex. enumerat plures casus quàm Fel. ibi.

SEd nec illud omittendum est, quod iurisdictio deleg. finitur per recusationem. Hîc igitur videndum, Quid sit recusatio, Quis recusetur, Quæ sunt iustæ causæ recusationis, Quãdo debet fieri recusatio, Qualiter recusatio fieri debet, Quis sit effectus.

a 1 Quid sit recusatio. a Et quidem recusatio † est obiustam causam suspicionis contra iudicem propositam audientiæ eiusdem iudicis declinatio, canonicè allegata. vt colligitur infrà, eodem suspicionis, infrà de appel. cum speciali. C. de iudic. apertissimi. iij. quæst. v. quia suspecti.

2 Quis recusetur. †Et quidem tam ordinarius quàm delegatus, & quicunque sit iurisdictio. habens, & etiam auditor. vt apparet in his quæ no. suprà. eod. §. de offic. & potest. iudi. deleg. cui possit. versic. committitur huic bene causa. & §. quod sit eius officium. versic. salua reuerentia. & sequenti. vbi etiam inuenies coram quo probatio sit facienda. ver. sed coram quo. & sequentibus.

b Quæ sunt iustæ causæ b recusationis.

3 †Et quidem si delegatus recusatur, multæ sunt. Prima est iusta causa, si delegatus sit dominus impetrantis, infrà eodem, causam quæ. Secunda, si nimis familiaris vel commensalis, infrà eodem. insinuante. sed non nocet, si advocatus aduersæ partis sit familiaris iudici, infrà de offic. iudicis. cap. j. licet sit argumentum contrarium. iiij. quæst. iiij. §. de domo. & c. seq. contrarium infrà, de appel. ex insinuatione. sed quod ibi dicit litera, videbatur fouere, subaudi, non tamen fouebat. multa enim videntur quæ non sunt. Tertia, si est canonicus. infrà, eo. cùm R. canonicus. Quarta, si is qui iudex est hoc impetrauit, vel impetrari procurauit. argumen. ff. de procur. quæ omnia. & argum. ff. de iurisd. om. iudic. prætor; C. ne quis in cau. sua iudic. l. vnica. Quinta, si habet causam consimilem: infrà, de iudic. causam quæ: infrà, de testi. personas. Sexta, si vnus est iudex alterius, puta impetraui te iudicem contra Titium, & tu me contra Seium. Hic Seius recusabit me ex eo, quòd sum iudex tuus in causa Titij: & Titius te ex eo, quòd es iudex meus in causa Seij. tales enim iudices vocabat magister meus taxionarios, quasi taxatum sit inter ipsos & conuentum, qualiter vnus in causa alterius procedere debeat. quasi dicat, Facias mihi bonam paropsidem, & ego faciam tibi bonam. hoc est quod dicebat frater Gin. hospitaliorum procurator contra peregrinum subdelegatum domini V. Ebrudunen. archiepiscopi, bona la mi fai, bona la ti farai: tamen succubuit, quia ineptè proposuit, vt not. suprà, eod. §. quod sit eius officium. versic. sed coram quo. & tamen causam iustissimam reputo, sicut & dominus Egidius cardinalis faciebat, per c. xvj. quæst. ij. visis post medium c. & ante finem, ibi, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur, vnde fit vt in partem episcopi ad seruiendum sacerdos procliuior fiat, ad idem viij. quæst. ij. c. j. xj. quæst. iij. quatuor modis. infrà, de collu. deteg. cap. j. idem est, si mecum litem habeat. ff. de excusat. tut. propter litem. C. qui da. tuto. poss. authentic. si curatoris. Septima, si sit suffraganeus, & hæc non potest esse non notoria, ideò non requiro probationem. sic intelligo infrà, vt lit. non contest. accedens. j. Octaua, si sit de eadem terra oriundus, quam quidam reprobant indistinctè: ego autem opprobo, quando compatriotæ sunt in regione extranea: tunc enim compatriotæ eiusdem regionis diligunt se tanquam fratres, ad quod accedit ff. de hæredibus instituendis, nemo dubitat. § qui frater. ff. de verborum significat. latæ culpæ. §. amicos. Consueuit etiam liuor inuidiæ regnare inter indigenas & alienigenas. argument. infrà, de institt. ad decorem. hæc causa, & quædam aliæ fecerunt me Angliam elongare. Hæc tamen causa de consuetudine non proponitur, sed puto ipsam esse iustiorem quàm multas alias causas, quæ scribuntur: vnde si Anglicus impetrat Anglicum contra alienigenam morãtem in Anglia, vel alienigenam compatriotam contra Anglicum, puto quòd tum ratione familiaritatis & amicitiæ, quasi fraternæ, ff. pro socio. verum. tum ratione liuoris inuidiæ, nisi sit persona valde honesta, talis iudex poterit recusari. iij. q. v. quia suspecti. & c. accusatores. quia tales affectiones consueuerunt veritatem impedire, vt ibi. & xj. quæst. iij. quatuor modis. idem intelligo, si sit de terra impetrantis ratione subiectionis, maximè si clericus vel scriptor eiusdem sit, vel aliter familiaris, sic intelligo, infrà, vt lite non contest. accedens. ij. Nona, si sit consanguineus, vel affinis. ff. de iniur. lex Cornel. ff. de lib. causa. si pariter. Decima, si fuerit advocatus in eadem causa. ff. de postul. l. fin. probatur de vtroque, scilicet de consanguineo & advocato: infrà de appel. postremò. ad idem. ff. de procurat. sed hæ personæ, & l. Iulia. affinitate. iij. q. ix. absens. ij. Vndecima, si ab eo appellatum sit: infrà, de appel. ad hoc, & c. accepta. quamuis enim non fiat iniuria iudici à quo appellatum est, ex qua scilicet agi possit. C. de appellat. & in maioribus. tamen qualiscunque fieri intelligitur. argumen. C. de Episcop. audi. l. ij. C. de summa trinit. & fide catholic. l. iij. in princip. & ideo timendum est, ne provocatus obesset, vt not. suprà eodem. §. quod sit eius officium, versic. si quæras rationem, & vide super hoc quod not. infrà, de appellat. §. quis si effectus. versic. item licet exemptus sit. & sequent. Duodecima, si comes sit: argument. ff. de offic. præsid. senatus, & ad l. Iulia. repet. l. ij. & iij. hæc tamen causa in ordinaria iurisdictione non semper locum habet. quod dic vt not. infrà, de sentent. & re iudic. §. quis debet sententiam. verfic. sed nunquid potest suis, & sequentibus. Tertiadecima, si sit inimicus domini mei: nam propter dominum recusat tota familia iurisdictionem alicuius. C. si quacunque præditus pote. l. vnica. Hæ causæ & consimiles, quas diligens lector per se recolligere poterit, possunt proponi contra iudicem delegatum: sed & omnes quæ repellunt ordinarium, de quibus dixi infrà, de appellatio. sub rubr. de recusatio. §. ex quibus causis repellunt delegatum: non tamen econtrà, vt ibi not. versicul. & breuiter, & est ratio, quia delegata iurisdictio accidentalis est, vt nota. suprà eodem. §. quæ iurisdictio. versicul. est autem accidentalis, sed & ordinaria naturalis, vt ibi dixi. non est ergo mirum, si accidente fortior sit natura. Institut. de iure naturali. §. sed naturalia. dicunt etiam quidam, quòd iusta causa est, si non assignatur locus tutus respectu inimicitiarum, & congruus respectu expensarum. infrà, vt lite non contestat. accedens, ij. infrà, de fide instrument. accepimus. infrà, de confirmat. vtil. vel inutil. cum dilecta. iij. quæstio. ix. hortamur. xxxiij. quæstio. ij. siue de coniugij. xxiiij. quæsti. j. pudenda. ff. de rebus dubiis, vtrũ. ij. q. ij. c. fin. nam si cui difficile sit satisdare in vno loco, remittitur ad alium. ff. qui satisda. cog. si fideiussor. §. fin. sed hic puto quod sit locus appella. infrà, de appell. ex parte. Illud est specialiter denotandum circa istam materiam, quòd prædictæ causæ non sufficerent omnes ad testem repellendum: ecce enim canonicus non potest esse iudex, vt dixi, tamen bene non potest esse testis. suprà, de officio archi. cap. fin. & est ratio, quia non est probationum facultas angustanda. C. de hæret. quoniam multi. in fin. facilius autem decem iudices quàm vnum testem poteris reperire.

4 Quando debet fieri † recusatio. Et quidem Goffre. notat, quòd iudex recusari debet intra viginti dies, qui dantur ad deliberandum libello porrecto: & hoc fieri potest, quamuis cautum sit iudicio sisti, vt in authent. offeratur. sicut & post iuramentum præstitum de dando iuri, potest nihilominus appellari. vt infrà, de appell. ad hoc. & j. & non postea. vnde in corpore authent. dicitur in medio viginti dierum, id est, intra viginti dies licitum esse iudicem recusare, vel repudiare, si tamen contingat lit. contest. fieri: quæ si valeat, adhuc salui sunt illi dies, & licebit intra illos omnia ex integro fieri. vt in authent. de exhiben. & intro. reis, §. sancimus. collat. v. & sic intelligas iij. q. iij. offeratur. ideo iudice absente is qui recusare ipsum intendit, protestari debet hoc coram aliis. intelligas tu, ne scilicet xx dies cedant. C. de iudi. cum specialis. nec obst. quòd hæc exceptio cùm dilatoria sit, quandocunque ante lit. contest. opponi posse videtur, vt not. infrà, de except. §. & quando. quia non ideo dicitur hæc exceptio dilatoria, quòd vsque ad lit. contestat. proponatur, sed quia semper ante lit. contesta. proponenda est. secundum Goffred. tu teneas, quòd etiam elapsis illis viginti diebus recusari potest aliquando, & aliquan-

& aliquando non, poterit etiam intra illos viginti dies, secundum quod vltra vel citra lis contest. erit. nam hæc dilatio & arctari, & prorogari potest. vt not. infrà, de dila. §. j. versic. alię deliberatoriæ. & §. quis ipsas. quod ergo dixit authen. de xx. diebus, non dixit propter hoc, quòd vellet limitare hanc exceptionem, sicvt nec deliberationem. imò ex causa arctari poterit & prorogari hæc dilatio. sed ideo hoc dixit, quia communiter dari debẽt viginti dies, quibus elapsis lis contest. consueuit: quo facto, iudex non poterit recusari: quinimò si dicat, Cedo, non habet necesse iudicem recusare. si dicat, Contendere volo, intelligendum est coram illo, coram quo vocatus sum, & sic ex quo nihil aliud dicit, videtur in iudicem tacitè consentire: certè nec l. antiqua, cùm specialis. de iure nouo. authen. quod postea factum fuit, videtur somniasse. dicas igitur, quòd semper potes recusare iudicem, antequã videaris in ipsum expresè vel tacitè consensisse, non postea, nisi de nouo emergat, vt apparet in his quæ not. suprà eodem. §. quis posit delegari. versic. committitur huic bene causa. & probatur infrà eodem insinuante. & infrà de sentent. & re iudic. inter monasterium. Quid si cui competat recusatio contra iudicem, & excõmunicationis exceptio cõtra aduersarium. Videtur quòd vna sit impedimentum alterius. nam delegatus cognoscere habet de excommunicatione. infrà, eod. prudentiam. §. sexta. arbitri verò de recusatione, infrà eodem. suspicionis. ergo insolubile sit impetranti & delegato suo. delegatus enim cognoscere non potest de excommunicatione: pendente causa recusationis, expediri potest: sed nec causa recusationis expediri potest, quia nec excommunicato communicandum est ex certa scientia: infrà, quod me. cau. sacris. & infrà de sentent. excommunic. significauit. ergo nec cum eo arbitri eligentur. argument. infrà, de iudic. intelleximus. xj. q. iij. cum excommunicato. & cap. præcedentibus. sed certè non est rigor iuris, ex quo sequi potest causæ perplexitas, nimium prosequendus. infrà, de appellat. interposita. §. vlti. puto igitur, quòd in hoc casu potest deleg. compellere recusantem, vt vel coram ordinario excommunicationem probet. argument. infrà, de offic. ordi. significauit. & C. de iudic. l. fin. aut quòd cum aduersario suo arbitros eligat, qui primò de excommunicatione cognoscant: secundò de recusatione: nec alleget timorem communionis, quia excusatur necessitate iuris. xj. q. iij. quoniam multos. & duobus cap. sequenti. quinimò alia ratio reformat pactum. nam recusans in causa recusationis, actor est, & libellum porrigere debet. vt apparet infrà eodem. §. qualiter. ergo impetrans quamvis excommunicatus, cùm dubius sit, potest iurisdictionem quam impetrauit defendere, cùm cuilibet excommunicato legitima defensio reseruetur. infrà, de except. cùm inter priorem. dilectæ. dilecti. significauerunt. venerabilem. poterit ergo iudex deleg. præfigere terminum, intra quem eligat: quod nisi fecerit, ad aduersarium deuoluetur electio. argum. ff. de leg. ij. statu liberum. §. Stichum. aduersario autem eligente, & parato procedere, si recusans denegat. puto quòd tanquam contra contumacem non obstantibus exceptionibus propositis, poterit iudex delegatus procedere, cùm nec aliter sua iurisdictio valeat expediri. infrà, eodem. suspicionis. & in authentica. d. n. extra de appellat. legitima suspicionis causa, non vltra procedo in quæstionibus circa hunc articulum. Latet enim quoddam quid energiæ, quam mihi retineo, ne aperiam laqueum indissolubilem rescriptorum. & vide quod no. de hac materia, infrà de except. §. & quando. ver. in declinatoriis.

5 **Qualiter recusatio † fieri debeat.** Traditum est ab antiquis, quòd libello porrecto. hoc enim præcipit lex C. de iudic. apertissimi. ibi, libello recusationis ei porrecto. Gloss. huius libelus commodè ita concipietur, quoniam res periculosa est, & tristissimos solet sortiri euentus, sub iudice suspecto subire iudiciũ, ideò ego T. audientiam tuam domine R. recuso. & hoc, si offeratur iudici: si alii, retine omnia, & immuta, vt dicas audiẽ. illius, &c. Azo. iunge ex tali causa, alioquin non sufficeret, vt infrà, de appellat. secundò requiris. & cap. cum speciali, ideo autem dicitur in libello hoc, Si porrigatur iudici, quia aliquoties porrigitur ei qui recusatur, aliquoties alii, vt apparet in his quæ not. suprà eodem. §. quod sit eius officium. versicul. sed coram quo probabitur. debet autem talis causa proponi, quæ si probata esset, deberet legitima reputari. infrà, de appellat. cum speciali. quo facto, arbitri eligendi sunt à partibus, qui terminum assignabunt, intra quem iusta causa recusationis probetur. infrà eodem. suspicionis. infrà, de appellat. secundò requiris. §. fi. Potest & sic formari, quia suspecti vel inimici iudices esse non debent, & quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum examen velle refugere, ideo ego, &c. vt suprà. Quid si arbiter non vult recipere arbitrium? nõ videtur quòd cogi posit: nam hæc res extra necessitatem posita est. ff. de arbi. l. iij. §. j. verum est quando quæritur de arbitrio voluntario, secus de necessario: nam ibi cogitur arbiter. sic intelligo. C. de ad uo. diuer. iudi. sancimus. tale est hoc, de quo hic quæritur, cùm nec aliter iurisdi. expediri posit, infrà eo. suspicionis. infrà, de appella. cum speciali. Quid si non possunt cõcordare, aduocent tertium, ad quod compellantur per delegatum, infrà eod. suspicionis. §. j. Quid si non possunt concordare de tertio, assignet delegatus eis terminum intra quem concordent, vel tertium aduocent: quo elapso, delegatus iurisdict. sua vratur. in authent. d. n. extrà, de appellat. legitima. §. fin. Sed nunquid per hoc corrigitur Greg. qui vult, quòd arbitri terminum assignent? Non: quia Grego. loquitur in termino intra quem probari debet causa recusationis proposita: Innoc. verò de termino intra quem vel arbitri concordent, vel tertium concorditer advocent: ergo si tertium advocauerunt, cessant partes delegati in termino assignãdo. Quid si hodie proponatur causa vna, cras alia, & sic nullus est finis: puto, quòd delegator potest assignare diem intrà quem omnes proponantur: quo elapso, non potest proponi aliqua, nisi de nouo emergat, infrà, de except. pastoralis. nam & ad probandum peremptoriam exceptionẽ, potest iudex terminum assignare: quo elapso, excipiens non auditur: j. de proba. licet. respon. j. & §. j. vel melius dicas quòd imputet sibi, si in libello nõ proposuit, quia de cætero non proponet, nisi ex noua causa, cum præsumi debeat contra ipsum: & hic est casus vbi iudicio meo libellus admittetur, in quo plures causæ proponi poterunt indistinctè. imò talis laudabilior est illo qui subticet, & concelat, cùm presumitur in fraudem versari: ad hoc infrà, de dolo & contuma. c. fin. infrà, de causa possessio. ad vltimum. infrà, qui matrimo. accusar. non possunt. c. fin. in authent. d. n. extra de restitut. spolia. frequens & assidua. §. solet. & extrà, de excep. pia consideratione. §. si quis igitur.

Quid si arbiter non vult recipere arbitriũ.] Adde Specu. in tit. de iur. om. iud. in §. ij. ver. sed an Bart. in l. j. in ij. col. de legat. ii.

6 **Quis sit effectus.** †Vt in iurisdictione recusati suspendatur causa recusationis pendente, sicvt & pendente causa appellat. suspenditur, vt nota. suprà, eodem. §. qualiter finiatur: non tamen per omnia. nam & post recusationem iudex recusatus, quo ad quid iudex remanet, vt apparet in his quæ not. suprà. §. proxim. & infrà, de appellat. sub rubr. de recusa. suprà, quis cognoscet. sed hoc regulariter verum est. nam sicvt per appellat. receditur ab audientia iudicis, sic & per recusationem. nec habeo necesse appellare, sed sufficit recusatio, sicvt innuitur, j. eo. suspicionis. & de appellat. secundò requris. iij. q. v. quia suspecti. C. de iud. apertissimi, & sicut sententia lata per appellatationem iustam, nulla est ipso iure, infrà eod. cùm olim. ad fin. infrà, de appel. dilecti filij. §. quia verò. sic post recusationem lata nulla est, sicut audiui à domino nostro, qui licet tenet hoc, verum est in vtroque, si causa proposita vera & legitima sit: alioquin contrà. j. de appel. cum speciali, vbi duo æquiparant, appellatio & recusatio. ideo dicit rubrica de appellationib. recusationib. & relationibus, quia diuersi sunt modi, per quorũ quemlibet ab audientia iudicis recedi potest: & vbi non est locus appellationi, non est locus recusationi: infrà de appelat. super eod. ij. §. j. Quid si recusatur & appellatur? Respon. si prosequatur appel. non valet, nisi ob causam non admissam fuerit appellatum, infrà eod. super quæstionum, ad fin. ibi, quòd si iustam causam recusationis noluerit admittere delegat. &c. ergo, si proponis causam recusationis, & non expectes vtrum iudex admittat, vel non admittat, appellare non potes, sicut est in qualibet alia exceptione apposita: infrà, de appel. dilecto. ad fi. ff. quando appel. sit. l. j. §. si quis tutor. Quid ergo si sic dixeris, Recuso te ex tali causa, & appello, vel prohibeo ne procedas causa recusationis pendente? Et certè videtur quòd appellatio teneat, argum. optimum. ff. de arbitr. non distinguemus. §. cùm quidam. videtur enim hæc appellatio extra iudicium facta. nam ex quo recusatus est iudex, suspensa est iurisdictio, vt dictum est: nec ad ipsum pertinet cognoscere, vtrum causa proposita sit admittenda, vel nõ, sed ad arbitros: infrà eod. suspicionis: ergo extra iudicium videtur fieri talis appellatio, & sic valet, sicut probatur infrà, de appellationibus. bonæ me. & dixi in summa, quinimò videtur sibiipsi contrarius, qui appellat à iudice recusato, quia recusatio præmissa innuit ipsum non esse iudicem appellationis, sequens innuit ipsum esse iudicem. Vnde apparet recusationis defeciſſe conditionem, vbi quis ad appella. auxilium confugit, argumen. optimum. ff. rem ratam haberi. l. iij. §. falsus. nec obstat, infrà eod. super quæstionum. §. finali. quia ibi loquitur quando subdelegatus delegati recusatur:

in quo casu non ad arbitros recurritur,imò coram delegato causa proponenda est,& probanda,vt ibi dicit, & in eo.cap.§.quem verò:nos autem loquimur,quando delegatus recusatur, in quo casu videtur sufficere recusatio. nec nocet si iungas, Appellò ne procedas: & sic potest intelligi, infrà eod. cùm super abbatia. & infrà,vt lit.non contest.c.j.ij.& iij. Potest & illud dici,quòd vbi causa recusationis notoria est, appellari potest ne procedat,puta quia suffraganeus est impetrantis. sic loquitur,infrà vt lit.non cõtest.accedens.j.quia vix potest esse non notorium: arg.suprà, de transla.episcopi,quanto.§. cæterum. & ideo non indiget probatione,suprà,de electio.bonæ memo.Maguntino.§.licet.& §. contra.infrà,de iureiuran.ad nostram.iij.si verò dubia est,tene vt dixi. Sed quid si subdelega.delegati recusatur, & nihilominus delegatur? Recurrendum est ad arbitros,vt patet ex præmissis. Et quid si duo non possunt concordare,nec nominare tertium, quã do iusta causa recusationis proponitur contra ipsum,puta episcopum ordinarium aduocandum, cum quo ambo arbitri vel alter eorum dubium diffiniant & decidant,argumen.xj.q.j.quicunq;. in authent.de sanctis.episc.§.si quis litigantium.col.ix.in talibus enim ordinarius supplet. C.de iud. cum specialis. Quid si iterum episcopum recuset, tanquam suspectum? Certè nimium quærenti non est respondendum,nec nimium recusanti satisfaciendum: imò talem inconstantiam meritò recusabit iudex. ff. de procu. in causæ. possumus ergo dicere, quòd in hoc casu intelligatur resuscitata lex antiqua.C.de episc.audi.episcopale iudicium sit ratum omnibus,subaudi,in hoc casu,ab alia l. quicunq;,superius allegata,quæ aliàs correcta intelligitur,& quam habes infrà de iudi.nouit.§.non igitur.ibi, & illud dimittamus quod Theodosius statuit imperator,&c. Vbi enim ordinarius secularis recusatur, iungitur episcopus, vt in authen. vt differentes iudi. §. si verò contingit.col.ix.posita.C.de iud.si verò contingit. nam nec in tertiam personam transit excommunicatio, nec tertiò appellatur, vt tractatur infrà de senten.excom.§.fi.respon.j.versicu.hæc autem excommunicatio.& de appel.§.quoties.nec testes tertio reprobantur.infrà de testi.licet.iij. Quid si iudex delega.vult præuenire recusationem,& causam alij delegare? Non videtur quòd possit,cũ iurisd. sua elidi posset per exceptionem: & sic inefficax est penes ipsum.ff.de reg.iur.nihil interest.ff.ex quibus causis in pos.ea.Fulcinius.§.si in diem.ff.de dolo.eleganter.§. seruus pactionis. ergo si inefficax est iurisd.in delegante, inefficax est in subdelegante,argu.ff.de iurisdictio.om.iud.solet prætor.ff.de offic.eius cui man. est iurisd.l.& si prætor.& ff.eo.tit.l.j.§.qui mandatam. si enim nõ habet iurisdictionem in cognoscendo,ergo nec in delegando.C. qui pro sua iurisd.l.vnica.nam delegare pars iurisd.est.ff.de iurisd. om.iud.l.iij.in fin.ar.ff.de offi.proconsul.obseruare.§. fi. nec debet iudex præuenire diligentiam recusare volentis. arg.infrà, de app.sæpe contingit. ad fin. & c.oblatæ.§. penult.& de confir.vti. vel inutili.bonæ. Sed contrà,quia causæ suspicionum personam iudicis afficiunt,non iurisd.ergo contra successorem, id est subdelegatum non competit exceptio.argum.ff. de diuer.& tempo.prę scrip.an vitium.personalis enim exceptio personam non egreditur.ff.de except.exceptiones.ij.respon. j. & ideo mutata persona vitium aboletur. ij. quæst.j.in primis.j.quæst.j.citò turpem.s. de fi.presb.ex transmissa.ff.vti possid.si duo.§.non videor.Sol.Puto quòd ante recusationem potest committere negotium quod in ordinario indubitatum est.ff.de iurisdictio. om. iu. prætor. & idem puto in delegato secundum Goffred.arg. s. de rescrip. nonnulli.§.cum autem lites.& apparet in his quæ not. infrà eod. ver. miror.& sequentibus. Patet per præmissa, quòd effectus recusationis ab initio dubitatiuus est, vnde suspendit iurisd. recusati. ex pòst facto autem diuersos effectus habet non dubios, sed claros. Si enim is qui de causa recusationis cognoscit, ipsam illegitimam reputat, remittat partes ad iudicem recusatum, & puto ꝙ hic appellari potest & debet,ex quo non admittit legitimam causam recusationis.& sic intellige quod not.s.eodem versic. quid si recusatur & appellatur. Si verò ipsam admittat tanquam legitimam, appellare potest is contra quem fit recusatio, scilicet is qui iudicem impetrauit: si putat,quòd non fuisset admittenda, quia talis arbiter iudex est. & ideo à tali arbitro appellatur. ff. qui satisdare cogantur. arbitro. & l. sequenti.respon. j.ff. à quibus appel.non licet.l.finali. Quid si pronuncient falsam causam recusationis,vel veram? Idem dico, quòd appellare potest is qui putat se grauatum. Sed quid si causam admittat,& ipsam pronunciant veram fuisse,& iudicè legitimè recusatum.dicunt T.& Io.& multi eorum sequaces,quòd omnino cessant partes recusati,ita quòd non potest cognoscere,nec alij delegare.infrà,de foro compet.licet.infrà, de appellationib. secundò requiris. & hoc in delegato, ordinarius autem delegat. recusatus de recusatoris consensu causam committere potest.sic intellexerunt infrà,de appellatio.cum speciali.& eodem modo respondebant infrà,de foro competenti. si quis clericorum.& infrà, de appella. ad hoc cùm à te. vel quod ibi dicit,quid dirimere valeat quæstionem,subaudi,recusationis, & non principalem, nec obst. leges infrà scriptæ, quia correctæ sunt,secundum ius canonicum.Goffredus reprobauit hoc,& intellexit decre.j. de appel.cum speciali in ordinario, vt sic concordet cum decre.& in delegato,vt sic concordet cum ll.quæ dicunt, quòd deleg.quamuis recusatus sit,causam committere potest,intelligas de recusatoris assensu: sic intellexit. C. de iu.apertissimi. & l.cum speciali. nec obst. infrà, de appellatio. secundò requiris. quia quod ibi dicit,causæ cognitioni supersedere tenẽtur, verum est in propria persona,quia suspectus iudex esse non debet, vt ibi sequitur.& ij.quæst.v.quia suspecti.quia hoc periculosum est.infrà,de exceptio.cùm inter priorem.ex hoc tamen non negatur recusatum committere posse ad aliam.infrà,de foro competenti.licet sic respondebat.non obst.quod ibi dicit ad te, vel ad nos pro iustitia recurratur. subaudi per appellationem, ex quo recusatio non est admissa: sed ea non obstante cognoscere volunt, vnde ibi sequitur,sicut superius est expressum.hoc enim in superiori parte illius decre.exprimitur manifestè. Miror quare sapientes peruerterunt iura. & dico, quòd tam iura ciuilia, quàm canonica concordant, non discordant: assero tamen, quod T. & Ioann. bene respondent decret. sed malè intelligunt legem. Dominus etiam Goffredus nimis dilatat decretalem, quia proculdubiò decretalis cum speciali in ordinario tantùm loquitur: & assero, quòd ordinarius recusatus committere potest, non tamen delegatus. & qualiter hoc intelligi debeat, not. plenè infrà, de appella. sub rubric. de recusa. §. quis cognoscet de causa, ordinario recusato. versicu. puto. Nec dicunt ll. quòd delegatus recusatus vices suas committere possit, quicquid dicat Goffredus. Quid ergo? Respondeo, ipsi arbitri electi à partibus finita causa recusationis, principalem quæstionem terminabunt,tanquam delegati ab illo, qui recusatum delegauit: hoc est quod dicit l.C. de iudic. apertissimi. sed expone, quod ibi dicit, & arbitros eligere,subaudi,qui si pronunciauerint bene recusatum, de principali cognoscent, sicut cognosceret & is, qui recusatus est, si non fuisset recusatus: & hoc est quod sequitur, & apud eos, scilicet arbitros venire, scilicet super principali quæstione, & sic litem, scilicet principalem apparente, id est, præparante. Vnde etiam apparitor dicitur,qui homines facit in iudicio apparere,quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. quod scilicet recusari possit, non tamen quod arbitri eligantur: imò cognoscet is, qui subdelegauit, vt not. suprà,eodem.§.quod sit eius officium. versicu. sed coram quo probabitur. & sequen. & si ab imperiali maiestate, &c. Eodem modo exponel. fin. eodem titulo. cùm specialis. ibi, Et apud eos litigare. ne. id est, an. quasi dicat, de hoc cognoscent, vtrum iusta sit recusatio, & tunc remouetur, quia non cognoscet, sed arbitri, quando erat delegatus principis: sed si alterius iudicis ordinarij, tunc remouetur, & alter eligitur,quem superior dabit de consensu,scilicet recusatoris.infrà, de appellatio. cum speciali. sin autem causa iniusta sit,vel non potest probari,tunc datus iudex non remouetur, nec alter eligitur, imò ad eum reuertuntur litigantes: sicut probant iura canonica allegata. & hoc est quod ibi dicit in l.ne & datus iudex remoueatur,& non alter eligatur, &c.domini tamen aliter intelligunt dictas leges. Sed iste intellectus nedum vtrique iuri,sed naturali conuenit rationi. tu tamen elige cui dicas. Illi etiam decre.licet, infrà,de foro competenti. potest responderi,sicut respondet Gof. Vel dic, ꝙ illud est ratione consuetudinis antiquitùs sic obtentæ, sicut innuit decre. Arbitri ergo isti non sunt ordinarij, sicut quidam notauerunt, imò delegati intelliguntur ab illo, qui recusatum delegauerat, sicut probat l. apertissimi. supradicta. & sic fit prorogatio iurisdictionis delegatæ de persona iudicis vnius ad personam alterius iudicis, authoritate iuris. sicut not. suprà, eodem.§.quibus modis.versicu.verum personarum prorogatio. & sequent. Consueuit quæri, circa hunc titulum,vtrum iurisdictio prorogata sit ordinaria, vel delegata? Et dicunt quidam, quòd ordinaria, quia à lege est, vt apparet in his quæ not.suprà, eodem.versic. quibus modis. & argu.ff.de iurisdictio.om.iudic. & quia. Secundi dicunt,quòd est delegata. quasi assumat naturam rei cui aggregatur,& communiter.C. communia de leg.l.ij. in fi.C.de rei vxor.act.l.vnica.respon.j.xvj.quæ.j.temporis qualitas.infrà, de statu monachorum.recolentes. §.fina.Dicas quòd iurisdictio delegata prorogata,delegata est, & eadem cũ priore, sicut precarium prorogatum idem est cum primo. ff. de precario.

sed

ſed ſi manente. & locatio prorogata eadem eſt. ff. de loca. & conduct. item quæritur. §. qui completo. & compromiſſum prorogatum idem eſt. ff. de arbitris. non ex omnibus. §. fina. & eadem eſt iuriſdictio proconſulis & legati. ff. de officio proconſulis. meminiſſe. Quid ſi is cui committitur cauſa expreſſo nomine dignitatis, non proprio, transferatur? Reſpon. finita eſt iuriſdictio, quo ad perſonam translatam, quia nihil commune habet cum priore eccleſiæ. xxj. quæſt. ij. ſi quis iam translatus. infrà, de præbend. de mulcta. expectetur ergo ſucceſſor. infrà, eod. quoniam. infrà, de teſtament. relatum. ij. §. nomine. ibi, vbi autem in loco defuncti, &c. Quid de depoſito? Idem: nam in foro eccleſiaſtico depoſitio vltimum ſupplicium reputatur, infrà, de accuſat. qualiter. ij. §. j. ibi: videlicet vt criminalis accuſatio quæ ad diminutionem capitis, &c. quod mortem interpretamur. ff. de pœnis. vltimum, & quod ita fit, in translato & depoſito comprobatur. C. de peda. iudic. placuit. Quid de ſuſpenſo? Dicas quòd non impeditur, quia intelligitur in ſuſpenſis ab ordinaria iuriſdictione non delegata. Et idem intelligas in remoto ab adminiſtratione, ſecundum Goffred. Hoc vltimum approbo: ſed in ſuſpenſo diſtingue, ſicvt diſtinxi ſuprà, de electio. §. quis poſsit eligere. verſicul. hoc intelligas. & vbi dixi ipſum ſuſpenſum eligere poſſe, dicas epiſcopum ſuſpenſum poſſe cognoſcere: vbi denegaui, & tu deneges cauſæ cognitionem. Quid de excommunicato? Dic quòd impeditur iuriſdictio, non finitur: & eo abſoluto, ex commiſſione veteri procedetur. vt xv. quæſti. vj. nos ſanctorum. & capitu. iuratos. infrà, eodem. prudentiam. §. ſexta. maximè ſi incepit cognoſcere, quia melius eſt tantiſper expectare, quàm de nouo alij perſonæ committere. ff. de vac. mu. l. fina. in fine. Quid de auditoribus curiæ, quibus viua voce per nuncium cauſæ à ſummo Pontifice committuntur? Et quidem delegato non creditur, niſi hoc probet per literas: infrà eodem. cùm in iure. nec legatis. C. de mand. princip. l. vnica. Nec creditur officialibus Cæſarienſibus alicuius bona tanquam fiſcalia volentibus occupare, niſi literas habeant. C. de iure fiſc. prohibitum. libro decimo. Sed dic, quòd in præmiſſa quæſtione ſufficit probare, ſic commiſſum fore cum ſcripto in authentica, vt litigantes iurent. §. quia verò. column. ix. & de lit. §. edicta mihi incipit. §. aliis. colum. viij. Et idem intelligo in auditore dato à quolibet ordinario præſente. Et eſt ratio, quia recurri poteſt ad delegantem de facili, ſi dubitetur de commiſsione iuriſdictio. nec obſt. iura primò inducta, quia intelliguntur, quando delegans abſens eſt & remotus. argument. C. de ſatiſda. l. vnica. Item legato cardi-
d nali [d], vel aliàs non ſuſpecto, credendum videtur ſine litera. argument. xcvij. diſtin. nobiliſsimus. quia ſicvt cardinales honoris prærogatiua lætantur, ſic eos authoritate fungi volumus ampliori. in authentica d.n. extrà, de officio legati. officij noſtri debitum. in fine. dic vt not. infrà titulo j. §. quid pertinet. Sed quid, ſi tenor literarum in acta public. ſit translatus, nunquid per acta probabitur iuriſdictio? Reſpond. ſic. C. de re iudic. l. geſta. C. de teſtamentis. l. publicati. Quod intelligo verum eſſe, cùm examinatæ ſint literæ in iudicio, præſentibus partibus, tam in filo, quàm in bulla & ſtylo, & demùm probatis omnibus, authoritate iudiciali translatæ ſunt. infrà, de priuilegiis. cùm olim eſſemus. in fine. Et eſt notandum, quòd quantumcunque iudici præciſè ſcribatur, rationabiles tamen exceptiones tenentur admittere niſi in reſcripto contineatur, quòd nullæ penitus admittantur. infrà, eodem. ex parte ij. quia tunc nullæ admitti debent: vel ſaltem moratoriæ vel dilatoriæ non debent admitti, peremptoriæ ſic. C. de preci. impe. offerend. l. quoties. vel dici poteſt, quòd & tunc dilatoriæ & peremptoriæ debent admitti, præter illas, de quibus non admittendis in reſcripto ſpecialiter continetur. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæ ſint. hoc tamen fallit in perſonis illis, quæ propter exceſſus notorios & euidentes ſine exceptione vel executione aliqua condemnantur. xxiij. diſtinctio. In nomine Domini. ij. quæſt. iij. lator. xxj. quæſt. ij. placuit. xxvij. q. ij. ſi homo. C. de decurio. l. exemplo. lib. x. Illud autem in ſumma not. eſt, quòd ſi duo reſcripta ad diuerſos iudices impetrantur, nec poſſit cognoſci quod prius & quod poſterius, vt quia eadem data in reſcripto vtroque continetur, vel quia delata eſt, ſuſpenditur iuriſdictio, quouſque delegatus conſultus fuerit, quamvis alij aliter intelligant. infrà, eodem. capitu. ij. quod dic vt nota. ſuprà, de reſcriptis. §. quod cui præiudicet. in diſtinctio. quæ incipit, Si de revocatione. Item ſi pœna certa invenitur in iure, illa infligenda eſt, aliàs arbitrio iudicis committitur. infrà, eodem. de cauſis. §. vnico. Et ordinarius obedire debet delegato: & ſi ſciat ſententiam iniuſtam. infrà, eodem. ſi quando. Nec poteſt fieri reſtit. ſpol. niſi lite conteſt. quamvis paratus ſit probare deiectio-
nem. infrà, eodem. conſultationibus. ſecundum quoſdam. ego tamen ipſam aliter conſueui legere. Item ſi Papa reſcripſit pro aliquo beneficiando, potior eſt primus ſecundo, niſi de primo mentionem faciat. infrà eodem. cap. ex parte, N. Nec dominus Papa contra ius alterius ſcribit, vnde appellare poteſt quilibet à iudice delegato, ſi ſibi præiudicium faciat, quamvis in literis appella. ſit remota.
e infrà, eodem. ſuper eodem. Item [e] excom-
7 municatus †non habet perſonam ſtandi in iudicio, quouſque fuerit abſolutus: poteſt autem abſolui à delegato, quem impetrauit, ſi poſt litem conteſt. excommunicatus fuit, vel poſt reſcriptum impetratum excommunicator monitus per delegatum ipſum abſoluere malitioſè recuſet. infrà, eodem. prudentia. §. ſexta. & ſequenti. Et ſi tres iudices dati ſunt, duo procedere non poſſunt, niſi conſtet de tertij impotentia. infrà eodem. cum cauſa. Et
e ſi iudex pronunciat cum illo qui deſiit eſſe iudex, credens quod ſine eo pronunciare non poſsit, nihil valet pronunciatum. infrà eo-
8 dem. cùm ſuper Abbatia. †Iudicium autem in tenebris exercendum non eſt: infrà eodem. conſuluit. de hoc tamen dic, vt plenè not. infrà, de iudic. §. qualiter & quando. Item mandata iuriſdictione modica coertio mandata intelligitur. infrà, eodem. ex literis. & capitu. paſtoralis. reſpon. j. nec creditur delegato, niſi reſcriptum oſtendat. infrà, eodem. cùm in iure. Et procurator ad ea quæ in reſcripto continentur, conſtitutus intelligitur. infrà, eodem. cùm olim. Et qui acta falſat vel frangit, contra ipſa non auditur vt puniatur in eo in quo deliquit. infrà, eodem. cùm olim magiſter. Sin autem aliquis dicit ſe excommunicatum poſt appellationem, vel ſententiam continere intolerabilem errorem, ante abſolutionem eius, probationes admittuntur, aliter ſemper abſoluitur ante probationem, quamuis excommunicator paratus ſit probare quod iuſtè excommunicauerit. j. eod. cùm contingat.

d Legato Cardi. JAdde gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. lib. vi. gloſſ. in c. cùm olim. el primo. de priui. Doct. in c. quòd trãſlationem. de offi. leg. Io. Andr. in c. quod ſuper his. de fide inſtru. Doct. in ca. j. de offic. leg. lib. vj. & in extrauagant. Boni facij. incip. iniunctæ. Do. in l. j. C. de mãd. prin. Rota deci. exc. incip. item no. quod legatus. Lap. allega. xv. incip. an ſi frater minor. Bald. in l. iurif iurandi. C. de teſta. calum. conſi. ii. in titul. de offi. lega. Paul. de caſtr. conſi. cccvii. incip. in x. &c. priuſquàm iura fierent.

e Item excommunicatus. JAdde c. ſoli. in fi. & ibi Doc. de ſenten. excom. lib. vj. Abb. in c. cùm inter priorem. de excep. idem Abb. in c. intelleximus. & ibi Doct. de iudi.

De officio Legati. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Legatus quis ſit.*
2 *Legatorum ſpecies quot ſunt.*
3 *Officio legati quid pertineat.*
4 *Legatus quando exerceat ſuam iuriſdictionem.*
5 *Legatus in quo loco exerceat ſuam iuriſdictionem.*
6 *Iuriſdictio legati qualiter finiatur.*



Via officium legati ſimile eſt officio delegati, quamuis latius, & quia in parte eſt ordinarius: imò omnino, ideo de ipſo videamus inter tit. de offic. delegati, & ordinarij. Si infrà, de paro. & de peculio. in hoc ergo tit. videndum eſt, Quis ſit legatus, Quot ſunt ſpecies legatorum, ſeu genera, Quid pertinet ad officium cuiuslibet, Quando iuriſdictionem ſuam exerceat, Et in quo loco, Et qualiter finiatur.

1 **Quis ſit legatus.** †Quicunque ab alio mittitur, legatus dici poteſt. ff. de leg. l. j. & ij. & per totum. vnde legatus dicitur vicarius alieni muneris. ff. deleg. vicarius. & l. legatus. nec durante legatione aliquid in re ſua agere poteſt, niſi in his quæ ad iniuriam, vel damnum eius parata ſunt. ff. de le. legatus. ff. de iudic. l. ij. §. legatis. poſſunt tamen in alium compromittere. ff. de arbitr. non diſtinguemus. §. item ſi quis. ſed & nuncij, quos apud nos hoſtes mittunt, legati dicuntur, & ſancta res eſt horum legatorum: quòd ſi quis eos pulſauerit, hoſtibus, quorum legati erant, tradendus eſt. ff. de leg. l. vlt. hic tamen ſpecialiter tractatur de legatis Ap. ſe. quibus aliqua terra, ſeu prouincia regenda committitur. infrà eod. c. j. & c. nouit. & ſeq. poteſt ergo legatus vocari miſſus Dominicus. infrà, de regula. c. ij. j. de frigi. c. de cuius iuriſdictione ſi dubitari contingat, debet facere fidem per literas. C. de man. princ. l. vnica. & not. §. de offic. deleg. §. ſi. verſic. quid de auditoribus.

a Quot species legatorum.] Adde Doct. in rub.eo.tit.gl. in verbo legati.in c.j.de offi.leg.li.vj. Abb. in c. excommunicamus.in iii.no.de offi.leg.

b Sed in exemptos.] Ad de quod sic in legato de latere: secus in alio.vt est tex. & doc. in c.j. de verb.sig.lib. vj.doct.in c.j. de offi leg.eod.lib. Specu. eod. tit. in §. superest.versic. sed nūquid legatus. Cardi. Zaba. in cap. quod translationem.in v.q. de offi.lega.

2 a Quot species † legatorum [a] sint seu genera. Tria sunt enim quidam legati, qui emanant ex latere domini Papæ, & his debetur procuratio extra prouinciā, si fortè cōtingat ipsos aliquò transitū facere, sed aliis non, nisi speciale mandatum habeant. infrà, de censi. cum instantia. infrà, de iureiuran. ego, & hi maximæ authoritatis sunt. nec credendum, quòd aliter iudicent quàm ipse Papa faceret. infrà. de appel. nouit. ff. de offic. præsid.l.j. & intelliguntur pars corporis domini Papæ. vñ.quæst.j.§.verum.versi.si quis cum militibus. C.ad l.Iulia.maiest. quisquis. & de hoc ij.quæst.vj.decret. & talis tanquam Papa honorandus est.xciij. distin. c.fin.xciiij. distinct.c.j. Et intelligi potest de latere Papæ missus, etiam si non sit Cardinalis, sed & si sit de familia, vel etiam si sit extraneus, dūtamen ab eo mandatum recipiat, viua voce, vt si tetigerit fimbriam vestimenti eius, quo ad hoc saluus sit, & priuilegiatus. argu. infrà de maiori. & obe. per tuas. nam & vides, quòd quando episcopi de curia veniunt in honore summi Pontificis, quem tetigerunt & oscultati sunt, vt infrà, de priuileg. cùm olim essemus. eisdem processionaliter obuiatur. Sed Romana curia solos Cardinales, qui assistunt Papæ etiam in conciliis, vt suprà, titu. j. venerabili. intelligit de latere Papæ missos ad hoc. C. de Iustin. cod. confir. & eius secunda edit. l. vnica. & de cad. tollen. l. vnica. respon.j. Alij sunt qui non emanant, sed eis committitur, & hi maioris authoritatis sunt. infrà, eod. volentes. Alij qui non emanant, nec specialiter eis committitur, sed officium hoc annexum est dignitati, & hi magnæ authoritatis sunt. infrà eod. cap.j. & de appel. cap. j. de his tribus speciebus infrà eod. excommunicatis. Ergo legatorum alij à fonte deriuantur, vt Cardinales: & hi specialissimi dicuntur, & specialissimo priuilegio honorantur. in au then. d.n. extrà eod. officij nostri debitum. infrà eod. excommunicatis. Alij constituuntur, vt hi quibus committitur, nec emanant, & hi speciales: & ideo speciali priuilegio gaudent. Alij eli guntur siue creantur, & sic quasi nascuntur, vt Remen. suprà, de fil. presb. c. pe. & Cantuarien. infrà, eod. c.j. & alij quibus ratione dignitatis competit hoc officium. hi generales sunt & cōmunes, & ideo contemnuntur in priuilegiis: quæ enim generaliter dicuntur, nisi specialiter denotentur, neglecta videntur. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. ait prætor. & in generali sermone, &c. ff. de pig. pau. & negligitur quod communiter possidetur. C. quando & qui. quar. pars deb. l. ij. li. x. Ideo not. quòd legatus qui mittitur, excedit legatum electum siue quasi natum in quatuor. Primò in solutione excommunicatorum. infrà, eod. excommunicatus. quod dic vt no. infrà de sen. excom. §. quis possit ab hac sententia absoluere. sub §. sed & dicunt. versi. sed & inter legatos. & se. Secundò, quia eo præsente non vtitur insigniis suis, neque legatione. infrà, eod. volentes. Tertiò, in collatione beneficiorum, vt no. infrà eod. §. quid pertinet. versic. viuentisq; locum. Quartò, in procurationibus, vt patet infrà, de censi. procurationes. respon.j. & §.j. & not. s. eod. §. respon.j.

3 Quid pertinet ad officium † cuiuslibet legati? excessus inquirere & corrigere, causas diffinire & audire, & delegare, quamuis per appellationem ad eos non deferantur. infrà eodem. c.j. infrà, de his quæ fiunt à maio. parte. cap. quanto. infrà eodem. c.j. infrà, de his quæ fiunt à maio. parte. cap. quanto. de accu. qualiter & quando. & c. inquisitionis. & super hoc vide quod not. infrà, eod. ij. item ad officium legati pertinet audire causas prouincialium, statuta condere, quæ perpetuò valent, quamuis eorum iurisdictio expiret. infrà eod. nemini. Gerunt enim vices domini Papæ. infrà eod. c.j. xciiij. distinct. c.j. & ideo qui processum eorum impedit tanquam excōmunicatus vitatur: & cùm plures offendat, à pluribus argui debet. xciiij. distinct. c.ij. Sed &
b in exemptos [b] non videtur, quòd possint officium suum exercere, quantum ad pœnam imponendam, licet inquirere possint. argu. suprà, de sup. ne. præla. sicut. infrà, de statu mona. ea quæ. quia priuilegia perpetua debent esse. xxv. quæst. ij. seruatis. argu. ad idem. infrà, de ap. constitutus in præsentia vestra Archid. Claromonten. §.j. ibi nō vt appellationi interpositæ, &c. Io. dixit, q; melius facerent, si abstinerent. arg. ff. de offic. procon. necquicquam. Alij contrà, quia per priuilegia eis concessa non eximuntur. nisi à iurisdict. diœcesanorum. vnde si Papa committit vices suas, nec retinet exemptos, videtur concessisse. ad hoc. s. tit.j. venerabili. j. de præb. graue. & de senten. excom. nuper. quod in primo genere legatorum admitti potest: sed in aliis non vtitur, nisi in suis priuilegiis contineatur. Hoc vidi de facto, quod domino Vinen. qui erat de secundo genere legatorū, fuit à domino Greg. ix. cōcessum priuilegium speciale, per quod innuit dominus Grego. q; alter non deberet se intromittere. argu. expressum j. de off. ord. graue. ergo priuilegia inspicienda sunt. s. de vsu pal. c. vlti. j. de priuil. porrò. quæ nisi ostendant, non est eis credendum in omnibus. s. de offi. deleg. cùm in iure. & de rescrip. cùm contingat. C. de man. princ. l.j. xcvij. dist. c. vlti. & lxiij. distin. lectis. sed ea quæ continentur in prin. istius §. ad eos pertinent de iure cōi: ex quo constat legatos eos esse, quamuis super hoc mandatum non ostendat, sed hoc intellige quod no. s. tit.j. §. fi. vers. quid de auditoribus. Quid ergo, si quis se gerat pro legato, cùm non sit, certè valebunt sententiæ, si homines ad ipsum bona fide, tanquam ad legatum recursum habuerunt. arg. ff. de off. præsi. Barbarius. ff. ad Mace. l. iij. si. nota. j. de fide instru. §. quibus instrumentis. ver. quid ergo. Item delegatus à legato potest causam diffinire, quamuis egressus sit prouinciam, dummodo citatio prœcesserit. j. eod. c. fi. in fi. Quid ergo si delegatus mādat alicui clerico per aliquem cui cōmittitur prouideri, retinendo donationi suæ beneficium primū vacans, quod potest, vt no. j. eo. ver. potest tñ. nunquid executioni mandabitur hoc post finitam legationem? Non puto, quia nec alius ipsum beneficium dare potest, cui hoc commissum non est, nec ipse qui donationi suæ retinuit, quia desiit esse legatus. Quid si alicui legatus succedat? videtur q; conferre possit & debeat, cùm succedat in onere & honore. super quo vide quod no. s. ti. j. §. quib. modis. ver. fit etiam prorogatio tacitè. & seq. & arg. s. de rescrip. super literis. Sed contrà. quia personalis videtur fuisse retentio, super quo vide quod no. s. de rescrip. §. quod gratiam specialem. Quid si mandauit prouideri de beneficio vacante, vel etiam non vacāte, cùm super hoc haberet specialem potestatem? & quidē talis cōmissio iusta est, vt apparet in his quæ no. s. tit.j. s. quæ delegari. ver. quod si dubitas. & de æta. & quali. rñ. j. ergo per citationē perpetuatur, secundum ea quæ nota. s. tit.j. §. & qualiter finiatur. ver. quod aūt dixi. Quid si mandat prouideri alicui patienti defectum in ætate, vel aliàs indigno, & quidē literæ non valeant, vt s. de æta. & qual. eam te. rñ. j. Illud quidē non quod primū genus absoluit illos, qui inciderunt in canonem latæ sententiæ, propter violētam manuū iniectionem, de iure communi hodie consuetudine cooperante. j. eod. quod translatione. vtrum tamen his quæ se. Apo. sibi specialiter reseruauit, propria temeritate se intromittere non debet sine speciali mandato. quæ autem sint illa, consueuerunt his versibus comprehendi:

Restituit Papa, solus deponit, & ipse,
Diuidit ac unit, eximit, atq; probat.
Articulos soluit, synodum facit generalem,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipso.

Ex quib. xj casus possunt elici. Raymundus verò in summa de casib. xxiiij. notat: tu dic q; lx. sunt, & plures, quos his versib. cōprehē

Si sit catholicus Papa, non iudicat ullus. (des:
Erigit, & subiicit cathedras, diuidit, unit.
Mutat uota crucis, restaurat, & eximit ad se,
Maiores causæ referuntur, legitimat q;.
Promouet, appellare uetat, prohibet profiteri,
Deponit, transfert, supplet q;, renunciat illi.
Præsul & exemptus, simon iurans, anathema.
Vel proprium uel legati, uel ex utriusq;.
Nequaquam participans, & si quem sponte salutat.
Quem canon damnat: sibi soli quando reseruat,
Soluitur à Papa, necnon quem regula damnat.
Addas suspensum casum cùm fertur ad ipsum.
Rescriptum fidei, dubium quod confert bona plura.
Irritat infectum, legem condit generalem.
Approbat imperium, firmat, deponit & ungit.
Concilium generale facit, sanctit quoq; sanctos.
Ens non esse facit, non ens fore pallia semper
Portat, concedit, legi nec subditus ulli.
Appellatur ad hunc medio sine, iudicium q;
Est pro lege suum, monachum reuocat renuentem.
Maius adulterio soluit, generaliter arctat,
Et laxat quicquid sponsis nocet, ordinat extra
Tempora dando sacrum, promotum promouet idem.
Ordinat, atq; die qua consecratur, & ipse.
Viuentisq; locum concedit, iureq; priuat.
Insignit laico, sacra donat chrisma ministro.
Summa sede sedet, plenusq; uicarius extat.
Si sit catholicus Papa, non iudicat ullus.

Nec

Nec enim accusari, vel iudicari potest ab alio, nisi de hæresi. xl. distinct. si papa. ix. quæst. iiij. aliorum. & hoc est verum, nisi submittat se iurisdictioni alterius. ij. quæst. vij. nos si competentis. ff. de iurisd. om. iudi. est receptū. ipsemet etiam se deponit, vt xxj. dist. nunc autem. Erigit. s. cathedras, quod habes infrà, vt probatur xvj. quæst. j. felix. & argu. de conse. distinct. j. de locorum. ideo dicitur, ab ecclesia Ro. omnis dignitas originem sumpsit. xxij. dist. c. j. & secundum hoc intellige quod legitur infrà, de maiori. & obed. cùm inferior. respon. j. ibi, ecclesiam cathedralem erexeris, &c. subaudi authoritate nostra. vnde & ab ipso consueuit impetrari regalis dignitatis. s. vtrum rex, & à quo inungatur. hoc enim ad ipsum pertinet diffinire. arg. infrà, de sacra vnc. c. j. §. vnde in veteri Testamento. Et subiicit cathedras, scilicet episcopales, vt infrà eodem quod translationem. & alios inferiores, quod non potest facere etiam legatus se. Ap. quamuis in forma communi contigerit hoc per se. Ap. confirmari. infrà, de confir. vti. capit. fin.

c Et diuidit, [c] repete easdem cathedras Episcopales. Vnit, repete easdem cathedras, vt his duobus proximis casibus probatur. xvj. quæst. j. & temporis qualitas. & §. sicut. infrà, de excess. præla. sicut vnire. Mutat, repete easdem cathedras, vt vij. quæst. mutationes. suprà, de translatio. Episcopi. cap. ij. Vota crucis, repete mutat: nullus enim potest permutare votum terræ sanctæ, vel redemptionem ipsius recipere, nisi ipse solus, vel cui mandauerit, vt infrà, de voto. cap. magnæ. & cap. quod super his. & cap. ex multa. Restaurat, id est, ab ordine degradatos restituit. ij. q. v. ideo. j. & ij. infrà, de cler. non resi. ex tuæ. Et eximit, scilicet Episcopos & alios. xvj. q. j. frater noster. Ad se maiores causæ referuntur. ij. q. vj. omnis oppressus. suprà, de transla. episcopi. cap. j. hìc autem, quamvis hoc generale videatur, notādum est, quòd in maioribus causis citatus coram ordinario potest sine grauamine aliquo appellare. ij. q. iiij. nulla. in fin. & quæst. vj. ad Romanam. & §. cùm ergo. quod specialissimum est, vt probatur infrà, de appel. vt debitus. in fine. Legitimatq; infrà, qui fil. sint legit. per venerabilem, & de hoc not. plenè, infrà, qui fi. sunt legit. §. qualiter & à quo filij illegitimi legitimentur. Promouet, scilicet insufficiētes, siue defectus patiētes, puta bigamos. xxxiiij. distinctio. lector. l. distinctio. quicunque. ij. de hoc plenè not. suprà, de biga. §. vltimo. Item illegitimos. suprà, de filiis presbyt. cap. penultimo & vltimo. de hoc plenè not. in summa eiusdem titu. §. quis possit dispensare. Item minores, scilicet xxx annis. ad episcopatus. suprà, de electio. cùm nobis olim. §. fin. quòd scilicet nullus possit dispensare in defectu ætatis: alij intelligunt etiam, quo ad inferiores dignitates. argument. C. de his qui ve. æta. im. l. j. & ij. & de hoc plenè not. suprà, de ætat. & qua. §. ætas. Item promouet ad episcopatus illos qui non sunt in sacris, alius enim talem promouere non posset, neque dispensare, argument. de electio. dudum. j. §. vltimo. & de ætate & qualita. à multis. sed ad ipsum pertinet, qui solus, & non alius potest de episcopatibus iudicare. argum. xviij. distinct. à multis. in fin. lvj. dist. Apostolica. & c. Cenomanensem. & cap. quia simpliciter. suprà, de cor. vi. cap. ij. de hoc plenè not. suprà, de ætat. & quali. §. ordo. & idem potest dici in aliis defectibus: nam sacrilegij instar est, vtrum dignus sit quem princeps elegerit dubitare. C. de cri. sacri. disputare. in authent. vt iudices sine quoquo suffrag. §. eos autem. ibi, quis non diligat, &c. col. ij. q. iiij. §. qui autem. Appellare vetat, scilicet, duobus modis. primò, quia nullus alius excepto principe, potest committere causam ap. re. vt ff. à qui. appel. non licet. l. j. in fin. etiam delegatus suus hoc non potest. suprà, de offi. deleg. super quęstionum articulis. §. j. secundò, quia ab ipso non appellatur: cùm superiorem non habeat. suprà, de elect. licet de vitanda discordia. §. fi. & hoc specialissimum est in Papa, licet primum vtrique principi sit commune. Prohibet profiteri: quamuis enim regulariter quilibet ætatis legitimę possit in qualibet religione professionem facere, tamen in insulis citra xix ann. constitutum prohibet suscipi. infrà, de regula. quia in insulis. ad quod accedit in authen. vt cùm de appel. cog. §. hanc autem pœnam. col. viij. sed intrans religionem, exire potest liberè intra annum. infrà, de regula. statuimus. & si interim fiat professio, nullius est momenti: vt in authent. d. n. extrà, de regula. nō solum. de hoc plenè not. infrà, qui cle. vel vo. §. vlt. versi. iudices. & seq. Deponit, s. episcopos. iij. q. vj. quamvis. & c. multum. & c. dudum. Transfert, s. episcopos. j. eo. quod translationem. s. de transla. episcopi. c. j. vj. q. iij. denique. j. de regula. licet. §. illa semper regula. & idem intelligas de electo confirmato. s. de transla. episcopi. inter corporalia. §. j. Supplętq;, scilicet defectum, si quis est. j. de transac. c. j. ideo tota die in confirmationibus beneficiorū apponitur hæc clausula, Supplētes defectum, si quis est, de plenitudine potestatis. & comprobatur s. de electio. illa quotidiana instātia. nam secūdum ipsam potest de iure supra ius dispensare: vt j. de cō cess. præben. & eccle. non vacan. proposuit. §. vlt. Item supplet defectum regis, vacante regno. s. de elec. cum inter vniuersas. in fi. & de fectum imperatoris, vacāte imperio. j. de for. compet. licet. §. j. Renunciat illi præsuli, & etiam scriptura exigitur. vij. q. j. §. ecce his authoritatibus. & c. qualiter. & quamvis triste. de hoc satis invenies no. s. de transla. episcopi, cuius authoritate. & de renun. §. qualiter.

e Et quidem exēptus, repete illi renunciat, hoc est Papæ. vt s. de renun. dilectus. secus in trāslatione, quæ potest fieri authoritate legati. vt suprà, de consuetu. cùm venerabilis. secundū Goffr. sed quod ibi dicit, Vices nostras in illis partibus tunc gerebant, intelligo ego etiam quo ad illud, de quo ibi quæritur speciales alle. §. j. eod. quod translationem. & in c. dilectus. suprà, proximè allegato. quis enim reddet rationem, quare aliud in translatione, quàm in renūciatione. Item quia regulare est, quòd nullus potest renunciare, nisi in manibus prælati proprij, vt suprà, de renun. admonet. & cap. lectæ. Simon. iunge soluitur à Papa. quod est infrà, quasi dicat, ipse solus dispē

d sat cū simoniacis. [d] subaudi in ordine, & maioribus beneficiis, in dist. j. quæst. j. si qui à simoniacis. j. de simo. nobis fuit. §. ad vltimū. secus videtur in minoribus beneficijs. suprà, de elect. si alicuius. quod dic, vt plenè nota. j. de simo. §. quæ dispensatio. Iurans, iunge soluitur à Papa, quod est j. hoc tribus modis exponi potest: primò, quia quando dubitatur,

e vtrum iuramentum sit licitum [e] vel seruandum, ad Papam pertinet diffinitio. suprà, de electio. venerabilem, §. penult. secundò, quia

f cùm in iuramento intelligatur [f] excepta authoritas sua: arg. j. de iureiur. venientes. §. j. & ff. ad municipa. imperatores. videtur quod absoluere potest illum, qui iurauit quod verum est inter clericos, & in ecclesiasticis indistinctè, vt patet suprà de rescriptis. constitutus. j. de appel. dilecto. tertiò, quia inter laicos, & in temporalibus, & si non absoluat, omnino relaxat, tamen siue suspendit ad tempus ex causa, vt patet. xv. q. vj. iuratos. j. de pœnis. c. fi. aliqui tamen vltimum casum non reputant specialem. Anathema, vel proprium, iunge absoluitur à Papa: quasi dicat, nullus potest absoluere excommunicatū à Papa, nisi ipse vel is cui specialiter mandauerit: nec mirum, quia eius est soluere, cuius est ligare. xxj. dist. inferior. j. de maioritate & obedientia. cùm inferior. vnde in hoc casu à successore excommunicatis petitur absolutio. s. de electio. venerabilem. §. rationib. versi. fuit quoq;. Vel legati, repete anathema, & iunge, soluitur à Papa. subaudi, vel delegati. cuius scilicet legati vel delegati iurisdictio expirauit, & cui nullus successit. nam excommunicatum à tali nullus potest absoluere, nisi Papa, vt patet suprà titu. j. quærenti. j. de offic. ordi. pastoralis. §. j. versic. ad quod dicimus.

. vnde nec legatus potest sententiam delegati domini Papæ reuocare, vel relaxare, vel impedire, quamuis ipsam possit confirmare, id est approbare. sic ponitur infrà, de treuga & pace. cap. j. §. j. & exequi. j. eod. studuisti. & est ratio, quia par in parem imperium non habet. infrà, de elect. innotuit. §. j. Vel lex vtriusque, scilicet

g tam Papę quàm legati, cuius statuta perpetua sunt. [g] infrà eodem. cap. fin. & iunge, soluitur à Papa, quasi dicat, si lex istius, vel illius obscura sit, & legatio finita sit, nec aliquis legatus missus est in eadem prouincia, vel si quæratur de dispensatione in casibus illis, qui per easdem leges sunt sedi Apost. reseruati, ad solum Papam pertinet declaratio, & dispensatio. argum. in iuribus allegatis, s. proxi. versi. exemplum de declaratione legis summi Pontificis. j. de simo. per tuas. infrà, de sent. excommunicatio. inter alia. exemplum de lege siue constitutione legati. j. de loca. c. j. j. de consang. quod dilectio. & iunge quod no. j. eodem. vers. quem ca non damnat. Nequaquam participans, scilicet excommunicato à Papa ex certa scientia, & in diuinis officiis, iunge, soluitur à Papa, vt j. de sentent. excommunica. significauit. tamen aliqui hanc decret. aliter intelligunt, & non recipiunt casum istum. Et si quem sponte salutat, iunge, soluitur à Papa. nam si ex certa scientia aliquem excommunicatū salutauerit, vel eidē aliàs participauerit,

c Et diuidit. Adde de istis casib. reseruatis domino Papæ. vide per gl. in c. sicut. de excess. præla. glo. in c. proposuit. de concess. præb. Do. in cap. quod trāslationem. de off. ord. Spe. in tit. de off. lega. in §. nunc ostendēdū.

d Dispensat cum simoniacis. Adde Doct. in cap. ex parte. de offic. deleg. Doct. in c. j. de simo.

e Vtrum iuramentum sit licitum. Adde de potestate Papæ super iuramento. vide gl. & Arch. in c. authoritatem. xc. q. vi. gl. & Archid. in cap. Florentinum. lxxxv. di. Arch. in cap. quæ sacramento. xxii. q. v. Cardi. sancti Sixti in tractatu de potestate Papę quęst. xxxviii. san. Tho. ii. ii. q. lxxx. artic. ix.

f In iuramento intelligatur. Adde gl. in c. de forma. xxii. q. vlt. glo. in c. quæ contra mores. viii. dist. c. Beatus. xii. q. ii. Doct. in c. venientes. de iureiur. in l. fi. ff. qui satisd. cogan.

g Cuius statuta perpetua sunt. Adde Doct. in c. fin. de offic. leg. Doct. in cap. j. de loc. Car. Zaba. in c. cum omnes. de cōstit. Feli. & Capra in c. vt animarum. de consti. in §. ft. tuto. Fe. de Sen. conf. xvi. inci. capitulum ecclesiæ.

h Et canonizat sanctos.] Adde Doct. in c.i. de reli. & ve. san. & ibi est glos. Abb. in c. fin. in v. no. de fer. Anto. de But. in c. ii. de reli. & ve. san. Aug. de Anchona in tractatu de potestate Papę. q. xiiii. art. iii. Troilus Maluetius in tractatu de canonizatione sanctorum. in ii. dubio.

i Princeps solutus est legibus.] Adde l. princeps. ff. de legi. l. ex imperfecto. C. de testa. & in c. iustum est. ix. dist. tamen non est solutus à dictamine rationis naturalis, secundum Bal. in l. ij. in viii. col. C de seruit. & aqua. & licet non ligetur lege legis, tamen bene ligatur lege conuentionis vel contractus. secundum Bald. in l. i. in prin. ff. de cõsti. prin.

k De monacho.] Adde Lapum, allegatione cxxx.

l Quod Episcopi in adulteriis.] Adde Doc. in c. at si clerici. in §. de adulteriis. de iud. & an dispensat cum adultero & incestuoso simul. vide per Spe. & ibi Io. Andr. in addi. in tit. qui si. sint legiti. Ioan. de Imo. in l. si ita. ff. de liber. & post hu. Raph. Cu. in l. ij. ff. de verbo. ob.

præsumendum est, quod ipsum velit absoluere eo ipso. arg. infrà, de priuil. cùm olim essemus. §. vltimo. j. de senten. excommunicatio. si aliquando. lxiij. distinct. cùm Adrianus. de con. dist. ij. pacem. nec obst. quòd formam absolutionis non seruat, quare videtur contradicere. j. de senten. excommunicationis. cùm desideres. §. fin. & c. à nobis. §. pen. quia dici potest, quòd princeps sola voluntate absoluit, sicut & sola voluntate manumittit. ff. de manumis. apud eum. Quem canon damnat, id est, suspendit, vel excommunicauit. sibi soli quando reseruat, soluitur à Papa. ecce verbum quod in multis casibus, quos respicit, suprà iunxi. & adhuc est in inferioribus repetendũ. & not. ex præcedentibus, quòd lator canonis absolutionem, quam sibi retinet inferior, non potest absoluere. aliàs autem videtur absolutionem alij concessisse. infrà. de senten. excommunicatio. nuper §. in secunda. verficu. in secundo. & idem intelligas de constitutionibus legatorũ suorum, ex quo legatio est finita, nec aliquis legato succedit, cùm in talibus nullus sit superior, nisi Papa, vt not. suprà eod. versi. vel lex vtriusque. Is autem casus plura membra sub se continet, quia in multis casibus absolutionem & dispensationem retinet sibi Papa, vt not. j. de senten. excommunicationis. §. quis possit ab hac senten. excommun. sub §. in supradictis. Necnõ quem regula damnat, id est, si quis irregularitatem incurrat, non potest cũ eo dispensari, nisi per Papam. & dic, necnon ille quem regula damnat, repete, soluitur à Papa, & probatur xj. q. iij. si quis episcopus damnatus. j. de eo qui fur. or. susc. veniens. j. de senten. excommunica. cùm illorum. & is casus multa membra includit, cùm & in multis casibus irregularitas contrahatur, vt no. j. de pœnis. sub rubrica de dispensationibus. §. quis possit dispensare. Addas suspensum, quasi dicat, dixi quosdam casus, in quibus solus Papa absoluit, vel dispensat. Addas & hos qui sequuntur, vnde dic, soluitur à Papa suspensus. s. casu specialissimo. si enim aliquis suspendatur pro eo quòd hæreticis sacramenta ecclesiastica ministrabat, talis citra sedem Apo. absolui non potest, vt infrà, de hære. excommunicamus itaq; §. sanè clerici. Casum cùm fertur ad ipsum. Addas vt s̃. quasi dicat, causa cùm fertur ad ipsum, scilicet Papam, soluitur à Papa, id est, ad ipsum pertinet examinatio, & determinatio: & hoc siue per relationem factam vel pollicitam. j. eod. licet. j. de ap. intimasti. siue per appellationem. ij. q. vj. decreto. potest tamẽ legatus causam talis appellationis examinare, non vt prę iudicet, sed vt magis instructam remittat. j. de ap. constitutus. vel cùm refertur ad ipsum per reuocationem. ff. de iudi. iudicium soluitur. j. de ap. vt nostrum. siue alio quocunq; modo. Rescriptum, scilicet addas, vt s̃. q. d. si de rescripto Apostolico dubitaretur, soluitur à Papa. s. quando ab alio solui non potest, sicut in casu quem habes suprà, de offic. delegat. c. ij. & hoc intelligas de rescripto contentioso, vt ibi, & etiam de gratioso, scilicet de priuilegio, vt infrà, de iudic. cùm venissent. & de confir. vti. c. j. & ij. siue diffinitiuo extra corpus iuris canonici vagante. infrà, de fi. instru. pastoralis. siue incluso, vt not. s̃. eod. versic. vel lex, & sic potest de rescripto quadruplici hoc exponi: & vide quod no. suprà, de rescrip. §. quod gratiam specialem. versic. sic potest dici. & seq. ex quibus poteris colligere plura membra. Fidei dubium. Addas vt s̃. q. d. si & de fide dubitetur, soluitur à Papa, vt xxiiij. q. j. quoties. xij. dist. præceptis. etiam si indubitatum sit, ex quo in dubium vertatur. C. de summa trini. l. vltima. vnde & de sacramentis ecclesiasticis sentiendum est, sicut sentit j. de hære. ad abolendã. Confert bona plura, id est, plura beneficia cum cura, vel plures personatus cum cura. s̃. de elect. dudũ. ij. §. nos igitur. j. de præb. de multa. in fi. quod episcopus non potest secundum quosdam. lxx. dist. sanctorum. sup hoc vide quod plenè not. s̃. de æta. & quali. §. ætas. & j. de præb. §. vlt. Irritat infectum, pronuncians electionem seu prouisionem, quæ nondum facta est, si contingat fieri irritam & inanem: vt s̃. de electio. innotuit. §. fi. & j. de præb. inter cætera, quod aliũ facere posse non puto, quia tractatus futuri temporis non pertinet ad inferiorem iudicem in hoc casu. ff. de vsur. l. j. §. j. vnde nec gradus, qui non est, rumpi potest. ff. de iniusto. rup. irri. testa. nam & si sub conditione delegati, igitur in quorum iurisdictionis litera hæc non apponitur clausula, si ipsa vti præsumpserit, abutũtur: nec valet quod allegant, scilicet q; omnia videntur commissa, &c. s̃. de off. dele. præterea. quia bene potest aliter expediri. Legem cõdit generalem, vt s̃. de constit. c. j. & fi. quod dic vt not. in summa eiusdem titu. §. quis potest constitutionẽ facere. & §. quando constitutio. per hanc approbat consuetudinem, quæ aliàs non excusaret. s̃. de tempo. or. cap. ij. j. de consecr. eccle. aqua. j. de cog. spiritua. super eo. Approbat imperium, id est, electum in imperatorem. Firmat, id est, confirmat electionem, vel infirmat. Deponit, scilicet imperatorem. Et vngit, id est, consecrat imperatorem. sicut hi quatuor casus probantur. s̃. de elect. venerabilem. & de hac materia inuenies plenè not. s̃. de elect. §. quis eligi. sub §. item sciẽdum. verfic. nedum in prælatis. & de sacra vnct. §. à quo & qualiter. ver. vnctio regis. Concilium generale facit. ij. q. vij. ideo. xvij. dist. per totum. quod dic vt not. j. eod. versi. sed nunquid legatus
h potest facere cõcilium. Sanctit quoq; sanctos, scilicet confirmat, approbat & canonizat sanctos [h], & in sanctorum catalogo scribi facit nomina eorundem: nec antea debet aliquis tãquam sanctus publicè venerari, quantumcunq; dicatur miraculis coruscare, vt j. de reli. & vene. sancto. c. j. quod dic vt in summa eiusdem tit. plenius no. Ens non esse facit, id est, de aliquo facit, nihil mutando etiam naturam rei, vt C. de rei vxo. act. l. vnica. respon. j. & no. j. eod. versic. monachum. & ver. arctat. ad hoc infrà, de excess. prælа. tanta. est clauis Petri. §. j. in fin. Non ens fore, id est, de nihilo aliquid facit. infrà, de transact. c. j. & not. suprà, eo. versic. supplétque. ad idem infrà, de concess. præbend. constitutus. iij. q. vj. hoc quippe. j. q. ij. in primis. Pallia semper portat, sic & vbique. suprà, de vsu pal. ad honorem. Concedit, scilicet pallium, & tantùm instanter petenti. c. dist. prisca. & c. optatum. suprà, de elect. significasti. & nullus alius etiam legatus. suprà, de vsu pal. nisi specialis. quod dic vt no. suprà, de vsu pal. §. & à quo. Legi nec subiacet vlli, quia princeps solutus est legibus. [i] ff. de legi princeps. hoc ideo
i quia nulli subest, nec ab alio iudicatur: sicut not. suprà, eod. versi. si sit catholicus. decet tamen ipsum iura seruare. C. de legibus. digna vox. suprà, de sup. negli. prælat. licet. ix. q. j. peruenit. Appellatur ad hunc medio fine, id est immeditatè, siue omisso medio. ij. q. vij. c. ij. iij. iiij. & v. & cap. decreto. infrà, de appella. dilecti. aliàs autem gradatim est appellatio facienda. ij. q. vij. Metropolitanũ. & authent. de appel. col. iiij. xj. q. j. peruenit. legatus tamen idem priuilegium videtur habere, vt infrà eodẽ, capitulo primo. quod obtinet de consuetudine, quicquid alij scribant. licet autem hoc dicant quidam speciale in Papa, habet tñ locum & in aliis. quod dic vt not. j. de app. §. & à quo & ad quem. sub §. vt autem. versic. tertius, & sequen. Quid si vna pars appellat ad legatum, alia ad Archiepiscopum à sententia suffraganei eiusdem Archiepiscopi? Dic quod tenet app. facta ad legatum, sicut dicitur in Papa. infrà, de app. si duobus. & hoc intelligas, si indeterminatè legatio committatur, quoniã nunc est plenissima interpretatio facienda, arg. j. de dona. cùm dilectus. & de verb. sig. olim. ff. de off. præfe. vrb. l. j. §. in initio episcopale. aliàs autem non debet prohibere subiecto episcopi, ne coram ipso respondeat. & sic non contradicit. xj. q. j. pervenit. & hoc intelligas, nisi specialiter prohibitum esset ad ipsum appellari posse. nam quibusdam legatis plus conceditur, quibusdam cõceditur minus. xxv. quæst. ij. seruatis. vel dic vt no. j. eo. ver. Item ad officium legati pertinet audire causas. Iudiciũq; est pro lege suum: nam eius sententia facit ius. j. de senten. & re iudic. in causis. Monachum reuocat renuentem: Abbate & monacho contradicentibus potest monachum trahere de monasterio, & alicui episcopo, vel principi in socium assignare, vel secum tenere. ix. q. iij. p principalẽ. viij. dist. contra mores. xj. q. iij. qui re-
k fistit. nec mirum. nam & secundum quosdam de monacho [k] posset facere non monachum. sicut not. c. consueuit. j. de statu monachorum. cùm ad monasterium. in fine. de hoc inuenies not. infrà, de maioritate & obedientia. §. & ad quid obediens. versic. item quid si episcopo. & seq. & qui cle. vel vo. §. final. versicul. tu dicas. & seq. Maius adulterio soluit generaliter: hæc est re-
l gula, quòd episcopi in adulteriis [l] etiam minoribus criminibus, Papa in maioribus valeat dispensare, vt infrà, de iudic. at si clerici. vtraque tamen fallit in casibus aliis notatis infrà, de dispen. §. quis possit dispensare. Arctat & laxat quicquid sponsus nocet. impedimẽta, id est matrimonij canonica aliquoties restringit & annihilat, aliquoties dilatat, vt patet infrà, de consan. non debeat. xxxv. quæstio. iij. quædam lex. & capit. quod scripsi. de hoc satis not. infrà, qui filij sint legitimi. §. qualiter & à quo. ver. salua reuerentia. & sequen. Ordinat, extra tempora dando sacrũ, scilicet ordinẽ, id est, ipse solus potest subdiaconũ facere

extra

extra quatuor tempora in festiuis diebus, puta Dominicis. suprà, de tempor. ordinat. capit. j. & de hoc plenè not. suprà, de tempo. ordina. §. quo tempore conferendus sit. Promotum, scilicet subdiaconum per dominum Papam promouet idem scilicet Papa, & non alius, nisi de mandato suo: suprà, de tempo. ordina. cùm in distribuendis. Ordinat, atque die qua consecratur & ipse. vt suprà, de electio. quod sicut. §. præterea. Viuentisq; locum concedit: nullus enim alius conferre potest beneficium nondum vacans. infrà, de consuet. præbend. ca. j. & ij. sed ipse potest, vnde tota die apponitur in rescripto, non obstante certo numero canonicorum, &c. & si talis vult renunciare, tali conferas. s̄. de offic. delega. ex parte. j. tamen dicit, quòd quamuis hoc possit, non est intentionis suæ, quòd talia rata habeat. infrà, de consuet. præbend. proposuit. facit hoc tamen, quando vult, & ibidem, & eodem tit. constitutus, sed legatus suus hoc non potest facere. infrà, de præben. dilectus. j. potest tamen sibi legatus retinere primò vacantem ecclesiam. infrà, de iure patrona. cùm dilectus. non obstat, quòd illa ecclesia patronum habet ecclesiasticum. infrà eod. dilectus. secus si secularis esset, vt in proxi. decret. cùm dilectus. & hoc intelligas de legato de latere emanante: nam quasi natus hoc non posset, cùm nec vacantia conferre posset ex officio legationis. infrà, de appella. cap. j. nec legatus constitutus, nisi de priuilegio speciali, vt in authen. d. n. extra eod. titu. officij nostri debitum. nec potest legatus de vna præbenda duas facere. infrà, de præb. dilectus. vel ibi non intendebant aliquod ius de nouo creare. quod dic vt no. infrà, vt bene. ec. §. ei. Iureq; priuat, auferendo vni, conferendo alij. hoc scit, quia expertus est clausulam non obst. de quo tetigi s̄. eod. ver. proxi. & de rescript. §. quæ possunt obiici. versicu. sed & si plura. vnde & potest venire etiam contra concilium. suprà, de electio. significasti. & de rescri. nonnulli. quod non potest legatus. infrà, de præben. dilectus. §. cum ergo. & est ratio, vt no. infrà eod. versic. summa sede. & ver. plenus. Infignit, id est infignia Episcopalia concedit aliquoties Abbatibus, & inferioribus, puta mitram, annulum, baculúmque pastoralem, sandalia, & similia. quod dic vt not. s̄. de vsu pal. §. & quibus diebus. versi. & notandum. vel quòd aliquis prælatus faciat crucem coram se deportari, quod tamen in præsentia fieri nō debet, vel legati sui insignijs vtentis. vt not. infrà, eod. §. vlt. versicu. item aduentu legati. Laico sacra donat, id est spiritualia concedit, sicut ius eligendi. infrà, de iure patrona. nobis fuit ecclesias decimas eximendo ipsum. infrà, de deci. à nobis. quod alius facere non potest. infrà, de dec. quamuis sit graue. & c. tua. & infrà, ad idem. ij. quæst. v. Mennam. ibi, coram te. xxxij. distin. §. verum. versicu. scribit enim prædecessor noster Greg. vbi videntur spiritualia laicis delegare, quæ tamē aliàs sunt eis interdicta, vt patet suprà, de constitu. ecclesię sanctæ Mariæ, infrà, de rebus eccle. non alienan. cum laicis. adeò quòd nec ecclesiis, nec personis ecclesiasticis possunt talias imponere, nec clerici ipsas debent eisdem offerre, Romano Pontifice inconsulto. infrà, de immunitate ecclesiarum, non minus. & aduersus. Chrisma ministro, id est concedit presbytero, quòd possit infantes chrismare in fronte: xcv. di. peruenit. quod à nullo alio fieri potest. suprà, de consuetu. quanto. & de sacra vnctio. capitu. vnico. §. quia verò. versic. per frontis chrismationem. Summa sede sedet, in illa videlicet, quam Dominus sibi in personā Petri specialiter eligit. vt infrà, qui filij sint legitimi. per venerabilem. §. rationibus. versi. sanè. hæc est nauis, quę licet fluctuat, non periclitatur. xxiiij. quæstio. j. non turbatur. & c. præcedentibus & sequen. & ad idem. xix. xx. xxj. xxij. distin. per totū, ideoq; summus Pontifex appellatur. infrà, de statu monachorum. cùm ad monasterium. in fin. Plemísque vicarius extat: quamuis enim quilibet episcopus dici possit vicarius Iesu
m Christi.[m] xxxiij. quæst. v. mulierē. & suprà, de sacra vnctio. c. vni co. §. ad exhibendū. vers. caput inungitur. & §. seq. versic. ad quod etiam. est tamen particularis, sed Papa est vicarius generalis, vnde omnia gerit, de omnibus, prout placet, iudicat, & disponit. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem. ij. quæst. vj. ideo. j. & ij. & de hoc satis no. suprà, de transla. episcopi. §. cuius authoritate. versicul. paret, & ex præmissis & præceden. & seq. est etiam plenus, id est habens plenitudinem potestatis, ad quam vocatus est, alij verò in partem solitudinis. suprà, de vsu pal. ad honorem. ij. quæst. vj. decreto. & c. qui se scit. ideo breuiter dic, quòd dūmodo contra fidem non veniat in omnibus, & per omnia potest facere & dicere, quicquid placet, auferēdo etiam ius suum cui vult: quia nec aliquis audet ei dicere, Cur ita facis? xix. dist. in memoriam. de pœnit. dist. iij. §. ex persona. & omne ius tollere. & de iure supra ius dispensare. infrà, de cog. spiri. cap. j. infrà, de consuet. præben. & eccle. non vacan. proposuit. quia veri Dei vicem gerit in terris. suprà, de trāsla. episcopi. inter corporalia. responso j. & cap. quanto. respon. j. infrà, vt bene. eccle. vt nostrum. §. j. versicul. porrò. licet autem hoc possit, caueat quòd non peccet. super quo vide quod not. suprà, de filiis presbytero. §. fina. versic. penul. Si bene computaueris, in supra dictis versibus lxj. casus specificatos & explicitos, exceptis inclusis & implicitis, poteris reperire. Legatus igitur prædicta vsurpare non debet, nisi velit cōfundi. suprà de vsu pal. nisi. & de transla. episcopi. ca. j. iij. & iiij. j. eodem, quòd translationem. cap. nisi. & ipsum hoc vsurpare intelligas, nisi super his priuilegium habeat speciale. argumen. infrà, de priui. porrò. & cap. sanè. Sed hoc vltimum genus absoluit, nisi in priuilegio suo contineatur, vt not. infrà eodem. §. & in quo loco. Spectat autem ad officium legati, prouinciam sibi commissam malis purgare hominibus. ff. de officio præsid. l. iij. Item ad officium legati pertinet audire causas prouincialium, quæ per appellationem deferuntur ad ipsum. infrà, eodem. ca. j. & ij. quæstio. vj. decreto. Per querelam autem potest ipsas audire, si quis de immediatè subiecto Papę, puta exempto conqueratur. xj. quęstio. j. peruenit. secus, si de subiecto ordinario. quia tunc coram ordinario debet agi, vt infrà, eodem cap. sicut. & metropo. obseruatur. ix. quæst. iij. conquestus. nec obst. infrà eodem. capitul. j. quia ibi loquitur de illo qui est ordinarius & legatus. Ibi ergo quamuis ratione ordinariæ potestatis non possit adiri per querelam, potest tamen hoc fieri ratione legationis, vt sic legatio aliquid operetur. ff. ad munici. l. j. in fine. quidam tamē intelligunt decretum peruenit in defensore, non in legato cogente subditos prælatorum, conqueri coram se ordinariis prætermissis: aliàs autem coram legato potest fieri querela, omisso ordinario, quod hodie in legato deriuante, seu emanante à latere approbat consuetudo: in aliis autem non sic. Sicut igitur Papa adiri potest per simplicem querelam. ij. quæst. vj. si quis. & quæstio. vij. metropo. ix. quæst. iij. cuncta per mundum. infrà, de appellationibus, dilectis. sic & legatus, & quia honorandus est tanquam Papa. xciij. distinct. cap. fina. & xciiij. distinct. c. j. licet leges contradicant, quæ nolunt quòd ad principem, etiam omissis mediis, recurratur, in authent. de mand. princip. §. si tibi, col. iij. in authent. vt diffe. iudi. §. si quis verò æstimans. col. ix. Sed intromittit se legatus, ex quo causa ad Papam delata est, vel per commissionem. infrà eodem. studuisti. vel per relationem. infrà eodem. licet. C. de appel. ex eod. vel per querelam. ij. quæst. vj. quoties. & c. anteriorum. §. ad hoc. & idem in postulatione porrecta. suprà de postulatio. prælator. bonæ. ij. §. nec nocebat his, imò omnibus est superioris iussio expectanda. iij. quæst. vj. multum stupeo. ij. quæst. vj. decreto. ij. quæst. iij. denique. C. de rela. l. j. & ij. Sed nunquid legatus potest facere concilium? Et uidetur quòd sic: particulare, non generale. iij. distinctio. §. porrò. xvij. distinc. regula. si multa enim concilia particularia celebrata inueniuntur sine præsentia domini Papæ, præsente legato Ro. se. xvj. distinct. vj. lxiij. di. c. ij. & j. q. vij. conuenientibus. sed Hug. Lau. & Ioan. scripserunt contrarium, dicentes legatum Roman. eccles. concilium celebrare non posse, nisi ad hoc specialiter destinetur, vel nisi hoc ei specialiter committatur, & secundum hoc intelligunt omnia iura prædicta innuentia legatum concilium facere posse: talis enim legatus facere potest concilium generale, si de generali fuerit ei specialiter iniunctum: vel particulare, si de particulari. & hæc opinio duplici ratione munitur. Vna, quia priuilegium de concilio congregando sibi Rom. Ponti. specialiter reseruauit. ij. q. vj. ideo. Alia, quia mandata iurisdictione generali, non transit potestas concilij faciendi. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. l. ij. Sed impugnatur vnica & vrgenti ratione: nam Metropolitanus & primas faciunt sua concilia prouincialia & particularia proprio iure. xvj. di. cap. j. & xcij. di. si quis Episcopo vacans vocatis suffraganeis, vt xviij. distinct. in multis. c. ibi positis. infrà, de accusa. sicut olim. & episcopus facit suam synodum episcopalem cum suis clericis. xxxviij. distinct. quando. xij. quæst. ij. placuit. & c. episcopus. Nunquid ergo his omnibus inferior erit legatus Ro. eccl. in potestate concilij celebrandi? Certè non: poterit igitur concilium facere particulare vel prouinciale cum episcopis prouinciæ sibi decretæ, & in eo constitutiones edere & statuta quæ perpetua erunt. j. eo. c. fi. nec ob. c. superius inductū. ij. q. vj. ideo. nā illud intelligo in cōcilio generali & vniuersali, qd̄ habet fieri vocatis episcopis diuersarum prouinciarum, similiter nō ob. l. allegata. ff.

m Dici possit vicarius Iesu Christi.] Adde gl. in verbo multi. in c. fleat. p. te mater. de pœnit. di. j. Spe. in tit de leg. in §. j. versic lxxxix.

de offic. eius cui man. est iurisd. nam & illa loquitur in alio cõcilio, in quo scilicet agitur de authoritate manumittendi, quæ non transit mãdata iurisdictione à prẽside, vt ibi dicitur, quia nec mandante præside, alius tutorem dare poterit. ff. dè tut. & cur. l. nec mandante. secus in iubente. Inst. de Attil. tut. §. sed hoc iure. differt enim iussus à mandato. C. quod cum eod. l. etiam. & l. si mandator. iussus enim imponit necessitatem. in authen. vt nulli iud. §. & hoc verò iubemus. colla. ix. mandatum liberã obsequiũ præstationem. institu. man. §. mandatum. nam madatũ ex officio & amicitia traxit orginem. ff. mand. l. j. §. j. vel loquitur de conciliis, seu concilio, in quo agitur de probanda vel reprobanda causa manumissionis faciẽdæ à minore xx an. Institu. ex quib. cau. ma. pos. vel non pos. §. eandem.

n Et an posit excõmunicare. JAdde gl. & ibi Car. Zaba. in ij. quæ. in c. nouit. de offic. deleg.

4 Quando suam iurisdictionem † exercet.

Ex quo intrauit prouinciam. nam antè non potest, nisi infirmitate detineatur, & vrgeat res, quòd aliquam causam committat. ff. de offic. proconsl. l. j. & l. obseruare. & l. sequent. hodie tamen hoc indistinctè licere videtur, in authen. de collatoribus. §. antequàm. colũ. ix. idẽ potest dici de electo cõfirmato, & maximè consecrato, scilicet quòd antequam egrediatur diœ. potest cõmittere, excipitur tamẽ in lege vltimum supplicium, membri absciscio. ergo & secundum canones depositio & perpetua amotio, quia talis abscindi dicitur. infrà, de excess. præla. grauem. Et etiam in introitu ciuitatis debet seruare mores prouincialiũ. vt in l. obseruare, & l. fi in aliquam celebrem. & in authẽ. de admini. §. illud autem. colla. vij. hoc, quantum ad contentiosam iurisdictionem: secus de voluntaria. vt in §. seq.

5 Et in quo loco. † Intra territorium suũ, non extra, quantum ad cognitionem causæ vel determinationem. ff. de iusti. & iure. l. pen. & de iur. om. iudic. l. fina. infrà, eod. nouit. potest tamen causam delegare extra prouinciam. ff. de offi. præfec. vrb. l. fin. Item potest iudicare in aliena prouincia de consensu illius cuius est prouincia. arg. infrà, de fide iusso. constitutus. in fi. & §. de vsu pal. ex tuarum. in fin. ix. q. iij. per totum. Item extra potest communicare beneficia. infrà, de concess. prẽben. post electi onem in parte decisa. secundum Ioann. sed non puto, quòd sit allegãda pro iure, quamuis ad instructionem hoc fieri possit. suprà, in prima constitu. in fin. super hoc vide suprà tit. j. §. quis. & §. cui. Item ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, exercere potest extra prouinciam. ff. de offi. procon. l. ij. ideo absoluere potest primum genus, etiam extra prouinciam. j. de senten. excommunicationis. ad eminentiam. secus de aliis, infrà eodem. excommunicatis. Sed an possit excommunicare [n] extra prouinciam? Quidam dicunt, quòd non, quia causæ cognitionem desiderat, vnde debet fieri iudice sedente pro tribunali. ij. q. iij. §. notandum. ver. si quis. iij. q. iij. §. spacium. versic. à iudice. ix. quæstio. ij. Episcopũ. xxj. distinctio. denique. ff. de bonis authoritate iud. pos. causa vnius. §. pen. alij contrà, xj. q. iij. si episcopus. ix. q. ij. §. fi. non credo quòd possit. Illud quoque quæri potest, vtrum legatus cui committitur, nec emanat, possit absoluere subditos, qui extra fines prouinciæ delinquant, cùm non possit absoluere subditos existẽtes extra prouinciam, nec aliunde venientes intra prouinciam. j. eodem. excommunicatis. certè viri magnæ authoritatis mihi dixerunt, quòd sic, quod non placet: quia iam potest iudicari aliun de veniens, cum ratione delicti factus sit de foro alterius. quod dic vt not. infrà, de foro competen. §. quibus ex causis. versi. Item ratione delicti. hoc euidentius apparet, si ponas duos legatos eiusdem generis, & subditus vnius in prouinciam alterius delinquat. non enim dubium, quin is, intra cuius prouinciam delinquit, absoluere possit: ergo secundum primos absoluere poterit, vnus ratione domicilii, alius ratione delicti: sed non puto quòd hæc sit mens Apostolici, quia sic confunderentur fines prouinciarum: quod non debet esse. infrà, de parochi. super eodem. videtur tamen in hoc casu, quòd vnus sine reliquo absoluere non possit. arg. j. de sen. excommunica. cùm illorum. sed tu tene vt dixi.

n catis.

6 Et qualiter finiatur. † Quatuor modis principaliter. Primò, tempore, scilicet, quando vsq; ad certum tempus datus est. argu. §. de offic. delega. de causis. Secundò, reuocatione, ex quo prouinciam reuocatus, vel alio modo egreditur nõ reuersurus. ff. de offi. præsid. l. iij. respon. j. sed si aliter exit, suspenditur. secũdum hoc intellige ff. de offic. præfe. vrb. l. vlt. infrà, eod. c. vltim. & c. excommunicatis. nec enim videtur egressus, qui statim reuersus est. ff. de diuort. diuortium. ff. de in rem verso. si pro patre. §. versum. Tertiò, ex quo negocium retulit apud se, quod ad ipsum negocium quod relatum est, nec debet bis examinare eundem. infrà, eodem. licet. Quartò, morte ipsius legati, vel illius qui eum misit, quando personalis est. infrà. de præsumptio. mandata. secus enim si ratione dignitatis cõpetat. infrà eodem. c. j. Item aduentu legati maximæ authoritatis cæteri suspenduntur. infrà eodem. volentes. multò fortius aduentu Papæ. infrà, de priuil. antiqua. §. Dominicæ. Quàm citò enim portam Romæ ingreditur, imperium deponit. nec tamen imperare potest nisi in prouincia sibi decreta, quantùm ad exercitiũ. ff. de officio proconsul. l. j. & l. fina. secundum hoc intellige supra eodem. §. & quãdo. & §. in quo loco. Finitur & aliis multis. quod dic vt no. s. tit. j. §. & qualiter. Hoc tamen nota, quòd quamuis his modis finiatur legatio, iurisdictio tamen in negociis iam cœptis durat, & statuta facta perpetua remanent. j. eod. c. fi. super quo vide quod no. s. tit. j. §. qualiter finiatur. ver. quod autem dixi.

De officio Ordinarij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iudex ordinarius quis esse possit.*
2 *Iudicem ordinarium quis constituere possit.*
3 *Ad officium ordinarij quid pertineat.*
4 *Iudex iustitiam denegans conueniri potest.*
5 *Iudices non debent tantum parcere quin corrigant.*
6 *Iudex bonum exemplum præbere debet.*
7 *Iudex in correctione debet esse beneuolus.*
8 *Iurisdictio ordinarij qualiter finiatur.*

AVdiuimus de ordinariis in specie, quia de legatis qui ordinarij sunt, & de officio delegati, dicamus de officio ordinarij, Quis dicatur ordinarius, Quis possit constituere ordinariũ, Quis possit esse ordinarius, Quid pertinet ad officium suum, Qualiter impeditur, & qualiter finiatur.

1 Quis possit esse ordinarius. † Is qui suo iure vel beneficio principis iurisdictionem vniuersaliter exercere potest. ff. de iurisd. om. iud. more maiorũ. & l. seq. & qui vniuersaliter, dico ideo, quia si princeps vnam causam vel etiam x. non tamen vniuersaliter deleget, non propter hoc dicitur is cui committitur ordinarius, vt no. suprà, de le. §. quis delegare. ideo camerarium, vicecancellarium, auditorem, contradictorem, auditorem cameræ domini Papę ordinarios iudicamus: ergo iudices ordinarij sunt Archiepiscopi, Episcopi, ex quo confirmati sunt: nam extunc potestatem iudicandi habent. s. de ele. transmissa. & c. nosti. sed ante confirmationem in casibus. quod dic vt not. s. de ele. §. quid operetur. quilibet etiã prælatus ordinarius videtur. j. de iud. decernimus. xv. q. iiij. c. j. quod dic, vt no. infrà eod. §. quid pertinet. ver. quid de subditis, & j. eod. quis possit. ver. item vniuersitas.

2 Quis possit constituere ordinarium †. Princeps, vniuersitas, consuetudo. Princeps à quo primates Patriarchæ inter quos nihil interest, nisi quantum ad sonum vocis. xcix. dist. §. j. & c. j. & ij. Archiepiscopi. Episcopi iurisdictionem receperunt. infrà, eod. duo simul ab isto legati procedunt. s. titu. j. c. j. & c. fi. & in sum. hoc de principe ecclesiastico, & ordinaria iurisdictione ecclesiastica, quæ Euangelica voce Domini primatum obtinet. xxj. dist. in nouo. & c. sequen. ideo Papa omnes iudicat, sed à nemine iudicatur. s. de elect. licet. in fin. ix. quæst. iij. aliorum. Sed & imperator princeps est in secularibus, qui & iudices ordinarios seculares constituit, vt Duces, Marchiones, Comites, & similes: sed Papa videtur maior eo. s. de electio. venerabilem. duo ergo sunt principes, vt not. s. de constitu. §. qualiter. & cuilibet obediendum est ex præcepto Domini. j. de ma. & obe. solitæ. & c. omnes. & de censi. omnis anima. Item vniuersitas facit iudicem ordinarium eligendo ipsum, sed priuatus non potest. C. de iu. omnium iudi. priuatorum. & l. fi. & in authen. de defen. ci. §. iij. col. iij. eo. cùm ab ecclesiarũ. j. de iu. decernimus. & de ma. & obe. cùm in ecclesiis. & c. dilecta. potest igitur dici, q̃ omnes ministri ecclesiæ, qui per electionem creantur, iurisdictionem ordinariam habent, ex quo administrationem consequuntur, nisi consuetudo contrarium operetur. quod credo verum secundum Ioan. sed tales iudices ordinarios facere non possunt. in authenti. de mand. princip. §. eos autem. col. iij. Item consuetudo dat iurisdictionem ordi. infrà eod. duo simul. ix. quæst. iij. conquestus. suprà, de offic. Archi. c. fi. adeò, quòd si consuetudo sit, quilibet potest esse ordinarius

tarius familiæ ſuæ.infrà, de ſo.compe. cùm contingat.ad fi.ad idem.C.de man.l.j.& fi. Item lex.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.& quia. quod exemplificat.vt not.infrà,de arb.§.j.in fi.

Quis poſsit eſſe ordinarius. Qui non prohibetur.continetur autē prohibitio verſu iſto:

Conditio,ſexus,diſcretio,ætas,fama.

Et quamuis ſuprà,de officio delegati.§.cui. hæc expoſita inuenire poſſes,tamen hic expono. Conditio,ne ſit ſeruus. Sexus, ne fœmina.xxxiij.q.vlti.mulier niſi in magnatibus,vt reginis,& comitiſsis,& ſimilibus conſuetudo contrà operetur. infrà, de arbi. dilecti.vel niſi habeat adminiſtrationem.infrà, de maio.& obed. dilecta. Ætas,vt ſit maior xx an.niſi à principe conſtituatur.ſed dic, quòd hoc locum habet in delegato.ſuprà,de offic.delegat.§. cui.ordinarius enim, ex quo pubes eſt, fortè poterit iudicare de conſilio aſſeſſoris.argum.iij.q.vij.§.tria.& expreſsim.ff. de re iudic.quidam conſulebat. ideo ſequitur diſcretio,quia pupillus iudicium non habet.infrà, de regula.cùm virum.in fi.C.de fal.mo. l.j.ideo non poteſt eſſe iudex,quia iudex non debet carere diſcretione,ſeu iudicio.infrà,de conſan. c.j. Fama, ne ſit infamis. iij. q. vij.infamis.Item ideo,quia non debet eſſe excommunicatus, vel ſchiſmaticus,vel hæreticus.infrà,eod.quod ſedem. in fi. xxiiij. q. j.audiuimus. infrà, de hæret. excommunicamus. hoc ſi ſit notorius.nam ſi occultus,valet ſententia.infrà, de ſenten. & re iudi.ad probandum.vnum tamen not. quòd licet infamia impediat ordinarium iudicare de iure.meritò tñ non poteſt repelli per exce.quā diu ab eccleſia toleratur,& tenet ſententia ab eo lata.vij.q.iiij. nō ne.infrà,de coha.cle.& mu.veſtra.delegatus autem repellitur per excep.ſuprà,de reſcrip.ſciſcitatus.

Quid pertinet ad officium † ſuum. Vt habeat curam ſubditorum ſuorum.viij.q.j.qui epiſcopatū.vt pro poſſe ſingulos adiuuet,ſingulos releuet.viij.q.j.Clemens. Non ergo ſpoliet illos, quibus tenetur paterna prouiſione conſulere. infrà, de reſti.ſpolia.conquerente.infrà,de natis ex libero ventre,c. vnico. Vt largam manum habeat, neceſsitatem patientibus ſuccurrendo,& alienam inopiam ſuam credat. lxxxvj. diſtin. fratrem noſtrum.verùm pro multis neceſsitatibus,quæ occurrunt,poteſt epiſcopus à ſubditis cum charitate moderatum auxilium poſtulare.infrà eodem.conquerente.§.fina. infrà, de cenſi.cùm Apoſtolus.§.inhibemus.puta ſi eccleſia ſit debitis onerata. ſi proprij reditus non ſufficiant.x.quæſt.iij.cauendum.infrà,vt bene.eccle.ſine dimin.ca.j.§.fin.ſed non debet hoc facere gratia turpis lucri. xvj. quæſt.j.prædicator. ſi ergo quæſtio ſit inter epiſcopum & ſubditos,quæ ſit cauſa rationabilis, ſuperioris arbitrio decidetur: arg. infrà,de iure patronatus.nullus.x.quæſt.iij.cognouimus.xj.quæſtio.j. ſi clericus.Vt tamen ſcias,quòd nihil poteſt exigere epiſcopus,niſi oſtendat per canones ſibi licere.x.quæſtio.ij.cap. penulti.& c.fin.in fin.& quæſt. iij. per totum.ix.q.iij.conqueſtus.xvj.q. j.conſtitutum.& c.nulli.xviij.q.ij.c.j. debet etiam cuilibet ius ſuū reddere,hoc enim ſummum bonum in rebus eſt.xij.quæſt.ij.cùm deuotiſsimam. vnde imperator in votum gerit nihil in iudiciis, præterquam iuſtitiam locum habere debere. C.de appel. eos qui. reſpon.j.& debet reddi ius ſine delectu perſonarum.infrà, de iudic.nouit.§.j.ver.cæterùm ſcriptum nouimus. in l. & licet contumacia exigente pœna duplicatur.infrà, vt lite non conteſta.quoniam fre.in fin.xviij.diſtinct.ſi quis autem.ff.de pœn.aut damnū. §.quiſquis.non tamen prætextu delicti debet iuſtitiam denegare. ff.ex quibus cau.ma.ſed & ſi prætorem.§.actio.arg.j.de priuileg. dilecti.& c.quantò.& excommunicatum iuſtè iudicabit, quia nō conſideratur in hoc fauor excommunicati, ſed æquitas iudican-
4 tis.j.de excep.cùm inter priorem.§.j. † Iudex autem & ciuitas iuſtitiam denegans conueniri poteſt,& impeti.xxiij.quæſt.ij.dominus.& q.v.adminiſtratores.iij. quæſt. vij. qui bene. in authen. vt differētes iudi.§.pen.in fi.col.ix. & C.de appel. ſi appellationem. & hodie iudex ſecularis, qui clericis vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegauerit,tertio requiſitus iuriſdictionem amittit,vt in l. Federici,quæ incipit,Hac edictali.quam poſui infrà, de ſo. compe.§.quibus ex cauſis. verſi. doctores & ſeq. Debet etiam punire delinquentes,ſecundū ſtatuta canonica, quæ non debet ad quæſtum pecuniæ conuertere, vel in grauamen aliud commutare.infrà,eod.irrefragabili.§.fina.infrà,de vi.& honeſta.cle. vt clericorum.§.pen. non enim res ſunt quæ delinquunt, ſed ipſæ perſonæ quæ res poſsident.at illi, ſcilicet plerique iudices reciprocant ordinem,id eſt,conuertunt.q.d.contrarium ordinem ſeruant. Eos quidem qui digni ſunt pœna,dimittunt:aliorum autem auferunt res,alios pro illis punientes,quos forte ad illorum vocat ſucceſ-

ſionem, in authenti.de manda.princip.§.oportet. col.iij.puta aſcendentes vſque ad quartum gradum. Sed nec vxor dotem vel nuptialem donationem amittere debet: his perſonis deficientibus non ſit lucrum ſubſtantia iudicis, vel eorum officialium, ſed fiſco applicatur.in authen.vt nulli iudici. §.vlti. col. ix. ergo non debet peccatum in pecuniam conuerti.infrà, de pœnis.licet.ne iudices alienam litem reputent ſuam prædam.C.ad l.Iuliam,repet. omnes.ad idem.xvj.q.j.prædicator.in authen.vt iu.ſine quoquo ſuffrag.§.cogitatio.ab illo.verſi.ad horum furum,aliàs furtorum merito relata occaſione,&c.vſque ad §.hæc omnia.col.ij.ſed contrà,quia bene imponitur pœna pecuniaria pro delicto. xxiiij. q. v. ſi vos. xviij.q. vlti. §. fina.infrà, eodem.dilectus filius.infrà,de deli.pue.ca.j.infrà, de rap.in Archiepiſcopatu.infrà,de maledict. c.ij.ad fin.Sol.Si quis accuſatus ſit & conuictus, & certa pœna reperitur in iure,illa infligēda eſt,non mollior vel durior: alioquin iudex infamis fit.C.de vi pu.ſeu.priua.ſeruos.qui in fi. C. ne ſan. bap.reite.l.iij.in fin.quod intelligo,niſi cauſa ſubſit,alioquin contrà.ff.de pœn.reſpiciendum.& l.aut facta.in fi. & l. hodie.& ff. de his qui no.infa.quid ergo.§.pœna grauior. C.in quibus cauſis infa. irro. & ſi ſeuerior.infrà, de transa.ca.final.in princ. vbi verò certa pœna ſtatuta non eſt,vel ex officio mero & puro inquiritur, iudex procedere debet æquitate ſeruata,ſemper in humaniorem partem declinādo,ſecundum quod perſonas,loca,cauſas & tempora viderit poſtulare.infrà,de tranſactio.ex parte. Non tamen debet leuare pecuniam ex auaritiæ fomite, quod intelligo fieri, quando ſibi retinet.& ſic loquuntur primæ concor. niſi forte vbi ſtatutum eſt, ſi quis tale quid commiſerit tantum ſoluat.tūc enim poteſt leuare,& ſibi retinere.ſic loquitur ſecundum quoſdam infrà eodem.dilectus.& infrà, de delictis puerorum. referente. veruntamen tale ſtatutum non videtur rationabile.quod dic,vt nota.ſuprà, de conſue. §. qualiter probari debet. verſi. quid de conſuetudine ſiue ſtatutis. Generaliter etiam punire poteſt pecuniariter cauſa correctionis,quod præſumo fieri,quando non ſibi retineret,ſed in piis cauſis expendit.ſic intelligo contraria ſuprà ſignata,quia ſiue plectendo, ſiue ignoſcendo hoc ſolùm bene agitur,vt vita hominum corrigatur.xxiij.quæſt.v.prodeſt ſeueritas. ad hoc,C.de modo mult.l.v.intellige etiam quando mulcta leuatur propter delictum,de ipſa ſatisfaciendum eſt læſis, vt in authē ti.de man.prin.§.quòd ſi delinquentes. col.iij. regulariter etiam, quo ad correctionem pertinet,puto quòd ſit ea pœna, quæ magis timetur infligenda.infrà, vt lit.non conteſtat. quoniam frequenter.§.fina.xxiij.quæſtio.iiij.ea vindicta. Inquirat ergo ſcelera,vlciſcatur conuictos,& puniat.infrà eod.cap.j. condolendo his quos puniet.nam vera iuſtitia compaſsionem habet,falſa dedignationem. xlv. diſtinct. vera iuſtitia.xlvj.diſt.hoc habet proprium.non declinet etiam ad dextram, vel ſiniſtram,non corrūpatur munere, non timore,non odio, vel amore: his enim quatuor modis conſueuit peruerti iudicium.ix.quæſt.iij. quatuor. & c.ſeq.vnde verſus:

Si lis inciderit,te iudice dirige libram
Iudicij: nec flectat amor,nec munera palpent.
Munus enim à norma recti diſtorquet acumen
Iudicis,& tetra inuoluit caligine mentem.
Auri ſacra fames,quæ non mortalia cogit?

Imò & qui rectè iudicat,ſi præmiū remunerationis expectet,fraudem ideo in Deum perpetrat, quia iuſtitiam acceptatione pecuniæ vendit,quam gratis debuit impartiri. xj. quæſtio. iij. qui rectè. Et quamuis non liceat iudici vendere iuſtum iudicium, licet tamē aduocato vendere iuſtum patrocinium, & aſſeſſori rectum conſilium.ix.quæſtio. iij. non licet.xiiij.quæſtio.v. nō ſanè.& ſpe præmiorum aſſeſſor eſt inuitandus. C. de offic. aſſeſ.l.j. ſed & ſalarium debet habere.ff.de offic.aſſeſ.diem functo. Sed nunquid iudices debent habere expenſas,& quidem munera prohibentur non ſumptus.j.q.j.iudices.& breuiter tam prælati,quàm priuati, cùm pro cauſis ſibi commiſsis proficiſcuntur expenſas exigunt. nec obſt.infrà,de vi.& ho.cleric.cùm ab omni.illa enim non interdicit ſumptus,ſed conuentionem de certa parte litis,quę interdicitur procurationi.ff.de pœn.ſumptus.ff.man.ſalariū. C. de procu. litem. C. man. ſi contra litium.& quæ interdicitur fideiuſſori promittenti iudicatum ſolui. ff. man. ſi remunerandi.§. fi.ſecundum Goffredum. tu dic vt not. infrà, de vi.& ho.cle.§.& in quib.
5 eorum honeſtas,verſic.Item conſiſtit in hoc,vt iudicium. † Non debet parcere quin corrigat,ex quo ſibi de delicto tanquam iudici conſtat,& debet diligenter inquirere.infrà eodem.c.j. & c.irrefragabili.& habere vicarios neceſſarios, quibus tenetur de proprio neceſſaria miniſtrare.infrà,eod. quoniam. &c. inter cætera, infrà,de vi.& ho.cle.cum ab omni.ne grauet ſubditos.x.quæſt.iij.

illud.quod dic.vt not.suprà.de offi.Arch.§.quod sit eius offi.ver. ego puto.vbi etiam dixi de procuratoribus recipiendis. Non sit negligens,quia sanguis subditorum à Deo, coram quo tenetur de omnibus rationem reddere, de manibus suis in die iudicij requiretur.suprà,de offic.arch.c.j.in fi.infrà de regula.c.fi.infrà, de sta.mo.cùm ad monasterium.§.Abbas.& in authen.d.n.extrà,de
6 sent.& re iudi.cùm æterni tribunal.† Caueat,quòd bonum exemplum præbeat.suprà,de ele. cùm in cunctis. nam ea quæ à prælatis fiunt,de facili trahuntur à subditis in exemplum. infrà de voto.magnæ. §. & quidem Greg. scire debent prælati qui peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.xj.q.iij.præcipuè.nec excusatur pastor,si lupus ouē comedat, & ipse nesciat. infrà de reg.
7 iur.c.pe.† In correctione debet esse beneuolus.xlv.distinct.licet. in iudicio iustus.iij.q. xij.iudicet. in animaduersione misericors. xlv.dist. vera.sed nec debet excandescere aduersus illos,quos malos putat:neque precibus calamitiosorum illachrymari oportet: id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motū vultus detegit.ff. de offic. præsi. obseruandum. ergo inter vtranque personam iudex sit medius nulla interlocutione diiudicātis quid senserit. C. ad l.Cor.de falsis.vbi falsi examen. sed misericors sit erga corrigibiles, & erga incorrigibiles sit seuerus.suprà, de postul.præla.c.j.§.pen.suprà,de elect.cùm in cunctis.§.penul. infrà, de vi.& ho.cle.vt clericorum.§.ne verò.xxviij.dist.quia sunt culpæ.lxij.distinct.docendus.xlv.distinct. disciplina. xxiij. q. iiij. est iniusta. Occultos peccatores celet, non publicet: siue hoc sciat tanquam sacerdos. infrà eodem.capit.ij. siue tanquam homo.ex quo probari non potest.nec putat ad iniuriā suam episcopus pertinere, quòd illi non creditur. nam & si scrupulo propriæ scientiæ se dicat communicare nolle,quamdiu excōmunicato, scilicet occulto non commuuicauerit proprius episcopus: tandiu eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, vt magis caueat episcopus, ne dicat in quenquam quod aliis non potest conuincere documentis. vj. q. ij. si tantum.& c.placuit. potest tamen in occulto eum vitare,& monere,vt pœnitentiam agat.infrà,de sen. excom.porrò.& c.cùm non ab homine.j.respon.non tamen publicè prohibere,infrà, de simo.ex tuæ. & c. Matthæus. sed potius pallio operire.xcj.dist.in scripturis. Congregare etiam debet pecuniam relictam in refectione pontium & viarum ponendam.super quo vide in authen.de man.princ.& de defen.ci.colum.iij. & vt nulli iudicum.colla.ix.per totum.& quod not.s. eo. de immu. eccle.§.à quibus munerib.ver.verum ad extraordinarium.& seq.

SVnt autem distinctæ iurisdictiones,& gradatim ascendunt & descendunt. vnde Papa superior est omnibus. ix.q.iij.per principalē. & c.præce. & se. & legatus post ipsum,quantum ad prouinciam sibi commissam,quia vices Papæ gerit: vt no.s. tit.j.§.quid pertinet.ver.item ad officium legati.consequenter Primas seu Patriarcha, qui iudex est Archiepiscoporum & episcoporum,Suffraganeorum,deinde archiepiscopus qui iudex est suffraganeorum,suorum clericorum,suæ diœcesis:demùm Episcopus,qui iudex est Abbatum,Archidiaconorum, priorum, & clericorum suæ propriæ diœcesis, postremò Archidiaconus qui iudex est Archipresbyterorum. Archipresbyter presbyterorum propriorum,parochianorum,ideo dicitur quòd appellatio gradatim facienda est. infrà, de appel. dilectus filius prior,& conuentus de lacu.ij.quæst.vj.anteriorum.tres tamen personæ sunt, quibus quilibet subesse intelligitur immediatè: quod dic vt not. suprà,de officio Archipresbyte. §.quæ pertinent.verſic.ex hoc nor.& sicut ad Papam appellari potest omisso medio.ij.quæst.vj. ad Romanam. & cap. sequenti. sic ad legatum ipsius.suprà titu.j.& capitul.nouit.Item Primas seu Patriarcha iudex est prouincię suæ,sicut Archiepiscopus.sed nec plus iuris habet in respectu.infrà eodem.duo simul. Est autem Archiepiscopus iudex suæ prouinciæ. ix. quæst.iij.cap.j.& ij. nullus tamen primas in suffraganeorum suorum diœce. ordinationem aliquam facere potest,nisi cōmunicato consilio Episcoporum, vel de consensu diœc.sed ipso consulto hoc potest.ix.quæst.iij.saluo. & c. sequen. si aliàs hoc facit,irritum est.ix.quæst. iij. nullus primas.& capi.sequenti.nec enim habet iurisdictionem in suffraganeorum subditos.ideo & si officialis vel alij subditi suffraganeorum citati per Archiepiscopum non veniant, non potest in eos censuram ecclesiasticam exercere.vt in authentica d.n.de fo.competen.extrà eodem.Romana.§.fi.& hoc intelligas verum, nisi in casibus,infrà eodem.pastoralis.infrà,de excess. præla. sicut vnire. in fi.qui autem sunt casus,his versibus comprehende:

Officium uarium,forus,appellatio,crimen,
Peccans,non parens,res,consultatio,deses
Præsul,canonici tumidi,sententia nequam.
Visitat,indulget,custos,quia Papa dat usus.
Permutat sociis suspectum cumq; remittit.
Casibus his Primas subiectio præsules arcet.

Magister scholar. Officium varium. Primus casus,quando scilicet subditi deuiant à consuetudine Metropolitanæ ecclesiæ in diuinis officiis.xij.dist.de his.de con.distinct.ij.institutio.quod intellige,quādo non habent certam,vel habent turbatam, quia tūc recurrendum est ad consuetudinem Metropolitanæ ecclesiæ. infrà,de censibus.super eod.infrà, de spon. duo. tuas.alioquin non sunt consuetudines vnius ecclesiæ aliorum contrariæ subuertendæ,vt not.suprà,de consue.§.quæ cui præiudicet. verſic. tollitur. tenetur etiam suffraganea ecclesia seruare sententiam interdicti, quam Metropoli.ecclesia seruat.suprà,de postul.præla.cap.j. Forus. Secundus casus,scilicet si clericus, vel laicus conqueritur de iniusta excommunicatione. suprà de offic. deleg. cùm contingat.infrà eodem.ad reprimendam. idem si clericus conueniat Episcopum ciuiliter, sequitur enim forum Episcopi.infrà, de for. compet.cùm sit generale.nam si episcopus conueniat clericū subditum,eligendi sunt arbitri. vj. quæstio.j. clericus aduersus. aliàs incipit,si clericus.& potest cogi per Episcopum ad arbitros eligēdos.arg.suprà,de offic. deleg. suspicionis. j. de fo. compe. si quis clericus.est ergo Archiepiscopus competens iudex suffraganei.x. quæst.iij.quia cognouimus.in authen.de san.episcop.§.si autem. colla.ix.ij.q.vij.Metropolitanum.Appellatio. Tertius casus comprobatur suprà,de offi.delega.c.j.infrà eod.duo simul.& c.pastoralis.Crimen. Quartus casus scilicet vbi inter Episcopum & cleri cum agitatur quæstio criminalis.vj.q.ij.cap.j. Peccans.Quintus casus,scilicet ratione delicti qui communis est omnibus. iij. q.vj. capit.j.& c. ij. C.vbi de cri.agi.opor.authen.qua in prouincia.vj. q.iij.placuit.& in alio casu.suprà,de rescri.ad hæc sumus. & infrà. de institut.ex frequentibus. Non parens. Sextus casus,quando scilicet subditus conqueritur de iniusta Episcopi excommunicatione,& absolutus per Archiepiscopum non vult parere mandatis suffraganei.infrà,eod.ad reprimendam.in fi. Res. Septimus casus qui communis est omnibus: nam ratione rei, de qua litigatur,sortitur quis forum.infrà,de foro competen.sanè,& c.fi.Cōsultatio.Octauus casus si suffraganeus est, consultat Metropolitanum. xvij. dist. multis. maximè in his quæ statutum prouinciæ contingunt.nam hoc ad Metropolitanum pertinet.ix.q. iij. Archiepiscopus. idem si de communi consilio statutum factum sit. infrà,de accusa.sicut olim.maximè in his in quibus vertitur periculum animæ. infrà, de insti.ex frequentibus. & in his potissimè quæ respiciunt sacramenta ecclesię.infrà,de cele.mis.pernicioſus. de conse. di. j. altaria. j. Deses præsul.Nonus casus, si Episcopus negligens est,deuoluitur potestas ad Archiepiscopū.ix. q.iij.cùm simus.j.eod.ad reprimendam. & c. quantò. & c. significauit.& c. irrefragabili. §.excessus.argu.j.de foro compe.ex tenore.& ca.ex parte.s.de offi. deleg.prudentiam.§. sexta etiam si Episcopus negligens sit circa executionem vltimæ voluntatis.in authen.de eccle.tit.§.si autē pro redemptione.& seq.colla.ix.& casus iste multa comprehendit,vt apparet in his quæ not.s.de offi.deleg. §. cui possint.verſic.quid subsit.Sed quid si Episcopus sit excommunicatus: nunquid deuoluitur potestas ad Metropolitanum. non, sed ad Papam. licet aliàs puniri possit, si sit in mora petendi absolutionem.argum. j. de concess. præbend. quia diuersitatem. & est expressum in authent.d.n.supplen.negl.prælato.Romana. sed videtur, quod in hoc casu potestas ad capitulum deuoluatur. argu. dictis iur.& infrà,de maio.&obedi.cùm olim.& c.his quæ.Canonici tumidi. Decimus casus, quando scilicet canonici in contemptum Episcopi,si sine causa rationabili interdicunt ecclesiam cathedralem, vbi hoc possunt de consuetudine.j.de appel.dilectus. alioquin contrà.infrà,de his quæ fiunt à ma.par.ca.quæsiuit.hoc autem in casu Metropol. cognoscit tanquam delegatus à Papa. infrà eodem. irrefragabili. §. excessus. & §. cæterùm. Sententia nequam. Vndecimus casus, quando scilicet euidens est, sententiam Episcopi nullam esse. infrà, de appellat.solicitudinem. §. si verò notorium. idem est hodie in iniuriis notoriis, contra ipsum vel nuncios suos commissis, per quas ipsius iurisdictio impeditur: quia tales punire potest, vt in authentica d.n. extrà, de pœnis. Romana. Visitat. Duodecimus casus. infrà, de præscript. cùm ex offic. infrà,de censi. sopitæ. & cap. nuper. de quo dixi suprà,de offic.Archidiaco.§.quod sit officium.verſic.alij contrà, & sequen. Indulget. Tertiusdecimus casus, nam generalem remissionem per totam prouinciam facere potest. infrà, de pœniten. cap.penultimo. Custos.xiij. casus, quando scilicet vacat ecclesia

ſuffraganea,& non ſuperſunt canonici,qui cuſtodiant bona mensæ epiſcopalis: vel ſuperſunt, ſed minus idonei, vel ſuſpecti. xij. quæſt.ij. non liceat. ſed caueat,ne quid ſurripiat,alioquin tanquã furti aut latrocinij reus ſuo priuetur honore. ſicut ſeruatur in epiſcopo res parochialis eccleſiæ vacantis ſurripiente. x. q. ij. ſi quis Epiſcopus. dicunt etiam quidam, quòd iudex eſt, quando duo in ſuffraganeam eccleſiam contentiosè eliguntur. & hincinde ſunt omnia æqualia. poteſt enim gratificari cui vult. lxiij. diſtin. c. fina. quòd non placet Guli. Na. dicit enim, quòd vbi æqualiter hincinde omnia occurrunt, neutra electio approbanda eſt: requiritur enim hodie, quòd in alteram partium maior & ſanior pars capituli concordet. ſuprà, de elect. quia propter. & cap. eccleſia. j. & ij. Quia Papa dat xv. caſus. quando ſcilicet eſt per ſpeciale priuilegium Papæ in aliis caſibus decoratus. infrà eod. duo ſimul. xxv. quęſt. ij. cap. j. ij. & iij. Vſus. xvj. caſus. conſuetudo enim cuiuslibet eccleſiæ ſeruanda eſt. vnde vnus Metropol. pinguius ius habet altero, ſecundum quod vſus eſt, & præſcripſit. ix. quæſtio. iij. conqueſtus. infrà, de exceſ. præla. accedentibus. infrà, de iudi. nouit. reſponſ. j. quia iuriſdictionem dat conſuetudo. vt not. ſuprà eodem. §. quis poſsit. verſic. item conſuetudo, & probatur in authentica. d. n. extrà eodem tit. Romana. §. non ſic autem. & de fo. competen. Romana. §. j. & ij. & de appel. Romana. reſpon. j. ad fi. & §. debet. Permutat ſociis. xvij. caſus. ſcilicet quando Epiſcopus permutationem facit cum capitulo ſuo, quæ non debet fieri ſine authoritate prælati. infrà, de re. eccl. non alie. c. j. & c. cùm Apoſtolica. & de re. permu. quæſitum. nec poteſt epiſcopus fieri actor in propria re. Inſtit. de autho. tuto. in fin. & ff. de autho. tuto. l. v. ſecus, ſi Epiſcopus alij permutaret, quia tunc videtur ſufficere conſenſus capituli. infrà, de re. eccleſ. non alie. vt ſuper. ad fin. vel dic, quòd illud ſit de ſpeciali indulgentia. vt innuit: aliàs contrà, quia iurat nihil alienare, ſine conſenſu ſuperioris, vt ibidem reſpon. j. & infrà, de feu. c. ij. & de eccleſ. ædi. cap. fin. Suſpectus cúmque remittit. xviij. caſus. quando ſcilicet Epiſcopus recuſatus ex iuſta cauſa remittit cauſam ad ſuperiorem. infrà, de app. cum ſpeciali. §. cauſa. quod dic vt no. infrà, de appel. ſub. ru. de recu. §. quis cognoſcet. verſicu. puto. Quid de ſubditis ſubditorum Epiſcopi, idem ſecundum Ioann. & Lau. argu. infrà, eodem. cùm ab eccleſiarum. & c. quantò. infrà de exceſ. præla. cap. ij. xviij. quæſt. ij. cognouimus. & intelligunt hoc de ſubditis ſubditi prælati qui per electionem creantur. vt tetigi ſuprà eod. §. quis poſſit conſtituere. verſicu. item vniuerſitas. & §. quis dicatur ordinarius. & pro his xxiij. quæſt. iiij. c. j. xciij. diſtinct. legimus. infrà, de immu. eccleſ. non minus. quia vniuerſitas dat iuriſdictionem, vt probant dictæ concor. Hugo, Tan. & Vin. contrà dicunt, quòd Epiſcopus indiſtinctè audire poteſt cauſas omnium in ciuitate vel diœce. conſiſtentium, quia iudex eſt totius diœce. infrà. eo. c. j. ix. quæſt. j. de perſona. & quæſtio. iij. qui reſiſtit. infrà, de foro competen. cùm contingat. & c. ſequent. excipiunt exemptos. infrà, de priuile. ex parte. contra alios etiam procedet Epiſcopus, niſi longæua conſuetudo eum impediat, vel indulgentia ſpecialis: tunc enim non cognoſcet, niſi per appellationem deferatur ad ipſum, vel aliquis de aliis caſibus interueniat. ſic intelligunt infrà, de exceſſi. præla. c. ij. & ca. accedentibus. infrà, de ſta. mona. in ſingulis. xvj. quæſtio. j. conſtitutum. & cap. nulli. conſuetudo autem non præſcripta non obeſt Epiſcopo. ſuprà, de offic. Archi. cùm ſatis. alij ergo prælati inferiores ſunt minores ſub illo, & aliquam habent iuriſdictionem, ſcilicet modicam coertionem tantùm, ſecundum Guli. Na. infrà. eodem. ſi ſacerdos. & c. cùm ab eccleſiarum. Pro & contrà infrà eodem. conquerente. & c. dilectus. pro Ioann. infrà, eod. irrefragabili. §. exceſſus. In multis eccleſiis & diuerſis, diuerſæ ſunt conſuetudines: ideo dico conſuetudinem cuiuslibet obſeruandam, quæ iuriſdictionem tribuit, vt not. ſuprà eodem. §. quis poſsit conſtituere. verſicul. item conſuetudo. & de offic. Archi. §. quod ſit eius officium. verſi. tertij dicunt. & ſe. Si verò non apparet de conſuetudine, opinioni Hu. Tan. & Vin. dicunt ſtãdum. ſuper quo vide quod not. ſuprà de offi. Archipre. §. quæ pertinent. verſ. ex hoc not. & j. eod. ver. notauerunt. & ſeq. Hoc tamen teneas, quòd quicunq; habet curam, poteſt excommunicare, niſi conſuetudo vel inhibitio ſuperioris hoc impediat. argu. ſuprà, de ele. dudum. Greg. §. tandem. infrà, de ſentẽt. excom. ſi quem. quod dic, vt not. infrà, de ſenten. excommuni. §. quis poſſit excommunicare. ſub §. nedum autem.

SVnt autem quædam, quæ ſpectant ad officium Epiſcopi lege iuriſdictionis, quædam ex lege diœceſana. hac enim duplici l. Epiſcopus vtitur lege iuriſdictionis & diœceſana. ad leg. iuriſdictionis pertinent ea quę conſiſtunt in conferendo, iudicando & puniendo. ſubiiciendo ſicut canonica obedientia ſubiectio, reuerentia, inſtitutio, & deſtitutio, correptio, & reformatio, cenſura eccleſiaſtica, iuriſdictio, cauſarum omnium ad forum eius ſpectantium cognitio, & examinatio; emendarum ſatisfactio. infrà eodem. dilectus. §. vnde prę-fatus. pœnitentiarum impoſitio, & ſacramentorum eccleſiæ collatio. probãtur hæc infrà eodem conquerente. §. j. ab illo. verſicu. habeas canonicam obedientiam. vſque ad illum verſi. ſynodum. Lex verò diœceſana in recipiendo conſiſtit; vnde ad ipſum pertinet ſynodus, & ſynodaticum ſiue cathedraticum, decimationum ſeu mortuariorum canonica portio, annua viſitatio, & procuratio. colliguntur hæc omnia infrà, eod. conquerente. §. j. ibi, ſynodum & ſynodatici. &c. & c. dilectus. infrà, de ſenten. & re iud. cùm inter vos. infrà. de cenſi. olim, & c. cum canonicis. Quandoq; tamen lex diœceſana comprehendit l. iuriſdict. & econtrà. frequenter enim ponitur vna pro reliqua: vt apparet infrà, de reſtit. in intege. auditis. & de præſcrip. auditis. infrà de reg. ex parte. cùm autem hæ leges diuerſæ ſint, pactum ſuper vna habitum alij non nocet. infrà, eod. dilectus. ff. de pact. ſi vnus. §. animaduertendũ. Notauerunt autem antiqui; quòd quantum ad legem iuriſdictionis, ſubſunt Epiſcopo eccleſia, monaſteria omnia, niſi ſpeciali exceptionis priuilegio ſint munita. l. diſt. accedens. xviij. quæſt. ij. hoc tantum. & c. monaſteria. & c. cognouimus. xvj. quæſt. j. Interdicimus; ſed à lege diœceſana ſunt omnia monaſteria & regulares eccleſiæ exemptæ in fauorem religionis. x. quæſt. j. c. j. & c. iij. & cap. inter cætera. xvj. quæſt. j. placuit omnibus. & c. cùm pro vtilitate. xviij. quęſt. ij. quàm ſit neceſſarium. ergo non cogentur venire ad ſynodum, niſi populum habeant, vel niſi ratione capellarum non exemptarum. ſic intellige xviij. quæſt. ij. Eleutherius. & c. Abbas. infrà, de priuileg. ex ore. Item venire coguntur, ſi conſuetudo ſit, xviij. quæſt. ij. ſi ſeruitium. & c. præced. in fi. §. fi. infrà, de maio. & obe. quod ſuper his. xviij. diſti. Epiſcopus. non debet quod aliqui habent pro palea. Item non coguntur ſoluere cathedraticum. x. quæſt. iij. inter cætera. nec partem decimarum. xvj. quæſt. j. cũ pro vtilitate. & §. quæſti. & c. decimas. nec partem mortuariorum, vel oblationum. infrà, de ſta. mon. c. j. quod dic vt not. j. de ſepul. ſub §. vetus. & §. & à quibus. & de ſta. mona. §. & in quibus teneatur epiſcopo. nec epiſcopum ad miſſas publicas, vel ordines faciendos ſuſcipiunt. xviij. q. ij. luminoſo. & c. dudum. præſtant tamen ſeruitium ab initio impoſitum in ipſa fundatione, vel ex conſuetudine debitum. xviij. q. ij. Eleutherius. & c. ſeruitium. & j. de iure pat. præterea. quoniam aduocati. j. de cenſi. quanto. Item tenetur ad procurationem, quæ ratione viſitationis debetur. infrà de præſcrip. cùm ex officij. j. de cenſi. ſopitæ. & c. cum nuper. & ſic videtur, quòd viſitatio ſit de lege iuriſdictionis. Seculares verò eccleſiæ, etiam quod ad legem diœce. ſubſunt. x. quæſt. j. de his. & c. antiquos. xij. q. ij. ſanè. c. ſtatuimus. Capellæ etiam monachorũ ſubſunt Epiſcopo, quantum ad vtranq; l. j. eo. conquerente. xvj. q. ij. ſanè j. de priuil. cùm & plantare. §. in eccleſiis. j. de præben. auaritiæ. & c. de monachis. & c. in Lateranen. §. de ſup. neg. præl. c. ij. niſi monaſteria exempta ſint cum capellis ſuis. j. eod. grauem. & j. de priuil. quoniam. & c. cùm capella. & c. ex ore. in fin. & ar. xvj. q. ij. viſis. j. de cap. mo. in eccleſiis. ſed capella. nimis excreſcentibus fortè priuilegiis expirabit. arg. infrà, de deci. ſuggeſtum. infrà. de verb. ſig. quid per nouale. Abbas etiam exemptus poteſt præſcribere capellam contra epiſcopum, quamuis ſubditus non poſſet. infrà, de reſcript. auditis. & c. cùm ex officij. & c. veniens: requiritur tamẽ titulus. quod dic vt not. infrà, de prę-ſcrip. ſub. rubr. de præſcript. rerum immobilium. §. quæ exigantur. ſub §. verum quicquid. verſic. quartam. & ſeq. Conſueuit etiam dici, quòd duobus modis fiunt capellæ religioſiorum, ſcilicet ædificatione & donatione: ſi ædificatione, monachi habent temporalia, & epiſcopus ſpiritualia. infrà, de cap. mo. cap. j. xvj. q. ij. ſanè. c. pen. & vlt. & q. v. c. j. ij. & iij. Si donatione, aut donatio facta eſt ab Epiſcopo, aut à patrono. Si ab Epiſcopo, aut ſub certa forma, aut cum omni iure, aut ſimpliciter. Si Epiſcopus conferat capellam religioſis ſub certa forma, tunc non habebũt plus iuris in capella quàm forma contineat. ff. de pact. in traditionibus. Si cum omni iure, tunc habẽt religioſi temporalium & ſpiritualium adminiſtrationem, ſacerdotum inſtitutionem, & deſtitutionem, xvj. q. ij. viſis. & ſic intelligitur, quòd capellæ pleno iure pertinent ad religioſos. xvj. q. ij. §. fi. in quo caſu non coguntur epiſcopo presbyteros prę-ſentare, vt à cõtrario ſenſu. infrà, de præben. in Lateranen. §. j. ibi, pleno iure. remanet tamen ius epiſcopale in ordinatione, iuriſdictione, in viſitatione, in altarium conſecratione, & ſimilibus. ix. quæſt. iij. per ſingulas. Si autem ſimpliciter conceſsit Epiſcopus capellam religioſis, in qua certam percipiebat fructuum portio-

a Pertinet pleno iur.] Adde quæ dicatur ecclesia subiecta pleno iure. vide Inn. in c. pastoralis. in fin. de priui. Abb. in c. querelam. in princip. de elec. Abb. in c. auditis. de præscri. & Abb. in ca. de monachis. de præb. Et an omnis habens ecclesiam pleno iure subiectã dicitur habere iurisdictionẽ quasi Episcopalem, vide per Car. Zaba. cõsil. xlviij. incip. reuerende pater & domine mi.

b Cathedraticum.] Adde c. constitutus. de relig. do. Et an pauperes tenentur ad cathedraticum, vide per Car. Zaba. in c. conquerente. in xxj. quæstio. de offic. ord. Et an cathedaticũ præscribi possit, vide gl. in c. quicunque. xvj. quæst. vij. & per Ioan. An. in c. j. de præben. lib. vj. in nouella.

nem, illam tantùm concessisse videtur. infrà, de donat. pastoralis. argumen. infrà, de iure patron. quod autem consul. §. vnico. ff. de contrahend. emptio. qui tabernas. ff. de lega. j. si domus. §. finali. & tunc intelligitur dedisse ius instituendi. xvj. quæst. ij. visis. secundum quosdam dic contrà. s. de supp. neg. prela. c. ij. si verò nihil percipiebat, omnes prouentus cõcessisse videtur. j. de donat. pastoralis. & est mirabilis hæc distinctio, quòd quando Episcopus minus habet in ecclesia, intelligitur plus dedisse. sed ideo est, quia donationem interpretari debemus, vt magis valeat quàm pereat. infrà, de verborum significa. abbate. §. contra quod fuerat. Quid si non apparet qualiter fit concessa, sed tamen de concessione constat? Simpliciter præsumetur concessa. argum. ff. de ser. si cui. infrà, de priuileg. quia circa secundum quosdam, dic vt not. infrà eodem. versic. quid si non apparet & præcedentibus. Quod si à patrono cõferatur de consensu Episcopi, vel ab Episcopo de consensu patroni, vterque quod suum est dedisse videtur. infrà, de donat. pastoralis. Donatio autem facta ecclesiæ à patrono sine cõsensu Episcopi non valet, quamuis teneret donatio, si ius patronatus conferret, sicut intelligo. infrà, de iure patron. illud. & ca. nullus. quamuis alij aliter intelligant. quod dic vt ibi not. §. qualiter transferatur. versicul. donatione. Quamuis etiam donatio per Episcopum facta iustum titulum transferat præscribendi. infrà, de iure patronatus. cura. & infrà, de cen. significauit. non tamen plenum ius, nisi & consensus sui capituli intercedat. infrà, de his quæ fiunt à præla. tua. & cap. pastoralis. infrà, de donationi. cap. pastoralis. in fin. Et no. quantumcunq; Episcopus generaliter ecclesias conferat, vel à se eximat, semper videtur quatuor retinuisse. Primum, scilicet correctionem. xvj. quæst. ij. visis. Secundum, scilicet visitationem. Tertium, scilicet procurationem, quæ ratione visitationis debentur. infrà, de censi. cùm venerabilis. & cap. venerabili. Item quartum, scilicet cathedraticum. infrà, de donationibus. pastoralis. non obstat infrà, de reli. do. constitutus. quia ibi Papæ cõfirmatio intercessit. Sicut ergo subditus non potest iurisdictionem Episcopalem à se in totum reiicere, infrà, de foro competen. si diligenti. & ca. significasti. & suprà, de renuncia. admonet. sic & Episcopus abdicando à se Episcopale imperium non amittit. argum. ff. de officio præsidis, legatus Cæsaris. ff. de pactis. ius agnationis. sic nec vasallus potest feudum alienare, sine consensu domini, nec dominus in alium transferre dominium, sine consensu vasalli: vt in constit. feu. de feu. non alie. sine consensu ma. l. imperialem. §. j. & §. præterea ducatus. sic patronus quantumcunque ius patronatus remittat, generaliter tamen quædam iura retinet in liberto, puta reuerentiam. & hoc ponunt quidam pro quinto argu. C. de bo. liber. l. fin. Vbi verò ecclesia ad monasterium perti
a net pleno iure[a], habet monasterium in ea institutionem, destitutionem, inuestituram, fidelitatem, obedientiam, correctionem, & quædam alia. infrà, de ma. & obe. is qui. infrà, de senten. & re iud. cùm inter vos. in prin. & Episcopus nihilominus desuper est, nisi priuilegium vel præscriptio vel contraria consuetudo obest ei, vt patet ex præmissis: sed vbi pleno iure non pertinet, tunc habet ibi monasterium temporalia & repræsentationem presbyteri vicarij tantùm, qui non debet ab Episcopo recipis nisi per monachos sufficiens portio assignetur pro se, & recipiẽdis hospitibus & iuribus Episcopalibus persoluendis. infrà, de præbend. de monachis. Quòd si religiosi negligentes fuerint, Episcopus debet hoc facere iure suo. infrà, de suppl. negl. præla. sicut contrà, quòd non prodest præscriptionem vel consuetudinem allegare. infrà, de præbendis. extirpandæ. respon. j. est ratio, quia hic vertitur periculum animarum, ergo consuetudo contraria non valet. suprà, de consuetu. c. fina. nec præscriptio nec constitutio contraria. infrà, de præscript. quoniam omne. Secundum hoc intellige, quòd presbyter debet de temporalibus monachis, & de spiritualibus Episcopo respondere. infrà, de præbend. in Lateranen. & de capellis mo. ca. j. & de priuil. cùm & plantare. §. in ecclesiis. Sed qualiter sciam, vtrum ecclesiæ non pertineãt pleno iure ad monachos, eo ipso quòd repræsentant Episcopo presbyterum, vt patet ex præmissis, vel si ibi Episcopale ius percipit Episcopus. infrà, de priui. quoniam per confessio. postea enim omnino locum habet. c. suprà, de supplen. neg. præla. cap. ij. Sed qualiter possunt omnia temporalia pertinere ad monachos ex concessione episcopi, cùm ipse episcopus non posset ipsa sibi retinere, nec censum de nouo imponere, vel antiquum augmentare, nec partem redituum suis propriis vsibus deputare. infrà, de cẽsibus. prohibemus. nec plus iuris possit in alium transferre, quod ipse habeat. ff. de contrahenda emptione. alienatio. ff. de acquirendo rerum domini. traditio. ff. de regulis iuris. nemo plus iuris, infrà, de iure pat. quod autem, in fine. respon. non potest episcopus transferre, & hoc nisi ex causa, puta propter paupertatem mensę religiosorum, quæ non sufficit ad sustentationem ipsorum, ex hac enim causa potest annecti ecclesia præbendæ. infrà, de præben. exposuisti. multo fortius religiosorum mensæ communi: argu. infrà, de vita & ho. cle. quoniam. in quo casu potest conferri ecclesia, nedum vacans religiosis. infrà, de restitu. spol. cùm venissent. infrà, de dona. consultationibus. sed necessarius est consensus capituli, quo ad hoc, vt plenum ius acquiratur, vt dixi suprà, & probatur infrà, de excessibus prælato. ficut in iure. & infrà, de his quæ fiunt à prælato sine con. capit. tua. & c. pastoralis. infrà, de donatio. pastoralis. alias autem nec religiosi hoc facere possunt propria authorita. infrà de præb. auaritiæ. & c. de monachis. infrà, de censi. prohibemus. & ca. seq. & c. significauit. Quid si dubitetur, vtrum ab initio donata fuerit ecclesiæ, sic vt temporalia in vsus religiosorum cederent. Dic inspiciendam interpretationem consuetudinis pręscriptę. suprà, de consue. cùm dilectus. §. ij. Quid si non appareat de consuetudine, nec de donatione. respon. de iure communi ad rectorem pertinet obuentiones, salua portione canonica episcopi. infrà de decimis. cùm in tua. & c. cùm contingat. & c. quoniam. infrà, de his quæ fiunt à præla. c. pastoralis. & semper præsumo contra monachos, nisi authoritatem episcopi probent interuenisse. infrà, de præbend. auaritiæ. infrà, de censi. prohibemus. & c. præterea. & c. ficut. Quid si religiosi talias exigunt. Dico, hoc non possunt, suprà de sup. neg. præla. c. ij. nisi fortè ratione priuilegij. argu. infrà, de excess. præla. accedentibus. ad fi. ad hoc infrà, de censi. scientes. & c. ecclesiis. infrà, de iure pa. præterea quia ad hoc, vt aliquid tale exigatur, videtur esse priuilegium episcopi speciale. infrà, eod. conquerente. §. fin. infrà, de censi. cùm Apostolus. §. inhibemus. vbi hoc Archidiaconis & Archipresbyteris prohibetur. & iunge quod not. suprà, de supplen. ne præla. §. quot modis. versi. suppletur & in beneficiis. Vnum etiam not. quòd fructus ecclesiarum, in quibus habent tantùm ius patronatus, non possunt sibi appro-
b priare. suprà, de sup. negl. præla. c. ij. Cathedraticum[b] autem est. ij. sol. x. q. iij. placuit. infrà, eodem. conquerente. & vsualis monetæ. ff. de leg. iij. nummis. ff. de cotrahẽ. empt. imperatores. verius puto, vt tam in quantitate, quàm in qualitate pecuniæ inspiciatur consuetudo regionis. x. quæst. iij. nec numerus. infrà, de censi. ecclesiis. c. olim. de hoc plenius notatur infrà, de censi. c. ex quib. causis. respõ. j. ver. seq. Visitabit autem episcopus suam diœce. sicut not. suprà de offic. Arch. §. quid sit eius officium. versi. ego puto. & in visitatione primo discutiet clericos, qualiter baptisma ministrant, & alia ecclesiastica sacramenta, qualiter se habent in ecclesia & in vita: si omnia rectè, Deo gratias: sin autem instruat eos, & puniat puniendos, & hac nocte qua venit, sequenti die in mane conuocata plebe, doceat eos errores fugere, specificando crimina mortifera, & quod sibi nolunt, aliis ne faciant, & vt resurrectionem & diem iudicij, & alios articulos credant, & in bonis operibus se exerceant. & sic episcopus de ecclesia illa ad aliam profi-
ciscatur. x. q. j. placuit. Si videat aliquos amouendos, ipsos amoueat. suprà, de rescr. dilectus filius abbas. ita quod si à cõtumacia incipiat, seruet illum ordinem, de quo dicitur, Coerce monendo, corrige suspendendo, excommunica degradando. xxiij. q. iiij. forte. in fi. xxiiij. dist. quorundã. lxxxiiij. dist. honoratus. Si verò à crimine incipiat, quod degradationem requirit, tũc incipit à degradatione, & finitur in excõmunicatione. lxxxj. dist. dictum. & demùm potestati traditur seculari. infrà, de iudi. cùm non ab homine. sicut legitur infrà, de verb. sig. nouimus, aliis tamen verbis vtitur Apostolus, dicens, Argue, increpa, obsecra, in omni patientia & doctrina. argue de peccato, obsecra pro iustitia seruanda, increpa, timorem diuini iudicij comminando: sed hæc locum habent in occultis peccatis, & in iudicio diuino. ij. quæst. j. si peccauerit. in fi. frater Ray. Subditus autem iusto præcepto iudicis possibili pariter & honesto obedire debet, non alij. xj. q. iij. si dominus. & c. Iulianus. suprà, de temp. or. ad aures. & c. dilectus. ff. quæ sententiæ sine app. res. l. fi. ff. de condi. insti. conditiones. & l. filius. iij. dist. erit. in dubio etiam obediendum est. xxiij. q. j. quid culpatur. in fi. infrà, de maio. & obe. si quis venerit. & c. illud. Item is qui ex officio ordinariæ potestatis potest absoluere, potest & absolutionem denegando committere, infrà, eo. c. fin. secus si ex commis-
sio-

missione competat, puta Papa, vel eius pœnitentiarius mandat alicui episcopo, quòd aliquem absoluat, quia tunc non committitur, siue non subdelegatur. suprà, de offic. delegat. quoniam Apostolica. §. pe. in fine. Si quis autem impetrauerit, vt sibi liceat excessus corrigere tam authoritate ordinaria, quàm Apostolica, non datur potestas super exemptis. ĵ. eod. graue. nec iuri communi derogatur, infrà eod. licet enim ordinarius procurat sibi mandari ea, quæ suo iure facere potest, vt magis timeatur. xj. distinct. quis nesciat. & ne sibi fortè imputetur. q. d. sic recepi in mandatis, non possum aliud facere. ad hoc infrà, de instit. ad decorem. superior etiam sæpe intendit remittere, non committere. ff. de offic. præsi. sæpe. sic & causæ appellationum temerariarum remittuntur, non committuntur. infrà, de appel. vt debitus. Sed ad officiū ordinarij pertinet, ne pœnitentia seu confessio detegatur. infrà eodem, cap. ij. quod dic, vt infrà, de pœn. §. in quo tenetur sacerdos. Item quòd nullus in illicita copula remaneat, & in hoc negligentia seu malitia delegati suppleat. infrà eodem significauit. & vt sponsalia legitimè contrahantur, super quo vide infrà, de spon. & per totum tractatum quarti Libri. Item quòd accusatio, inquisitio, & denunciatio legitimè fiat. super quo vide totum tractatum quinti Libri, & si quis impetrauerit absolutionem causa tacita, vt ipsum nihilominus coerceat. infrà eod. ex parte. Item quòd quilibet ritè conueniatur in iudicio, & ritè procedatur vsque ad diffinitiuam sententiam, & super hoc vide totum secundum Librum. Item quòd clerici vitam honestam ducant, & res suas bene disponant, tam temporales quàm spirituales sibi commissas. super quo vide totum tertium Librum. Item quòd ad summam trinitatem respiciendo ministri ecclesiarum creentur canonicè, qui curam habeant, tam intra quàm extra ecclesiam, secundum quod ipsorum officium, & ordo requirit, & consuetudo approbat. super quo vide totum tractatum istius Libri. Quando autem prælatus religiosus visitat [c], non debet secum intromittere seculares, nisi fortè duos vel tres de canonicis propriis, & illos in decenti habitu, quos tamen voluerit, aliis religiosis adiunctis. infrà eodem. vt iusta. ideo dicit de canonicis, quia sine eorum consilio talia fieri non debent. infrà, de accu. qualiter. ij. xv. q. vij. Episcopus nullus. lxxxvj. distin. si quid verò. canonici autem sine Episcopo corrigere possunt, si de consuetudine sit. infrà eodem. irrefragabili. Ratio diuersitatis hæc est, quia cùm canonici plures sint, possunt inter se deliberare, & consilium habere. Episcopus verò quia solus est, habet necesse consilium aliorum requirere: qa væ soli [d], &c. infrà, de stat. mona. monachi. & omnia fac cum consilio, & postea non pœnitebis. C. de ingenuis. si auiam. melius ergo est & honestius, quòd habeat consilium suorum quàm extraneorum. infrà, de his quæ fiunt à præla. nouit, nisi vbi sui se indignos reddunt, in quo casu religiosi succedunt. suprà, de elect. ne pro defectu. infrà, de concess. præbend. nulla. religiosos autem intelligo, nō tam habitu quàm scientia, & honestate. ihfrà, de sepul. in nostra. §. nos verò. ĵ. de sepul. fraternitatem. ĵ. de voto ex multa. ad fi. respon. j. ĵ. de consang. c. j. ad fi.

c Prælatus religiosus visitat.] Adde Pauinū in tractatu de visitatione, vbi diffusè.

d Væ soli.] Adde c. illud 7. q 1. c. in omnibus. 81. dist. originaliter. Ecclesiastes 4.

e Mors omnia soluit.] Adde gl. in verbo. nū quam. in c. licitè. 32. quæst. 7.

Qualiter impediatur. Per suspensionem ordinarij, si ab officio suspendatur. Itē per excommunicationem, quia & suspensum ab officio, intelligo suspensum ab ordinaria potestate, & excommunicatus excōmunicare non potest. xxiiij. quæst. j. audiuimus. nec alios iudicare. ĵ. de senten. & re iudic. ad probandum. ĵ. de cle. excom. mi. si celebrat. si verò ordinarius sit aliàs in mortali crimine constitutus, & sic de merito vitia iudicare non possit. iij. quæst. vij. qui sine peccato. & c. iudicet. & c. sequen. de potestate tamen iurisdict. potest, quamvis fuerit toleratus, vt not. suprà eod. §. quis possit esse ordinarius. versic. vnum tamen no. in his autem casibus, scilicet qñ suspensus vel excommunicatus est, vt notat. s̄. impeditur iurisdictio ordinaria vniuersaliter: in spiritualibus verò negotiis, siue causis, impeditur per alios modos præter suspensionem & excommunicationem, scilicet per appellationem, recusationem, relationem, ad superiorem, negotij reuocationem, per alij factam commissionem, & per alios modos quos per se notare potest quilibet studiosus.

Et qualiter finiatur. †Quatuor modis. Primò, per mortem ordinarij: quia mors omnia soluit. [e] in authen. de nupt. §. deinceps. col. iiij. ff. quæ sententen. sine appel. rescin. l. pen. Secundò, per renunciationem. s̄. de renun. & per totum. Tertiò, per depositionem. infrà, de dolo & contu. veritatis. & ĵ. de excess. præla. ex literis. Quartò, per translationem. xxj. quæst. ij. si quis iam translatus. Finitur autem his quatuor modis iurisd. ordi. respectu personæ & personalium. realia enim dignitas retinet. ff. de censi. ætatem. ff. de aqua quoti. &

æstiua. l. j. §. æquissimum. s̄. de vsu pal. ad hoc. c ĵ. ne sede vac. ca. j. ideo se. va. iurisdictio penes capitulum residet. ĵ. de ma. & obe. cùm olim. ĵ. de hæret. ad abolendam. respon. j. infrà, d eod. irrefragabili. argum. suprà, de consuetu. cùm inter vos. & vbi non potest per se, alios aduocat. vij. quæst. j. pontifices. & hoc intellige de consuetudine speciali. secundnm Gosfred. aliter non esset ordinaria iurisdictio, secundum ea quæ not. s̄. eod. §. quis dicatur. &

§. quis possit constituere. ergo intellige de iure communi. & à lege habet hanc iurisdictionem, sicut vniuersitas, sicut collegium licitum. vnde constitutionem facere potest, vt not. s̄. de constitu. §. quis possit. versi. item capitulum. & versi. item ciuitas. & seq. non tamē habet exercitium, nisi sede vacante, si. C. de cura. furi. l. pen. sede autem instituta, habet exercitium prelatus, sed de consilio capituli, vt patet in his quæ no. suprà, eodem. §. quid pertinet. versi. si. qui incipit, quando autem. mortuo ergo prælato, & etiam mortuis omnibus de capitulo, excepto vno, ius totius corporis, cuius prælatus caput est, & canonici membra in ipsum recidit & per ipsum retinetur. ff. quod cuiusque vniuer. sicut municipium. ff. de legatis. j. si grege. quod dic, vt not. ĵ. de maioritate & obedientia. §. & ad quid. s̄. de ele. qualiter. sub secunda forma. versicul. quid ergo, si omnes delinquunt. Sed & finitur siue suspenditur iurisdictio ordinarij per reuocationē, quo ad causam quæ reuocata est, infrà, de ap. vt nostrum. Item ordinaria iurisdict. legati finitur, vt not. s̄. titu. j. §. & qualiter finiatur.

De Officio Iudicis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis quid sit.*
2 *Officium iudicis an desideret litis contestationem.*
3 *Officium iudicis duobus modis exercetur.*
4 *Officium iudicis quando & in quibus locum habeat.*

DIctum est suprà singulariter & specialiter de officio Dignitatum & Iudicum, & quid ad singulos pertineat ratione officiorū, quid ratione iurisdictionis delegatæ, vel ordinariæ: hîc autem generaliter indistinctè & indeterminatè tractatur de officio iudicis, nec exprimitur cuius delegati vel ordinarij: eo quòd de quibusdam hîc tractatur, quæ vtrique, scilicet tam delegato quàm ordinario communia sunt: sicut dare aduocatum non habenti, quod facit delegatus. ĵ. eodem cap. j. & ordinarius. ff. de postulando. l. j. §. ait prætor. Item restituere in integrum. quod ad vtrūque pertinet. secundum traditur infrà, de restitu. in integrum. c. penul. C. vbi & apud quos restitu. in integrum postu. l. fi. ideo sic simpliciter & generaliter intitulatur hæc rubr. de offic. iudic. in qua videndum occurrit, Quid sit officium iudicis, Et vtrum desideret litis contesta. vel de plano intentetur, Quando & in quibus locum habeat.

1 **Quid sit officium iudicis.** †Et quidem potestas iudicis à iure assumpta secundum Gosfredum. Lex verò dicit, quòd officium iudicis latissimum est. ff. de iurisdictione omnium iudicū. l. j. verè dicit, quòd officium iudicis latissimum est: quia quicquid agitur in iudicio, vel extra, ad ipsum pertinet: quod vide per ordinem. ĵ. de proba. quoniam contra falsam. & ĵ. eod. §. quando. & in quibus locū habeat. sed & extra iudicium exercetur. nam iudex debet esse solicitus, vt violentiis hominum resistat. ideo enim iudicialis rigor in medio positus est, ne quis audeat sibi sumere vltionem. C. de Iudæ. nullus. cur etiā ad arma venire patietur, quos iurisdictio sua potest compescere. ff. de vsufr. æquissimum. nam potest eam defendere pœnali iudicio. ff. si quis ius dic. non ob. l. vnica. sed quia hæc verba generalia sunt, & nullam aut modicam doctrinam tradentia, ideo dico ad aliquam specialem doctrinam tradendam, quatenus mihi possibile est, quod iudicis officium. Aliquando potest dici purum, generale, & merum, vt quando iudex proprio motu eo vtitur. exemplum. ĵ. eod. §. & vtrum. Aliquando potest dici solenne, tunc est iuris vinculum, vbi videlicet loco actionis proponitur exemplum. ĵ. eod. versicul. loco actionis. Aliquando verò mixtum deseruiens seu ministrans, vt quando actioni deseruit. exemplum ĵ. eod. versic. deseruit. Aliquando anomalum, summarium, vel plenarium. vbi scilicet de plano imploratur. exempiū

infrà, eodem.item aliquando.de singulorum ergo descriptione videamus. Purum,generale,& merum iudicis officium sic potest describi. Iudicis officium est rationabilis & æquus modus iudicis, quo inductus condemnandos condemnat, absoluendos absoluit, pœnas vel mulctas infligit vel remittit, deneganda denegat, concedenda concedit, & facienda facit, secundum quod decet regẽdo seipsum & subditos,ac domino famulãdo,ad quod pertinet quod legitur suprà, in proœmio. ideóque lex proditur. Instit.de iustitia & iure.respons.j.& §.iuris præcepta.Solenne verò siue iuris vinculum sic describo : Officium iudicis est quoddã iuris,& iudiciale vinculum,seu quædam iuris & iudicialis,seu iudiciaria,officialis formula,subsidiaria, fauorabilis & benigna agendi seu prosequendi in iudicio ius, quod competit alicui ordinario auxilio destituto.ad hoc.ff.de furt. is qui nauem. Instit. de act.in princ.& in proœmio ff. §. iij.ff.de mino.in causæ.ij. Mixtum autem deseruiens seu minister sic describi potest : Iudicis officium est iuris quoddam adminiculum, quo firmata actio infirmatur,vt quæ ei desunt,à natura de æquitate,seu gratia cõsequatur.ad hoc ff.de eo quod cer.loco dari opor. in bonæ fidei.& duabus ll.præcedenti.& sequenti.Anomalum etiam summarium seu plenarium sic describes : Iudicis officium est quædam iudicialis æquitas, qua iudex inductus postulationem seu suppli.alicuius plenariè expedit vel repellit, ad hoc ff.de eo quod cer.loco da.opor.quòd si Ephesi. in fi. ff. de interrogatoriis actio.vbicunq;.in auth.d.n.de confes.extrà,statuimus.

* Et vtrum † desideret litis contestatio-
§ nem.Circa hoc not.quòd officium iudicis † duobus modis exercetur,scilicet proprio motu,vt dicit,quamuis nihil petatur à partibus,vel ad instantiam partium. proprio enim motu debet cuncta rimari.xxx.quæst.v.iudicantem. C.de iudi. iudices. quandocunque ante sententiam.j. de fide instru.cùm Ioan.eremita.ante fin.Certam sententiam dare.Instit.de ac.§.curare.Lites dirimere. ff.si certum petatur : quidam estimauerunt.j.de dolo & contu.finem.& c.venerabilis . Partes ad compositionem faciendam inducere.vt infrà,de transactio.c.fina.§.de electio.cùm inter R. seniorem.v.q.ij.si Primates.xc.distinc.studendum. Malitiis hominum obuiare,§.de rescrip.plerunque. & c.nonnulli.ff. de rei vendi.in fundo. Exceptiones arctare.infrà,de exceptio.pastoralis. Crimina punire.j.de senten.excom.vt famæ. ff. ad legem Aquiliam.ita vulneratus ante fi. ff.depos.bona fides.j respon.in fi.ff. de fideiusi.à reo.§.fina. Aequitatem coram oculis habere.ff. de eo quod cer.loco. da. opor.quod si Ephes.in fi.C.de iud.placuit. vnde nec precibus calamitosorum illachrymari oportet, nec aduersus eos quos malos putat se debet excandescere. ff. de offic. præs. obseruandum. Debet etiam excommunicatum publicè, quamuis non opponatur,repellere.infrà,de excep.exceptionem. sicut & militem procur. factum. vt not.j. eodem.§.quando,& in quibus locum habeat.versi. supplet. quia quos prætor prohibet, omnino prohibet,& si aduersarius cõsenserit.ff.de postula. quos prætor. Debet etiã in eo,in quo petitum est condemnare.ff.commu.diui.vt fundus.C.de fideicommis.liber.l.fi.j.de iud.examinata.j.de ordi.cogni.cùm dilectus.§.fi.infrà de accusa.qualiter.ij.§. penultimo.infrà,de simo.licet Heli.§.j.ad fin.& iunge quod not. super hoc §.in duobus tit.proximis.§.quid pertinet.& de offi.deleg.§.quid sit eius officium.Vbi verò exercetur ad instantiam partium , subdistinguendum est. nam aliquando loco actionis proponitur,aliquando seruit actioni , aliquando de plano imploratur.Locationis proponitur,vbi non supereſt alia actio,aliàs non recurretur ad extraordinarium auxilium. ff. de mino.in causæ.ij. Puta cùm petitur restitu. in integrum principaliter mota à maiori,vel minori,nõ distinguo.ff.de min.q; si minor.§.fin. Item cùm legatarius sibi petit caueri de legato præstando.C.vt in posses.legatorum. l. j. vel cùm vicinus sibi petit caueri de damno infecto ab eo,cuius domus minatur ruinam.ff.de damno infecto.prætor ait.§.ei.& l.dies.§.hic autem. Vel quando liberi desiderant ali à parentibus,vel econtrà. ff. de libe.agno.si quis à liberis.quod ex natura prouenit.C.de bo.quæ libe.cùm non solùm.§.vbi autem. Instit.de iure nat.in princip.vnde etiam illegitimi secundum iura nostra possunt super hoc officiũ episcopi implorare.j. de eo,q duxit in ma.cùm haberet.in fin.Item habet locum hęc actio. cùm filius petitur,& à nemine detinetur.ff. de liberis exhibendis.l. iij.§. hoc autem interdictum vel exemplifica canonicè per decre.infrà, de conuer.in fi.c.fin.& de spon.non est vobis.infrà, de appel.bonæ.iij.quæst.j.reintegranda. In his casibus & similibus lit. contestat.desiderat,& omnem aliam solennitatem requirit. infrà eo. iudicis officium.infrà de restit.in integ.c.j. cum enim loco actionis succedat, naturam ipsius sequi debet.arg.ff. si quis cau. si eũ. §.qui iniuriarum.infrà.de voto.magnæ.§. penul. circa princip. j. de sta.mo.recolentes.ad fin . Hæc locum habent,si principaliter mouetur quæstio: secus, si incidenter, vt ecce agebatur rei vendi. coram iudice,& re vsucapta post litis contesta. iubet iudex caueri à reo,quòd non pignorauerit,vel non mancumiserit,si seruus vendicabatur.ff.de rei vendic.si post susceptum, vel pignoratitia actione proposita iudex incidenter iubet caueri de dolo. ff. de pigno.actio. creditor. vel aliqua quæstione principaliter mota incidit,quod petitur restitutio in integrum , vel propter probationẽ negligenter omissam,vel propter aliam iustam causam.j.de resti. in integrum.cùm venissent.& c.auditis.& c.ex literis. in his enim casibus , & in aliis omnibus , in quibus incidit lit. contest.locum non habet.infrà eod. c. ij. & not. quòd non potest incidenter per officium iudicis postulari , quod petitum est principaliter per libellum.sic potest intelligi infrà, de appel. significante. secundum Gof.ego tamen pono ibi alium intellectum. Deseruit autem actioni in omnibus arbitrariis actionibus , sicut si certo loco tibi dare promisi decem , & conuenias me alibi. nam in condemnatione per iudicem ratio habebitur de interesse.ff.de eo quod certo loco.l.iij.in fin.& l.seq.hoc si iudicium sit stricti iuris, sicut stipulatio : nam si bonæ fidei,iure actionis veniet interesse.ff.de eo quod cer.loco.in bonæ fidei.ff.de dolo.eleganter. §. non solùm. de hoc.suprà de offi.delega.P.& G.infrà de foro competen. dilecti.& de plus pe.c.vnico.Itẽ in act.quod me.causa. ff. quod met. causa,si cum exceptione.§.hæc autem actio. Item.ff.de redhibi. act.ædiles.§.item sciendum.vbi condemnatio fit ex officio deseruienti ad resti.fructuum prouenientium post lit.contest. sic.infrà de restit.spol.grauis.& de præb.dilecto in fi.& in his casibus exigit lit.contesta.non dico super ipso officio,quod de plano intentabitur , sed super act.cui deseruit, vel actione quæ est nuda ante lit.contestationem deseruire non posset cum effectu , quia ab actione frigida calorem , quem non habet,recipere non posset.ad hoc §.de rescriptis.pastoralis.infrà,de iure pa.quod autem.infrà. de despon.impu.ad dissoluendum. & not. de simili materia. §.de elect.§.& an mutari.potest autem iudex supplere in sententia eadem die circa fructus & accessiones. ff.de re iud.Paulus.quia omnia ad eum post lit.contesta. pertinent. §.de rei vendi.certum est, & patet in his quæ not.infrà §. quando.ver. item locum habet.& si condemnatus reali actione iudici non paret, potest eum condemnare, quantum aduersarius in litem iurauerit contra ipsum. ff.de rei vendi.qui restituere. Item potest in expensis condemnare,super quo vide in summa.j. de dolo & contumacia.§. qualiter contumacia puniatur . Item quando de plano imploratur,vt in interrogationib.faciendis ante litem contestatam, & etiam in positionibus.ff.de interrogatoriis actioni.vbi quæritur.taceant qui dicunt positionem negatiuam non recipiendam,quia curare debet iudex, vt rerum probatio salua sit, & vt ueritas eliciatur modis omnibus,quibus potest.ff.de testi.curent.cũ similib.quod dic vt plenè nota.infrà,de proba.§.quis debet probare.ver.nunquid ergo positio negatiua. Item de plano , imploratur in aduocatis petendis.ff.de officio proconsulis.nec quicquam.§.pen. Item in dilationibus. infrà. de dila. dilecti. licet non debet dari dilatio à procedente iudice.C.de dila.à procedente. Item in omnibus dubiis,de quibus interpretari debet.suprà,de officio delega.de causis.infrà,de voto. c. j. ff. de vsuris.mora.& de testi.l.iij.ff.de verb. obliga.continuus.Item quando petitur, vt vsurarius absoluatur à iuramento.infrà,de vsur.c.j.& c.ad nostram.ij. Item in alio.infrà qui cle.vel vo.c. veniens.in fi.Certè potestas iudicis lata est,& diffusa,& in infinitum protenderetur,sed breuiter repilogo. Iudicis officium aliquando merum est & purum , vt quando iudex proprio motu eo vtitur, vt in §.& vtrum. Aliquando de plano imploratur,vt in versi.item aliquando. In his duobus casibus nõ requirit solennitatem seu subtilitatem. excipe inquisitionem, in qua procedit iudex ex officio & proprio motu,& tamẽ aliquãdo & in aliquibus subtilitas requiritur, & modus.vt not.j.de accu.sub rub.de inquisitionibus. Aliquando est iuris vinculum,vt cum pro actione proponitur,& tunc omnem subtilitatem requirit,vt in ver.loco.Aliquando mixtũ, vt cũ ministri loco fungitur, & tunc de plano seruit,sed solennitatem dominę,scilicet actionis cui deseruit,requirit, vt in ver.deseruit.Iudex aũt personas, loca, tempora,casus,qualitatẽ & quantitatẽ facti semp debet habere in mẽte,& corã oculis,& maximè Deum.j.de transl.c.vlt.& de homici.sicut dignum.sed & euentum, seu mentẽ debet attendere. ff.de fic.aut facta.ideo dicitur,q; inspecta quantitate rei petitæ, & qualitate personarum, aliquando iureiur.decidit causam, cùm aliæ probationes non supersunt.j.de iureiur.c.vltimo.

Quando,

4 Quando, † & in quibus locum habeat.

Et quidem extra iudicium, & in iudicio, vt not. s̄ eodem. §. quid si ante lit. contesta. & post, ante sententiam, & post. Ante lit. contest. vt habeat personam publicam, si potest, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta cōscribant, videlicet citationes, dilationes, &c. j̄. de proba. quoniam contra falsam. Circa edicta mittenda ad loca, in quibus rei morantur. infrà, de appel. cùm pa rati. infrà, de dolo & contu. cùm olim. si inueniri possint. infrà, qui matri. accu. pos. relatum. alioquin mittetur ad domos, vel ad ecclesias eorum, infrà, de dolo & contu. causam. ff. de lib. agno. l. j. in prin. ff. de damno infecto. l. iiij. §. prætor. xvj. q. iij. §. potest. in vers. is autem. infrà, de dolo & contu. contingit. c. fi. infrà, de cleric. non resi. ex tuę. vel denunciabitur cognatis & amicis vt absentem defendant, vel venire procurent. ff. ex quibus causis ma. l. ergo. ff. ex qui. cau. in posses. eatur. l. hæc autem. infrà, qui filij sint legiti. prelatum. circa dilationes indulgendas pro conditione temporis causæ vel personæ, vt his consideratis, iudex ordinem edictorum, vel compendium moderetur. ff. de iudi. l. nonnunquam. & vt per eas delega. iurisdictio nimium non arctetur. supra, de offic. delega. consuluit. Vt principales personæ in iudicio comparē tes, non per aduocatos, sed per seipsas factum proponant. niſi fortè adeò fuerint indiscretæ, vt earū defectus de iudicis licentia per alios suppleatur. infrà, de iudic. pastoralis. Vt porrigantur libelli apti, & conuenientes rei, de qua agitur, alioquin iudex ex officio suo eos repudiet, vel assessor. infrà, de iudi. examinata. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. j. §. fin autem. C. vt nemo priua. præ. suis vel alie. titu. impo. l. ij. in fin. & ff. de assesso. l. j. Vel quòd sine scriptis agatur in specialibus casibus, quos notabo infrà, de libel. obla. §. vtrum libellus. vers. & hoc verum est. & seq. Item vt per narrationem actoris & responsionem rei fiat contestatio litis. j̄. de lit. contest. c. vnico. C. de lit. contest. l. j. nisi agatur causa denunciationis vel inquisitionis, in quibus nec libellus porrigitur, nec fit contestatio litis, vt dicam j̄. de accusa. Item vt iuretur de calumnia, vel de veritate dicenda, vt nota. j̄. de iura. calum. Item vt fiant positiones partium, & interrogationes iudiciales. de quibus habes j̄. de iura. calum. cùm causam quæ. ad fin. & de proba. quoniam contra falsam. & nota. j̄. de iudic. sub §. fiunt autem interrogationes. Item, vt patienter audiat aduocatos. ff. de offic. procon. l. nec quicquam. §. circa. vt suppleat defectus aduocatorū in iure. C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. sup. non tamen in facto suppleat. nisi de facto iudiciali. & post litis contestationem. exempla de hoc habes. C. de appel. l. ampliorem. C. de tempo. appel. l. ij. §. penu. ideo autē ante litis contestationem iudex de facto supplere non potest, quia ante litem contestatam omnia cōstant iudici, non vt iudici, sed vt priuato: & ideo dici consueuit, quòd ea quæ ante litis contestationem contingunt, non pertinent ad offic. iudicis. ff. de ædilitio edicto. l. ædiles. Item sciendum, hoc tamen fallit in casu. nā iudex ex officio suo repellit procuratorem in litem, etiam aduersario tacente. ff. de procu. l. filiusfamiliās. §. veterani. & C. de procura. l. militem. sed & illud contingit propter publicam vtilitatē. non obst. his quæ dicta sunt l. quæ videtur velle, quòd iudex suppleat de facto, etiam ante litem contesta. ff. de petitione hæreditatis. l. fin. nam quod ibi dicitur, & si non excipiatur, exponendū est sic, id est, si non habeat locum doli exceptio. satis tamen consulitur officio iudicis: & sic intellige suppleri de facto in his, in quibus vertitur periculum animæ, etiam post litem contestatam. s̄. de consuetu. c. fi. j̄. de re iudic. cùm Bertold. infrà. de concessio. præbend. ex parte. Supplet autem iudex, & ante sententiam opponendam aduocatis, quærendo à partibus. & sicut potest melius, verum inuestigando: xxx. quæst. vlti. c. fina. Supplet etiam post sententiam, vt in fructi. ff. de re iudica. l. Paulus. Item locum habet iudicis officium in omnibus, quæ post litis contesta. accidunt circa rem petitam, vel contingunt: vt si fructus ex ea percipiantur, vel damnum in ea detur, siue precium rei petitæ ad possessorem perueniat, vel aliquid loco precij, quia quæ post lit. contesta. accidunt, valde pertinent ad iudicis officium. ff. de rei vendi. l. non solùm. & l. item si verberatus. §. j. & C. de rei vendi. l. certum est. Insti. de offic. iudic. §. post inchoatam. & §. eodem quoque nomine. ff. de ædilitio edicto. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de aqua pluuia arcenda. l. s̄. §. officium. & de vsu. l. ij. idémque dolo vel culpa, seu negligentia admissa post litem contestatam, sicut multis probatur exemplis. ff. de rei vendi. l. quod petitori. §. j. Itē iudicis officio fit delatio iuramenti circa quantitatē expensarum. in authentica de iudic. §. oportet. col. vj. in quantitate damnorū. j̄. quod metus causa. c. fin. C. vnde vi. l. si quando ij. quæst. j. in primis. Item, vt certam ferat sententiam, prout potest. ff. de iudi. l. de qua re. Instit. de ac. §. curare. Item vt sententiam executioni mandet, si eget executione. nam & si in rei vendica. pronuncietur pro possessore contra petitorem, absoluetur possessor, nec est opus alia executione. Si autem contra possessorem pronunciauerit, iubebit ei rem restituere cum fructibus. ff. de rei vendi. l. & ex diuerso. s̄. vbi autem. Sed si possessor neget se in præsenti restituere posse, & sine frustratione, videtur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei, vt tamen de litis æstimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituat. Instit. de offic. iudic. §. j. In personali autem actione debet pronunciare absoluendo, vel condemnando. C. de senten. & interlo. omni. iudi. l. præses. nec refert quibus verbis vtatur. nam siue dicat, Absoluo, siue dicat, Mihi videtur Titium nihil debere Seio. Item siue dicat, Condemno te in decem, siue dicat, præcipio Seium dare decem, vel æquipollentia verba, valet sententia. ff. de re iudica. l. in summa. ff. de arbit. l. quid tamen. §. quid si arbiter. j̄. de verb. significa. in his igitur & consimilibus, de quibus exempli gratia aliqua super litera ipsa notaui iudicis off. ante lit. contesta. & post actioni deseruit, sicut mercenarius & ministri, & in tali imploratione officij non est faciēda lit. contestatio, eo. quod facta est, vel facienda in principali, cui per implorationem officij deseruitur, sicut aliàs dicimus non esse faciendam lit. cōtesta. in causa appel. si facta est in principali. j̄. de appel. per tuas. Vt treugas faciat obseruari, infrà de treuga & pace. necnon. & statuta legatorum Apostolicæ sedis. s̄. de offic. lega. c. fi. aliquando etiam pro actione proponitur, & aliquoties incidit, vt no. s̄. eod. vers. loco actionis & vers. hæc locum habent. Multa alia exempla poni possent, in quibus iudicis officiū imploratur principaliter, tam in ciuilibus quæstionibus, quàm in extraordinariis criminibus puniendis, & in quib. incidenter, siue ante lit. contest. siue post: sed sufficiat posuisse superiora, causa breuitatis, & summariæ doctrinæ. vnde aliàs dicitur, officium iudicis latissimum est. ff. de iurisd. om. iudi. l. j̄. eod quod latè patet: ideo exempla quæ ponenda occurrerent, numerari non possent, secundum Gof. de cuius summa iste totus §. sumptus fuit.

De Maioritate & Obedientia. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Maioritas quinque modis consideratur.*
2 *Obedientia in quibus attendatur.*
3 *Obedientia quid sit.*
4 *Obedientiam quis præstare teneatur.*
5 *Obedientia sub qua forma sit præstanda.*
6 *Obediens ad quid teneatur.*
7 *Vxor an peccet frangendo uotum abstinentiæ, ad mandatum uiri.*
8 *Inobedientes ueniunt excommunicandi.*

QVoniam inter ministros ecclesiarū, de quib. prælibauimus, aliqui maiores, aliqui minores inueniuntur, ad hoc enim dispēsationis prouisio gradus diuersos & ordines cōstituit esse distinctos, vt dū minores maioribus reuerentiam exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera fieret cōcordia ex diuersitate contentio: qa nec ecclesia aliter subsistere poterat, nisi eam huius differētiam magnus ordo seruaret, super quæ cœlestium militiarum exemplar nos instruit, dum sunt angeli, sunt archangeli in potestate, & ordine differentes. lxxxix. dist. ad hoc. Et sicut varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem manifestat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesię repræsentat. lxxxix. distinct. singula. Et quia minor maiori reuerentiam aut obedientiam debet, & quandoque vtrunque: minores enim potentioribus pares esse non possunt. ff. de alie. iudi. mut. cau. facta. l. iij. in princ. videamus de maio. & obed. in qua rubrica considerandum est, In quibus consistat maioritas, In quibus obedientia attendatur, Quod sit priuilegium vtriusq;, Qua pœna inobedientes feriantur.

1 In quibus consistat † maioritas. Et quidem quinq; modis consideratur, ex prærogatiua ordinis, consecrationis, dispensationis, antiquitatis, & ordinantis. Ex prærogatiua ordinis, inde est quòd presbyter Pontifici præcipitur reuerentiam exhibere, diaconus presbytero, subdiaconus diacono, acolytus subdiacono, exorcista acolyto, lector exorcistæ, ostiarius lectori,

a Vigilantibus. J Adde gloss. in verbo, in curia. in c. ex parte. de consue.

Abbas ostiario, monachus Abbati. lxxxix. distinct. ad hoc, in fine. xciij. distinct. à subdiacono. & c. legimus. in fin. quod dicitur de abbate, antiquatum est illud, intra ecclesiam omnino locum habet. sic intelligo, infrà eod. statuimus. in fine. xxiij. distinctio. subdia. & c. sequenti. hæc prærogatiua antiquitati præfertur, & in percipienda portione prębendę. infrà, eo. statuimus. s. de constitu. c. fina. Quod potest locum habere in Ebredun. & Vapincen. eccles. in quibus præbendæ inæquales sunt, & si meliorem habens moriatur, maior superstes potest dimittere suam, & vacantem recipere. certè hodie, & si de nouo maior receptus sit, in ordine antiquiori præfertur, non obst. decrè. j. de præben. maioribus. & de rerum permut. quæsitum. quia illæ possunt intelligi de diuersis Episcopatibus, vel in eadem ecclesia viuentib. per sonis. præterea dicta permutatio fit de consuetu. prælato. & c. approbante. Potest etiam habere locum in Viennen. & Lugdun. ecclesiis, vbi præbēda mortui inter superstites diuiditur, & ei plus donatur qui honorabilius expendit, certè hodie habenda est ratio ordinis. nec obst. suprà, de constit. cùm omnes, quia loquitur, quando ab antiquo præbēdæ erant æquales, & fraudulenta inæqualitas per canonicos facta fuit. consuetudo autem ecclesiæ in hac seruanda est, & in diuersis diuersa. argu. s. de consuet. cùm olim. in fine. infrà, de concess. præbend. ex parte Asten. in fine. Potest etiam hodie poni exemplum in multis ecclesiis, in quibus authoritate d. n. sunt multi recepti vltra numerum. nam qui maior est ordine, etiam si posterius receptus sit, in præbendæ receptione potior esse debet. infrà eodem. statuimus. sed instabis, & dices, licet hæc decret. dicat, quòd in portione percipienda debeat esse potior, non tamen dicit in perceptione præbendæ, & ideo exponendum est in portione percipienda, id est, in prębendæ perceptione: & hæc altera de duabus rationibus, vel quia præbenda diuidenda non est. infrà, de præbend. maioribus. & c. tuæ. & c. cùm causam. & sic nulla est potior præbendæ quæ integra permanet, vel quia idem est de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem, sicut & econtrà, vt ff. de iudic. quæ de tota. & ideo fortè simpliciter dicitur quod minores volentes ordinari maioribus volentibus præferātur. suprà, de ætat. & qualitat. quæris. §. j. ergo & in præbendæ perceptione. j. de arbi. de priuileg. quia circa. & sic intellige j. eodem statuimus. nec dicas ipsam specialem, sicut quidam dixerunt, quia est generalis. suprà, de cōsti. c. fin. vbi etiam hæc constitutio declaratur, & dicit, quòd omnes astringit, ergo in omni ecclesia, siue sint ibi quotidianæ distributiones, siue non, vendicat sibi locum: & puto hoc priuilegium inductum ad hoc, vt clerici ad recipiendos ordines proniores fiant, argumen. ff. de iusti. & iure. l. j. & suprà, de postula. pręla. c. j. §. penult. & expressius lxxxiij. distinct. c. fin. in fine. Potest autem hæc formari quæstio, quam de facto habui, & est quotidiana, quæ talis est: Quidam clericus Martinus nomine à domino Papa obtinuit literas, quòd in Cistercien. ecclesia reciperetur in canonicum & in fratrem, & quòd assignaretur ei præbenda, quàm citò facultas se offerret: iste statim, id est, quam citò bono modo potuit, literas suas repræsentauit, nec per ipsum stetit, quo minus reciperetur, iuxta mandatum à sede Apo. impetratum. Secundò, Quidam alius clericus, Ray. nomine, in eadem ecclesia sub eadem forma impetrat, quòd recipiatur in canonicum, &c. iuncta clausula consueta, non obst. si pro alio ibidem scripserimus, quibus per præsentes literas volumus præiudicium generari. Raymundus iste licet secundò impetrauerit, primò tamen receptus est, quia fortè canonicos fauorabiliores sibi inuenit, secundò receptus est Martinus, vacat præbenda, quæritur cui istorum sit assignanda? In præmissa quæstione non video hæsitationem: certum est enim quòd secundum omnes, primò offerens potior est: sic enim omnes intelligunt communiter. s. de rescript. capitulum sanctæ crucis: ibi, qui prius mandatum Apostolicū reportauit. arg. j. de app. vt debitus. quia vigilātibus [a] nō dormientibus iura subueniunt. ff. de his quæ fi. in frau. cre. pupillus. & argu. C. depos. l. fi. igitur Martinum primò impetrātem, & primò offerētem, quis dubitauit esse potiorem, nisi posterior maior sit in ordine. j. eodem statuimus. amicè quicunque hanc viderit decre. innuit enim, quòd primò receptus potior est, nisi posterior maior sit in ordine: vt arg. j. eod. c. j. & j. de præb. dilectus. ij. de concess. præben. ex parte Asten. s. de constit. cùm. M. Fer. ad fin. & c. cùm omnes. ad fi. nec dicas ipsam decre. statuimus. specialē, sicut aliqui dixerunt, quia generalis est, & omnes astringit, vt ꝓbat alia decre. quæ ipsa interpretatur. s. de const. c. fi. & not. s. eo. ver. potest etiā hodie poni exemplum. Respon. ipsam generaliter intelligo in canonicis receptis, & electis per capitulū iure suo: ibi enim potior est is qui primò receptus est. & est ratio, qa ante electionē & receptionē neuter habet ius in præbenda. Sed & hoc idē intelligo qñ is qui primò electus est, primò receptus est: quid enim, si vna præbenda vacante canonici primò eligant Marti. secundò Ray. primò tamen recipiunt Ray. secundò Mar. certè Martinus quamuis secundò receptus, potior est in prębenda, imò nec videtur valere receptio Raymundi, vt manifestè probant iura. s. de electi. auditis, & c. consideramus. & hoc quando ex interuallo fiunt duæ electiones vna post aliam. nam si vno contextu duo ad eandem præbendam eligerent, de iuris rigore talis electio vel receptio non valeret, vt infrà, de præben. tuæ. super hoc vide quod no. s. de elect. §. vtrum mutari. super verbo, nequeunt. & §. qualiter facienda sit electio. post tertiam formam, ver. quid si duæ electiones. Item decre. statuimus. intelligo in receptis authoritate sedis Apost. dum tamen is qui primò impetrauit, primò receptus sit. nam sicut s. de proxi. dixi primum electum potiorem esse secundo electo: quamvis primo, recepto sic si secundò impetrans etiam primò reddat rescriptum, & primò recipiatur, puto potiorem primò impetrantem, dum tamen non possit ei negligentia imputari: alioquin contrà. s. de rescrip. si autem. & c. plerunque. nam & per monitorias acquiritur ius, sicut subtiliter probatur s. de rescrip. literis. vel ad minus per executorias, secūdum omnes. s. de rescri. constitutus. §. fi. & j. de præbend. venerabilis frater noster. §. j. ad fi. ibi cum nulla tunc præbenda vacaret, antequam monitorias, &c. quasi dicat, quia si tunc vacaret, fuisset ius acquisitū. Item generaliter dicitur, quòd quando duo impetrant super eodem, semper valet primum rescriptum, nisi posterius de ipso primo expressam faciat mentionem. s. de rescrip. cæterum, & de offi. deleg. ex literis. nec dicas aliud in rescriptis merè contentiosis, aliud in rescriptis ad obtinenda beneficia impetratis: imò ideo omnino, & multo fortius habet hoc locum circa beneficia: quia si Papa sciret se pro primo scripsisse, non concessisset secūdo in præiudicium primi, sicut expressè dicit decret. s. de offic. dele. ex parte. j. videtur igitur, quòd si secundò impetrans non facit apponi illam clausulam, non obstante, si pro aliis, &c. rescriptum surreptitium censeatur, & sic non valet. s. de rescri. cùm dilecta. & c. capitulum sanctæ crucis. ibi, de prædictis literis non habita mentione, & etiam processus authoritate ipsius habitus, irritus est ipso iure, saltem in beneficiis, secundum omnes, vt no. s. de rescri. §. quæ possunt obiici. verſic. sed nunquid processus habitus, & est ratio, quia nemo debet per surreptionem beneficium ecclesiasticum obtinere. s. de elec. cùm dilectus. §. j. j. de sent. & re iud. cū olim. nec obst. s. de rescri. capitulum sanctæ crucis. quia ibi ille qui primò impetrauit, primò repræsentauit, scilicet. Ray. vt patet ibi, ad eos. B. enim clericus qui secundò impetrauit, non ad eos, scilicet canonicos. sed contra eos, & ad alios obtinuit, vt ibi sequitur in litera. & in fi. dicit. quòd assignanda est præbenda illi, qui ad eos, scilicet canonicos, prius mandatum Apostolicum reportauit, & quis fuit iste Ray. ergo ex vi literæ probatur, quòd primò impetranti est præbenda assignanda. Non ob. c. vt debitus. quia non loquitur in diuersis rescriptis impetratis, imò intelligenda est, quando quis coram ordinario præuentus fuit, alioquin multa iura corrigerentur: vel ad minus non loquitur expressim, quando super beneficio impetratur, vt de hoc no. suprà, de rescrip. §. quid cui præiudicet. sub distinct. quæ incipit, Si de reuocatione. ver. si malitia vel negligentia. Si verò supradicta clausula, scilicet, non obst. si. pro aliis, &c. apponitur, tunc sequitur ex vi secundæ literæ & clausulæ, quòd præbenda primò impetranti sit assignanda. nam si assignaretur secundo, ergò primo pararetur præiudicium, per secundas contra tenorem clausulę & ipsarū, & sic ꝙ contra intentionē Papæ fieret, videretur irritum & inane. etiamsi inter duos diuideretur ipsa præbenda, vt j. de præb. c. antepe. & vlti. Item si primò receptus potior esset, iam haberent in potestate sua canonici fauere cui vellent in elusionem mandati Apostolici: quod esse non debet. ar. suprà, de postu. præla. bonæ. ij. §. nec nocebat. infrà, de ali. iu. mut. causa fac. c. j. & j. de præb. ꝓ illorū. & ff. ne quid in loc. publ. l. vlti. ff. de iudi. si prętor. nec obst. j. de præbend. dilectus. ij. quia ibi voluit Papa recepto gratiā facere, fortè quia ignorabat literas impetratas, & vt canonici magis punirentur, sicut apparet in fi. ibi, & sibi de reditibus ecclesiæ primo, & c. fortè enim magis voluissent canonici, quòd recepti remouerent, quàm quòd reditus ecclesiæ primo impetranti assignarentur. arg. suprà, de constit. cum M. Ferra. sed dominus Papa voluit eos punire in eo, in quo deliquerant: arg. s. de transla. Episcopi. quanto. §. cæterùm. & sic saluat ius suum illi qui non habet, vt apparet j. de præb. dilecto. ad fi. Si verò de rigore iuris vellent ꝓcedere, præciperet exequi mandatū suū. primum non obst. recept.

recept. facta, vt infrà, de præbend. dilectus. iij. & sic remoueretur detentor à præbenda: vt ĵ. de concess. præben. proposuit. ad finẽ. nam & tempus impetrationis & collationis inspicitur, sicut probatum est; & quando collatio fit primo impetranti: secus, si conferatur secundo in præiudicium primi. ad quod facit, infrà de præben. venerabilis. §. j. & §. fina. de accu. accedens. sicut enim primo repræsentatus à patrono ecclesiastico, potior est secundo, quamuis aliud sit in laico patrono ad ostendendum, quòd clericus ea quæ procedunt de labiis suis non faciet irrita, sicut probatur infrà, de iure patro. cùm autem. & c. pastoralis. & ad ostendendum, quòd laicus in iure patro. de gratia toleratur. ĵ. de iure patro. quoniam. xvj. q. ij. si quis episcoporum. quare nullum ius acquiritur præsentato à laico, quo minus laicus variare possit, aliàs contrà. infrà, de senten. & re iudic. cum Bertoldus. ad finem, quousq; per diœcesanum fuerit approbatus: ĵ. de iure patr. quod autem. responso j. ad finẽ. sic multo fortius dico, quòd is cui dominus Papa primò concessit literas, potior est, & ipse clericus est clericorum, & varietatem siue contrarietatem & mendacium detestatur, ĵ. vt eccle. bene. vt nostrum. §. omnibus. ergo & ius habet cõferendi & concedendi præbendas & beneficia: nullo etiam numero, nullo iuramento obst. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem. suprà, de rescrip. constitutus. & ĵ. de appellatio. dilecto. igitur non est præsumendum, quòd aliquid concedat secundo in præiudicium primi impetrantis, nisi hoc expresim dicat, vt argum. suprà de rescrip. c. ij. & c. ad aures. ĵ. de statu mona. in singulis. §. porrò. & suprà, de offic. delegat. super eod. C. de emancipa. nec auus. ff. ne quid in loc. publi. l. ij. §. meritò. & §. si qs à principe. ideo etiam semper cõsueuit hanc clausulam apponere in rescriptis, super præbendis impetratis, non obst. si pro alio vobis scripsimus, &c. vt suprà not. quare enim non faciet tantùm impetratio & repræsentatio à principe facta, qui super omnes est, quãtum electio seu repræsentatio inferiorum, cùm supremam manũ habeat, non video rationem: nisi quòd magis operari debet, & fortior est concessio sua, quàm inferiorum. arg. infrà eodem. per tuas. & suprà, de offic. lega. dilectus. & de transla. episcopi. inter corporalia. & infrà eod. proposuit. Si rationes & iura præmissa diligenter perlegantur, intelligantur & considerentur, de prædicta quæstione nemo rectè diiudicans dubitabit. Consecrationis: vt in Episcopis, qui possunt ordinare clericos: quod dic vt not. suprà de tempo. ordina. de hoc. xcv. distinct. olim. Dispensationis siue potestatis: vnde Archidiaconus maior est Archipres. bytero. suprà, de offic. Archipresby. c. j. & no. in summa, de offic. archidiac. inde episcopus subest archiepiscopo, primato archiepiscopus, legato primas Papæ legatus, cùm omnes tamen episcopi sint: vt patet infrà eod. dilectus filius. de hoc C. de offic. ordina. §. quid pertinet ad offic. xxj. distinct. in nouo. & c. cleros, & clericos. hæc maioritas in iurisdi. consistit, suprà, de elect. transmissa. & de his xxv. distinct. perlectis. Antiquitatis enim decreta sanctorum patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam, suprà, de transla. episcopi. quanto. in authen. de appel. §. illud. ff. de iure im muni. semper. infrà eod. c. j. lxxv. distinct. ordinationes. ff. de albo scribendo. l. j. suprà, de elect. dudum. ad audientiam. ex hac qui prior est tempore, potior est iure. infrà eodem. cap. j. infrà, de paro. c. j. hanc non obseruant fratres prædicatores, non habentes rationes senectutis, sed temporis & ordinis: ordo tamen præfertur, vt suprà eod. §. versic. ex prærogatiua. Ordinantis: quia ordinatus à superiore inter alios eiusdem ordinis magis est honorandus, vt infrà eod. per tuas. ff. de albo scriben. l. ij. de his not. suprà, de offic. archidiaco. §. j. ex his dicit dominus noster, quòd si quis receptus est in ecclesia authoritate sua, præfertur his qui authorirate legati sunt recepti, vel aliàs authoritate episcopi & capituli, quia à maiori & superiori causam habent: arg. xj. distin. quis nesciat.

1 In quibus obedientia † attendatur. In reuerentia, iudicio & præcepto. Et tangitur hic maioritas ex prærogatiua ordinis & antiquitatis, dum dicit, In reuerentia. reuerẽtia enim debetur ei qui præcedit ordine, vel antiquitate. xciij. disti. à subdia. ff. de albo scriben. l. j. scilicet vt minor assurgat maiori, nec sedeat stante maiore. xciij. distinct. non oportet. nec in æquali sede. ff. de offic. præsid. obseruandum. & vt salutet cum reuerentia, fortè inclinando se, & pileum remouendo, sicut interpretatur consuetudo, & legitur, C. de offic. diuer. iudic. l. ij. libro primo. & vt maior præcedat, minor verò sequatur, in sedendo, subscribẽdo. xvij. distinct. §. fina. xcv j. dist. bene quidem. ff. de albo scribendo. l. j. Item in incedendo, quamuis in curia Roma. & aliis curiis præcedant dominos domicelli, quamuis tempore æstiuo, causa vitandi puluerem, velint præcedere cardinales. Item in consuetis & honestis seruitiis faciendis: infrà, eod. statuimus. hoc fallit, vbi posterior tempore maior est iurisdictio, vnde archidiaconus præponitur archipresbytero. xxv. distinctio. perlectis. Itẽ cùm minor vices gerit maioris. xxiij. distin. c. fin. xciij. distin. c. j. Item tangitur hic maioritas dispensationis, dum dicit, Iudicio & præcepto. hæc enim debentur ei qui præest ratione consecrationis vel iurisdictionis, aliàs sententia à non suo iudice lata nullius est momenti. infrà, de iudi. at si clerici. C. si à non compe. iudi. per totum. In hac tñ videndũ est, Quid sit obedientia, Quis & cui eã præstare tenetur, Sub qua forma præstanda est, Et ad quid obediens teneatur.

b Archidiaconus præponitur. Adde Domi. in c. quanquam. ij. q. vij. idem Domi. in c. Episcopus. xvii. di.

3 Quid sit obedientia. † A minore maiori manualis vel iuratorie canonicè facta subiectio, vt patet in his quæ notantur infrà eod. sub qua forma.

4 Quis & cui eam † præstare teneatur. Minor maiori ex prærogatiua dispensationis. quod dic vt not. suprà eodem. §. in quibus. versicu. dispensationis. Et nunquid Impẽrator debet esse obediens domino Papæ? Vtiq; infrà eo. solitæ. ĵ. de elect. venerabilem. in authen. quomodo opor. episcopos. col. j. in princi. quia spiritualia digniora sunt temporalibus, & ideo præferenda. C. de sacrosanc. eccle. sancimus. adeò quòd etiam abbatissæ præstanda est à canonicatibus suis, & clericis subiectis. ĵ. eod. dilecta tamen excommunicare non poterit. infrà, de pœniten. noua quædam. quamuis suspendere possit, secundum quosdam, vt in cap. dilecta. ibi tamen innuit contrarium. Non ergo episcopus archidiacono obedientiam faciet. infrà eodem. cùm inferior. erubescit enim lex, quòd filius potestatem habeat in parentem. in authenti. de nupt. §. si verò expectet. col. iij. & ideo principes cùm filij sint, obedire tenentur episcopis tanquam patribus, infrà eodem. omnes principes. & cap. legebatur. mirabilis enim insaniæ est, filium patrem, discipulum magistrum velle sibi subiicere, & iniquis obligationibus subiugare. xcv j. distinctio. quis dubitet. ideo Imperator vult exhibere reuerentiam Papæ debitam, tanquam patri. C. de summa trinita. & fide catholi. l. fina. ibi reddentes honorem Apostolicę sedi & vestræ sanctitati, & quod sem per nobis in voto fuit, vt decet patrem nostrum honorantes beatitudinem, &c. alibi tamen dicit, quòd non multum differunt sacerdotium & imperium. in authenti. de non alien. rebus eccle. §. si minus. coll. ij. & ideo quia maior est Papa, singulariter scribit: ĵ. de crimi. falsi. quamuis graue. infrà ca. solitæ. sed in tributis principibus respondendũ est. infrà, de censibus. omnis anima. de hoc in Summa. & clerici ratione temporalium fidelitatem præstant laicis, infrà, de iureiurando. nimis. super quo vide quòd plenius nota. ĵ. qui filij sint legitimi. §. qualiter & à quo. & suprà in proœmio. §. vnde habuit originem. versi. est igitur hæc nostra scientia.

IN fin. not. q; nullus se potest excusare ab obedientia alicuius episcopi saltem Papæ, alioquin acephalus cẽsetur. xciij. distinct. nulla ratione. & etiamsi sit exemptus, ad diœcesanum debet in sacramentis & aliis necessariis primò recurrere: infrà, de præscript. veniens. §. chrisma. aliàs nullus episcoporum extraneorum præsumat talibus ministrare. xviij. quæst. ij. abbatibus. sed Hug. hoc aliter intellexit. dic quod formæ priuilegij standum erit, infrà, de priuileg. porrò.

5 Sub qua forma † præstanda est. Religiosi certam formam habent, & ipsam teneant: formam autem quam episcopi sui metropolit. præstant, habes infrà, de iureiurando: ego. à quibus vltra formam dictam aliquid exigendum non est, infrà eod. dilecti filij. de forma abbatis legitur infrà, de simo. ne Dei ecclesiam. Itẽ canonici fidelitatem iurant: infrà, de verb. signi. cùm clerici. Placentini & archipresbyteri, infrà de sent. & re iudi. cùm inter vos. multò fortius Archidiaconus, infrà, de excessib. præla. grauem. clerici autem qui eam præstant, ad manualem tantùm tenentur, secundum Deum & canones, infrà eod. his quæ, & c. dilecta. ĵ. de restit. spoli. olim. infrà, de instit. ad decorem. ergo nec per iuramẽtum, nec per scripturam se obligant: infrà eod. legebatur. nec homagium faciunt: infrà de simo. ex diligenti. infrà, de regul. iur. c. fin. & hoc verum est, nisi sit is cui cura committitur: talis enim iurat, infrà, de iureiur. nullus. ĵ. de priu. antiqua. s̄. de elec. significasti. xxiij. distinct. quanquam & idem in his, qui personatum habent, vt patet in iuribus superius allegatis: nam de his quamuis curam animarum non habeant, idem iudicium est habendum: suprà, de elect. dudum. ij. §. pen. & iunge quod not. s̄. de elect. §. quid operetur. versi. iuramentum, & sequentibus.

a Et monachus.]Adde, an monachus teneatur obedire prælato in his quę sunt contra regulam ? dic quòd nó, vt in cap. qui verè. & in c. cùm pro utilitate. 16.q.1. quod intellige de regula per sedem Apostolicam approbata: secus si non est approbata. secundum Inn. in c. dilecto. & ibi Cardi. Zaba. post eum. in 7.no. de offi. Archidiaco.

b Cui magis obediendum est.] Adde Abba. in c. cæterùm. in 3. col. de iudi. Abba. in c. cùm ab ecclesiarũ. in pen. col. de offi. or. Abb. in c. cùm contingat. de fo. compe. Ino. in cap. quanto. de offi. ord. & dicit. Ar. in cap. qui restitit. 11. q. 3. quòd in his quæ spectant ad officium Abbatis, magis obediet Abbati : sed in his quæ versantur in figura iudicii, magis episcop. & vide Car. in cle. ne in agro. in §. quia verò. in 8. q. de stat. mo. dicentem, quòd præponet episcopum in cura animarum ab eo susceptą, in decimarum, & primitiarum ratione reddẽda, in causis ordine iuris tractandis· sed abbatem præponet in fractione voti, in abstinentia, vel in silentio tenendo, &c.

c Cubicullariatus.]Adde Inno. in c. cùm olim. de re iud. doc. in c. ex relatione. de iureiu. Abb. in c. quanto. in 1. not. de offi. ordi. Abbas in c. cum I. & A. de re iud. Abb. in c. sopitæ. de censi. Car. Zaba. in repe. c. licet. de elect. Dom. in c. si religiosus. de elec. li. 6. Lud. Ro. sing. 166. in cip. An Episcopus.

6 Et ad quid obediens † teneatur. Religiosus sui maioris magisterio in omnibus obedire tenetur, & subiici ei omni obedientia & deuotione. xviij. q. ij. Abbates. secularis verò & regularis consequenter obedire debet præceptis maioris, in his quæ pertinent ad diuinum cultum, vel respiciunt vtilitatem communem. vij. quæst. j. quia frater noster. infrà eod. dilecta. prope fi. ideo si quid præcipiat maior, quod canonicis obuiet institutis, seruandum non est: infrà eod. quod super his. suprà, de temp. ordi. ad aures. & c. dilectus. & de offic. Archidiac. c. fin. xj. quæst. iij. si dominus. & c. Iulianus. & §. huic. & fi. vt dictum est in fi. & c. si quis episcopus. hoc si certum est, quod iniustum, siue iniquũ sit, sicut sit si petatur procuratio immoderata, vel præcipiatur, quòd pœnitentia reueletur, infrà de excess. prælat. cùm ad quorundam. & c. dilectus. nunquam enim propter obedientiam malum committẽ dum est, licet bonum aliquando debeat intermitti. xj. quæ. iij. quid ergo. aliàs in dubio obediendum est. xxiij. quæst. j. quid culpatur. in fine, quia melior est obedientia, quàm victima: infrà eod. illud. infrà, de hæretic. ad abolendam. nam per victimam aliena caro, per obedientiam propria mactatur. viij. quæst. j. sciendum. & si iudex præcipiat aliquid quod nõ pertineat ad officium suum, impunè non paretur. ff. de regu. iur. factum à iudice. & infrà eod. cùm in ecclesiis. & vacãte sede capitulum in omnibus prælatum repræsentat, infrà eod. his quæ. infrà, de hære. ad abolendam. præterquam in collationibus præbendarum: infrà, ne sede vacante. illa. & est ratio, ne prælatus habeat clericum quem nollet, infrà de institu. c. fin. Item nõ potest dare presbytero licentiã transeundi. xxiij. distin. presbyteri. xxj. distin. fraternitatem. & est ratio, quia cùm res alienare non possint. xij. q. ij. si qua de rebus. multò minus personas cùm maior sit alienatio personarum, quàm rerum. arg. xij. quæst. j. præcipimus. in absentia autem aliquis non est subiiciendus ignorans nec citatus, infrà eod. inter quatuor. & c. vlt. & subdia. domini Papæ inter cæteros honorandus est, non tamen eximitur ab ordinaria iurisdictione: infrà eo. per tuas. Quid si dubitetur, obediat: nam & si fortè reũ faciat superiorem iniquitas imperandi, tamen inferiorem innocentẽ ostendit ordo seruiendi. xxiij. quæst. j. quid culpatur. in fin. sic potest peccare superior præcipiendo, & subditus mereri, ex eodem facto obediendo. sic xxxiij. quęst. v. manifestum. & c. noluit. infrà, de iureiur. debitores. Quid si mandet contra fidem, non obediet: quia nec in talibus ignorantia excusat. xvj. quęst. j. si cupis, imò in talibus ignorans ignorabitur. xxxviij. distin. qui ea. Quid si duo sunt domini contraria præcipientes, secundum Aug. maiori semper obediendum est. xj. quæst. iij. qui resistit. sed contrà, quia clericus magis tenetur obedire Episcopo.

a quàm Metropolit. ix. quæst. iij. per totum. [a] & monachus magis Abbati, quàm Episcopo. lviij. distin. c. j. & ij. nec episcopus debet inferioris sententiam relaxare: suprà, de officio ordin. cùm ab ecclesiarum. dic quòd c. qui resistit. loquitur quando negotium, super quo mandatur, translatum est ad superiorem iudicem per ap. tunc enim ad eum spectat mandare, ad quem spectat negotium principale. arg. suprà, de offic. deleg. prudentiam. in fi. & c. pastoralis. §. præterea. & ideo maiori est obediendum: vel loquitur, quando minor iudex habet iurisdictionem à maiore, & maior reuocat in eo casu in quo potest. ff. de iud. iudicium. & arg. ad idem. C. de offic. rec. prouinci. l. potiores. vel si bene intelligatur litera illius canonis, cessãbunt obiectiones. nam in primo exemplo loquitur de curatore, qui nullam habet iurisdictionem: & si habeat administrationem. loquitur etiam de proconsule, qui habet iurisdictionem, & ideo ei obediendum est. In secundo exemplo ponit de proconsule & principe. Item de principe & de Deo, in quibus casibus incunctanter principi contra mandatum proconsulis, & Deo contra mandatum principis parendum est. viij. distinct. quæ contrà morem, in fi. secundum Gofre. Quid si domini æquales sint, de quo quæsitum est ab initio: puta duobus episcopis facit quis obedientiam? respõ. Si vtrique potest obedire, ad hoc tenetur. ff. de operis liber. duo rum libertus. aliàs obediat ei cui primò iurauit: quia iuramentum primum licitum seruandum est, vt not. infrà, de iureiur. §. quot Comites. versic. item si duo iuramenta. nec enim potest habere tit. nisi vnum, vt not. infrà de præb. §. vlt. nisi fortè ratione maioris beneficij translatus intelligatur, secundum ea quæ no. infrà, de concess. præben. §. j. tunc enim debet obedire ei cui principaliter subest. Sed quid si authoritate Papæ & ex certa sua scientia intitularus sit quis in duobus locis, & sub diuersis prælatis: tunc obediat ei, à quo maius beneficium habet, & qui vtilius præcipit. argu. infrà, de testa. cùm in officiis. & c. relatum. ij. ad fin. infrà, de postu. c. fin. quòd si omnia æqualia sint, locus est gratificationi. ff. ad Sil. se. con. l. si quis in graui. §. si cùm omnes. Quid si quis sit canonicus metropoli. & eiusdem suffra. Et videtur obediendum Archiepiscopo. arg. in his quæ no. suprà eo. ver. quid si duo sunt domini, & ff. de re iudi. contra pupillum. §. is qui ad maius tribunal. sed non puto, quòd aliud sit iuris quàm esset in aliis duobus Episcopis, nisi intantum quod Metropol. in suffraganeum animaduertere potest. argum. suprà, de offic. ordi. pastoralis. & vide quod not. suprà de offic. ordina. §. quid pertinet ad officium. versic. sunt autem distinctæ iurisdictionis. & seq. Vnum tamen non omitto, quòd mandata superioris etiam onerosa parendum est. xix. distinct. in memoriam. & patientissimè toleranda est etiam iniusta correctio. c. distinct. contra mortem. & hæc omnia locum habent in ordinariis iudicibus: cæterum si duo sunt delegati contraria mandantes, tunc locum habet decret. suprà, de rescri. cùm contingat. Item in vtrisq; locum habet litera: j.

7 de senten. & re iud. c. fin. † Quid de vxore, an peccet mortaliter, frangedo votum abstinentiæ ad mandatum viri, cùm maiori potestati parere debeat quàm viro, vt superius dictum est? respondeo, Deo obedit, dum in hoc viro obedit: quia hoc facit iuris authoritate. xxxiij. q. v. manifestum. & c. noluit. Quid si episcopus velit monachum instituere in prælatum in ecclesia seculari? Ab-

b bas nolit, cui magis obediendum est [b]. respon. abbati. xvj. quæ. j. cùm pro vtilitate, & c. monachi. lviij. distinct. c. j. & ij. nec ob. xvj. q. j. qui verè. quod enim ibi dicit, nisi iubeantur ab Episcopo, suppleo cum licentia abbatis: sed fateor, quòd si Episcopus causa necessitatis velit hoc secundum vetera iura, & statum antiquuũ ecclesiæ, vt lv. distinct. priscis, siue hodie causa vtilitatis, vt in c. cùm pro vtilitate. cogendus est abbas consentire, & monachum licentiare, vel ad superiorem recurrendum est, vt no. in eo qui postulatur in Episcopum, si à suo prælato non conceditur: suprà, de postu. prælat. circa princ. & iunge quod not. infrà, de statu mo. §. vtrum populũ regere possint. Item quid si episcopus

c vocet monachum ad se ad ministerium cubiculariatus, [c] nunquid potest inuitum, vel inuito Abbate extrahere? Videtur quòd sic. ij. q. vij. cùm pastoris. sed puto contrarium, quia hoc est priuilegiũ solius Papæ, ad quem licet ad se reuocare clericũ vel monachum. ix. q. iij. per principalẽ, sed si Papa vocet ad se monachũ, & abbas contradicit, monachus obedire debet Papæ. viij. di. quæ cõtra mores. & xj. q. iij. qui resistit. secundum Goffr. Item quid si prælatus vocet ad se aliquem religiosum ad suum comitatum, id est, vt secum vadat, & eum concomitetur, & associet, vbi religiosus generalia statuta sui ordinis obseruare non potest, puta prælatus frequenter equitat, & fratrem prædicatorem equitem secum ducit, cùm sit de generali statuto ordinis, vt nullus equitet, nisi infirmus: & certè consulo, vt ad clausttrum propriũ reuertatur, nec periculum suum exponat cõmodis alienis. xl. dist. sicut non suo. & idem dico in fratre minore prælati alicuius camerario cõstituto, cùm sit de ipsorum generali statuto, vt denarios non contingãt: satis enim absurdum reputo talium manus ex contractu pecuniæ rubiginosas fieri, & frequenter insistere calculo rationum. Quẽ enim censeris, aut semper, aut crebrò de nummis loquentem, institorẽ potius habeto quàm monachũ. xvj. q. j. si cupis. secundũ Gofred. & vide infrà de postulan. §. quid pertinet. ver. religiosi. verũ tamen si de præcepto Papæ vel superioris sui deputatus sit, & nequeat misericordiã inuenire, necesse est obedire. argumen. suprà, de offic. delega. si quando. & in his quæ not. suprà eod. §. respon. j. & verfic. item quid si episcopus vocet monachum. & j. eod. §. fi. & no. quòd monachi & regulares magis sunt astricti obedire suo abbati vel priori, tanquam qui renunciauerunt propriæ voluntati, quàm clerici seculares suo Episcopo. xij. quæst. j. non dicatis. §. de offi. ordinar. quanto. Item clerici sunt magis astricti quàm laici. argu. lxxxj. distinctio. primatus. Ad huius autem materiæ tradendã doctrinã breuiloquã sic distingue. Aut iudex est indignus

gratiæ

gratiæ Apostolicæ sedis : puta quia est hæreticus, vel excommunicatus,& tunc ei obediendum non est, vt suprà, de offic.ordinar. quod sedem.xxiiij.quæst.j.audiuimus.xv.quæst. vj. nos sanctorum iuratos.aut non est indignus, & tunc in excommunicationis sententia obediendum est, vt xj. quæstio. iij. cap.j. & ij. nisi in casibus not.infrà,de cler.excom. mi. §. qualiter excusentur. In præceptis autem subdistin. vtrum præcipiat id quod ad officium suum non pertinet,& tunc obediendum non est.ff.de regu.iur.fa ctum.vij.quæsti.j.quia Coepiscopus,& frater noster. Aut præcipit id quod ad officium suum spectat : & tunc si certum sit, quòd sit bonum,obediendum est : quod qui non fecerit,pœnam patietur: vt not. infrà eodem.§.fin . Aut certum est, quòd est malum & iniustum.& tunc non est obediendum : vt xj.quæst.iij.nõ semper Iul. & cap.si dominus.& suprà,de temp.ordi.dilectus. ne veniat contra conscientiam. vt xxviij.q.j.§.ex his.excipe. suprà, de offic.delega. si quando.& cap.pastoralis.§.quia verò. vel fortè illud est ratione dubij : quia ex quo litigatur, dubius est euentus: vt ff.de pecu.quod debetur.& ad legem Iul. de adulter. denunciasse.Si ergo dubitetur,semper in dubio est obediendum : vt xxiij. quæst.j.quid culpatur. sed fortè hic pœnam non patietur,si non obediat, dum tamen probabilem causam dubitationis ostendat. arg.j.de sen. excom. sacro. sed & caueat,ne certum vel notorium dubium dicat.suprà,de rescri.cùm contingat. ad fin. infrà, de appel.consuluit.& iunge quod not.j.de senten.excom. §. ex quibus causis.sub §.quod autem.

Quid sit priuilegium, & quod sit priuilegium vtriusq;

Patet ex superioribus : sed in priuilegio ex prærogatiua ordinis, addas quòd ad sacros ordines promotus eligi potest,non tamen in minori ætate, vel minoribus constitutus, vt §.de ætat.& quali.§.ætas.& §.ordo.& de elect.dudum.

Et qua pœna inobedientes † sint feriendi.

Excommunicandi sunt,infrà eod.si quis. & si proteruitas exigat,omnino procul pellendi : infrà eod.cùm in ecclesiis. in fi. sed transgressores præceptorum Apostolicæ se.quodammodo infames videntur,j.eod.illud.s.de elec.dudum. Greg. respon. j. iij. & iiij.si quis à suo,quia talis inobediens quatuor euangelia videtur contemnere.xx.dist.de libellis.in fine. inobediens etiam mortaliter peccat, quia peccatum Ariolandi & Paganitatis committit. lxxxj.dist.si qui sunt presbyteri. & in culpa relabitur Protoplasti. xxxiij.dist.curandum.ergo potest beneficiis suis priuari,infrà eo. cùm in ecclesiis,j.de excess.præla.illud.quia non debet se quis cõtra prælatum suum per superbiã erigere, vt ibi dicit, alioquin potest puniri,& de ecclesia eiici,sicut Adam priuatus fuit per inobedientiam gratia Dei, & eiectus à Paradiso : nam qui non obedit principi,mori debet : j.eod.si quis.& adde quod no.infrà,de dolo.sub rubrica,de contumacia. §. qualiter contumacia. & de immu.eccle.§.fin.versic.qui verò in ecclesia, & supra de elect.§.quis eligi.sub §.item sciendum.ver.de contemptu clauium.

De Treuga & Pace. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Treuga quid sit.*
2 *Pax quid sit.*
3 *Bellum iustum quid sit.*
4 *Bellum iniustum censetur quinque modis.*
5 *Treugæ species quot sunt.*
6 *Treugæ quid operantur.*



Gimus suprà de officio Iudicum ecclesiasticorum,ad quorum officium specialiter pertinet, pacem inter subditos tenere, & reformare.xc.dist.discordantes, & cap.dissentientes.& quia per treugam ad pacem deuenitur, videamus de treuga,& pace. Quid sit treuga, Quid pax, Quid sit iustum bellum, De cuius belli treuga hic loquatur, Quot sint species treugæ, Quid operetur.

Quid sit † treuga. [a] Securitas personis & rebus ad tempus præstita, discordia nondum finita,quod in lege dicitur fœdus vel inducia.ff.de cap.& postlimi.reuer.non dubito.& l.postliminium.§.induciæ.

Quid pax. † Discordiæ finis,& tamen pax treuga vocatur. xxiij.q.iiij.sic illic.

Quid sit iustum † bellum[b].

Dicit decretum, q; militare peccatum nõ est. xxiij.quæst.j.militare.quod verũ est, si à principe indicatur, vt sequitur j. similiter pro defensione sua,seu patriæ suæ,vel legum paternarũ.ead.q.vij.si nulla.& qñ bellum iustũ est, non solum hæretici, sed omnes capiuntur & spoliantur, & spolians dominus rei fit.ea.q. v.dicat.dist.l.ius naturale.ff.de acquir.rerum domi.naturalem. §. vlti. sed quod dicit Ambro.in d. ca. dicat.videtur sibi contradicere, quia in princ. dicit, q; res capta est victoris : postea videtur dicere, q; sit regis. & in Gen. xvj.cap.in fine.ita dixit Abraham,Non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. ad hoc dic q; Abraham non suberat illi regi, nec erat de regno suo,& ideo præda erat in sua potestate, alioquin si non fuisset sua, non posset dedisse decimas Melchisedech. imò nec Abraham legitur ibi aliquid cepisse,sed solam prædam factam illi regi recuperasse, quæ & antequam rex ei occurreret,in manibus suis erat,sicut dicit litera. vnde potuit inde dare decimas, post occursum verò eidem regi reddidit omnia: sed regi sufficiebant animę. Abraham verò nec quicquam inde colligere voluit, sed liberaliter omnia restituit,& ideo dixit, Non accipiam ex omnibus quæ tua,subaudi,fuerunt & sunt : quia tibi omnia restituam. verùm si quis sub aliquo militet,tota præda est domini : sed dominus ipse tenetur ipsam æqualiter diuidere.ea.q.j.militare.& hęc diuisio fit secundum qualitatem personarum.sic & decimæ dantur Episcopo,vt eas diuidat. xij.q. ij. concesso. quod ergo dicitur ea quæ in bello capimus,nostra fieri, vt in d. l. naturalem. verum est q; sunt capientis,sed tenetur illa dare domino,vt diuidat secundum merita personarum.Io. est ergo iustum bellum, quod edicto perpetuo principis geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa.xxiij.q.ij.iustum.& §.cum ergo. & breuiter, qui authoritate sui iudicis rectè interueniente,accipit gladiũ,siue iubentis,siue consentientis,iustum est.xxiij.quæ.iij.§. ecce quod.super hoc vide quod no.j.de restit.spoli.§.j.sub §.intelligendũ. ver. item not.& seq.& accedit.ea.q.iiij.ille gladiũ.& q.v. milites. & c. se.& c.regnum.& §.j.& c.seq.& §. præterea. qui ergo authoritate propria accipit gladium,gladio feriendus est.xxiij.q.j.§.j. Sunt 4 tñ qui dicunt,bellum † iniustũ censeri quinq; modis.Primò, rõne rei,vt si nõ est de repetẽdis rebus,vel pro defensione patriæ.xxiij. q.ij.c.j.& q.vlt.si nulla. Secundò,ratione causæ,vt si voluntariè, non necessariò pugnetur.ead.q.j.noli . Tertiò,ex animo,scilicet quando fiat ad vindictam.ea.q.quid culpatur. Quartò,si non fit authoritate principis.ead.q.ij.c.j . Quintò, ratione personæ,vt puta quia ecclesiastica est, cui non est licitum effundere sanguinẽ, nec per se,nec per alium,ea causa.q.vltim.§.j.& c. clerici. & c.his à quibus.& infrà,de voto.ex multo.§.fi. In hoc etiam est dissensio. Quidam enim dicunt,quòd clerici possunt vti armis defensionis tantùm,vt clypeo,lorica:sed non impugnationis, vt ense,lancea, aliquo gladio. Alij dicunt,quòd in necessitate ineuitabili pro se tantùm, non pro aliis ad defendendum possunt omnia arma sumere : sed si aliter possunt euadere,nõ sumant : infrà,de hom. interfecisti.& c.sicut dignum.& c.suscepimus.& c.significasti. xxiij. q.vlti.conuenior.& secundum hoc intelligunt,infrà de cleri.percus.præsentium.& c.continentia . Alij dicunt,quòd authoritate Papæ hæc possunt,aliàs non. Gratianus dicit,quòd possunt,non in persona propria,sed per alios.ea.q. vt pridem. scilicet hortando eos ad pugnam.Io.dicit indist.quòd non possunt, siue sint in sacris, siue non.ead.quæst.c. j.& ij.c.& his à quibus,nisi fortè pro defensione sua & vehementissima cogente necessitate,& nisi contra paganos iussu maioris,& nisi habeat iudiciariam potestatem. & sic intelligunt c.quæ videntur contradicere, vel nisi pro defendenda iustitia consilio episcopi. de pœni.dist. v. falsas. sed ibi loquitur de milite, vel alio officiali laico . Alij dicunt indist.quòd c clerici possunt vti armis se [c], suáq; defendendo, vel recuperando, vt in allegatis decret. de homicidio, & de appel. significauerunt. & de restit. spol. olim causam.& j.distin.ius naturale. nec obst. c. allegata pro Ioann.quia loquuntur de his qui sumunt arma voluntate, non necessitate, vel defensione : licet enim clericis, & maximè qui iurisdictionem habent temporalem, hortari alios ad arripiendum arma pro defensione oppressorum, & ad impugnandum inimicos Dei. Item pro sua, & patriæ suæ seu legum paternarum defensione, & pace, iustitia tuenda : bellum enim geritur, vt pax acquiratur.hæc probatur de pœn.distinct.v.

a Quid sit treuga.] Adde Archi. in c. illi qui sunt.24.q.4.

b Quid sit iustum bellum.] Adde Inno.in c. olim. el j.de restitu. spo. Bald.& doct. in c. sicut. de iureiur. Bar. in l.ex hoc iure. ff.de iust.& iure.Bar. in l.hostes. ff. de cap. S.Thom. secunda secundæ. q. 40. art. 1. Ioan. de Lig.in tract. de bello.& Bar.in tractatu de pugna.

c Clerici possunt vti armis.] Adde docto in c. significasti. de homi. doc.in cle. si furiosus.de homic.

falsas.& xxiij.quæ.j.noli.& quæst.vlt.§.ij.his ita.vsque ad alium. §.in registro.&c.scire, vt dicit Papa,scire vos oportet,quòd nunquam ab aliquibus homines nostros finimus opprimi:sed si nulla necessitas incurrit, præsentialiter iudicamus, quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus,& præcipuè adiutores.Nec obst.illa duo c.quæ ibi sequuntur, reprehensibile, & sine morte. quia loquuntur secundum quod dicit Gra. in seq. §. in episcopo qui non habet temporalem iurisdictionem. In constitutionibus tamen legatorum Apo. se.in prouincia editis continetur,quòd si quis clericus sine licentia episcopi sui cultellum cum cuspide detulerit,non gaudebit priuilegio clericali. Verùm si quæras quid circa hunc articulum tenere debeas,satis innuitur in præmissis iuribus,& in his quæ not.infrà,ne clerici vel mo.§.quæ sunt permissa clericis.sed quicquid dicant constitutiones,& quicquid velit tam lex canonica,quàm diuina,clerici nostri temporis in omnibus & per omnia facti sunt militares. Lex autem asserit, quòd hi quibus populus Romanus bellum indicit, vel ipsi populo Romano hostes propriè dicuntur, cæteri latrunculi. ff. de cap. & postli.reuer.hostes, vnde videtur quòd bellum, quod tota die exercent principes nostri temporis, est iniustum, & quòd etiam per diffidentiam fidem sibi remittere non possunt:cùm enim natura inter nos quoddã ius cognationis constituerit,hominẽ homini insidiari nephas est.ff.de iusti.& iure.vt vim.quia hoc ius per pactum renunciari non potest.ff.de pact.ius agnationis.C.de pa.po. abdicatio. etiamsi ad inuicem consentiant. ff. de pact. ius publicum. nam ciuilis ratio naturalia perimere non potest.v.distinct.§. j. ff. de capi.dimi.eas.& Institut. de iur.nat.gent.& ciui.§.sed naturalia.tales ergo puniendi sunt,quia non debet remanere malitia impunita.ff. ad le. Aquil. ita vulneratus. circa fin.& de fideiusso.si à reo.§.fi.& ad hoc.ff.de pact. si vnus.§. illud. & §.seq.& generaliter prohibitum est,ne quis sibi ius dicat.C. ne quis in cau.sua iudicet.& vnde vi.si quis in tãtam.ff.quod me.cau. extat edictum, nec licet mouere, nec portare arma inscio principe. C. vt ar. vsus inscio prin.interfit.in rubro & in nigro.lib.xj.nam & qui iniussu, id est,sine iussu principis bellum gerit, tenetur lege Iul. maiestatis.ff.ad le.Iul.maie.l.iij.ad idem in authen.de man.prin.col.iij.& de armis. col.vj.quamuis necessitate imminente sufficiat authoritas magistri officiorum, sicut traditur C. de fab.l.fi.lib.xj. solet tamen princeps aliquibus concedere,quando ad inspiciendos agros,vel ob aliam causam proficiscuntur,quo cingulo possint vti.quod tamen ad nullius læsionem respicere videatur.C. de præposi.sacri cubi.l.fi.li.xij. Est tamen in l.contra arg.quia si cum aliqua gente fœdus amicitiæ non habemus,hi hostes quidem non sunt,homo tamen noster liber,qui ad eos peruenit,seruus eorum fit,& quod de nostro ad eos peruenit,ipsorum fit.& ecõtrà,quod de suo ad nos peruenit,nostrum fit.ff.de capt.& postli. reuer. l. v. §.in pace.Sed illud potest intelligi, quãdo fit authoritate iudicis, & dicitur pax respectu belli,hostium populi Romani. Sed & si qs assassinos receptauerit,hodie est à po. Rom.perpetuò diffidatus, & possunt bona occupari, ita quòd nulla alia diffidantia requiritur: videtur ergò,quòd in aliis requiratur, & quòd ex quo quis alium diffidauit,ipsum iustè impugnat,ar.in authent.d.n.de homi.extra.pro humani.§.fi. sed & illud intellige,quando interuenit authoritas iuris,vel iudicis. Si ergo aliquis ceperit hominem nostrum sine authoritate iudicis vel cõsensu, potest peti per interdictum de libero homine exhibendo.res verò per vi bo.rap: cautio per edictum,quod me.cau. C. quod me.causa.l.ij.ff.vi bo. rap.prætor ait. Sed si authoritate iudicis rem nostram occupauerit quis,iustam causam habet detinẽdi,& ideo habet exceptionem.sic intelligi potest.ff.de lib.ho.exhi.l.ij.& iij.& de lib. exhi.l. j.§.in hoc interdicto. tamen & illud dico, quòd si inferenti iniuriam inferatur iniuria repellendo ob tuitionem sui corporis, repellens non tenetur.ff. de iusti.& iure.vt vim.& ad leg.Aquil.sed & si quæcunque.infrà,de regul.iur.quod non est licitum. xxiij. q. vltim. si nulla. Sed quid si quis non habeat copiam iudicis,recurrat ad principem, aliàs illicitè aget,nec propter periculum rerum aliquis debet violẽtiam inferre sine authoritate iudicis,quia expedit potius, post tunicam relinquere pallium, infrà de homi. susceptimus,quod credo verum,si non potuit retinere res sine periculo mortis alicuius:aliàs si non immineret periculum mortis, res suas posset retinere.ar.infrà,de stat.mo.in singulis.§.fin.ff. de mino.in causæ.j.& quæ in frau. cre.ait prætor.§. si debitorem, & argu.infrà.de iureiur.verum. Sed vt aliquam doctrinam habeas de hac materia,notabis q, multiplex est bellum. Vnum,quod est inter fideles & infideles, & hoc iustum est, respectu fidelium.j.de hæret.excommunicamus. Aliud,quod est inter infideles,hinc & inde. & hoc multiplex est : quia aut fit authoritate iudicis,aut authoritate iuris, aut propria voluntate. Si fiat authoritate iudicis legitimi, puta quia hi contra quos authoritatem dat immediatè subsunt ei,& habet ius exercendi merum imperium, nec est author in causa propria, nec erat iustum. potest induci ad hoc,ff. quod met.causa. continet. Igitur contra non subditos non dabitur ac. nam actor sequitur forum rei,vt not.infrà,de foro compe.§.quibus ex causis. circa princ. vnde nec est vnus pro alio pignorandus, vel impetendus. vt. C. ne vxor pro ma. & ne filius pro patre. per totum. & in authentic. vt non fiant pignoratio. col. v. & vide quod not. infrà, quod me. causa. §. qualiter retractetur. nisi fortè in defectum iudicis iniuriantis nolentis ius reddere, vt xxiij. quæst. ij.c.ij. quia vnus iudex supplet defectum alterius, vt not. suprà,de offic. deleg.§.quod sit eius officium.ver. sed per quam.& infrà,de fo.compe.§.quibus ex causis. verfic,sed nunquid iudex secularis. & adde infrà eod. §. si ergo. Is etiam qui non habet merum imperium, hanc authoritatem dare non potest. ff. de iurisdictio. omnium iudi.l.iij.& iiij.& iunge ea quæ not. suprà, de offic. delega. §. quæ delegari.pos.versic. delegantur.& §. si quis delegare. Item nullus in causa propria author erit,vt apparet in his quæ not. suprà eod.§.versic.est ergo iustum bellum.& versic.lex autem. & de offic. ordi. §. quid pertinet. sub §.est autem archiepiscopus.versic. permutat sociis. Item error iudicis non excusabit saltem à toto : suprà,de tempo.ordin. dilectus.§.cùm igitur.& de transla.episcopi. inter corporalia. §. vlti. Nam & si probabilis esset, tamen comperto errore esset satisfaciendum.infrà,de frigi.fraternitatis.§.quamuis.& infrà,de purg. vulg. significantibus.est tamen prima facie pro authoritate iudiciaria, nisi apertè apparet contrarium præsumendum. argu.ff. de acqui. possess. iustè possidet. & ne vis fiat ei qui in poss.mis.est. l.j.suprà, de renun. in præsentia. Ergo qui authoritatem iudicis legitimi non errantis impugnat alium, iustè impugnat: impugnatus autem se iniustè defendit: quia tanto magis apparet de contumacia & præsumptuosa rebellione. argumen. de pœniten.distinctio. vj. §. j. ad finem. suprà, de maiorita. & obedien. si quis. ff. de rei vendic. qui restituere. Idem est, si fiat authoritate iuris, vbicunque scilicet à iure conceditur, quo ad illum cui ius concedit, sicut est ponere exemplum per iura infrà eodem. versic. quid ergo.& sequen. & in authentic.d.n.vt not.suprà eodem. versicu. sed & si quis assassinos. & in C. vbi,vel quando licet vnicuique sine iudice se vindic. l. j.& ij. Item in proximi vel vicini iniuria repellenda : sed & prælatus, ad quem vterque gladius pertinet,contra iniuriantes ecclesiæ suæ vtroque gladio authoritate propria vti potest, & debet. & probatur in authentic.d. n.extrà, de sentent. excommu. dilecto. §. & quidem cùm liceat. In supradictis & consimilibus casibus is qui gladio vtitur, iustè facit: & per consequens is, qui defendit se,temerariè se defendit: sapienter autem faceret, si se emendaret & corrigeret vitam suam.infrà,de iudi.cum non ab homine.Sed si non interueniat authoritas iudicis vel iuris, hincinde iniustum est, quo ad impugnantes:sed quò ad defendentes,hinc inde iustum est.de iustitia & iure. vt vim. quod qualiter intelligendum sit,not. infrà de restit. spo.§.quis postulatus.versic.intelligendum est autem, & se. Vt autem in summa prædicta recolligamus,aliud potest dici bellum Romanum,puta quod est inter fideles &infideles:& hoc iustum, vt not.s. eo.§.ver.vnum.Hoc autem voco Romanum,quia Roma est caput fidei nostræ, & mater.xxv.q.j. Is ita. C. de summa trinita.l.fina.xxiiij.q.j.hæc est fides.& c.quoniam.infrà,de hæret. ad abolendam. Secundum,quod est inter fideles pugnantes authoritate iudicis : & hoc iudiciale potest dici,& est iustum,secundum ea quæ not.suprà eod. versicul. si fiat. & versic.ergo qui authoritate iudicis. Tertium,quod faciunt fideles iudici contumaces,& potest vocari præsumptuosum,& est iniustum,vt no.suprà, eodem versicul.ergo qui authoritate. Quartum,quod faciunt fideles authoritate iuris, & hoc potest dici licitum, & est iustum. Quintum,quod faciunt fideles contra authoritatem iuris,& hoc potest dici temerarium,& est iniustum : vt de his duobus not.suprà eodem.versicul.idem est. Sextum,quod faciunt fideles propria authoritate,alios impugnantes, & hoc potest dici voluntarium,& est iniustum. Septimum, quod fideles faciunt defendendo se authoritate iuris contra voluntatem impugnantes, & hoc potest dici necessarium, & est iustum : & de his proximis duobus not.suprà eod.versic.sed si non interueniat.ergo in Romano,iudiciali,licito,necessario non tenetur quis ad restitutionem. In præsumptuoso verò temerario & voluntario tenetur quilibet ad restitutionem.secundum hoc intellige,j.de iureiu.sicut.& j.Quid ergo de comitibus nostris,qui tota die sine authoritate principis arma sumunt,& sumi faciunt, & vasallos proprios exhæredant.

Non

Non dubito, quin ad restitutionem teneantur, nisi seruent iuris ordinem, qui est, vt si vasallus vult stare iuri, audiatur: si contumax est, impugnetur. quod potest fieri authoritate iuris, vel iudice præcipiente. ff. de rei vend. qui restituere. C. de episcop. & cler. si quis in hoc genus. C. de his qui latro. occul. l. vlt. §. j. aliàs si obediens sit, tunc non est vtendum gladio. C. de offic. ciuil. iudic. l. j. C. de act. & oblig. negãtes. C. de glad. l. vnica. lib. xj. nulli enim licet arma sumere ad alium impugnandum sine authoritate iuris vel iudicis, aliàs pœnam habet, cùm intelligatur violentia inferri. ff. quod met. cau. extat. ff. de vsuf. æquisimum. ff. de iure priua. creditores. ff. de origi. iur. l. ij. §. post originem. ff. de relig. & sum. fu. ossa. respon. j. ff. de publ. & vecti. licitatio. §. quod illicitè. C. de Iudæ. nullus. & in quæstionibus feudo. de pace tenenda per totũ. est tamen contrà argum. in constitutionibus feud. de inuestitura, quam Titius accepit. c. fin. in fine. & c. quæ fuit pri. cau. benefic. amit. §. illud tamen. sed illud intelligi potest quando authoritas iudicis habetur. Si ergo dñs, qui immediatè subest principi, de vasallo proprio conqueratur, & velit tutiorem viam eligere, quo ad animam, consulo quòd non dicat sibi; vel authoritate principis gladium assumat, sed ad diœcesẽ. vasalli recurrat, ad cuius monitionem si obedire noluerit, excommunicabitur ratione peccati. j. de iudic. nouit. §. tit. j. solitæ. j. de censi. omnis anima. & si per annum excommunicatus steterit, extunc diœcesẽ. ipsum & res eius exponet, argum. xj. q. iij. rursus. & c. quisquis. j. de hære. excommunicamus. §. j. sic recurrere debet brachium seculare ad ecclesia sticum. sicut econtrà fit. j. de iud. cùm nõ ab homine. §. vlt. & j. de excess. prælat. tanta. in fine. & in hoc casu etiam videtur loqui, j. de homi. postulasti. hoc est qd' fortè innuitur, quando dicitur, quòd vnus gladius altero semper eget. x. dist. si in adiutorium. & c. seq. xcvj dist. cùm ad verum. & c. duo sunt, & in Lombarda, vt episcopi & Comites inuicem sibi auxilium dent. in rubro & nigro.

De cuius belli treuga hìc loquit. De Romano nõ: quia ab illo nulla die abstinendum est. xxiij. q. vlr. si nulla. j. de regulis iuris. quod non est licitũ, nec necessariò, quia necessitas legi non subiacet, vt notatur j. de obseruat. ieiun. §. j. versic. & nunquid in voto. si autem hoc intelligas de iniusto, scilicet voluntario, hoc nullo tempore faciendum est. xj. q. iij. Iulianus. & c. si dominus. xxiij. q. ij. c. ij. Solutio. Potest hoc intelligi de iusto bello, à quo & si nullo tempore sit cessandum, minus tamen ei vacandum est his temporibus & diebus, de quibus hæc decret. supponit. & hoc idẽ innuit illud decretum, si nulla, cùm dicit, Si ineuitabilis vrget necessitas, vel importunitas. Idem potest intelligi de iniusto bello, quod & si nullo tempore faciendum est, minus tamen his temporibus & diebus, quàm alijs. Potest ergo intelligi de iudiciali & licito, indistinctè, & de voluntario, non præsumptuoso & temerario, non tamen quòd papa propter hoc approbare velit tale bellum: sed quia & si in totum corrigi non possit, homines refrænentur vtrinque.

Quot sunt † species treugæ? Duæ, conuentionalis & canonica. Cõuentionalis dicitur, quæ ex conuentione recepit formam, sicut & contractus quilibet. ff. de posi. l. j. §. si conueniat. ff. de regul. iuris. contractus. & sicut in vltimis voluntatibus, voluntas est lex. in authen. de nupt. §. disponat. collat. iiij. & hæc hosti Romano seruanda est. xxiij. q. j. noli. xxij. q. iiij. innocens. quod intellige, si & infidelis fidem seruat fideli, aliàs non. j. de iureiuran. peruenit. ij. xxviij. q. j. si infidelis. C. de transactio. si diuersa pars. & l. cũ proponas. ff. loca. quærò. §. inter locatorem. xcv. dist. esto subiectus. contrà. xj. q. iij. inter verba. in fin. xxxiij. q. v. quod Deo pari. xxij. q. ij. vtilem. nec obstat c. noli. quia & si non seruet infidelis fidem canonicam, dum tamen seruat conuentionalem, seruanda est ei. & est ratio, quia graue est fidem fallere. ff. de constit. pecu. l. j. & publica dicitur, respectu belli Romani. ff. de pactis. conuentionum. quinimò quantuncunque frangatur conuentionalis, nullatenus est frangenda, seu vindicanda, secundum militum legem, seu consuetudinem approbatam. Item canonica est illa treuga, de qua hic loquitur, & istam aliqui habent perpetuam, aliqui temporalem. Perpetuam habent clerici, monachi conuersi, peregrini, & rustici cum animalibus, & ministris omnibus rusticanis, dum sunt in agricultura, & redeunt, & vadunt: j. eodem. innouamus. xxiiij. q. ij. si quis Romipetas. j. de peregrin. cap. vnico. habent autem hoc priuilegium rustici quamdiu fuerint in agricultura, sicut milites, dum militant. C. de restitut. mili. l. finali. & Cod. quibus non obstat long. temp. præscrip. l. finali. sic clerici & monachi & conuersi, dum in ecclesijs canonicè regulariter viuunt, gaudent priuilegio clericali. j. de vi. & hon. cleri. cap. final. & de cleri. coniugat.

Ioan. & cap. diuersis. C. de episcop. & cleri. l. generaliter. & sic legati gaudent priuilegio, dum in legatione consistunt. ff. de iudic. l. ij. §. plane. de quo dic, vt notatur j. de except. §. vltimo. versic. item effectus. sicut & animalia, quæ ad agriculturam pertinent. C. quæ res pign. oblig. possunt. l. pignorum. si verò cum laicis communem vitam suscipiunt, meritò cum eisdem communem in legibus sentient disciplinam. j. de statu mona. recolentes. §. ij. Temporalem verò habent omnes communiter, & durat à quarta feria post occasum solis, vsque ad secundam feriam ante ortum solis, feria quinta, propter Ascensionem Domini, feria sexta propter Domini passionem, die sabbati, quia dies est requiei. die Dominica, propter Resurrectionem. Item ab aduentu Domini vsque ad octauas Epiphaniæ, & à lxx. vsque ad octauas Paschæ. j. eod. c. j. ad has treugas obseruandas, tres funiculi colliguntur, diœcesanorum excommunicatio, confirmatio, id est, comprobatio, similis expositio §. de offic. leg. studuisti. vicinorum episcoporum, & mutuum auxilium, & consilium à coepiscopis impendendæ. j. eod. c. j. xcj. distin. præcipimus. & c. perlatum. Sed quæritur, an episcopi constituantur transgressores, si hoc non seruẽt: & potest dici, quòd non, eo quòd non sunt hæc moribus vtentium approbata. iiij. distin. §. leges.

Quid † operatur? Tuitionem & securitatem, vt patet in descriptione, & qui eam frangit, cogendus est per excommunicationẽ ad satisfaciendum, & prælati mutuum consilium & auxilium sibi præstare debent ad pacem, & treugam firmiter obseruandam. j. eodem. c. j. j. de transa. c. fin. in principio. & in consti. feud. de prohi. feu. alie. per Feder. imperialem. xc. dist. præcipimus. & iij. q. j. nulli. Fractor seu violator pacis excommunicandus est, secundum canones. j. eodem. c. j. sed secundum leges capite puniendus. ff. de re milit. l. finali. in fine. In summa hoc sciendum, quòd quilibet prælatus, & maximè episcopus prius de plano, & absq; coactione, postmodum autem iurisdictione & potestate, debet discordantes ad concordiam reuocare. xc. distin. c. j. & vij. q. j. si primates & litigantes reconcilia re. ff. de vsufruct. si vsufructus. §. æquisimum. ff. de officio præsidis. l. illicitas. §. ne potentiores. Sed obijcitur, si sic inter litigantes componatur, remanebunt crimina impunita. quod est contra legem. ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. Item expedit crimina nocentum esse nota. ff. de iniur. l. eum qui. j. de col. deteg. c. j. & ij. ad quod respondeo quod dixi superius, locum habet in causis ciuilibus, & in actione iniuriarum, quam quilibet remittere potest, si iniuria non contingat ecclesiam. xxiij. q. iiij. si is qui. lxiij. distin. Salonitanæ. & si sit facta, non facienda. ff. de pactis. l. si vnus. §. pacta. Item hoc intelligo in ciuilibus actionibus, eodem saluo, quòd in quibusdam casibus remedium compositionis locum non habet. j. tit. j. cap. finali. Item hoc intelligo, vbi de crimine ciuiliter agitur: nam & si crimen quis remittere nequeat, potest tamen, nedum à ciuili actione, sed & ab accusatione desistere. j. de accusa. veniens. & c. licet. §. penultimo. quando autem ab accusatione impunè possit desisti, & quando crimen in abolitione veniat, notatur j. de calum. qualiter sine metu calumniæ. Item iudex ex officio suo puniet, vt apparet in his quæ notantur j. de accusa. sub rubrica de crimi. fine ordine puniendis. & sic non remanebunt maleficia impunita. Item notandum, quòd episcopus propriam iniuriam vindicare non potest. xxiij. q. iiij. inter querelas. sed eam debet remittere, quia ei sanctitas ignoscẽdi gloriam dereliquit. Cod. de episcop. & cler. si quis in hoc genus. videtur tamen quòd ad dimittendum non debet esse nimis facilis. nam publicè interest, pœnas facilè non dimitti, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat. C. de pœnis. l. si operis. verum Dominus dicit, Dimittite, & dimittetur vobis. Lucæ vj. alioquin trademini in carcerem infernalem. Matth. xviij. sed hæc & similia intelligas, quo ad rancorem. quod autem iniuriam ecclesiæ episcopus possit remittere, quibũsdam argumentis suaderi potest: nam episcopus pater est ecclesiæ. xcv. distin. esto. pater iniuriam filijs illatam remittere potest. ff. de iniur. l. sed & si vnus. §. filiofam. Item actio iniuriarum non est in bonis ecclesiæ, antequam intentetur, & lis super ea cõtestetur. ff. de iniur. l. iniuriarum actio. vnde cùm non sit in bonis ecclesiæ, potest episcopus eam remittere sine consensu capituli. j. de his quę fiunt à prælat. cùm Apostolica. sed hoc non puto fore verum, nec obstant argum. superiora. nam & si dicatur, Episcopus pater est, tamen ecclesiæ procurator. j. de donat. c. ij. x. q. ij. casellas. xij. q. j. c. vlt. xij. q. ij. fine except. in illa, cùm Apostolica. fauor religionis attenditur. summa autem est ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli. l. sunt personæ, & præcipuè quia ibi melior sit conditio ecclesię, vt ibi dicit. & de hoc notat. j. de male. §. j. versic. si quis verbis tantùm.

De Pactis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Pactum quid sit.*
2 *Pactum unde dicatur.*
3 *Pactorum diuisiones quæ sint.*
4 *Paciſci an possit in ecclesiasticis.*
5 *Paciſci de rebus spiritualibus an possit.*
6 *Effectus pacti quis sit.*

a Quid sit pactum.] Ad de l.j.ff.de pac. l.pactum. ff. de pollicit. docto. in rubr. extra de pactis. Vide amplè Albe.de Rosa.in rub. ff.de pactis. & quæ ibidem dixi-

QVoniam per pacta treuga firmatur,& pax reformatur,præmisso tract.de Treuga & pace,dicamus de pactis.Vel sic:Explicito tractatu ordinandorum, & eorundem officiorum, accedamus ad præparatoria iudiciorum : & quoniam homines, vt iudicia euitent,pacta ineunt,& transactiones, de his tractandum est. sed quia pacta generaliora sunt, q̃ transactiones,&decentius & honestius à lite gratis disceditur,quàm pecuniæ interuentu ante tractatum de transactionibus, videamus de pactis.Videamus itaq;,Quid sit pactum,Et vnde dicatur,Quę sunt diuisiones pactorum, Quis in ecclesiasticis paciſci possit, Et de quibus rebus,Quis sit effectus,Et ad quos extendatur.

1 Quid sit † pactum. [a]Duorum pluriúmve in idem dandum vel faciendum alteri ab altero consensus verbis expressus animo obligandi.Ideo dico,Dandum,vel faciendum, quia quamuis duo consentiãt in hoc, quòd lapis lædit: vel in hoc vero,Titium esse hominem : vel in hoc falso, Titium esse asinum, non tamen est pactum. Ideo etiam dico, Alteri ab altero,quia si paciscor tecum inuito Titio, quod Titius det Seio centum,non valet pactum: sed si paciscor tecum,vt quid des Tititio,pactum quandoque valebit.ff.de verb.oblig.stipulatio.§.alteri.& §.stipuler. nec mireris,si pactũ inutile ad agendum pactum vocetur. nam sic à iure vocatur. C.eod.l.debitorum.& l. pacto.j.eod.c.fin. Ideo etiam dico,Verbis expressis,quia nõ sufficit gerere mente,nisi exprimatur ore.ff.de verb.oblig.quicquid astringendæ.C.de condi.ob causam.si repètendi. j.de appell.constitutis. Ideo dico,Animo obligandi,quia si causa doctrinæ proferam,quid est pactum,non obest mihi,vel etiam causa ioci. ff.de actio.& oblig.l.obligationum substantia.§.fin. nisi sit clericus,q aliquid turpe exprimat.j.de excess.prælat.quàm sit graue.& p hoc quòd dicit, Duorum, differt à pollicitatione, quæ est solius offerentis promissio.ff.de pollic.pactum. §.j.ff.eod.l.j. promissio autem non solùm referri potest ad pollicitationem, sed ad nudum pactum,& stipulationem.ff.de ædil.edic.l.sciendum. §.j.quod dixi verbis,intelligas à promittente præmissis,& recipiente subsecutis. vt,Dabo tibi decem. tu respondes,Placet. nam si recipientis verba præmitterentur,stipulatio esset. vt Instit.de verb.oblig. in princ.ff.de vsur.l.j. si tamen res inter præsentes geritur,præsumitur quòd stipulatio præcesserit.ff.de verb.oblig.Titia.§.pen.& quòd rei responsio sit subsecuta. C.de contrah.stipul.l.j.nisi contrà probetur.ff.eod.iuregentium.§.quod verè. sunt tamen & aliqua pacta tacita,vt inferius apparebit.

2 Et vnde † dicatur. A pactione. ff. eodem. l. j. à pacti actione, hoc est,à pace & actu : quasi dicat,ad pacis actum. nam post diuersos motus,variaq; certamina ad pacis actum veniunt paciscentes. ff.eodem. l.j. §.conuentionis.C.de rescind.vend.si voluntate. & hoc nomen pactum generale est, ad omnia quæ inter partes aguntur causa inducendæ vel tollendæ obligationis,secundum Goffred.nomen verò conuentionis generalissimum est: vnde & scholares in scholis conuenire dicuntur. vel dicitur pactum,à percussione palmarum: veteres enim paciscentes, percutiebant sibi palmas ad inuicem , in signum fidei non violatæ. vnde legitur, quòd Abraham & Abimelech percussẽrũt fœdus, Gene.xxj.vnde potest dici pactum, quasi palmę ictus,qua percussione,interposito panno, videatur nudũ: vtuntur etiam moderni.

3 Quæ sunt diuisiones pactorum. † Vt quid membranas occupabit, nisi vt scholares expensis inutilibus fatigentur. Quædam enim sunt inutilia,quædam vtilia,& hoc aliquando ratione personæ,aliquando ratione rei,aliquando ratione contractus.Item aliquando pariunt, aliquando perimunt, aliquando elidunt,aliquando informant act. Item quædam nuda, quædam vestita. Item quædam nominata,quædã innominata. Item quædam expressa, quædam tacita. Item quædam inter præsentes, quædam inter absentes. Item quædam pura, quædam in diem, quædam conditionalia. Item quædam publica, quædam priuata. Item quædam in rem, quædam in personam , vt in summa Azo. cuius verba sequuntur, vnde si eam habes,scribere non oportet. Pactorum igitur quædam inutilia. Primò videamus de inutilibus,ratione personæ: inutile enim est ratione personæ, vt si fuerit furiosus . nam expresim consentire non potest. ff.de actio.& obligatio.l.j.§.furiosum,sed nec tacitè.ff.locati.& con. qui ad certum. nisi in casu. ff.solut.matrim.l.ij. §.voluntate. si autem fuerit pupillus qui paciscitur, si sit capax intellectu, vt saltem naturaliter se obliget, valet aliquando.vt ff.de actione & obligat.l.furiosum.& de noua.l.prima.in fine. & de condiction.inde. l.quod pupillus.& hoc vbi se vult obligare.nam si alium sibi obligare vult, potest etiam sine tutore.& ff.de author.tut.or.obligari. In prodigo quoque idem omnino dico. ff.de verborum obligat. is cui bonis.adultus verò,si curatorem habeat,prodigo similis est: si verò curatorem non habet , obligatur ex omni causa ciuiliter & naturaliter,sed restituitur.Cod.de restitutio.in integrum.mino.l.si curatorem habens. Plenè filiusfamilias ex omni causa paciscitur, præterquam in mutua pecunia , & ibi quidem obligatus est ciuiliter & naturaliter : sed habet exceptionem. Item vouendo non obligatur,sicut nec seruus. ff.de actio.& obligat.filiusfamil.& ff. ad Macedon.l.j.in primo responso.& de pollic. si quis rem.§.voto.nisi filiusfamilias ex voto ingrediatur monasterium. Cod.de episcop.& cleric. l.finali. aliàs verò seruus paciscendo, vt domino acquiratur ex omni causa, valet pactum. ff.de verborum obligation. seruis vetante. & de acquirendo rerum dominio. etiam inuitis, nec obstat quod legitur ff.eodem. & hæredi. quia ibi seruus erat pactus, ne à se petatur, id est, ne ipso viuente aliquis ex parte sua conueniatur: & ideo doli datur domino exceptio, non directa pacti exceptio, sed in filio & patre. nõ idem dicitur,& est ratio differentiæ. quia filio directè proposuit pactum , & per eum directo proficit alij, quod ita non est in seruo . & de tali pacto personali loquitur ff.eodem. si tibi. §.pactum ne à se petatur. quandoque tamen dicitur personale, quod vni tantùm proficit. & ita ponitur ff.eodem. idem §.j. licet autem dixerim , seruo non proficere pactum,ne à se petatur, fallit tamen in casu,sed mutato statu suo. ff.eodem. iuris. §.sin autem. si autem seruus paciscendo domino nocere velit, si quidem in Dominicis non potest. Cod.eodem. seruus creditores. præterquam in seipso. ff.de vi & vi armata.l.j.§.quod adijcitur . ipse enim seruus non est res peculiaris, quia nemo in suiipsius peculio est. ff.de peculio. l.Stichus habet.in fine legis. In peculiaribus verò paciscendo domino præiudicat,vsque ad quantitatem peculij.ff.de peculio.si quis seruũ. §.etiam. nisi in casibus, vt si donet.ff.eodem. contra iuris. §.si filius.Item si compromiserit etiam cum pœna, vel si interceserit non in causa peculiari. ff. de pecul. l.licet. §.si filius. & §.si seruus. Item si se mandauerit emendũ,idem puto,si se vendiderit.ff. mandati.si seruus extero. idem etiam si voluerit,vt iam diximus. his ergo modis ratione personarum pacta sunt inutilia. Item ratione rerum quæ promittuntur, censentur pacta inutilia, vt si impossibile promittitur.ff de regulis iuris.impossibilium.Idem est, si de iure fit impossibile,puta contra leges,plebiscita,senatusconsulta,decreta prætorum,edicta principum, vel in fraudem alicuius eorum.ff.eodem.iuris. §.prætor.& de singulis facile est ponere exempla & probationes. Instit.quibus modis alien.licet. ff.de offic.præfid.l.plebiscito.& ad Vel.& ad Maced.senatusconsul.ff.eodem.iure.§.si paciscar. & Cod.ne lice.poten.l.j. Fraus autem admittitur facile de persona ad personam.idem est si dolo malo fiat pactum alterius decipiendi causa à principio,vel ex postfacto dolo commisso . hic tamen tenet pactum , licet replicatione elidatur.quod non est ita omnino in superioribus exemplis,nisi in Senatusconsulto nominatis.ipso autem iure nõ tenet pactum , non tantùm in supradictis , sed etiam si turpe quid promittatur. ff.de verborum obligat. generaliter. & l. vltima.& l.si stipuler. secus,si turpiter, sed non turpe quid promitteretur , vt puta per metum, vel dolum: tunc enim datur actio , sed per exceptionem eliditur, vt dictum est. C.de inutili stipul.dolo. & ff.eodem. iuris. §.dolo. & §.siue. nisi fortè contractui bonæ fidei dolus causam dederit. tunc enim contractus bonæ fidei nullus est.ff.de dolo.eleganter. & de minor. in causæ. la secunde. ita tamẽ si dolus fuerit simplex, id est,cui metus mistus non est: alioquin tenet, nisi in casu,sed rescinditur per actionem, quod metus causa. ff.quod metus causa. si mulier.§.si duos. & §.penult.& antepenult.Deficit quoque pactum ratione rei, quæ non est, nisi mora in eo præstanda præcessisset. ff.de contrahenda empt. domum. & de verborum obligation. inter stipulantem. §.penultimo. idem est, & si hominem liberum, vel rem sacram,religiosam,vel similia promittã:nam pactum

ctum tale non tenet. Instit. de inutil. stipulat. §. idem iur. est. Sed in pacto venditionis dist. circa rem furtiuam, vtrum sciat venditor, & emptor, vel solus emptor rem esse furtiuam, & tunc non tenet contractus, an vterq; credat rem esse prophanam: & tunc tenet contractus vtrinque. vel si credat solus emptor, tenet quantum ad hoc, vt ipse solum agere possit: nec tamẽ aliquid consequitur, nisi vltrò quod conuenerit, præstet. ff. de contrah. empt. si in emptione. §. liberum. & §. item si emptor. & l. iij. & iiij. & fortè plus operatur sciẽtia emptoris, quàm venditoris, quia occasione contractus committitur vitium ab emptore, quod aliàs non committeretur: at in venditore erat scientia, etiam antequam venderetur. quod autem dictum est in re furtiua, seruabitur in re sacra & religiosa, vel libero homine, & fortè non idem in re vi possessa, quia rei immobilis non admitteret furtũ scientia emptoris. Instit. de vsucap. §. quod autẽ. quòd si commodetur, vel deponatur res furtiua, fortè idem quod in venditione distinguetur. Item inutilia sunt ratione contractuum, vt inter virum & vxorem, qui donare sibi non possunt, sed vendere. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. j. & l. si sponsus. §. circa. Item ratione potestatis. Cod. de contra. iudic. l. ij. Habetur etiam mista consideratio personarum adinuicem. nam licet hic omni obligetur, & ille cum omni, hi tamen duo adinuicem non obligantur, vt pater & filius, nisi in castrensi peculio, vel quasi castrensi peculio. Instit. de inutil. stipul. §. item inutilis. ff. de iudic. lis. Item personarũ & rerum. vt licet hæc persona cum omni possit obligari, & hæc res ab omni promitti possit, & pactum de ea fieri: hoc tamen de ea sibi danda paciscí non potest, vt si commercium rei non habeat, propter testatoris voluntatem, qui ei alienari prohibuit, vel seruum manumittit. ff. de lega. ij. peto. §. item. & Cod. si mancip. ita fuer. alie. vt ma. l. ea. vel pone exemplum in Iudæo, qui licet alia possidere non prohibeatur: Christianum namque mancipium emere, & sibi habere non potest. C. ne lic. Iudæ. Christi. l. j. vel pone casum in serico. C. quæ res vendi non poss. comparandi. Item rerum & pactorum, vt si de re certa certo modo paciscí, puta incontinenti non liceat stipula. non tenet. ff. de religio. si locus. Item personarum, rerum & contractuum, vt si de re mea mihi danda paciscar. nam licet aliàs super ea contrahere possim, & omnis super ea cõtrahere possit, in hac re tamen ego dominus rei sic paciscí nõ possum. si ergo ratione personarum tantùm, & rerũ tantùm, & cõtractuum tantũ & mista inter eos cõsideratione habita pacta cẽsentur inutilia.

ET vt nihil de contingentibus omittamus, sciendum est quędam alia esse pacta, in quibus occulta est ratio, quæ censentur inutilia, tanquam publicæ vtilitati aduersantia. & quia probabiliter de his dubitari posset, vtile esse videtur ea referre quæ superius omissa sunt: & quidem pactum ne liceat reuocare precarium, non tenet. ff. de precario. l. cum precario. vel dic, quòd ibi non fecit pactum de non petendo. tunc enim teneret, sed cõcesit ad tempus, & interim mutauit voluntatem. Ideoq; cùm vnum speciale pro eo cui conceditur inducatur, scilicet ne teneatur, nisi de dolo & lata culpa. ff. de precario. quæsitum. §. & illud. & hoc contra eum inducitur. argument. ff. de iureiurando. eum qui. Item ne prosit exceptio venturo ad iudicium. ff. si quis cautio. sed & si quis. §. quæsitum. vel quod est verius, ibi tenet pactum speciale: generale non, vt ibidem dicitur. Item de dote vlteriori die reddenda. ff. de pactis dotalibus. l. de die. Item ne quis non nisi inquantum facere potest, condemnetur. ff. soluto matrimonio. alia. §. est. & ibidem redditur ratio. Item, vt liceat postulare ei cui non licet. ff. de postulando. quos. nã expedit hoc, vt maleficia puniantur. ff. ad legem Aquiliam. l. ita. Item vt miles sit procurator. ff. de procuratoribus filius. §. veterani. esset enim hoc contra publicam vtilitatem. C. loca, milites. Item de repudiando iure agnationis. ff. eodem. ius agnationis vel patriæ potestatis. C. de pat. po. abdicatio. & est in his ratio, quia iuris naturalis sunt. ff. de regulis iuris. l. iura. Item vt non soluta pecunia pignus sit creditoris. C. de pactis pignorum. l. vltima. Item de remittendo iuramento calumniæ. C. de iura calumniæ. l. ij. §. sed quia. Item de seruo in dominum torquendo. C. de quæst. l. seruos. ibi tamen loqui non videtur de pacto. Item ne de dolo futuro agatur, id est, quod quandoque committatur. ff. de pactis. si vnus. §. pactus. & ibidem assignatur ratio prohibitionis: secus, si paciscar ne depositi agam: quia expressa nocent, non expressa non nocent. ff. de reg. iur. expressa. Item vt liber sit seruus. C. de libe. cau. nec fi. vel ibi non erant verba pacti, sed scripserat se seruum esse. Item, vt seruitus sit in re, in qua alius habet vsumfructũ, nec fructuarius videtur posse cõcedere, pprietario, vel alij: quod tamen intelligo, si dicat, Consentio tamẽ saluo iure meo. ff. quib.

Summa Hostiens.

mo. pig. vel hypo. sol. à debitor. §. j. ff. de vsu. sed & si quid inædificauit. in fine. Item vt si quis succedat certo homini; vel nõ succedat, vel certo modo succedat: nisi inter mili. C. eodem. licet. & l. quæstione. & de inoffi. testa. l. si quando. §. illud. & de col. l. pactum. super hęreditate autem incerti hominis tenet vt inter socios. ff. pro socio. l. iij. §. sed de illo. sed & in hæreditate certi tenet, si vel dominus contractui consentiat, & in eo consensu, si perseuerauerit vsq; dum viuit, vel contractus prœcesserit ex cuius necessitate fiat cautio hæreditatis. ff. de act. empt. si quis. & de hæredi, vel act. vend. l. ij. §. ij. & soluto matri. si verò negocium. nec distinguo inter pactum de hæreditate futura, vt illud valeat, & pactum de futura hæreditate, vt illud valeat. & similem transpositionem & varietatem dicũtur inducere, vt si dicitur magister Petrus in literatoria, intelligatur scientia: si verò dicitur Petrus magister, intelligatur de carpentario, secundum Placent. pactum verò de non petendo fideicommisso conditionali, tenet. C. eodem. l. j. licet repudiatio non teneat. ff. de lega. ij. si ita sit scriptum. §. si sub. Item vt iudex sit meus qui non est meus. ff. de iurisdict. omnium iudicum. si conuenerit. infrà, de foro competen. significasti. Item ne liceat vendere pignus. ff. de pignora. actio. l. iiij. Item ne agatur causa libertatis meæ, vel criminis mihi obiecti. & est ratio, qa non tantùm prohibẽtis, sed etiam volentis exequi litem interest. ff. de libera. causa. l. j. ij. & iij. & de appel. l. non tantùm.

a Quid sit pactũ. Ad de l. j. ff. de pact. l. pactum. ff. de pollici. docto. in rubr. extra de pact. Vide ample Albe. de Rosa. in rub. ff. de pactis. & quæ ibidem dixi.

SVpereſt vt de pactis vtilibus, quæ sunt vires pactorum, videamus: & vtiq; sunt hæ vt pariant, perimant, elidant, informent, nec est necesse, vt quintum addamus, scilicet quòd adiuuent: nam continetur sub illo elidant. nam quæ elidunt actionem, exceptionẽ adiuuare videntur: & quæ adiuuant actionem, elidunt except. & primò de pactis quæ pariunt videamus: & sic quòd pactum fuerit nudum, propter nimiam frigiditatem, actionem parere non potest, nisi mirabiliter hoc specialiter in quibusdam casib. accidat, vt in donatione. Item in constituta pecunia. C. de donatio. si quis argentum. §. sin autem hoc minimè donator. Instit. de actioni. §. item prætor. & in dote. C. de dotis promis. l. ad exactionem. & in promissione nuda facta ciuitati. ff. de pollici. l. pactum. & in nautico fœnore. ff. de naut. fœ. l. peric. & in accessione frumenti. C. de vsuris. l. frumenti. & in vsuris ciuitati promis. ff. de vsu. l. etiam. & nos ex nudo pacto actionem damus. quod dic. vt not. j. eodem. §. quis sit effectus. de arbi. §. qualiter constituatur. versi. sed mens. si autem non fuerit nudum, sed vestitum, actionem parit. sic enim ei rectè nomen impono. quod si aliquod est nudum, quia ex eo actio non datur. C. eodem. l. legẽ. & l. traditionibus. ergo aliquod est vestitum, quia actionem indulget. vestitur autem pactum vj. modis, secundum Io. & Azo. Re scilicet, ut Instit. quibus modis re contrahi. ob. in princip. Verbis, Instit. de verbor. obligat. in princip. Consensu, Instit. de oblig. quæ ex consensu. in princi. Contractus cohærentia. C. eod. in bonæ. & l. petens. ff. eodem. iuris. §. j. & §. quinimò. Literis, Instit. de lit. obl. in princip. Rei interuentu. C. de rerum permu. ex placito. ff. de rerum permu. l. j. & hoc secundum communem opi. Sed miratur dominus meus de domino Azo. & plus miratur de do. Io. qui subtilioris ingenij fuit, quo modo tantum errorem approbare potuerũt, nec aliquo de quatuor primis modis dicebat ipse, puto pactum vestiri: a cùm autem nec nos, nec ipsi leges habeamus, oportet quòd probemus intentionem nostram naturali ratione, à qua nunquam recedere possum: certè secundum naturam cuiuslibet rei est, quòd aliud sit id quod vestit, aliud quod vestitur: & quòd substantia dicatur vestiri per accidens, non accidens per substantiam. Quòd non vestiatur re, ita probo: si ego & tu cõveniamus, vt tibi dem aliquam pecuniam mutuò: ex tali consensu seu cõuentione, nec ego tibi, nec tu mihi obligaris: si autem tibi numerauerim, tam citò mihi es obligatus ex ipsa numeratione ex aliquo pacto. Instit. quibus modis re contrahi. obli. resp. j. igitur cùm ex numeratione ipsa obligatio oriatur, dices q̃ p̃ numerationẽ vestiatur. & sic numeratio per numerationẽ. certè hoc nullatenus dicere potes. Idẽ dico & in verbis: quãuis enim stipulatio consensum desideret, tñ stipulatio est verborũ conceptio. ff. de verb. oblig. l. v. §. stipulatio. Sed nunquid dices verba per verba vestiri, certè secundũ naturã, nõ. Itẽ ex solennitate verborum agitur, non ex consensu. dices ergo, q̃ consensus vestiatur per solẽnitatem, & sic accidens vestiatur per substantiam, non. quòd autem ipsa solennitas substantia sit, apparet, quia ex ea agitur, & illa est ipsa quæ contractum stare facit in viribus suis. Itẽ nec literis vestitur, quia ex ipsis literis procedit obli-

b Pactum vestitur.] Ad de Ang. in l. iuris gentium. in §. quinimò. in v. colum. ff. de pactis.

gatio. hoc est ex solennitate ipsarũ literarum, non ergo rectè dicere potest, quòd literæ per literas vestiantur: quod autem ex ipsa scriptura oriatur obligatio, probatur Institut. de lit. oblig. quasi in medio. Item nec consensu vestitur eadem ratione, quia in venditione ipse cõsensus obligat, non verba, hoc est conuentione precij. Inst. de contrah. empt. & vend. in princ. non ergo dices, quòd consensus per consensum vestiatur. Sed instabis, & quæres, tale pactum aut est vestitum, aut nudum: respondeo, nec hoc, nec illud. quid ergo firmum est: pullus enim natus, nec ferratus est, nec deferratus, sed natus est sine ferris: & sic hæc pacta firma & callida nata sunt. His ergo refutatis, dic quòd duobus modis tantùm vestitur: scilicet rei interuentu, & cohærentia contractus. si enim conueniamus de permutatione facienda, re demùm tradita ab aliquo nostrùm perficitur. obstat & tunc non ex rei interuentu, sed ex præcedẽti pacto agitur. C. de rerum permut. ex placito. bene ergo possumus discernere pactum præcedens, quod vestitur interuentu rei, & quod vestit. Idem apertè videre potes in vestimento cohærentiæ contractus. nam & si ibi agitur ex pacto præcedenti contractum, vel inconti nenti subsecuto pacto vestito per contractus cohærẽtiam. ff. eod. l. iuris. §. quinimò. & §. adeò. & etiam datur ex eo duplex actio. C. de pactis inter emptorem & venditorem. l. ij. Dicunt etiam, q̃ vestitur per rei principium. ff. de pollic. si quis ob honorem. & l. j. §. item si sine causa. Sed respondeo, Speciale est, quod si quis ob honorem vel sine causa polliceatur aliquid se daturũ, quod promissio teneat: tamen in vtroque exceptionem habet, antequam incipiat: sin autem inceperit, nõ dico pactum vestiri per hanc exceptionem, sed potius exceptionẽ quam habet, amittit, sicut aliàs Maced. exceptio denegatur, si soluere cepit, vel pignus dedit. ff. ad Maced. item si filius. §. fin. & ij. ll. seq. resp. primò, secundũ Iac. de Bald. Dñs verò Vbert. de Bobio etiã octauo modo dicit vestiri, scilicet authoritate legis. C. de donat. si qs argentũ. Vestitur fortè & nono modo, s. solutione. ff. de pignor. act. l. iij. §. fin. Itẽ fortè decimo modo, consummatione administrationis. & sic p̃ finẽ rei. ff. de tut. & ratio. distra. l. vbi. & l. si tutor reip. causa. in fin. & l. seq. Fortè & vndecimo modo, scilicet iuramẽto. j. de vsur. debitores. C. si aduer. vend. l. j. & de ind. vidu. tol. l. ij. ff. de ope. libe. vt iurisiu
b randi. Et est notandũ, q̃ pactũ vestitur[b] prędictis quatuor modis. primus dicitur vestitũ sic, vt multo tempore fuerit sine vestimentis his, & hæc vestimenta cum suo esse incipit habere, sequẽtibus verò duobus modis, scilicet cohærentia contractus & rei interuentu vestitur post natiuitatem. cùm enim paciscimur pactum, quod in sua natiuitate nudum est, sicut optimè probatur ex continuatione duorum §. ff. eod. iuris gentium. §. sed cum. & §. quinimò. sed cũ natũ est antè & retrò respicit, & oculos aperit, an præcesserit, vel sequi possit, vel statim nisi aliquis contractus, cuius varijs & griseis induatur, vt boreã rabiemq̃ procellæ expellat, & suum suo dño in agendo auxilium præbeat. pactũ enim incontinenti factum, id est, paululum ante contractũ, vel paululum post contractum, vel in ipso contractu, nec dist. bonæ fidei, vel stricti iuris. ff. si cert. pet. l. lecta est præscri. verbis acti. dat. C. de pact. inter empt. & vend. l. j. C. eod. petens. & in l. in bonę fidei. vel ad interesse, si quis aliàs erat contracturus. C. de rescind. vend. l. ea conditione. aut si aliàs non erat venditurus, repetit quod dedit. C. de pactis inter empt. & vend. cùm te, sed nõ repetit per conditionem ob causam: & subtiliter probatur. ff. de rerum permu. l. j. §. penul. & fin. nam condictio ob causam locũ non habet in contractibus nominatis, nisi in contractu donationis hodie per Iustinia. fortè nominato: quia ex eo solo consensu datur actio: sed olim nõ ita. ff. de donat. l. eum qui. alij verò dicunt dari condictionem ob causam. arg. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto. §. is qui vina. sed ibi nõ in venditione, sed in contractu arrharum venditionis loquitur, qui est contractus per se. Informatur quoque vetus actio per hoc pactum incontinenti factum, id est, forma quædam attribuitur veteri actioni, ad quam modo datur. ff. eod. iuris. §. quinimò interdum. & vt conuenientius super hac re loquamur, dico ideo dicitur informari vetus actio: quia quædam noua forma, id est, qualitas sibi attribuitur, & est qualitas actionis, vt dicatur bonæ fidei, vel stricti iuris. hic ergo ex vendito actio vel quæuis similis, licet bonæ fidei sit sui natura & origine, tamen nouam formam dicetur assumere: quia dicitur stricti iuris, eo quòd in locũ actionis præscriptis verbis, quæ ex pacto nascitur, ipsa datur præscriptis verbis, aut actio semper est stricti iuris, nisi in casibus Instit. de act. §. actionum. igitur & ista propter surrogationem. argu. ff. si quis caut. si eum. §. qui iniuriarum. substantiam tamen actionis eandem esse non nego. Hæc regularia sunt: nam in tribus casibus non nascitur actio ex pacto incontinenti apposito. C. de iure dot. l. auia. & de vsur. l. quãuis. ff. de reli. quod si locus. Rei interuentu vestitur, vt in contractibus innominatis, qui ab initio nullam dant actionem, sed re postea interueniente & tradita, competit actio ei qui interuentu restituit contractũ non alij, scilicet præscriptis verbis, ad interesse, & condictio ob causam ad repetendũ quod datum est. ff. de præscri. verb. naturalis. §. fin autem rem do. C. de condict. ob causam. l. si vt proponis. de rerũ permut. l. quoniam. & l. emptionem. & l. rebus. §. de diuisionis. & l. in traditionibus. & l. nemo. sed rei vendicatio non datur. C. de rerũ permut. l. cum precibus. tamen in vnico contractu, & in eo contractu in vnico casu datur rei vendicatio, scilicet in donatione, vbi donatum est vt præstentur alimenta. C. de donat. quæ sub modo. l. j. hocidem fortè dici potest, vbi lege commissoria, vel adiectione in diem, vel conditionis adiectione quid est venditum, vt C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriæ. & de in diem adiec. l. vbi. §. vlt. & de contrah. empt. l. si quis in fundum. Perimunt quoq; pacta actiones, vt stipulationes animo nouandi factæ: sed istæ conuentiones non tantùm perimunt actionem, sed etiam inducunt, sicut & in bonæ fidei contractibus, qui solo consensu contrahuntur, si re integra, id est, re non tradita, & nihil de precio soluto paciscendo augeant, vel diminuant precium, vt noua detur actio: & vetus tollitur, nisi in contrarium agatur. nam & in totum possent à contractu recedere. ff. eodem. iuris. §. adeò. & l. si vnus. §. pactus. & de contrahen. empt. l. pacta. & de rescind. vend. l. si quam. quidam tamen dicunt, veterem cum prima remanere, nisi in contrarium agatur. Acceptilationes autem perimunt, sed non transferuntur. Instit. quibus modis tollitur oblig. §. item per acceptilationem. & §. nouatio. Item pactum simplex actionem furti & iniuriarum tollit. ff. eod. l. si vnus. §. sed si pactum. & l. si tibi. §. quædam. Item sunt alia pacta, quæ actiones elidunt: nam pactum de non petendo, naturalem tollit obligationem. ff. de solu. I. Stichum. §. naturalis. sed & vulnus infligit ciuili, & ipsam elidit, ne effectum sortiatur. Potest & tertius effectus notari: quia obligat naturaliter paciscentem non petere, sicut & ciuiliter, & naturaliter obligaretur stipul. interueniente. nec obstat quod legitur, ff. de iure dot. si pater. §. j. quia quod ibi dicit, non obligatur, verum est ciuiliter, obligatur tamen naturaliter: vel non obligatur aliquid dare, sed obligatur non petere. Pactum autem de petendo non tollit ipso iure pactum de non petendo: quia naturalem obligationem extinctam non resuscitat, sed obstaculum quod apponebatur ciuili, ne sortiretur effectum, reijcit remedio replicationis: & satis dici potest, vt tollat naturalem obligationem ipso iure, qua creditor tenebatur non petere. stipulatio autem Aquil. tollit ipso iure obligationem præcedentem, & redditur ratio: qa in pactis factum versatur. ff. eod. si vnus. §. pactus. Inst. de except. §. j. quæ ratio est aperta: nam stipulatio continet ius, id est, obligationem, vt aliquid detur, vel fiat nouandi animo. Pactum autem de non petendo principaliter interponitur ad extinguendã obligationem. nam & acceptilatio, quia hæc duntaxat agit vt extinguat, non extinguatur per contrarium acceptilationem. ergo q̃ dicitur in pactis versari factum, subaudi in talibus, id est, ad extinguendum interpositis. pactum autẽ de dando vel faciendo, quo naturaliter obligatur pupillus vel seruus, tollitur ipso iure per pactum contrarium. ff. de iureiu. l. fin. & de noua. l. j. quidam tamen rationem differentiæ assignant inter pactum de non petendo, & pactum de petendo: quia promptiora sunt iura ad liberandum, quàm ad obligandum. ff. de act. & oblig. l. Arrianus.

Ieri possunt & aliæ diuisiones pactorum, quæ quidem vtiles sunt, licet non sint ita omnino necessarię, vt iam dicta diuisio. Pactorum igitur alia sunt nominata, alia innominata. ff. eod. l. j. §. fin. & l. iuris. resp. j. & §. j. & de rerum permut. l. j. & de præsc. verb. naturalis. & differũt hæc inter se vel circa conditionẽ ob causam, vel circa obligationẽ ciuilem, quæ non nascitur statim, vt ex præmissis liquet. Item pactorum quædã tacita, vt in reddita cautione, non ita in reddito pignore. Item in rebus inquilini inuectis, & in conditione quæ inest promissioni doris, & in repetitione pactorum præcedentium principalem contractum. ff. eod. l. Labeo. §. sed etiam. & l. postquã. & l. item. & eadẽ potest assignari ratio, cũ creditores hæreditarij experiuntur contra emptorẽ hæreditatis, eis sponte respondentẽ. Videntur enim pepigisse cũ hærede, ne ipsum conueniãt. C. eo. si creditores. ff. eod. qui in futurum. quidam tamẽ dicunt, q̃ si emptor non est soluendo, datur actio in venditorem. ff. de leg. j. planè. §. j. sed certè ibi non loquitur de creditoribus hæreditatis, imò de fidei cõmissario, cui restituẽda erat hæreditas. Item ibi dicit primũ teneri venditorem. si verò nõ fit soluẽdo, dicit teneri emptorem.

venditor

venditor enim rogatus erat restituere, sed tamen & emptor tenetur quasi seruus institutus: qui adiuit, iubente emptore, sic rogatus: quia sic rogatus erat dominus eius. C. eod. l. postquam. Item dicunt, quòd si taceat quis mota lite per triennium, postea nō auditur. C. eod. postquam. sed hoc falsum est, quia etiam in xl. ann. perpetuatur actio. C. de præscrip. xxx an. l. vlt. dic ergo, quòd renunciauit expressim, non paciscēdo cum aduersario, odio tamen litis repetitur. Item pactorum alia fiunt inter præsentes, alia inter absentes. ff. eod. Labeo. Item quædā purè, quædam in diem, quædam sub conditione. ff. de verb. sign. cedere diē. & de act. & oblig. obligationum. Item quædam incipiunt à conditione, quædam autem subsequuntur præcedentem pactionem. ff. de verb. oblig. l. ita. & not. plenè C. eod. si pacto. Item pactorum quædam sunt publica, vt quæ fiunt inter duces belli causa pacis, vel treugæ, vel consimilium: quædam priuata, vt quæ fiunt ad vtilitatem singulorum, vt dicitur in re priuata, siue priuatorum. Item priuata alia iuris gentium, vt ferè omnia alia sunt legitima, id est, iuris ciuilis. vt obligatio literarum, contractus emphyteuticarius, stipulatio. ff. eod. conuentionum. & l. legitima. & de iustitia & iure. l. j. §. priuatum. & l. ex hoc. Item pactorum alia sunt in dando, alia in faciendo. ff. de verb. oblig. l. ij. Item alia sunt in rem, alia in personā: vel ex vtraque parte, vel altera tantùm. & hoc nō tantùm ex verbis, sed ex voluntate siue mente contrahentium perpendi potest. ff. eod. iuris. §. pactorū. & l. qui in futurum. §. j. personale autem
a dicitur duobus modis, vt prædictum est. Item alia sunt nuda, [a] alia sunt vestita, vt ex præmissis patet. item alia contra leges, vt dictum est. & in his nec pœna subsecuta valebit. ff. de verb. oblig. l. si huius. & l. Titia. Alia sunt secundum leges, & in his valet pactum & pœna, vt tamen actor altero debeat esse contētus, nisi in contrarium sit dictum. ff. eod. l. rescriptum. §. si pacto. Aliā sunt præter legem, vt cùm paciscor alij dari. & in his pactum non tenet: sed si mihi stipulor pœnam, si illi non datur, tenet. ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. alteri. Item pactorum alia certa, alia obscura vel ambigua. obscura autem interpretamur contra venditorem. quod intelligo, si eius commodo fuerint appōsita, puta stillicidia ita sint, vti sunt: vel dixit, equum non ascendere arbores, & intelligebat de pōte. si aūt gratia emptoris appōsita sunt, vt quia dictum est rei emptæ accedere Stichum, & incertū est de quo sit, sensum interpretor contra emptorem. ff. eod. l. veteribus. de contrahenda empt. si in emptione. & l. cùm in lege. & hoc, nisi significatio verborum ambiguitatis quæstionem dirimat. ff. de verb. oblig. si mihi & Titio. §. fin. de verbor. sign. nepos Proculo. & de serui. vr. præd. si seruitus. Item hoc nisi constet contrahentes dissensisse: tunc enim pactum esset nullum. ff. de verb. oblig. l. inter. §. j. item pactorum alia fiunt incontinenti, id est, antequam contrahentes diuertant ad alia negotia. ff. de verb. oblig. continuus. in prin. & de duo. re. l. duos. §. duo rei. & ad leg. Iu. de adult. l. qd' ait. §. qd' ait. & de testa. l. hæredes. §. fin. Alia fiunt ex interuallo, vt quæ fiunt è contrario, scilicet postquam contrahentes ad alia negotia diuerterunt. & hæc non perimunt actiones, nec si fiant super accidentalibus, vel super naturalibus contractibus, vt in fide iussore præstando, vel pœnam tripli vel quadrupli: nam licet ipsa pœna, vel fideiussoris datio non sit de natura ipsius contractus, euictio tamen, super qua imponuntur, est de eius natura. Cod. de euic. l. nō dubitatur. si autem fiat super summa ipsius contractus, id est, super augendo vel diminuēdo precio, quandocunque fiat, valet. vt §. dictum est. Item pactorum quædā sunt ad augendum, quædam ad defendendum. ff. de contrah. empt. l. pacta.

SVpereſt, vt videamus ad quos ipsorū vires porrigantur, vel quibus noceant: & quidem regulariter est hoc tenendum, q, pactum debet rei prodesse, & nocere ei cum quo factum est, & non alij, nec in re alia. ff. eod. si vnus. §. pacta. fallit autem in casibus. ff. sol. ma. Caius. de verbor. oblig. quodcunque. §. si ita. & C. ad exhib. si res. & ff. depositi. public. & C. de dona. quæ sub mo. quoties. ff. de pig. actio. si cū venderem. Idem est in pactis publicarū personarum, nam ex eis dantur vtiles actiones. ff. rem pu. sal. fo. non quasi. M. tamen semper ex alterius pacto dicebat dari vtilem actionem, quod falsum est. nam specialia non sunt trahenda ad consequentiam. ff. de legi. & se. cons. quod verò sicut. & not. C. per quas perso. no. acqui. l. j. Quod autem dictum est de paciscente, intelligēdum est & de succedentibus ei, siue in rem, siue in ius vniuersum succedant, vt eis proficiat pactum, si fuerit in re. ff. eod. si tibi. §. pactum conuentū. & l. tale. Si verò fuerit personale, nulli alij prodest, vel nocet. ff. eod. idem. §. personale. sed tamen & personale dicitur duobus modis, vt §. dictum est. Si verò dubitetur, vtrum sit personale, vel in rem,

præsumitur reale: quia plerunque persona inseritur pacto, vt non personale sit pactū, sed vt ostendatur cum quo sit factum. Item plerunque tam nobis, quàm hæredibus nostris consulimus. ff. eod. iurisg. §. vtrum. & de proba. l. si pactum. Illud certum est, q, ex persona filij vel serui proficit pactū domino, vel parti, si pactum fuit in rem, secus, si personale, per quod tantùm filio vel seruo tantùm voluit prouideri. nam si in vita filij vel serui omnibus debebat prodesse ex pacto serui, datur dño doli exceptio, ex pacto filij datur exceptio patri. ff. eod. & hæredi. ex persona aūt patris proficit filio quandoque vtilis, quandoq; nullo modo, vt §. dictū est. & dicitur ff. eod. si tibi. & l. vlt. & l. siue. & l. acquiren. & l. vlt. & l. hæredi. Azo.

4 Quis †in ecclesiasticis pa-
2 ciſci possit. Prælatus, si concipiat pactū [a] in vtilitatem ecclesiæ. aliàs non: quia procurator non est dominus. j. de dona. fraternitatem. secundum Da. sed contra vtilitatem ecclesiæ non posset sine authoritate capitu li. j. eod. contingit. ff. de procura. mandato. xij. q. ij. sine. nec enim aliàs alienare potest. quod dic, vt not. j. de rebus eccl. non alien. Tu dicas, quòd in omnibus, in quibus donare potest, & quicunq; donare potest, potest & paciſci: quod dic, vt not. j. de dona. §. quis posit. & §. & quæ. præterquam in spiritualibus: de quo dic vt in sequēti summa. Item vacāte sede capitulum eodem modo. sed hoc non simpliciter intelligendum est. quod dic, vt not. §. de maior. & obed. & ad quid. Itē prælatus & capitulum, & tunc tenet mero iure. sed si ecclesia enormiter lædatur, restituitur in integrū. j. de rer. perm. ad nostram. quod dic, vt not. j. de restitu. in integr. & de his quæ fiūt à prælatis sine consensu capituli.

5 Et de quibus rebus. †De temporalibus, non spiritualibus, nisi fortè amicabilis compositio fieret: quod dic, vt in summa sequenti.

6 Quis sit effectus. †Vt modis omnibus seruetur, etiamsi sit nudum. secundum canones. j. eod. c. j. & iij. j. de testa. iudicante. xij. q. ij. quicunque suffragio. & q. v.
b quia Ioan. quia inter simplicem loquelam [b] & iuramentum non facit Deus differentiam. xxij. quæst. v. iuramenti. vnde peccat mortaliter, contra simplex verbum veniens. xxij. quæst. j. prædicandum. & ideo quæ procedunt de labijs tuis, tu sacerdos non
c facies irrita: nam & ori debet cor conuenire: [c] xxiij. distinct. Psalmista. hoc si sit tale, quod possit seruari sine detrimento salutis æternæ, & si licitum est possibile: secus, si illicitum impossibile vel inhonestum: infrà eodem. c. vltimo. inde est quod ex pacto non habet locum successio in ecclesia Dei. infrà eodem. accepimus. nec potest augeri census ecclesiæ. infrà eodem. clerici. pactum tamen authoritate Papæ factum, seruandum est. infrà eodem. cap. ij. & cap. cùm pridem. aliàs si sit impossibile, de iure vel de facto non tenet. ff. de regulis iuris. impossibilium. & Instit. de inutil. stipulatione. in principio. & §. si impossibilis. etiam si iuramentum interueniat, secundum determinationem traditam infrà, de iureiurando. §. quomodo censetur illicitum. versic. quid. & sequentibus.

Et ad quos extendatur. Ad paciscentes, non ad alios, si tamen factum personale sit: quia generaliter pactum in vna persona, vel in vna re habitum, non nocet alij. infrà eodem. plerique. infrà capit. j. decæterò. & cap. veniens. ff. de pactis. si vnus. §. ante omnia. suprà, de officio ordinar. dilectus. quia res inter alios acta, &c. infrà, de sent. & re iudic. cap. penultimo. hoc fallit in contractu, in quo hæres succedit. infrà, de solut. cap. j. Illud etiam in summa notandum,
d quòd frangenti fidem, fides [d] seruanda non est. Cod. eodem. cùm proponas. & de transact. siue apud acta. infrà, de simon. dilectus. & si iuramento firmata sit, infrà, de iureiur. cap. j. & cap. sicut. & infrà, in fine.

a Alia sunt nuda.] Adde an ex pacto nudo oriatur obligatio naturalis. Vide per Bald. in c. cum inter. de elect. in ii. col. ver. sed contractus. & an pactum nudum pariat obligationem, vide Angel. in l. ius gent. §. sed cum nulla. in j. no. ff. de pactis.

a Prælatus si concipiat pactum.] Adde an pactum prælati putatiui habet nocere prælato vero. Vide per Ange. in l. Imperatores. in §. debitor. in prima colum. ff. de transact.

b Inter simplicē loquelam.] Adde gloss. in cap. clericus. de iure iuran. & in cap. 1. & ibi Docto. de pact. Archid. in cap. 1. de sepult. lib. 6. Cardina. Zabarel. in cap. ad aures. in quarta quæst. quod metus causa. idē Cardina. in cap. debitores. de iureiurand. & Abb. in cap. qualiter. de pactis.

c Nam & ori debet cor conuenire.] Adde Archidiac. in capit. quicunque. circa finem. xij. quæst. ij.

d Frangēti fidem.] Adde gl. & Abb. in l. vt responsum. C. de trāsact. text. in cap. innocens. xxij. q. iiij. gl. in c. inter verba. xj. q. iij. glo. in c. peruenit. de iureiuran. Et in quo casu non seruanti fidē seruatur fides, dic quòd in criminibus. vt in l. quamuis. C. ad Turpil. & per Cardi. Zaba. in cap. cùm inter R. in v. oppo. de elect.

De Transactionibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Transactio quid sit.*
2 *Transigere quis possit.*
3 *Transigi super quibus rebus possit.*
4 *Transactio in quibus cesset.*
5 *Transactionis effectus quis sit.*
6 *Transactio est paris authoritatis cum sententia.*

a Quid sit transactio. Adde tex. in l. elegãter. in §. si quis post. ff. de condi. inde. l. j. de transact. l. transacta. ff. de verb. signi. Card. Zab. in c. super eo. in j. quod transactio. Doct. in rub. eodem tit.

b An prælatus possit trãsigere. Adde Bal. in l. cùm integrum. C. si aduersus transa. Doct. in c. contingit. de transact. Innoc. in c. peruenit. de arbitr. Car. Zab. in ca. super eo. in vii. q. de transactionibus.

Præmissum est de pactis in genere, nunc in specie: & sic de transactionibus, quæ quædam pacta sunt, videamus. Quid sit transactio, Quis potest transigere, Super quibus rebus, Et in quibus cesset, Quis sit effectus transactionis.

1 **Quid †sit transactio.** [a] De re dubia & lite incerta nõ gratuita pactio colligitur. ff. eod. l. j. C. eod. transactio. j. eod. super eo. Et dicitur ideo, De re dubia, quia si manifesta calumnia detegeretur, non valeret. ff. de condi. inde. in summa. exemplum. ff. de aleato. l. j. & l. quibus. Distinguit tamen inter insistentem & resistentem. nam si actor per calumniam insistat, nulla est trãsactio: sed si reus per calumniam resistat, valet. C. eodem. sine prætextu. licet per actionem vel replicationem de dolo consulatur actori, quando reus dolo induxit actorem ad transigendum, vt ibidem dicit. Sed si aliqualis esse potest, quamuis nulla sit, vel iniusta, tenet. C. eod. l. ij. Et ideo dicitur, Lite incerta: quia si contra sententiam latam fieret transactio, quæ suspensa non esset per appellationem: vel aliàs non veretur in dubium de ipsius prolatione, non valeret. ff. de condi. inde. eleganter. §. si post rem. ff. eod. post rem. idem est, si neget iudicatum, cùm tamen sententia liquida sit. C. de compensa. l. fin. & de pœn. qui sentẽtiam. Potest autem transigi & ante litem, & post litem, ex quo discordia orta est: vnde intellige, lite pendente vel futura. ff. de condi. inde. eleganter. §. si qui transacti. & ideo dicit, Non gratuita, quia nõ procedit, nisi aliquo dato retento vel promisso. j. eod. super eo. & C. eod. transactio. Dicitur autem transactio, quasi actionis transitio, eo q̃ qui transigit, ab actione transit & recedit. & sic propriè dicitur transigere is qui agit. Cod. eod. l. ij

2 **Quis potest transigere.** †Dominus rerũ vel actionum, tutor, curator, & procurator, habens liberam administrationem. ff. de procur. l. procurator cui libera. prælatus ecclesiæ, procurator habẽs speciale mandatum. ff. de procu. mandato. & l. procurator totorum. Item procurator datus in rem suam: quia talis domino præfertur. ff. de procu. procurator in rem suã. secundum Goffr. & breuiter transigere potest is cui paciscì. quod dic, vt not. §. tit. j. §. quis in ecclesia sticis. & quantum ad ciuilia, recurrendum est ad summam Azo. §. quis possit. Vnum tamen notandum, q̃ procurator generalis nõ potest transigere, nisi habeat speciale mandatũ. arg. j. de relig. do. c. pen. C. eod. transa. & de procu. si procurator. vel nisi habeat generalem & liberam administrationem, vel nisi sit in rem suam datus, vt statim præmisi. Sed quærit, an prælatus potest transigere [b] in causa ecclesię suę, sine consensu capituli. Respon. nõ. j. eod. contingit, sicut nec alienare. xij. q. ij. sine exce. & x. q. ij. §. hoc ius porrectum. sed agere potest causam ecclesiæ, cùm sit maritus & legitimus administrator, præstita tamen satisdatione, q̃ capitulum ratum habeat, vt video in marito in causa vxoris. C. de procur. l. maritus. vel cùm causa sit communis inter prælatũ & capitulum, admittetur prælatus ad agendum cum satisdatione de rato. sicut consors in causa sui consortis. C. de consor. eiusdem litis. l. ij. Defendere autem ecclesiam ex suo officio tenetur. §. de rescrip. edoceri. Sed ad primum opponitur, prælatus habet liberã & generalem administrationem, ergo transigere potest. ff. de procur. l. procurator cui libera. & l. procurator totorum. & q̃ prælatus sit procurator ecclesiæ. probatur j. de do. fraternitatem. xij. q. j. ca. vlt. Item tutor transigit. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. & prælatus tutor est. xvj. q. j. in canonibus. Item transigit administrator ciuitatis. C. eod. l. præses. & prælatus administrator est, seu dispensator. x. q. ij. precariæ. Ad primam obiectionem respon. prælatus habet generalem administrationem, sed non liberã. & ideo transigere non potest. ff. de procu. l. mandato. sed contrà. §. de electione. cùm nobis olim. §. finali. Solutio. quòd ibi dicit, liberam, intelligas quo ad bene administrandum, non quo ad perdendum. j. de dona. c. ij. qd' dic, vt not. j. de dona. §. quis. & §. & quid. Vnde dic, quòd prælatus transigere non potest alienando rem de quâ agitur: plerunq; enim per transactionem fit alienatio. C. de liti. l. vltima. & secundum hoc potest prælatus agere, sed non alienare, quamuis lex reputet hoc absurdum. ff. de iure delibe. l. ait prętor. Sed illud est speciale, vt not. §. de rescri. §. quæ possunt obijci. ver. ego contra. Vel potest dici, quod est generale. fallit autem in prælato. nam & secundum legem illam sequeretur, q̃ sine consensu Papæ, cui iurauit non alienare, non posset esse in iudicio. & vide quod not. j. de iura. calum. §. quis debet iurare. ver. sed non videtur. Item fallit lex illa in tutore & procuratore. Item non obstat obiectio prius facta de tutore, qui transigit. nam alio modo requiritur consensus capituli, quàm pupilli. Item non obstat superior obiectio de præside: quia præses habet liberã & generalem administrationem. hæc tamen materia plenius explicatur §. de rescript. §. quæ possunt obijci. versic. xcix. & adde quod not. j. de arbit. §. de qua re. versic. de clerico.

3 **Super quibus rebus.** † Super omnibus, præterquàm in prohibitis ciuilibus, siue criminalibus. C. eod. causis. & l. transigere, vel paciscì. sed non licet in omnibus criminalibus. vnde versus:

Sanguinis & capitis metuens de crimine pœnam.
Transige, si placeat, non transiget ullus adulter.
Si capitis pœnam metuas, sine sanguine frustra
Transiget, interdum de crimine transige falsi.

Versus isti eliciuntur ex l. trãsigere: sed quod dicit primus versus, verum est respectu accusati, sed tamen accusans incidit in Turpilia. ff. ad Turpilianum. l. ab accusatione. de hoc tñ nihil ad reum, cui ignoscitur, si sanguinẽ suum quoquo modo redimit. vt ff. de bo. eo. qui an. sen. mor. sibi consc. l. j. secundum Goff. ij. q. iij. §. notandum. versi. in omnibus. sed non puto, q̃ hodie sit standum illi legi, cùm mortale peccatum foueat, vt apparet in his quæ not. §. de offic. archid. §. quod sit eius officium. vers. quare autem nõ curat præscriptio. Et quod dixi accusantem incidere in Turpil. post inscri. intelligas verum esse, nisi abolitio fuerit impetrata. ij. q. iij. §. abolitio. Item & ante litem contestatam, siue inscriptionẽ, potest accusans pœnitere. ij. q. iij. si quem pœnituerit. j. de accu. licet. §. penult. Quod dicit finis secundi versus, verum est similiter: sed tñ potest reconciliari. j. de adul. si vir sciẽs. in authen. vt nulli iudi. §. adulteram. col. ix. Quod dicit tertius, & prima pars quarti, similiter verum est: ideo dicit interdum, q̃ si vera transactio fieret, scilicet pecunia interueniente, nõ valeret, vt in d. l. transigere. & reus haberetur pro confesso. ff. de præuar. in omnibus. & de his q not. infa. l. quoniam. & l. præced. athletas. in fin. tñ gratuita pactio vel remissio fieri potest. ff. de iure fisci. l. in fisci causis. & ad leg. Iul. de vi pub. qui cœtu. §. vlt. & de his qui not. infa. furti. §. pactus. Finis quarti versus planus est. Quid de priuatis criminibus, non videtur quòd possit super his transigi. arg. ff. de arbit. si per errorem. Sed contrà, cùm nulla lege prohibitum sit. dic quòd secundum canones non licet transigere super aliquo crimine vera transactione: cùm pœna sanguinis non inferatur. xxiij. q. vij. his à quibus. j. ne cler. vel mon. sententiarum. j. de rap. in archiepiscopatu. secundum Da. & Goff. tamen gratuita pactio potest fieri, vt §. not.

4 **Et in quibus cessat.** † In criminalibus, secũdum quod dictum est §. prox. si tamen super actione iniuriarũ vel furti fiat transactio, authoritate iudicis tenet: nec efficitur quis infamis, si precibus remissum sit, vel si iureiurando suam infamiam purgauerit. ff. de his qui notantur infamia furti. §. pac. & §. qui iussu, aliàs autem in actione famosa, quę ex delicto insurgit, sicut vi bo. rap. doli mali, furti, iniuriarũ non potest transigi. ff. de his qui not. infa. athletas. §. vlt. & l. seq. secus, si ex contractu insurgat infamia, vt mandati, tutelæ, depositi. ff. de his qui not. infam. in actionibus. Item cessat in spiritualibus. j. eod. constitutus. nisi fortè cum alio spirituali fiat permutatio. j. de rerum permut. ad quæstiones. sed tamen licet in spiritualibus reprobetur transactio, amicabilis compositio admittitur: quæ si fiat sine authoritate iudicis, personalis est, & ideo cũ personis extinguitur: si verò authoritate iudicis, realis est, nisi per iudicem aliud dictum sit. sic loquitur j. eodem. statuimus. & c. decæterò. & c. super eo. & c. veniens. j. de confirmat. vtili vel inutili. venerabilis. j. de decimis. suggestum. & c. nuper. & c. dilecti. & c. ex multiplici. & j. de præbend. nisi essent. j. eod. præterea. Ponitur autem transactio aliquando pro amicabili compositione. vnde exponendum est. j. eodem. ex literis. & c. veniens. & notandum quòd licet compositio authoritate superioris facta teneat mero iure, tamen restituetur ecclesia, si ex hoc grauiter lædatur. arg. j. de restit. in integr. c. j. & de rebus eccle. non alien. c. ad nostram. & ad idem in his quæ notantur j. de restit. in integr. §. in quibus. Item cessat in

in act. ex testamento dependentibus, nisi testamentum videatur. ff.eo.de his.Item cessat in subiectione.ĵ.eo. præterea.ij.Item non valeret pactum, quòd subiectus in subiectione remanens superiori non obediat in licitis & honestis: cùm ei etiam in dubio obediendum sit, vt no. s̄. de maio.& obed. §. ad quid obediens. ver. quid si dubitetur. His enim,& inferioribus, & consimilibus transactio non habet locum.ĵ.eo. c. fi. secundum Goffred. Potest ergo transigi super subiectione: quia non contra eam valet præscriptio.ĵ.de præsc.cùm ex officij. Potest tamen prælatus retinere sibi certam pensionem,quando confert ecclesiam, dummodo nõ augeatur antiquus census. infrà, de religios. domi. constitutus. aliàs contrà.ĵ.eod.præterea.j.s̄.tit.j.accepimus.ĵ. de censi.prohibemus.Vel dic, quòd in signum dominii potest sibi moderatum censum retinere episcopus, quando confert ecclesiam.argum.ĵ. de censib.omnis anima. vel ad iudicium libertatis præcepta.ĵ.de priuil.recepimus secundum Da. Quantumcunq; autem Episcopus generaliter eximat ecclesiam, non transit iurisdictio,nec reuerentia, nec alia, de quibus nota. s̄. de off. ordi.§.quid pertinet. ver.& notandum. Quid ergo venit in generalem remissionem omnia temporalia quandoq;.ĵ.de don. pastoralis.secundũ Goff. Item quæritur,si super ecclesia agatur,an transigi possit? resp. nõ, ĵ.e.constitutus. quod intelligo, cùm de ecclesia agitur,tanquã de titulo seu beneficio ecclesiastico. ĵ. super eo. & in auth.d.n.extrà, de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, eum qui. Cæterùm si duo Episcopi, vel duo monasteria agant de ecclesia, contendentes de proprietate illius, vt de proprietate prædij alicuius.xvj.q.iij. inter memoratos,tunc transactio locum habet,& permutatio,dum tamen non detur temporale pro spirituali.ĵ. de rerum permutatio.ad quæstiones. Si vis scire, vtrum super ecclesia, quæ petitur tanquam beneficium, non possit compromitti, vide quod no.ĵ.de arbi.§. de qua re.versi.item prohibetur in matrimoniali.& seq.no.etiam de hoc.ĵ.de iudic.§. quæ sunt necessaria.sub §.porrecto.versi.quamuis autem.Item cessat in matrimonio.ĵ. eod.ca.fin.nec enim leue lucrum tali damno seu dispendio compensandum est.ĵ.de conuer.in fide.capitu.j. Item in monacho. [c] ĵ. de statu monach. cùm ad monasterium.in fin.Item cessat post rem iudicatam:quod dic vt no.s̄.§.j.Item cessat in alimentis, in quibus non transigitur sine authoritate iudicis, nisi faceret alimentarius conditionem suam meliorem. ff. eodem. cùm hi. vsq; ad §.qui transigit.& §.fi prætor.& C.eodem.de alimentis.

Quis sit effectus. † Vt ei stetur omnino,si legitimè facta fit.ĵ.e.c.j.& c.contingit.ergo si per metum vel per fraudem sit extorta,non ob. C. de pact. cum posteaquam.eodem tit.interpositas.& ar.xv. q. vj. si sacerdotib.verùm tamen ex ea non oritur actio: sed exceptio tantùm. C. eodem.sine apud acta.& de pactis. cùm proponas. vnde si generalis fuit petitio,& generalis sequatur transactio in omnib. excep.ob.quæ illam generalitatem tangunt.ĵ.eo.c.j.& C.eodem. sub prætextu. nisi aliter dolosè occultasset aliquam speciem.ff.de pact.tres fratres.Si verò petitio specialis fuit, & transactio generalis,quantũ ad verba ob.excep.tantùm in specie deducta in iudicium.C.eod. si de certa.& l.age.ff.eo.cum Aquil.& l.qui cum tutorib. in fi.Sed si petitio specialis,& transactio specialis, hoc non est dubium,q; non ob.in alijs. ff. de pact.si vnus.§.pacta.& s̄.de off.ordin.dilectus.Sed & si petitio indefinita sit,quæcunq; transactio sequatur, non ob. nisi in speciebus in iudicium deductis. C.eo.si ex falsis, & C.de iud.Per Aquilianam autem stipulationem & acceptilationem perimuntur omnes antiquę actiones.ff. eo.cum Aquiliana.Insti.quib.modis tol.ob.§.est & prodita.vnde quicquid aliud opem ferre partibus poterat, sit vacuum omni virtute cassatũ,& sola transactione validum,perpetuumq; robur obtineat.ĵ.eo.ca. j.Et hic est effectus ex parte rei,cui datur exceptio ex transactione.ex parte verò actoris, non datur actio ex transact. vt id detur vel id fiat,quod conueniat darive fieri,vt recederetur à lite.& est ratio:quia actori supereſt vetus actio,ad quam redire potest,& si opponatur except.ex trãsactione replicabitur: non debet ei fides seruari,qui vult contra pacta versari. C. eod.siue apud acta.& de pactis.cum proponas.ĵ.de iureiur.peruenit.ij. & si actori non supereſt vetus actio,datur ei condictio ob causam contra reum, vt se reponat in pristinam obligationem. ff. de condit. causa da.l.si quis accepto tulerit.vel datur actio actori presc.ver. ad interesse. quia est contractus, Do vt des, cum hîc remittere, idem sit quod dare.ff.de condictione causa data. si mulier.& de iure dotium.l.si pater.& l.quemadmodum.§.j.& de præsc.verbis.l.ob eam.de dolo autem non agit actor, quia non fuit dolo inductus,vt transigeret,licet ex postfacto reus fecerit dolo, quòd non seruauit fidem.ff.de dolo.l. ij.§. si quis.sin autem in transigendo dolo fuisset inductus actor,ageret de dolo.C.eodem. [6] l.sub prætextu. † Est ergo transactio paris authoritatis cum sententia: quia ex vtraque oritur exceptio.C.eod.non minorem.sed maioris, quia per ipsam aliàs obligatio tollitur ipso iure.ff. de solu. Stichum. §. naturalis.secus in sententia.ff.de condi. indebi.Iul.Item minoris, quia ex ea non datur actio, vt dictum est: sed ex sententia oritur.C.de iureiur.actori.Item sententia contra sententiam lata,à qua app.non est,non tenet. C.quando prouo. non est ne. l.j. secus in transac. secundum quosdam: imò certè idem. ff. de condit. indebi.eleganter.§.si quis post.nisi bona fide negetur iudicium non esse. ff. eod. post rem. quod dic vt no.s̄. eod.§.j.Item sententia facit ingenuum,non pactio.C. de inge. & ma. ingenui.ff.de sta.ho. ingenuum.

[c] In monacho.] Adde an valet transactio inter monachum & Abbatem. vide per Archi. in c. cum pastoris.ij.qu.vij.Inno. in c.cum olim.de priuile.Inno.& Doct.in c.in præsentia.de probat. Bal. & Sali. in l. interpositas. C. de transact. Abb. consi. lxxxix. inci.do.Io.in j.co.in j. volu.

De postulando. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Postulare quid sit.*
2 *Postulare quis possit.*
3 *Postulare quis non possit.*
4 *Ad officium aduocati quid pertineat.*
5 *Pupillus per alium respondet.*
6 *Aduocati sedere non debent.*
7 *Religiosi in foro ecclesiastico aduocare non possunt.*
8 *Clericus postulatus pro extraneo contra ecclesiam,in qua est beneficiatus; potest ab ea expelli.*

TRactaturus magister de iudicijs,præmittit de quibusdam præparatorijs iudiciorum, & sic de postulando.vel sic: quia multoties contingit, quòd pacta seu transactiones infringuntur,vel minus plenè seruantur: nec est tutum cuilibet ad iudicium accedere sine aduocato,ideo videamus de postulando, Quid sit postulare, Quis postulare possit, Quis non,Quid pertinet ad officium aduocati.

1 **Quid sit † postulare.** [a] Desiderium suum vel amici sui apud eum,qui iurisdictioni præest,proponere agendo seu respondendo. ff.eodem. l.j. §.postulare.iij.quæstio.vij.§.tria. ponitur autem alibi postulare pro petitione quam facit quis iudice sedente pro tribunali,vt sibi caueatur de damno infecto.ff.de damno infecto. l. iij.§.hoc autem iudicium.& sequen. Item postulari dicitur ille qui eligendus est. suprà, de postulatione prælatorum. sed & postulatores dicuntur patroni & aduocati. ff. de varijs & extraordinarijs cognit. lege prima. §.aduocatos. dicitur patronus vel aduocatus qui habet ius repræsentandi in ecclesia.infrà,de iure patronatus.in summa,& per totum.

2 **Quis postulare † possit.** Ingenuus libertus, literatus & illiteratus, dũmodo habeat experiẽtiã causarũ ex cõsuetudine. C. e. nec cæterorũ. & l. prouidendum.in prin. & de iud. certi. & in auth. de iud.respon.j. ibi, nos igitur. coll. vj. & breuiter,postulare potest quicunq; non prohibetur:quia hoc edictum prohibitorium est,sicut & illud de procu.ff.de procu.mutus.& illud de testibus.ff. de testi.l.j.& illud de matrimonio.infrà,de spon.cùm apud. Item aliquando postulat quis etiam inuitus:ait enim prætor, si non haber aduocatum, ego dabo.ff.eod.l.j.§.ait prætor.quod intelligitur de his q ipsum habere non possunt, vel propter paupertatem, vel propter potentiam aduersæ partis.ff.de offic.proconsul. nec quicquam.§.fi. Si ergo iudex hoc alicui præcipiat, & subiectus sine causa deneget suum patrocinium præstare, caret foro,id est,potest ei per iudicem interdici,ita quod in perpetuum non aduocabit.C.eo.prouidendum. & hoc de plano intendatur. offic. iudi. vt dixi suprà, de offic. iudic. ca. j. & in summa.Dixit tamen Azo quòd obedire tenetur ita demum, si sibi competens salarium constituatur pro facundia sua.ff.de extraordi.cog.l. j. §. in honorarijs. & facit pro eo quod nemo tenetur proprijs stipendijs militare. infrà, de syndico.infrà,de præscript.cum ex officij. ad fin. quod concedo,hoc tamen moderamine adhibito circa clericos saltem, quod quando diues est is cui datur, sed per potentiam aduersarij ipsum ha-

b Puer.] Adde Inno. in cap. conquestus. de feriis. Ange. in l.j. in §. pueritiam. in prima colum. ff. de postul.

c Mulier.] Adde Ang. in l.j. in §. sexum. ff. de postu.

d Prohibetur Episcopus.] Adde gloss. in cap. cupientes. in §. penultimo. de elect. lib. vi.

e Item religiosus.] Adde cap. cùm monasterium. de elect. ca. pertuas. de voto. c. post translationem. & ibi Inno. de renun.

f Aduocatus ne falsam legem.] Adde quod de aduocato qui fecit falsas & iniustas allegationes, tenetur in conscientia ad interesse. vide per Anto. de Butr. in cap. ad aures. circa princip. de ætate & qualitate. Cyn. in authent. sed hodie. C. de iudic. & per Sanctum Thom. secũda secundæ, quæstio. lxvj.

bere non potest, constituatur ei salarium temporale: sin autem pauper est, gratis aduocet, & à Deo expectet remunerationem spiritualem, à quo iam recepit pro salario scientiæ, si quam habeat, margaritam: quia gratis accepistis, &c. infrà, de magist. cap. ij. & iij. His autem qui aliàs possunt habere, non puto dandum aduocatum per iudicem: sed ipsi per se, & suam pecuniam, si voluerint, quærant. ff. de rebus eorum qui sub tut. sunt. l. magis puto §. in primis ergo. vnde expone, si non habent aduocatum, id est, habere non possunt, sic exponitur, si aqua pluuia nocet ei, id est, nocere potest. ff. de aqua plu. arcen. Labeo. Et istud not. circa huius salarium, quod non licet pacisci cum aduocato de certa parte litis, scilicet quota, puta decima, vel centesima: vel interdici debet ei forus, & est remouendus à communione aliorum patronorum. C. eodem. si qui aduocatorum. sed de quanta licet, dummodo non egrediatur legitimum modum, scilicet centum aureorum. ff. de var. & extraordinar. cog. l. j. §. in honorarijs. & §. licita. quorum aureorum lxxij. faciunt libram auri. C. de suscep. & arca. quotiescunq; li. decimo. potest autem aliquid nomine palmarij, id est, victoriæ stipulari. ff. de var. & extraordina. cogni. l. j. §. sed & si nomine palmarij. Quod si quis pactus sit de certo salario, ipsum petere potest per condi. certi ex stipulatu, si stipulatio intercesit. Institu. de verborum obligationibus. in princip. Sed si non intercesit stipulatio, aget condict. ex l. illa. C. de suffragio. l. vna. & in hoc casu speciale est, secundum l. vt ex nudo pacto agatur, & quòd salarium incertæ pollicitationis petatur contra illud. C. mandati. salarium. Si verò certum nihil pactum est, potest implorari officium iudicis: vt pro modo facundiæ & scientiæ iuxta consuetudinẽ fori, & pro quantitate negocij, seu qualitate, salarium reddatur: dummodo non excedat legitimum modum. ff. de var. & extraordina. cogni. l. j. §. in honorarijs. & not. de simili materia. infrà, de procura. §. quis sit effectus. versicu. tenetur etiam dominus. Et si quis hoc cum l. C. de spor. l. ij. vbi solidus pro aureo ponitur, diligenter inuestigator inueniet, quòd aduocatus secundum tempora antiquarum legum sexies decies plus, & quatuor vltra percipere potest pro salario, quàm maior iudex pro sportualis recipere posset: sed hodie per consuetudinem seu prauum abusum iudices hoc non seruant: imò eis additum, & detractum est aduocatis. & iunge quod no. j. de Iudæis, sub rubrica de seruis Iudæorum. ver. sed cuius monetæ.

5 **Quis non.** † Hìc sciendum, quòd prætor tria capita fecit: in primo prohibuit quosdam qui nec pro se, nec, p alijs aduocare possunt: sicut minorem xvij. an. & surdum qui nullo modo audit: quia plerunque non ex audita voce prætor tanquam contumax damnaretur. In secundo prohibuit quosdam, qui postulare non possunt, nisi pro se, & his quorum tutelam vel curam gerunt, sicut mulierum: & huic dedit causam Calfurnia improbissima mulierum. Item prohibuit in secundo capite vtroque lumine orbatum, cui dedit causam Publius cæcus, qui aduersa sella retro tergum Bruti postulando clamauit, & omnes infames ipso iure, vel de capitali crimine condemnatos, vel qui locauit operas suas, vt pugnaret cum bestijs in arena. In tertio prohibuit postulare quosdam, nisi pro se & certis personis, vt puta liberis parentibus, & patronis, & patronorum defensore, vxore, socero, socru, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, cum his personis curator detur. in hoc tertio capite continentur hi qui lege, plebiscito, senatusconsulto, edicto, decreto, principum placito prohibentur. Item hi qui per sententiam infames sunt. ff. eodem. l. j. iij. iiij. & v. vnde versus:

b *Additus pœnæ seruus, puer* [b] *actor arenæ,*
c *Luminibus carens, mulier* [c] *muliebria passa.*

Sed multi alij prohibentur, & repelluntur. Prohibentur enim clerici in sacris: & si sine titulo sint promoti, quia Episcopus qui promouit, eis tenetur titulum assignare, vt not. suprà, de æta. & qualit. respon. j. & de temp. or. §. & qualiter. ver. sed nec ordinari debet. & probatur infrà, de præb. cum secundum Apostolum.
d quod dic, vt no. in §. sequen. Item prohibetur Episcopus [d] etiam pro se. v. quæst. iij. quia Episcopus. secundum Goffred. intelligo in foro ciuili, aliàs hodie contrà, cùm habeat electionem, vtrum per se, vel per procuratorem litiget coram iudice ecclesiastico. sic intelligas infrà, de iura. calum. c. fin. Item repellitur aliquis iudicis offic. pro eo, quia iudicis & aduocati officio fungitur. C. de off. assess. l. fi. Item quia non fit æqua distributio, vel quia mandatum iudicis non vult patrocinari ei cui iniungitur. talis enim caret foro, nec vnquam restituitur, etiam si excusationem prætendat, quæ nequeat comprobari. C. eo. l. prouidendum. iij. q. vij. § tria. versic. sin verò. Item si pactus est salarium cum graui detrimento litigatoris, maximè de quota parte litis. C. eodem. si qui aduocatorum. iij. quæst. vij. §. arcentur.

Item quia non est catholicus. C. eodem. nemo. de pœnitent. distinct. j. nemo. infrà, de hæretic. excommunicamus. §. præterea. Item quia excommunicatus. xj. q. iij. cum excommunicatus. etiam si aduersarius consentiat. infrà, de except. exceptionem. multò fortius, si clericum ecclesiæ, in cuius foro aduocat, interfecerit, argum. infrà, de pœnis. in quibusdam. quamuis ibi loquatur de alio aduocato. sed si de illo qui in re ius habet, hoc verum est, multo fortius & de isto prodest hoc notare: quia quamuis per dominum papam à sententia excommunicationis absolutus fuerit, adhuc remanet pœna ista. hoc fuit de facto. sed contrà quia pœnæ
e non sunt dilatandæ. ff. de pœnis. interpretatione. Item religiosus. [e] quod dic vt nota. infrà eodem. §. sequen. versi. religiosi. Item clericus in causa sanguinis, vt no. infrà eod. §. sequ. versi. illud tamen. Item per l. Iul. repetun. si pecuniam ob non aduocandum recepit. ff. ad legem Iuliam repet. eadem. Item quia à iudice ad tempus, vel in perpetuum prohibitus est. ff. eodem. puto. & l. sequent.

Item per l. canonicam, si audiuit leges Parisijs. infrà, de priuile. super specula. vel si habens personatum, leges audiuerit, & intra duos menses non resipuerit: infrà, ne cleri. vel monachi. super specula. & capitu. non magno. in fi. super quo vide quod no. in summa eodem ti. §. fi. ver. vt religiosi. & seq.

4 **Quid pertinet ad officium** † **aduocati?** vt ea q̃ ad causam cliẽtuli sui faciũt, siue de iure siue de facto curialiter, pponat, nec opprobrijs certet. C. eo. qsquis. videtur ergo, quòd positiones possit facere & positionibus respondere. argu. ff. de adul. si postulauerit. §. quæstioni. & de procur. non solum. respon. j. sed contra, quia alius pro alio interrogandus non est, nec confessio vel positio principali noceret. ff. de interrog. act. fi fine. §. j. & §. seq. aliàs est l. & incipit, si defensor. ij. q. v. interrogatum. infrà, de adult. significasti. ff. de interrog. act. qui seruum. §. fin. C. de iura. calum. auth. principales. Ad hoc dicendum, quòd principalis & ponere, & respondere debet. & tamen aduocatus cauere debet, ne clientibus in obscura positione, vel duplici possit capi. dicit tamen dominus Innoc. quòd quando clientulus sim plex est, & rudis, potest ponere factum per aduocatum de licentia
5 iudicis, aliàs non. infrà, de iudic. pastoralis. Item pupillus † per alium respondet. C. de authorit. præstan. l. fin. fallit & in vniuersitate, quæ per illos per quos regitur, & iurat & respondet. ff. de cõdi. & demon. municipib. & ad municipales. municipes. C. de iur. calum. l. ij. §. quod obseruari. Item fallit in illustribus & Episcopis. C. de procu. l. penult. in authent. vt ab illustribus. col. v. & v. q. iij. quia Episcopus. infrà, de procura. non solùm. respon. j. Item fallit, C. de cura. fu. l. fin. & in similibus casibus, aliàs autem qui libet in propria persona cogitur respondere, dummodò ætatem habeat. de consecra. dist. iij. cùm pro paruulis. & vide super hoc quod no. infrà, de iudic. §. quæ sunt necessaria. sub §. vtroque autem. ver. hoc tamen scias. Caueat etiam aduocatus, ne falsam le-
f gem [f] alleget pro vera, aliàs falsi crimen incurreret, vt infrà not. de cri. falsi. §. qualiter committatur. versi. dicto etiam committitur falsum. non mentiatur, nec à veritate recedat, nec cauillose allegeret, nec peruersè interpretetur. C. de iudic. rem non nouam. §. patroni. C. man. ab Anastasio. respon. j. in authent. constitutio. quæ ex adscriptitio & libera matre. in prin. col. v. j. de decim. ad audientiam. nec dilationes non necessarias petat. iij. q. vij. §. tria. versi. si quis ex litigatoribus. C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio. Item ad officium suum pertinet, ne causam suscipiat contra conscientiam & quàm citò sentiet, quod desperata sit causa, omnino recedere debet, alioquin dolo est aduocatus. argum. optim. de excep. doli. l. ij. §. item quæritur si quis. in fin. debet ergo à lite recedere, & salarium, secundum quod recepit, restituere. secundum Goffred. sed hoc quod dicit de salario, non dicit l. illa. & quare non haberet aliquid pro labore, quem fortè subiuit bona fide: tamen ad alia quæ procedunt seruanda, olim sacramento astringebatur, sed hodie non seruatur. quod ergo iubetur, l. cauetur, sed in consuetudine non habetur, secundum Bulg. C. de iud.

rem

rẽ nõ nouã. §. patroni. tñ hodie & si venit cõtra cõsciẽtiam, ædificat ad gehennã. s̄. de scrutini. in ord. fa. ca. vnico. nec aliqd ꝓdest
g vniuersum mũdũ & lucrari, & animæ suæ detrimẽtũ pati. j̄. de sim. Matth. & nõ minus peccatũ est in offensiõe, q̄ in effusione sanguinis. xj. q. iij. quisquis. §. j. inde Dauid: Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est. vel. ped. eorũ ad effun. san. ideo & tutori imputatur, si causam pupilli desperatã ducat, vel superuacaneam. C. de admi. tuto. si bonam. ff. de admi. tuto. quoties. §. sicut. ignoscendũ est autem illi, qui bonam fidem agnouit, vt ibi. & ff. man. quintus. vnde & aduocatus nequã tenetur clientulo ad interesse in tali casu. ar. C. de admini. tuto. non est ignotum. quod dic vt no. s̄. de consue. §. & de virtute. versi. generalissima.

Tenetur etiã aduocatus, nedum si causam desperatã consulat prosequẽdam, vt dictum est proximè: sed & si per impudentiam suam ipsam amittat, vel negligentiã. ar. ff. ad legẽ Aquil. idem iur. & ff. de loca. & conduc. cùm in plures. §. locator. ff. de officio præfid. illicitas. §. sicuti. s̄. de ætate & qualita. ad aures. multo fortius, si causam prodiderit: quia tũc maior pœna debetur. ff. de pœnis. si quis aliqd. §. si quis iustã. ff. ad legẽ Corneliã, de fal. l. j. §. is qui. ff. de extraord. crim. sacrilegij. §. j. Et breuiter tenetur, qualitercunq; vitio suo causam amittat. ar. ff. de euict. si ideo. C. de euic. emptor. ff. de tab. exhib. locum. §. condẽnatio. secus si ex qualitate causæ, vel ob defectum probationis: quia vitiũ est materiæ, nõ artificis. ff. ad legẽ Aquiliam. si seruus seruum. §. calicem. ff. locati. itẽ quæ-
6 ritur. §. si gemma. Item † ad officium suũ pertinet stare, non sedere: quia sedere est iudicis. C. eo. quisquis. in fi. ideo in honorem cleri prohibitum est, ne aliquis in sacris constitutus, vel etiam in minoribus, cui tamẽ competenter est prouisum, postulare possit coram seculari iudice, nisi pro se & miserabilibus personis: quę propias causas defendere non possunt. sic intelligo, j̄. e. c. j. tales ergo quasi de tertio capite possunt etiam pro coniunctis personis postulare. j̄. e. c. vlti. hoc est, vsq; ad quartum gradum. C. de aduoca. diuer. iudic. petitionem. §. licentia. j̄. de consanguinita. & affinita. non debet. vel fortè nomine coniunctarum personarum continebuntur amici, qui plerunq; diliguntur syncerius, quàm consanguinei vel affines. ar. ff. de hæred. institu. nemo dubitat. §. qui frater. & de verborum signific. latæ culpæ. §. amicos. quod satis admitti potest, dummodo pecunia non interueniat, quia præcipuè in hac prohibitione auaritia consideratur: quæ in clericis consueuit regnare. j̄. de decimis. c. j̄. in fi. & de iure patronatus. nullus. & ar. j̄. de homic. tua nos. & j̄. de pœnis. licet. & adde quod no. j̄. eo. sub §. illud in summa. Item honor in hoc consideratur, vt dictum est, ne videlicet clericus stet in pedibus coram rustico seculari: qui pro tribunali sedet, quæ ratio remittitur vrgente necessitate, vel causa eleemosynæ: quia cuilibet tenemur in necessitatibus subuenire. lxxxvj. dist. quisquis. & c. seq. Ex præmissis patet à contrario sensu, quòd coram iudice ecclesiastico licet clericis postulare indistinctè, & coram seculari, si necessitas vrget: quia iusta negotia-
h tio non est clericis interdicta. h & hæc est iusta. xj. q. iij. non licet, j̄. ne cleri. vel monach. cap. j. quæ autem sint negotia secularia, legitur xj. quæst. j. §. ex his omnibus. & not. j̄. ne cleri. vel monac. §. j. Et nunquid potest agere constitutus in sacris non, cùm habeat regressum erga ordinatorem, seu successorem. j̄. de præbend. cùm secundum. imò certè potest repelli. s̄. de ætate & qualitat. accepimus. verum est: sed culpa sua tantùm. quare non habebit restitutionem. ff. quod metus causa, si mulier. respon. j. & ideo vt eius exemplo alij terreantur, cùm malè meritus sit, publicè perpetua egestate laborare debet. ff. depositi. bona fides. xciij. distinct. diaconi. & de seipso queratur, non de alio: argum. infrà, vt benefic. eccle. vt nostrum. §. quòd etiam. Si autem de facto egeat, dicas q̄ de iure potest sibi quærere victum, potius quàm mendicare. arg. suprà, de renuncia. ad supplicationem. & oppo. argum. xxj. quæstio. j. cap. j. in fine. xciij. distinctio. Diaconi. infrà, de censib. cùm Apostolus. in princip. quia licitè recipitur pecunia pro patrocinio impenso. xj. quæstio. iij. non licet. nec enim propriis stipendiis, &c. xiij. quæstio. j. §. quia verè. x. q̄ quæstio. ij. precariæ. xij. quæst. ij. charitatem. sed contrà: quia non possunt petere salarium constituti in sacris. xv. quæstio. ij. cap. j. dic illi capi. per contrariam consuetudinem derogatũ, vel intellige de non egente, quod melius est, licet quidam ipsum intelligant de monachis & de regula-
7 ribus. sic ipsum intelligit Gratianus, vt ea. quæsti. §. vnico. † Re-
i ligiosi i tamen etiam in foro ecclesiastico aduocare non possunt, nisi vtilitas monasterij exposcat, hoc abbate nihilominus impetrante. vt xvj. q. j. alia. & c. placuit. xv. q. ij. c. j. j̄. eod. cap. ij. & vide quod not. j̄. ne cleric. vel monach. §. quæ sunt permissa cler. & §. q̄ sunt permissa monachis. & idem vide de prælatis, & personis ec-
k clesiarũ secularium, k cùm quasi pari passu ambulent cum regularibus, vt patet infrà, ne cleric. vel monach. g capi. vltimo. & capi. non magnopere. ideo præcipitur, quòd Episcopi & sacerdotes non per se litigent: sed per aduocatum. quinta h quæstio. iij. quia Episcopus. Episcopi enim sacerdotes non debent indifferenter aduocare, ne vilescat eorum dignitas. lxxxviij. distinctio. perlatum. xiij. quæstio. v. denique. xj. quæstio. j. te quidem. si ergo pro propria causa non possunt esse in iudicio, multo fortius pro aliena: & potest hoc concedi de illis qui curam animarum habent. cùm enim iudicia forensia præcipuè, vel pro maiori parte curent, & tractent de temporalibus, non bene conueniunt, nec in vna sede morantur maiestas, & amor. infrà, de cleric. i coniuga. diuersis falla ciijs. C. de offici. assess. nemo. in fin. de talibus manifestè loquitur dictum capitulum, vel potest intelligi de Episcopis & maioribus, qui tenentur habere œconomos. ix. quæstion. tertia. cùm scimus. hoc quantum ad forum seculare. nam in ecclesiastico eligere potest, vtrum per se, vel per alium litiget: vt nota. suprà eodem. §. quis non. versicul. item prohibetur Episcopus. Sed nunquid religiosus potest esse iudex? Dic vt notat. suprà, de offic. delega. §. cui possit. versicul. qui subsit. Illud tamen sci-
k endum, quòd in causa criminali clericus coram iudice seculari allegare non debet. lj. distinctio. aliquantos. xxiij. quæstio. vltima. his à quibus. nisi ad hoc, vt supplicet pro eis. ergo in defendendo admitti potest, secundum quosdam. argumen. xiij. quæstio. vj. si res aliena. xxiij. quæstio. v. cap. j. & ij. & cap. reos. sed tutius est, quòd se non intromittat. argumen. infrà ne cler. vel monach. sententiã. nam si is contra quẽ defendit & succumbat, pœnam patitur talionis, vt infrà, de calum. §. quali pœna. & de homicid. §. quæ pœna. versicul. illud autem certum est. suprà, de obliga. ad ratio. §. quis obligatus. versicul. quid de curialibus. Est etiam opprobrium clericis, si velint se peritos forensium ostendere. C. de testament. consulta. C. de Episcopis & cleric. repetita. Et not. quòd omnes qui habent, vel habere possunt proprium, sua repetere possunt, & etiam bona ecclesiæ, cuius clerici sunt, in defectum prælati. infrà, de rebus eccle. non alienan. si quis presbyterorum. ad finem. sed si possunt habere proprium, tunc agere possunt de mandato prælati. Item omnes agere possunt pro miserabilib. personis de mãdato superioris. lxxxvj. dist. peruenit. & lxxxviij. dist. c. j. & c. Episcopus gubernationem non pro alijs. j̄. ne cleri. vel monac. c. j. versi. in placitis. xvj. q. j. de præsentium. Illos autem qui prohibentur aduocare, non excusat consuetudo illa, cùm status ecclesiæ ex hoc lædatur, & diuinum officium retardetur. ar. s̄. de consuet. c. j. & de off. ord. irrefragabili.

Quid prodest vniuersum mundum. J Adde originaliter. Matth. xvi. Mar. viii. & Lu. ix. g Iusta negotiatio non est clericis interdicta. J Adde quæ negotiatio dicitur esse prohibita personis ec clesiasticis, & quæ non. vide per Specul. titu. de cleri. coniuga. versicul. sed quem dices. Bald. in cap. transmissam. in fin. de cleric. Anton. de But. & Abb. in cap. fin. de vita & honesta. cleric. Io. de Ana. in c. ij. in ij. col. de ra. Religiosi J Adde Anto. de But & Ioan. de Imo. in cap. ij. de postu. & per Ioan. And. in regula argum. de regu. iur. libro vi. in mercuralibus. limita, nisi esset Abbas, qui mandaret pro vno amico monasterii, & tunc ille monachus potest. vt per Inno. in c. cum I. & A de re iu. quẽ sequitur Abb. in ca. ex parte. de po.
k Et psonis ecclesiarũ secularium. J Adde, tu die q̄ sic in iudicio ecclesiastico, secũdũ Ab. in ca. p venerabilẽ. in j. no. q filii sint legiti. Ab. in c. cũ esset. in j. not. de sim. Ab. in c. in nostra. de ꝓcu. Archi. s. e. puenit. lxxxvi. di. Car. Zab. in ca. sacerdotib. in ij. not. nec le. vel monach. Lud. Ro. singulari 282. incip. tu sai, ꝓ seculari-b⁹ verò dic q̄ nõ. vt in c. cler. & in c. cũ sacerdos. de post. Limita dicta iura, nisi in causa sui affinis, vel amici, dũmodo alibi aduocà tũ habere nõ posset, vt no. p Do. in c. fi. de post. Limita secũdò. si cleric⁹ nõ haberet beneficiũ. ex quo posset se sustẽtare, nec Episcopus ei ꝓuidet. dũmodo nõ esset causa criminalis, vt voluit Ab. in c. j. de postu. Limita tertiò in miserabilib. psonis secundũ Ab. in ca. fi. de postu.

8 ILlud in summa no. quòd si clericus † ꝓ extraneis præstat patrocinium, vel officiũ procuratoris exercet cõtra ecclesiã, à qua beneficiatus est, tanquã ingratus expelli põt. j̄. e. c. fi. §. vnico. idem si contra Episcopum suũ. j̄. de excess. prælat. grauem. j̄. de verborum significatio. cùm clerici Placentini. Si ergo duæ ecclesiæ, in quibus beneficiatus est, adinuicem litigent, consulo quòd nemini noceat: sed de concordia tractet. argument. infrà eodem, cap. final. in principi. xiij. quæstion. quinta, denique. si verò prælatus sit vnius, videtur quòd possit agere contra reliquam, & etiam ius suorum contra propriam ecclesiam, si monita nolit emendare, defendere, & tueri: sicut aduocatus fisci contra fiscum potest esse pro pupillo suo. ff. eodem. l. vltima. & libertus contra patronum. ff. de in ius vocan. leg. final. & hoc etiam innuit verbum suprà positum, pro extraneis. & dicuntur sui hic, contra quos non potest ferre secundum legem testimonium. xv. quæstione iij.

a Quis dicatur procurator. Vide Cardin. Zabar. in cap. cùm dilectus. in prima q. de relig. domi.

certis de causis. quos enumeraui ī. de testibus. coge. §. j. appellatio autem suorum largior est quàm domesticorum. xlvij. di. §. necesse. prope finem. ibi, qui suorum, &c. lex autem dicit, quòd pro filijs parentibus, & vxoribus, & ex transuerso, vsque ad quartum gradum potest patrocinium impartiri. C. de aduoca. diuer. iudic. petitionem. §. licentia. ad idem argumen. C. de excusatio. tutorum. l. humanitatis. C. de episcopis & clericis. authent. licentiam. & not. infrà, de procuratoribus. §. ad quid teneantur. versicul. sunt autem. & iunge quod no. suprà eodem §. ver. item ad officium suum pertinet stare. Quid si Episcopus & capitulum litigent, videtur quòd canonicus debeat adhærere Episcopo. ar. ī. de verborum signific. cum cleri. quod puto verum, si credat quòd ei fiat iniuria, aliàs capitulo adhærebit. argu. ī. de iureiuran. petitio. Quid in dubio: quia fortè cancellat conscientiam, tractet de pace, vt dixi s̄. versicu. illud. In hoc casu tamen videtur, ꝙ debeat esse cum capitulo citius, quàm cū Episcopo: ne capitulum remaneat indefensum. ar. ī. de iureiuran. breui. & de no. ope. nuncia. ca. ij. nisi fortè Episcopus contrarium præcipiat, cui in dubio obediendum est, vt no. infrà eod. versi. solutio. sed in proprio facto non debet hoc præcipere: sed & caueat canonicus, ne dicat se dubitare, vbi dubitandum non est. suprà, de rescript. cùm contingat. §. penul. nec pro aliquo concanonico, nec aliquo alio sint contra Episcopum, sicut nec contra ecclesiam. argum. iij. quæstio. vij. scire debes. Item & contra quemlibet concanonicum suum, etiam pro extraneis poterit aduocare. nam licet teneatur ecclesiç, non tamen cuilibet de collegio. argu. xij. quæstio. ij. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. quod cuiusq; vniuer. sicut municipium est. tamen argumen. contrà, suprà, de offic. deleg. cum R. canonicus. licet autem de iure liceat, ad minus hoc non reputo curiale, & si de fratre carnali hoc euitaret, multò fortius & de spirituali hoc euitare debet. argum. s̄. de transla. Episcop. inter corporalia. & argumen. optim. xxx. q. iij. ita diligere. Sed nunquid potest cogi beneficiatus, vt pro miserabilibus personis sit contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, vbi non possunt aliàs aduocatum habere. & quidem non videtur. nemo enim debet impugnare illum, à quo beneficium habet, ne videatur ingratus. xcvj. dist. si imperator. xxij. quæst. v. de forma. ī. de sent. excommuni. grauem. in fi. & de excess. præla. grauem. & de dona. c. fin. Item cùm clericus fortè iurauerit ecclesiam defendere, non debet obedire mandato superuenienti contrario. ī. de iureiuran. veniens. imò deierabit, nisi requisitus per ecclesiā veniat & defendat. ī. de iureiurand. c. breui. & si non defendit, saltem impugnare non debet. arg. ff. si serui. ven. alterius. ī. de na. ex libero ven. c. vnico. cum simili. Item cùm non compellatur quis mouere actio. contra fratres carnales. C. de excusation. tut. humanitatis, ergo nec contra spirituales: & quòd non sit compellendus, videtur casus ī. eod. cap. fin. §. clericus. Sed contrà videtur ex mente eiusdem §. ibi, præsumpserit. q. d. de illo loquitur, qui ingerit se in superbiam elatus non habens causam iustam: secus ergo est in illo qui compellitur. talis enim non præsumitur, sed à Deo vocatus intelligitur. sicut aliàs s̄. dicitur de electio. qualiter. C. de Episcop. & cleri. si quenquam. nam & video, quòd pro suis carnalibus seu temporalibus potest quis venire contra illum, cui iurauit non esse contra eum. ī. de iureiuran. petitio. multò fortius pro suis spiritualibus, scilicet pro miserabilibus personis, de quibus quæsitum est: & Episcopus hoc præcipere potest, vt probant concor. signatæ s̄. eod. versic. item omnes agere possunt. nec valet circa hoc excusatio: quia in hac parte potius Deo quàm homini videtur resistere, qui resistit. xj. q. iij. qui resistit. Sol. aut dictat ei conscientia quòd miserabiles personæ ius habent, aut quòd ecclesia ius habet, aut dubitat. si conscientia facit pro miserabilibus personis, obedire tenetur: si pro ecclesia, nullatenus obediat, quia non debet venire contra conscientiam, vt no. s̄. eod. versic. item ad officium suum. imò potius debet excommunicationis sententiam humiliter sustinere, vt. ī. de restitu. spoli. literas. §. nos autem. versicu. porrò. si dubitat, potest dici, quòd debet iudici obedire. arg. ī. de senten. excom. inquisitioni. & ad hoc facit quod no. s̄. de mai. & obedi. §. & ad quid obediens. versi. quid si dubitetur. vel dic medium tenendo, quod in hoc casu, ex quo alius haberi non potest, dummodo ecclesia habeat alios qui iusticiam suam foueant, est meritò compellendus. sicut & quilibet in defectum probationis compellitur dicere veritatem, vt not. ī. de testi. co. §. j. ver. videtur tamen. sin autem ecclesia non habet alium, vel habet, sed non ita bonum, non est ei istius consilium subtrahendum. arg. ī. de testa. cùm in officijs. argum. opti. C. de serui. præses. C. de testi. nimis graue. Quid si clericus dicat, quòd causa miserabilium personarum est contra conscientiam, vt coactionem euiter. puto quòd Episcopus potest vnum eligere ex duobus, vt vel sacramentū suū recipiat ad purgandum innocentiam suam, si ipsum suspectū habeat. argum. C. de iudi. rem non nouam. & ff. de arb. Pompo. si de meis. §. fin. & his quæ not. ī. de proba. §. quis debet probare. versi. nunquid ergo positio. vel ipsum excommunicet, nisi miserabiles personas foueat, si ipsas habere reputat bonam causam, argu. ī. de app. præterea. & de senten. excommunica. à nobis. j. & tunc erit excommunicatus maiori, si aliquam fallaciam adhibet. ī. de sent. excom. si quenquam. Nec ob. iuramentum defensionis, seu fidelitatis, si etiam ipsum ecclesiæ fecerit clericus duplici ratione. Prima, quia prelato tanquam capiti principaliter obligatur. ī. de verbo. sig. cùm clerici. & Episcopus est in ecclesia. vij. qu. j. scire. Secunda quia ius superioris, quod est, vt obediatur, videtur fuisse exceptum à iuramento, vt argum. ī. de iureiur. venientes. §. quia verò. ad fin. quasi habuit conditionem hanc, nisi superior ex iusta causa contrarium præceperit. argum. ī. de iureiuran. quemadmodum. respon. j. xxij. q. ij. Beatus. & vide super hoc quod no. ī. de iureiuran. §. quot species. versicu. habet autem iuramentum. & seq. nec obst. l. C. de excu. tut. humanitatis. quia leges non curant tantum de periculo animæ, quantum canones, vt patet. ī. de restit. spol. sæpe. Item lex potest intelligi, quando alio modo potest pupillo prouideri. argum. contrà. ff. de iudi. l. ij. §. pen. & de fer. l. j. §. excipiuntur. Item lex illa dicit, quòd etiam pupillo expediebat, quòd ille de quo ibi quæritur, non daretur tutor. Item sicut aliàs dicitur in recusatione iudicis, quòd non omnis causa quæ repellit iudicem, repellit testem: & est ratio, quia facilius inueniuntur iudices, quàm testes, vt not. s̄. de off. deleg. §. qualiter finiatur. sub §. sed nec illud. §. quæ sunt causæ. versi. illud est specialiter denotandum. sic dici potest & hic, quòd facilius est inuenire tutorem quàm aduocatum. Quid si quis cum Episcopo causam habeat, nec inuenit aduocatum, nunquid Episcopus contra se dabit: vtique, nisi diuinam velit offendere maiestatem: sed nec aduocatus debet contra cōscientiam obedire, nec Episcopus omittere, quin sacramentum exigat vel excommunicet, vt præmisi. & quæ dicuntur personæ miserabiles, traditur s̄. de ob. ad ratiocin. Et si per aduocatum non stat, quo minus patrocinium suum præstet, totū salarium suum petere potest. ff. de loca. & con. qui operas. & adl. Rho. de iac. qui leuando. §. si vehenda. aliàs est l. ff. de var. & extraordina. cogi. l. j. §. si Iulius maternus. & hæredes post mortem C. de aduo. diuer. iud. post duos. & si transigat clientulus, videtur aduocatus obtinuisse. ar. ff. man. l. fin.

De procuratoribus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Procurator quis propriè dicatur.*
2 *Procurator qualiter constituatur.*
3 *Procuratorem quis dare possit.*
4 *Vniuersitas procuratorem constituere potest.*
5 *Excommunicatus ad defendendum cogitur dare procuratorem.*
6 *Seruus procuratorem non constituit.*
7 *Minor* XXV *annis procuratorem constituere non potest.*
8 *Procurator quis dari possit.*
9 *Laicus in merè spiritualibus, an possit constitui procurator.*
10 *Procurator in qua re dari possit.*
11 *Procuratoris officium quid sit.*
12 *Procurator ad quid teneatur.*
13 *Procurator actoris aliquando cauet, & aliquando non.*
14 *Procuratoris effectus quis sit.*
15 *Mandatum procuratoris qualiter finiatur.*

AVdiuimus de aduocatis, qui patrocinij præstant litigantibus, & gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, posterosq; defendunt. C. de aduo. diuer. iudi. aduocati. videamus de Procuratoribus qui vicem litigantium supplent, Quis dicatur procurator, Qualiter constituatur, Quis dare possit, Quis dari, Et in qua re, Quod sit eius officium, Ad quid teneatur, Quis sit effectus, Et qualiter mandatum finiatur.

1 Quis dicatur † procurator. [a] Is qui negotiū mādato domini gratuito
2 administrat. ff. eod. l. j. negotium vnum vel plura. ff. de negot. gest. l. j. §. negotium. ff. vi bo. rap. l. ij. §. quod ait. Quæ descriptio ma-

magnã calumniã recipit,ſecundũ legiſtas,ideo autẽ dicitur, Mãdato domini, &c. vt excludantur curatores,tutores, collegia,& prælati eccleſiarum, qui procuratores conſtituere non poſſunt, ſed ſyndicum vel actorem.ff.eo.l.nec ciuitas.C.eo.l.neq; tutores. j.tit.j.c.vnico.niſi fortè prælati ſuo nomine,non eccleſiarum conueniantur : tunc enim per procuratorem agent, & defendent.in authent.de ſanctiſ.Epiſcop.§.ſi quando. Quod autem ibi dicitur cauſam monaſterij agi per procuratorem, impropriè ponitur procurator,id eſt,ſyndicus.& ſic poteſt intelligi.infrà,de iura.cal. cùm cauſam.j.eo. quia. vel dici poteſt, quòd cauſæ corporum ſeu collegiorum agantur per procuratorem,ſcilicet cùm lite iam conteſt.ſyndici, vel actores conſtituunt procuratorem, quod licet.& eſt in hoc differentia inter procuratorem ad iudicia, & procuratorem ad negocia. nam procurator ad iudicia non conſtituit ,procuratorem, niſi lit. conteſta. cùm iam dominus litis eſt effectus, vt in l.prælleg. neq; tutores. vel niſi procurator ſit in rem ſuam, qui & ante lit.conteſta.conſtituere poteſt. C. de dona.l.illam.ſed procurator ad negotia procuratorem conſtituit quandocunq;.ff. mand.l.ſi procurator. §. j. Gratuitò autem,ideo dicitur in deſcriptione:quia ſi interueniat merces , locator dicetur operarum,nõ procurator:& locatio contracta videbitur, non mandatum.contraria ergo eſt officio merces.ff.man.l.j.§.ij.Sed ſi procurator gratis mandatum recipiat, & poſtea dominus remunerandi laboris cauſa aliquid ei donauerit,nihilominus erit mãdati actio.C.eod. l.item.ff.man.l.j.§.fi.& l.ſi remunerandi. in prin.Suſcipit autem, ideo ſubijcitur: quia procurator tenetur,non ideo quia gerit, ſed quia gerẽdum ſuſcepit.ff.man.l.ſi remunerandi.§.j. Sed ſecũdum iura noſtra, planum eſt : quia non facimus vim in nominib. nam ſiue dicatur ,procurator, ſiue ſyndicus, ſiue œconomus, ſiue aſinus, ſiue etiam nullum nomen exprimatur, nihil ob. dũmodo de mente conſtituentis liqueat.j.e.petitio. tales ergo ſubtilitates meritò recuſabit iudex eccleſiaſticus. ff. quibus modis pig. vel hypo.ſol. ſicut in re corporali. §. ſi debitori. ergo ſecundum nos,melius & conuenientius poteſt deſcribi ſic: Procurator eſt qui negotiũ gerendum ſuſcipit ab eo qui poteſt mandare: quia Epiſcopus dominus non eſt,ſed procurator.j.de don.c.ij.& tamen procuratorem conſtituit.j.e.auditis.hoc locum habet & in multis alijs. in auth. de ſancti.Epiſcop.§. reuerendiſsimi. ſub illo verſi.ſi quando.col. ix.per quem §.dominus Iac. de Bel. hoc approbat.ſed Azo aliter intellexit,quem ſecutus eſt Goff.

Qualiter conſtituatur. † Inter preſentes & inter abſentes. Item ad vnam rem, & ad plures in perpetuum , & in diem , & ſub conditione.nec refert per quæ verba,vtrũ dicat,mãdo,rogo vel volo.ff.e.l.j.ij.iij.& iiij.ff. mand. l. j. vbi aũt aliquis conſtituit ſpecialem procuratorẽ ad iudicium, debet apponi in literis quis & aduerſus quem,& in qua cauſa conſtituit.ff. eo.ſi procurator.j.e.c.j.C.de ſatiſdando.l. vnica.& de hoc facienda eſt fides iudici.ff.rem ra. ha. nec ſatiſdatio.ff.de probatio.quinquaginta. ij. q. vij. plericq;.C.de condi.ob turpem cauſam.l.j.

Quis dare poſsit. † Quicunq; non prohibetur lege.ff. eo.mutus.Sed & procurator ad negotia procuratorem conſtituere poteſt ante lit.conteſta.ſecus,ſi ad iudicium.ff.mand.ſi procuratorem.§. j. C.eod.neq;.& l.nulla.Ex hoc patet quare Epiſcopus poteſt conſtituere procuratorẽ: quia ipſe eſt procurator ad negocia, & quilibet miniſter eccleſiæ procurator vocatur. j. qu. iij. ſaluator.ante fin.quòd quidam admittunt poſt lit.conteſta.ad exemplum tutoris.arg. C. eodem. neq;. & vbicunq; inuenies, quòd Epiſcopus conſtituit procuratorem, expone procuratorem,id eſt,actorem , vel œconomum , vel ſyndicum.Gul.Na.contrà dicit,quòd ante lit.conteſt. prælatus & q-libet ſacerdos nomine eccleſię ſuæ,vel ſuo,procuratorem conſtituere poteſt , ita quod procurator iurabit de calum.& prælatus erit teſtis in cauſa eccleſiæ : quia non dicitur ſua ſeu eccleſiæ : imò nec debet agere ſine procuratore. hæc omnia probantur infrà,de teſti.ſpol.olim.in princip.& in fin.& de fide inſtru.inter dilectos. in princip.& in fin.& de iura.calum.ca.j.iij.& iiij.& cap.cùm cauſam.infrà, de teſti. inſuper. & c. cùm nuncius.xiiij.quæſt.ij.ſuper prudentia.& v.quæſt.iij.quia Epiſcopus.nec obſt. C. de iura.cal. authenti.principales.quia corrigitur per l.Henrici canonizatam. j.de iura.calum.c.j.vel dic, quòd loquitur de alijs priuatis perſonis,non de prælatis, vel clericis. Item non obſt. quod dicunt, q; debent iurare de veritate dicenda, ad exemplum minoris. minor enim iurat in cauſa ſua , & prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ. Item nõ eſt ſimile quod dicunt de tutore : quia tutor nihil iuris habet in rebus pupilli : nec de illis veſtire,nec paſcere ſe poteſt,nec aliquid donare,C.de admini.tuto.lex. ſecus eſt in prælato qui veſtitur & paſcit ſe de rebus eccleſiæ, ſi tñ ſibi ſua nõ ſufficiant.& etiam donat.xij. qu. j. ex his.& j.de præb.cùm ſecundum.& de dona.cæterùm.& ius habet in eis.xvj.q.vij.c.j.xij. q. ij. nulli. & quæſt.j.Epiſcopus.Si enim ſemper oporteret prælatum conſtituere actorem, qui conſtitui non poteſt ſine decreto ſuperioris. ff. quod cuiuſq; vniuer. nulli.& l.item ſuffragium.§.ſi decuriones.hoc inconueniens ſequeretur,q; ſine authoritate maioris in iudicio eſſe non poſſet.& hanc opinionem Naſo videtur approbare Grego. j. de iura. calum.c.vlt.quod dic, vt nota.ſ.de reſcrip. §. quæ poſſunt obijci.verſi.xcix.& ſuprà,eodem.§.j. verſi. ſed ſecundum iura noſtra. Item † vniuerſitas procuratorem conſtituere poteſt. j. e. quia in cauſis. ſ. de reſcriptis. ex parte decani. vel œconomum.j. de capel. monach.cap.ij.& de reli. domi. conſtitutus.& duob.c.ſeq.& procurator à procuratore ad negocia conſtitutus alium procuratorem conſtituere poteſt. & ſic in infinitum, & vnus alteri tenetur: ſed liꝫ tantum æſtimatur quãtum intereſt domini principalis primò conſtituentis. ff.de nego.geſt.ſi quis mandato Lucij. §. Titij. nec inuitus donat,vel non habens liberam voluntatem.j.e.accedens.nec inuitus datur.C.eod.inuitus.& inuitus intelligitur qui expreſsim non conſentit.ff.e.filius.§.inuitus.Sunt autem quædã perſonæ,quæ in proprijs perſonis non admittuntur ad agẽdum, ad defendendum aũt † coguntur dare procuratorem, vt excommunicatus.j.de iud.intelleximus.ſecundum Goff. imò & in propria perſona ſe poteſt defendere. j.de excep. cùm inter propriam. & c.venerabilem.nec obſt.c. intelleximus.quia de honeſtate loquitur. Quid enim ſi grauis eſſet cauſa: & quidem nullo modo cogetur.infrà eod.querelam. Item ſecundum Goffr.cogitur illuſtris perſona. C. eod. quicunq;. & in auth. ibi. ſignata,quod ius. & in authent.vt ab illuſtri. & qui ſuper illuſtres ſunt.eo quòd terribiles aduerſarij ſunt,vt ibi.Item Epiſcopus.v.q.iij.quia Epiſcopus.quod contingit triplici ratione.Prima:quia ſecundum Apoſtolum,ſeruos Dei non oportet litigioſos eſſe.ij.q.vij.ſicut ſacerdotes.Secunda, ne cogantur recedere ab obſequijs diuinis. C.de Epiſcop.& cleri.l.omnes qui.Tertia,quia cauſæ materiam criminibus creare ſolent. C. de iudi. properandum. in princip. poteſt addi & quarta:quia comparatur illuſtri.C.de Epiſcopali audien. epiſcopale. & quod dixi in Epiſcopis, locum habet in prælatis maioribus. & etiam in minoribus,& in collegijs,quorum ſingula ſingulos ſyndicos habere debent.ix.qu. iij. cum ſimus.& dicemus infrà tit.proxi.ſecundum Goffre.dic vt no.ſ.tit.j.§.quis nõ. ver.item prohibetur Epiſcopus. Conſtituit procuratorẽ paterfam.filiusfa.[c] conſtituit quãdoq;,vt ſi habeat peculiũ caſtrẽſe,vel quaſi aduentitium, & pater eius ſit abſens, & pater procurator. ff.eo.l.filius.ff.de iudi. ſi longius,& de iureiuran. l. ſed ſi vnus.§. filio.Item liber homo.† ſeruus [d] enim non conſtituit procuratorẽ,niſi ipſe ſit in quaſi poſſeſsione libertatis.& moueatur ei quæſtio ſtatus.vel ipſe moueat alijs alias cauſas, quia interim ſe pro libero gerit. ff.eo.l.ſeruum.reſpon.j.& §.j.ff.de libe.cau. l.ordin. C. de aſſerti. tol. l. j. Item maior xxv annis. [e] nam minor † non conſtituit per ſe, ſed cum authoritate tutoris, vel tutor ſeu curator dat ei actorem,vel poſt lit.à ſe conteſta.procura. C. eod.l.neque.Hoc tamẽ fallit in his in quibus minor pro maiore habetur. Vt in matrimonio contrahendo,in quo minor xxv annis, maior xij.vel xiiij.pro maiore habetur. j. de deſpon. impub. ex literis.& cap.atteſtatione.vnde & per ſe cauſam matrimonialem agere poteſt.& per procuratorem.j.de reſtit.ſpol.ex parte.Item in religione aſſumenda.xx.q.j.illud.xx.quæſt.ij.cap.j.& ij.j.de regula.cùm virum.cùm ſcimus.& quando electus eſt.ſuprà,de elect.dudum. j.Item cùm veniam ætatis impetrauit, dum tamen maior ſit xx. annis.C.de his qui ve.æta.impe.l.ij. Item in ſacro ordine aſſumendo.lxxvij.diſtinct. capit.j.ij.& iij.Item cùm mortem parentis exequitur, vel cùm agit de teſtamento patris. xv. quæſtio. iij. de crimine. verſic. item pupillæ. Item cùm agitur de recuperanda poſſeſsione.C.qui leg.perſon.ha.l.vltim.Item cùm agit de thoro violato.ff.ad l. Iuli. de adulte.l. ſi maritus.§.Iuli. Item cùm agit de interdicto de libe.hom.exhi.ff.de libe.hom.exhi.l.iij.§. ſi mulier. Item cùm ſecundum canones agitur contra patrem. ij. quæſtio. vij. quæritur. quod dic vt nota.infrà,de confeſ.§.qualiter intelligatur. verſicul. ſunt autem caſus. cùm enim pro maiori habeatur , in prædictis ad agendum admittetur, ſi caſum de his fieri contingat, & per conſequens , ad procuratorem con-

b Item vniuerſitas.] Add de Cardinal. Zabar. in cap. final.in xij.q. eod. titul. & Abb.in cap. quia in cauſis. eo.tit.

c Filiusfa.] Adde tex. in c. qui ad agẽdum. in §. nedum verò. de procur. libro vj. Card. Zaba.in c.non iniuſtè. in j. qu. eod. titul.

d Seruus.] Adde Arch. in c. frequens.in fin. j.col.iiij. diſt.Bar.in l.ſeruus.ff. de adi.lega. Bart. in l.ſeruos. ff.de alimen. & cib. lega.

e Maior xxv.an.] Adde Pau. de Caſ. in l.exhibendum. in prin. C. de proc.

f Excommunicati. JAdde gl. in ca. intellexi-mus. de iudi. Doct. in c. cũ inter. de except. Cardi. Zab. in ca. ex parte decani. de rescript. in ij. nota. Do. in capit. post cessionem. de proba. Abb. in cap. consuluit. de procura.

g Item monachi. JAdde glo. in cap. monachi. xvj. q. j. Inno. & Do. in c. cum I. & A. de re iud. Spe. ti. de procu. in §. j. vers. ité quòd est monachus. Card. in cle. j. in xxi. qu. de rescrip.

stituendum. Sed nunquid admittitur in causa restitut. in integ. videtur quòd sic: argument. ff. de mino. l. j. & l. iij. §. sed & vtrum. & §. sed an hoc auxilium. & §. fi quis minor. & sequent. & l. ait prætor. §. restitutus. nam & in voluntate sua est, vtrum hoc beneficio vti velit. ff. de mino. fi iudex. nisi fortè prodigus sit, in quo casu etiam cognati eius admittuntur. sed & pater ipso nolente admittitur. ff. de minori. patri. quod debet intelligi secundum quod dixit. ff. de mino. l. iij. §. sed vtrum. & §. penult. aliàs eo inuito nullus audiretur. ergo & ipse cuius solius voluntas spectatur, admittendus est. & est ratio: quia totum hoc dependet ex officio iudicis. ff. de mino. quòd si minor. §. fi. vnde & si tutores non petant pupillo, nihilominus restituitur. ff. de mino. Aemilius. dicas quòd fatuus est qui talẽ admittit sine tutoris vel curatoris authoritate. ar. ff. de admini. tuto. l. j. §. penul. & fi. de authoritate tuto. accipientis. nec enim aliter auditur, nisi xxv. an. impleuerit. & intra vtile tẽpus sit. ff. de mino. intra vtile. vel nisi habeat authoritatem prædictam. & sic intellige. ff. de minor. illud. §. fi talis. Constituunt prælati procuratorem in propriis negocijs. j. eod. petitio. in communib. verò quæ contingunt ipsos & capitula sua seu conuentus cum ipsorum assensu. j. eodem. capit. fi. sicut econtrario. j. de iudi. causam. & hoc tam in agendo, quam in defendendo. & si opponas & dicas, Prælatus ex officio suo tenetur, & potest defendere ecclesiam in causa communi. s. de rescrip. edoceri. vt notar. suprà, de transact. §. quis potest. versicul. sed quare. & sequent. ergo potest dare procuratorem in causa eadem sine consensu capituli & conuentus instabo: & procurator ad agendum qui mandatum suscepit, tenetur & potest agere ex officio suo, non potest tamen constituere procuratorẽ ante lit. contest. C. eod. neq. ff. mandati. si procurator. nisi esset datus in rem suã. C. de dona. l. illam. secundum Goffre. dic vt not. s. de rescrip. §. quæ possunt obijci. versicu. xcix. in dist. quæ incipit, cùm quæritur vtrum prælatus. Possunt etiam procuratorem cõ-

f stituere non excõmunicati: excommunicati[f] enim nec constituere possunt, j. eod. ca. fin. nec constitui. j. de proba. post cessionem. & vt breuius dicam, constituere potest omnis ille qui non prohibetur, est enim edictum de constituendo procuratorem prohibitorium. ff. eodem. mutus. quod autem dixi, excommunicatum non posse procuratorem constituere, intelligas verum esse, quando actor est: secus, si reus sit: quia tunc & potest & debet per alium respondere. j. de iudi. intelleximus. secundum Goffre. quod dic vt no. s. eod. ver. sunt autem quædam.

8 Quis dari. † Qui habet personam standi in iudicio, & quicunq; non prohibetur. Constituitur procurator paterfamiliãs. ff. eo. filiusfa. ff. eod. filius. §. ipse quoq;. j. eod. non iniustè. Item maior xxv annis non minor. ff. eod. minor. sed si minor sua sponte interuenerit pro absente, sanctius est talem admittere, quàm absentem graui condemnatione afficere. C. eod. exigendi. quamuis quod ibi dicitur, quidam exaudierint, cùm minor allegat causam absentiæ, non causam causæ. Item constituitur compos mentis, non furiosus. ff. eo. l. ij. §. furiosus. Item homo bonæ famæ, non infamis. iij. q. vij. cap. j. quidam tamen exponunt ibi procur. id est, aduocatus: vel intelligunt illud in procuratore Episcopi seu collegij: per id quod legitur v. quæstio. iij. quia Episcopus. secus in procuratore priuati. & hoc propter l. Instit. de exceptio. in fine. sed dici potest, quòd aliud sit secundum canones, & aliud secundum leges. Item nec seruus institui potest procurator, quia in iudicio interesse non potest. C. de iudic. seruus. & videtur, quòd circa procuratorem generalis regula tradi potest, vt quilibet constitui possit procurator præsente, vel absente aduersario, nisi certa lege prohibeatur. Instit. de his per quos agere poss. §. fina. Item & alia subijci potest, quòd procurator volens tantùm & expresse consentiens constituitur. ff. eodem. filius. §. inuitum. & C. eodem. inuitus. sed hæc vltima regula fallit in constituente. nam quidam compelluntur constituere procuratorem, vt excommunicati conuenti, & illustres agentes vel respondentes in pecuniarijs causis prælati & collegia. vt not. suprà eo. §. quis dare. ver. sunt aũt. Non solùm aũt paterfamiliãs, quinimò filiusfamiliãs dari põt solus, & cũ alijs, & melior est conditio occupãtis. i. illius qui primò litẽ contestatus est. ar. ff. rem ratã haberi. amplius non peti. secundum Iacobum de Belui. imò qui primò fecit citari. arg. C. de noua. l. iij. s. de officio delega. gratum. & relatum. & capitu. licet. alij dicunt, qui primò ad sententiam peruenit. ff. de peculio. si verò. & de noxalibus. si quis. Si verò diuersis temporibus, potior est vltimus. j. e. non iniustè. ff. eo. si quis cũ procuratorio nomine. in fi. & l. plurib. nec est vis secũdũ d. meũ, vtrũ insolidũ constituerit quilibet, vel simpliciter, quãuis Azo aliter intellexerit, quia semper aget vnus, nõ plures. si tamẽ occupauerit, vt j. e. dilectus filius. & ff. e. qui duos. ff. man. creditor. §. duobus. & de admini. tuto. decreto. nisi sint ad administrationem rerum tantum constituti: vel nisi expressim dicatur, quòd vnus sine reliquo nihil faciat, vt l. qui duos. & l. precc. & de exerc. act. l. j. §. si plures. Quid si simul veniãt, vterq; admittitur, & si vnus negat, & alter cõfitetur, dicas quòd statur respon. illius qui dixerit contra dominum: quia tales personam dñi repræsentat, ar. ff. de interro. actio. de ætate. §. j. secundum Iaco. de Baldo. & Gul. Na. xiij. q. ij. §. j. vel ne repugnantia hoc contingat: dic quòd si simul veniant, secundum Io. eligere debet iudex magis idoneum. ar. ff. de popula. ac. si plures. ff. de collu. dete. l. vltim. ff. de liberali causa. l. v. ff. de libe. ho. exhi. l. iij. §. hoc interdictum. potest etiam vnus alij cedere. ar. s. de rescrip. pastoralis. j. respon. ad fi. Vt autem has dissensiones pro magna parte vites, consulo quòd sic constituas, scilicet quemlibet insolidum. & quòd occupatio vnius non possit alium impedire: sic hodie potest vnus interesse, cras alius, secundum Bo. sic & principalis aliquando per se, aliquando per procuratorem causam exercet sæpius in eadem instantia variando. vt j. de restit. spo. ex conquestione. tamen fatuus est qui tale procuratorium admitrit: quia nec aliquo iure cogitur. & si fit consilium magistrale, quod & si constituenti expediat, non tamen aduersario, ne vno die procedente, alius cras veniat & neget, quod alius confessus erat, & sic in supradictam absurditatem incidat aduersarius, vel excuset se, dicens: quod nõ habet acta, nec scit quid alia die factũ fuerit, & sic dilationem impetret in præiudicium aduersarij contra mentem iuriũ. ff. e. ti. in causæ. & l. omniũ. ff. de exerci. ac. ne in plures. j. de dolo & contum. finem. sed & lite contest. cum vno omnino hoc consilium euanescit, vt patet C. eod. neq. Is verò qui non habet personam legitimam standi in iudicio, puta qa excommunicatus est, procurator esse non potest. j. de proba. post cessionem. quinimò si vnà cum excommunicatis constitutus sit, vel ab excommunicatis, vel ipsorum nomina in instrumento procurationis scripta inueniantur, non valet constitutio. j. eo. c. fi. & hoc est verum, qñ notorius erat excommunicatus: secus, si occultus, vt innuit proxi. c. prope fin. & extrà. s. de rescri. ipso iure. j. de except. exceptionem. & de sen. & re iudi. ad probandum. alias autem quod cum occulto factum esset, non irritaretur, sed ex quo facta esset fides, amplius non procederetur ante absolutionem. ar. op. j. e. auditis. ff. de off. præto. Barbarius. C. de testa. l. j. & sic fuit iudicatum in curia Rom. in quadam causa, quæ vertebatur inter Guli. Baronem clericum conuicinum meum, ex vnà parte: & canonicos Vleicñ. ex altera: sicut audiui à præposito, contra quem sententia lata fuit. sed tamen multi dicunt contrarium, & hodie patet, quòd processus irritus est, vt in extra. ipso iure superiora q̃ dixi, hodie expressius comprobantur in authenti. d. n. de except. extra pia consideratione. §. si verò post modum. & §. fin. Item mo-

g nachi[g] prohibentur, quia debent esse segregati à curia temporalium. j. de syndico. c. j. & nota. s. tit. j. §. pen. prope fi. imò & clericus in quolibet gradu constitutus, non debet fieri procurator litis. in authen. de sanctiss. Episcop. §. Deo amabiles. & seq. §. alium autem. j. ne cleri. vel mo. sed nec procurationes. & c. j. vers. conductores. sed in spiritualibus credo quòd possunt, & pro his fortè, p quibus possunt postulare: etiam in ciuilibus. quod dic vt nota. s. tit. j. §. quid pertinet. vnde monachus de licentia abbatis potest esse procurator ecclesiæ suæ, & etiam aliorum necessitate, vel vtilitate vrgente. xvj. q. j. monachi. in fi. & cap. qui verè. lxxxvj. dist. peruenit. & s. de cõsue. cùm dilectus. j. de app. Nicolao. Sed nunquid laicus † in merè spiritualibus potest constitui procurator?

9 non videtur. ar. s. de cle. Massana. & j. de ar. contingit. & de iudi. decernimus. & c. quanto. sicut nec clericus in ciuilibus pro laicis admittitur, vt proxi. dictum est, s. eod. §. & s. eo. titu. j. §. quid pertinet. sed contrà, quia iura prædicta non prohibẽt, q̃ laicus non possit esse in spiritualibus tanquam procurator. sed quòd nõ sit tanquam principalis, seu iudex, vel assessor, vel præcipiens, vt s. de consti. ecclesia. & j. de re. eccl. non alienan. cum laicis. & de decimi. tua. & j. & edictum istud prohibitorium est. vt dixi s. in princ. huius §. & probatur. ff. eo. mutus. & videtur casus, quòd possit. j. ti. j. c. vnico. sed intelligas faustum laicum fore. & est casus j. e. tuq. & de restit. spol. ex conquestione. Solu. Quatenus tangit principaliter laicum, potest procurator interuenire: sed quatenus ecclesiam tangit principaliter, non credo quòd possit, vt probant iura superius allegata. & lxxxix. dist. quia in quibusdam. & duobus c. seq. s. de offic. ord. vt iuxta. & xvj. q. vij. noua actione. j. de his quę

fiunt

fiunt à prælatis.ca.fin. Sed nec ſuſpectus conſtitui debet: quod dic vt nota.infrà,de ſyndico. §. ſi quis ſyndicus. verſic. quod puto. Sed & regulariter quicunque non prohibetur, poteſt conſtitui.ff.eodem.mutus.

10 Et in quare. †In ciuilib.ante lit.conteſt.& poſt. C. eo.l.ij. & l.nihil arbitramur. & in cauſa appel.ff.an cauſę appel.per aliũ red.poſ.l.j.hoc poſſunt facere priuati,ſed illustres neceſſe habent,C.e.l.penul.& in auth. ibi poſita. & ſecundũ hoc Epiſcopi illuſtres dicuntur.v.quæſt.iij. quia. quod dic vt nó. ſuprà,de poſtu.§.quis non.verſicul. item prohibetur Epiſcopus. Et eſt hoc verum,quando quæſtio eſt pecuniaria & priuata. nam ſi vertatur ſuper re debita vſui pu.non poteſt interuenire procurator,niſi ex parte rei.ff.de popula. actiõ. qui populari.niſi fortè actor afficiatur priuato incommodo. ff. eodem. licet.& l.mutus. §.in popularibus.& l.non cogendum.§.qui ita.& ne quid in loco publico.ei qui. Sed & ſi de patrimonio publico quilibet admittitur ad defendendum & ad agendum ſyndicus.infrà tit. j. cap.j.ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. j. Sin autem quæſtio criminalis eſt, & pœna maior relegatione ſit imponenda, non admittitur procura.niſi ad allegandas cauſas abſentiæ.ſic loquitur. v.qu.iij. reos.xxiij.q.v.reos.infrà,de accuſatio.veniens. Si verò relegatio nis pœna,vel minor inferenda ſit,tunc admittitur.ff. de pub.iud. l.penultim. §.ad crimen.& de pœnis.abſentem.§.aduerſus.& an cauſæ appellatio.per alium reddi poſsint. l. j. §. j. vnde & in leuibus criminibus admittitur. ff.de accuſatio.leuia.& in crimine ſuſpecti tutoris. ff. eodem titu.non ſolùm. §. fin. ſed illud quando prætor contra abſentem proceſſurus erat, vt not.infrà eod.verſi. vbi autem de fama.ſecundum hoc intellige.v.quæſt. iij.in criminibus.& per totum.infrà,de accu.veniens.Et hęc intelligas vera, quando criminaliter agitur ad pœnam accuſando. ſecus ſi criminaliter: quia tunc cauſa pecuniaria inducatur: & de quolibet crimine agi poteſt criminaliter vel ciuiliter.C.ad l.Cor.de fal. l. vlt. &ad hoc infrà de teſti.extra.mediatores. Item ſecus,ſi agatur de crimine per inquiſitionem : quia tunc poteſt conſtitui procurator.infrà eodem.in noſtra.& de re iudi.cùm I. & A. Item ſecus,ſi patronus accuſet libertum ex cauſa ingratitudinis : quia tunc & patronus agere per procuratorem poteſt criminaliter,& libertus ſe defendere per procuratorem poteſt.ff.eod.ſed hære. §. j. Item ſecus, ſi appellauero à ſententia, quia ſeruus meus ad beſtias eſt damnatus.hic enim cùm priuato incommodo afficiar, procuratorem dare poſſum. ff. de app.Lucius.Vnde & ſeruum in crimina libus defendere poſſum.ff.de accu.ſi cui.§. fi. Item ſecus, quando quæſtio mixta eſt inter criminalem , & ciuilem.vt ſi accuſetur vxor de adulterio coram eccleſiaſtico iudice,ad diuortium faciendum.infrà eo.tuæ.& vt lit.non conteſta.c.j. & infrà,de teſti.ſpol. ex quęſtione.Item ſi in modum denunciationis agatur,cùm quęſtio popularis ſit, ad defendendum admittitur procurator.& ſic ſimiliter poteſt intelligi. infrà, eodem.in noſtra. Item fallit in illuſtribus. h C. de iniur. l. fina. & iij.quæſt.ix.abſens.& §.ſeq.niſi in criminalibus.& hoc verum eſt in crimine iniuriarum : ſecus, ſi in publicis criminibus.C.de accuſa.tunc.Vbi autem de fama agitur,non admittitur procurator ad defendẽdum, niſi ſpeciale mãdatum habeat, vel aliàs prætor contra abſentem proceſſurus eſſet.ff.eodem. non ſolùm. in fi. multo minus ex parte actoris.arg. ff.de actio. & ob. Arrianus. & de ſuperficie. l.j.§.ait prætor.& de do.except.purè.in fi.ff. an cau. appellatio. per alium red. poſsint. l.j.prope fi.& de pœnis.in ſeruorum.in fi. Sed ſi agatur de muneribus & honoribus, admittitur, cùm prohibitum non inueniatur,imò conceſſum.infrà,de dolo & contuma.capitu.fina. ſuprà, de maio.& obedien.capitu. final. & infrà eodem.accedens.& ſuprà, de elect. dudum. j. His autem quatuor modis cognitionum numerus diuiditur: aut enim agitur de pecunia, aut de pœna corporali,aut de fama, aut de muneribus & honoribus. ff. de var.& extraordina.cog.l.cognitionum.Et quod dixi de lite pecuniaria, intelligas verum, niſi fortè agatur de toto patrimonio alicuius, vbi cùm grauis ſit cauſa, procuratorem conſtituere non cogitur quis.infrà eodem.querelam.argumen.infrà,quod metus cau.Abbas. & de dona. capitu. final.quia amiſsio rerum altera mors eſt. vnde dicitur,quod non eſt ſubueniendum in necem meam. ff.de mino.in cauſæ. idem videtur, ſi de maiori parte totius patrimonij ſit quæſtio, vt in authen.d.n.de reſtit.extrà, frequens.§.illum autem.& iunge quod nota. j. quod met. cauſa. §. qualiter diſtinguatur.verſicul.inuenio tamen. & ſuprà.de reſcript. §.quod continet ius commune.verſicul.non ſolùm autem. Sed nunquid ſi aliquis ſit iuſto impedimento detentus,& venire non poſsit,tenetur mittere procuratorem? videtur quòd ſic.infrà, de dolo & contu.cùm dilectus.§.ſed contra.v.q.iij.ſi ęgrotans.xviij.di. Epiſcopus. lxv. diſt. ſi quis in metropo. infrà,de appella. conſtitutus. & argumen. infrà eod. titu. cùm parati. Econtrà videtur, quòd non teneatur procuratorem mittere. infrà eodem titul.querelam. & de re iudi. cum Bertoldus. §.poſtmodum. j. §. cùm igitur.ff.de re iudica. quæſitum. ſuprà, de offic.delega.conſultationibus. Ad hoc dixit Vincen. quòd reus citatus ad cauſam,ſi ardua eſt, & non poteſt venire, non tenetur prò ſe mittere procuratorem, vt in illa querela,niſi ſpecialiter in citatione apponatur,vt in illo §.ſed contra.in actore verò dicit,quòd tenetur venire vel mittere. ff. de diuer. & tempo. l. j. Ioan.Andr. dicit ; quòd actor & reus iuſta de cauſa impediti non tenentur mittere,niſi contineatur in citatione, quòd veniant,vel procuratorem mittant,alioquin ſufficit mittere talem qui alleget cauſam abſentiæ.infrà,de iudi.tenor. Si tamen aliquis longo impedimẽto detentus eſt, & tale ſit negocium, quod per procuratorem expediri poſsit:ita quòd iudex plenè valeat inſtrui per procuratorem,tunc tenetur venire ſeu mittere, & illam decretalem, querelam, intellige , quando talis erat cauſa, & ſic inuoluta,quòd per procuratorem non poterat de facili expediri.

h In illuſtribus.] Adde Specu. ti. de act. in §. in verſ. item illuſtris.& in l.medicos. C. de profeſſor. & medi. lib. x. & per Feli. in c. paſtoralis. in princ. de offi. delega.

11 Quod ſit eius officium. † Mandatum ſibi iniunctum exacta diligentia ſeruare. de offi. deleg. cùm olim Abbas. & vt litem exequatur diligenter, vſque in finem. Nam ſpernere mandatum licet,ac finire neceſſe eſt.Inſtit.man.§.mandatum.niſi renunciatum ſit,quod licet,vt ita tamen quod integrum ius ſeruetur mandatori per ſe vel per alium negocium explicando. aliàs in caput mandatarij redundabit.l.ſi mandauero.§.ſicut.ff. manda.Cogitur autem procurator litem conteſtari,ſi dominus eo præſente ſatiſdedit iudicatum ſolui,niſi in caſibus qui enumerantur.ff.eodem. filius §. vlti. & l. ſequenti.Item ad officium eius pertinet appellare ſi ſententia lata fuerit contra ipſum : vel ſi iuſta cauſa eum excuſet,denunciare debet domino,quòd appellet,ſi putauerit appellandum,appellatamen proſequi non tenetur.infrà,eodem. non iniuſtè. §. potuit. C.eodem,inuitus.& de appel.ſi actor. ff.man. ſi procuratorem.§. ſi ignorantes.Item ad officium ipſius pertinet, vt dominum defendat,id eſt, faciat omnia quæ dominus faceret,ſi præſens eſſet, qui plenè tenetur eum defendere, nec fit cauſa ſua deterior in aliquo,præter quàm in ſatiſdando.ff.eodem.ſed hære.§. defendere. & de interroga.actio.ſi ſine.§.ſi defenſor.aliàs eſt lex.Et debet defendere in omnib. actio. & inſolidum. nam ſi vnus vellet defendere in v.& alius in v.non admitterentur.ff.eodem.omnium.& l. ſequenti. Sed ſi contractum ſit cum pluribus perſonis, & plures procuratores interuenire poſſunt.ff.eod.ſi quis cum.§.vnus litis. Si autem cum vno contractum fuerit,hæredes eius vnum procuratorem conſtituere iubentur.ff.iudi.ſol.iam tamen.§. penultim. ne per plures aduerſarios diſtringatur qui cum vno contraxit.ff. de exerci.actio.l.j.§.penul.& l.ne in plures.Ipſi tamen hæredes,ſi inter ſe agant,plures procuratores debent dare, aliàs non poſſet res expediri circa condemnationes & adiudicationes.ff. eo.licet. §. ſi plures. per quod patet, quòd ſententia ferenda eſt in perſonam procuratoris,non domini,ſiue dominus ab initio litem conteſtatus ſit,j. de religio.domib. conſtitutus. vt patet in principio, & in fi.ſiue procurator.j. de capell.mon.c.ij.C.de ſententijs & interlocutio.omnium iudi.l.j.quod eſt contra.m.vt no.j. de ſenten. &re iudi.ſub rubrica,de ſenten.§.qualis.ſub §.iuſta. ver. vel quia non procurator.& ſeq.§.hoc de procura. ſpeciali. Sed & generalis ad negocia generaliter & experiri poteſt.infrà,eodem.petitio. & ſi dominus ita remotus ſit, quòd intra xx dies qui dantur ad deliberandum,conſuli non poſsit, maior dilatio danda eſt:quæ ſi negatur,iuſtè appellabitur.j.e.dilectus. Vtrum autem generalis procurator tranſigere poſsit, vide s. de tranſact.§. quis poſsit. & generaliter ad ipſius officium pertinet, vt proponendo quæ proponenda ſunt, & etiam reſpondendo fideliter ſe habeat,nihil de contingentibus omittendo:quia de omnibus tenetur reddere rationem. C.mand. procuratore. C.eodem.ſi procurator.& s. de obli.ad ratio. plenius not.

12 Ad quid teneatur. † Ad negocium ſibi iniunctum fideliter exequendum , vt proximè dictum eſt.nec enim ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibet,imò maior ab eo exigitur. C. man. in re mandata.ideo dicitur, quòd negligentia, quæ in proprijs rebus culpanda eſt,in alienis eſt vituperanda.argu. ff.ſoluto matrimonio. etiam. §. j. Item tenetur probare mandatum, vel cauere, habita diſtinct.Sic cùm quis dicat ſe procuratorem rei, nunquam admittitur, tanquam procurator, niſi probet mandatum & ſufficiens,

a Sunt autem coniunctę personæ.] Adde c. nonnulli. de rescrip. lib. vj. gl. in ca. fin. de postu. gl. in c. requisisti. de testa. l. exigendi. C. de proc. gl. in authen. sententiam. C. de Episcopis. & cle. Bar. in l. j. ff. de accu. Bar. & Rapha. Pol. in l. cùm quidam. in ·§· quod dicitur. ff. de acquiren. hæredita.

b Nunquid confessio à procuratore.] Adde gl. in cap. j. vt lite non contestata. & ibi Anto. de But. Io. And. in addi. Specu. in ti. de testi. in ·§· j. vers. sed pone. Anto. de Bu. in c. si cautio. de fide instru. Paul. de Cast. consi. viti.

ideo hoc dico: quia si datus sit tantùm ad agendum, non sufficit, cùm respondere teneatur: & ideo principalis qui tali procuratore dimisso illicentiatus recessit, in expensis cõdemnandus est. infrà, eodem. constitutus. Patet ergo, quòd vocatus ad iudicium ad tria tenetur: venire, iustis præceptis parére, & sine licentia nõ recedere. xj. q. iij. certum. in authen. de litig. §. si verò inter prædictum. colla. vij. admittitur tamen tanquam defensor: quia publicè interest absentes per quemcunque defendi. ff. eod. seruum quoque. §. publicè. sed in vtroque casu cauere tenetur iudicatũ solui, nisi dominus pro eo satisfecerit: quia nemo alienę litis idoneus defensor intelligitur sine satisdatione. ff. eod. qui proprio. §. qui alium. Et si dominus ipsum releuare velit extra iudicium sub hypotheca rerum suarum satisdat, vt hæredem suum obligatum relinquat. Instit. de satisda. §. si verò. & §. sequent. & hæc cautio tres habet clausulas, de dolo malo, scilicet non adhibendo & defendendo, & de eo quod vox sonat. ff. iud. sol. l. iudicatum solui. j. Sed non tenetur de rato cauere, nisi in casibus specialibus, in quibus oneratur duplici cautione, scilicet in duplicibus iudiciis. ff. eodem. si defunctus. §. vltimo. Item in causa status & restitut. in integr. & vbi tutor tanquam suspectus accusatur, & in rei vendica. ff. eod. non solùm. §. si status. & §. est & casus. & §. vltimo. & l. Pompo. §. sed & is, hoc in procura. rei.

13 Procurator † autem actoris aliquãdo cauet, aliquando non. Si enim certum est, quòd non habeat mandatum, nunquam admittitur, nisi sit coniuncta persona, quæ cum cautione de rato admittitur, nisi contraria voluntas appareat. de hoc suprà, de rescrip. nõnulli. & c. ex parte decani. ff. eod. Pompo. in fi. ideo enim hæ personæ quamvis coniunctæ cauere tenentur: quia quanquam lex eis agere permittat, non tamen procuratrices constituit. ff. iudica. solui. l. iij. & ff. eod. non solùm. §. si de dote. Hoc si non constat de mandato: & etiam si constet, tenẽtur cauere de defendendo eos, quorum nomine agunt. ff. eodem. omnium. & C. de satisda. l. vna. & accedit, ff. sol. matri. si cùm dotem. §. si pater. Quæ est ergo differentia inter coniunctam personam, & extraneam, cùm nulla sine cautione admittatur, & quęlibet cum cautione, vt j. & ij. patet. respon. Si constet, quòd extranea non habeat mandatum, non admitterur, etiam cum cautione de rato: sed coniuncta admittitur, quamvis constet, quòd mandatum non habeat, dummodo non appareat de cõtraria voluntate: vt dixi. & secundum hoc videtur, quod clericus intelligatur coniuncta persona ecclesiæ suæ, cùm admittatur cum cautione de rato, licet mandatum non habeat. ij. de off. dele. coram. & concanonicus. argum. suprà, de officio delega. cùm in iure.

2 Sunt autem coniunctæ personæ [a] fratres, patrui, materteræ & affines. ff. eodem. sed hæ. & omnes hodie vsque ad quartum gradum. infrà, de consang. non debet, quia lex antiqua loquitur secundum tempus, in quo licitum erat filijs duorum fratrum se matrimonialiter copulare. C. de nuptiis. in celèbrandis. & Instit. de nupt. §. duorum. & est argum. in legibus, quas nota. suprà de postula. §. fin. sub §. illud. in summa, quòd de quarto gradu intelligatur, & si fortè leges loquantur de gradu legali. secundum Goffred. Item fortè, & patrinus. infrà, de cog. spiri. per totum. & vide super hoc suprà, in summa, de offic. delega. §. penulti. & vlti. Si verò certum est, quòd procurator habeat mandatum, cauere non cogitur. ff. eod. si procuratorem. C. de satisdat. l. j. hoc verum est, nisi conueniatur: quia tunc tenetur cauere iudicatum solui, cùm sustineat partes rei, vt dixi suprà proxi. alioquin denegarentur ei actiones. ff. eodem. mutus. §. pœna. Sed nunquid procurator actoris constitutus ad agendum, videtur constitutus ad respondendum? Non videtur. arg. j. eod. accedens. in fin. & cap. constitutus. & quia concedendo vnum specialiter, videtur & aliũ prohibere. C. eod. maritus. infrà, de præsump. nonne. cum si. sed contrà: quia videtur datus ad id, sine quo mandatũ expediri non potest. ff. eod. ad rem mobilem. & l. ad legatum. potest dici, quòd in hoc casu non admittitur ad respondendum tãquam procurator, sed tanquã defensor, vt statim proxi. dixi in procuratore rei, quod verius videtur. Est autem vis, vtrum admittatur tanquã procurator: quia tunc contra dominum mandatur sententia executioni, vel tanquam defensor: quia tunc contra ipsum, vt patet j. eo. §. versic. qualiter. ff. eod. si procurator. §. vlti. Vt autem omnia pericula melius vites, dicas, Constituo talem procuratorẽ in tali causa ad agendum, & respondendum, excipiendum, replicandum, allegandum, & protestandum cuiuslibet generis iuramentum, & omnia alia proponenda & facienda, quæ in dicta causa necessaria vel vtilia videbuntur. argu. j. de dolo & contu. c. vlti. & sic præmissis casibus specialibus, subijcitur clausula generalis. si nota. j. de cõmodato. Sed si de mãdato dubitatur, & agere vult, resecatis superfluis dissensionibus, dico quòd in ipsius procuratoris est electione, vtrum velit cauere, aut mandatum probare. quia ad hæc duo tenetur sub disiunct. C. eo. l. j. ff. vt in pos. le. si is à quo. §. si procurator. ff. de mino. illud. & l. sequ. ergo in ipsius potestate est quid potius eligat. ff. de iure dot. l. plerunq;. C. de cond. inde. si quis seruũ. Hoc verum est, præterquã in casibus, in quibus exigitur speciale mandatũ, vt in impetratione rescripti. ij. de rescrip. nonnulli. ideo fortè quando est procurator vniuersitatis, inspicitur instrumentũ procurationis: vt appareat de nominibus. j. eo. c. fin. & dicetur j. titu. j. item exigitur speciale mandatum in petenda restit. in integ. j. de restitut. in integ. coram felicis. ff. de mino. illud & in quibusdam alijs casib. in Summa Azo. not. Item sunt casus, in quibus aliquis admittitur, & contra voluntatem expressam, vt in liberali causa. ff. de liberali causa. l. ij. & iij. quando quis ad mortem condemnatus est. ff. de appel. non tantùm.

14 **Quis sit effectus.** † Vt quicquid fecerit in iudicio, ex quo apparet de mandato legaliter facto, omnimodo ratum sit. j. eod. ca. j. in fi. vbi præcipitur, quòd Episcopus debeat mittere procuratorem cum consensu & subscriptione presbyterorum & clericorum: per quod videtur quòd prælatus sine consensu capituli non possit rem deducere in iudicium, sicut nec capitulum sine consensu Episcopi. infrà, de iudic. causam quæ. sunt enim vnum corpus, & ideo non licet membra à capite discedere, vel econtrariò. infrà, de his quæ fiunt à præla. sine consensu capituli. nouit. & capit. quanto. hoc etiam naturali ratione probatur. nam vnus sine reliquo alienare non potest, hoc certum est ergo nec litigare: quia in iudicio videtur quodammodo contrahere. ff. de pecul. licet. §. si filius. & expressim dicit lex, quòd qui non potest rem alienare, non potest eam rem in iudiciũ deducere. ff. de iure delibe. ait prætor. quod quidam indiff. admittunt. Alij indist. contradicunt, cùm administrator vtilem actionem habeat. ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. fin. & quod rectores faciunt, tota vniuersitas facere videtur. ff. de condit. & demonst. l. municipibus. ff. ad municipa. municeps. Alij dist. vtrum negocia sint communia, & tunc vera est prima sententia: vel discreta, & tunc vltima vera est. arg. ij. de rescript. edoceri. & hanc vltimam videtur magis approbare consuetudo & ius. C. de Episcopis & clericis. nemini. §. sin autem. & de sacrosanctis ecclesijs. sancimus. j. ff. quod cuiusque vniuer. no. nulli. vbi dicit lege. & argumen. j. de appella. per tuas. & in hac opi. est Gul. Na. de hac materia dicit nota. plenè suprà, de rescript. §. quæ possunt obijci. versicul. xcix. in distin. quæ incipit, cùm quæritur, vtrum prælatus. Sed nunquid

b confessio à procuratore [b] facta nocet domino? [c] Dicunt quidam quòd sic. & pro his suprà, de postulatione prælatorum. ca. j. j. de capellis mo. dilectus. sicut & confessio aduocati. infrà, de censibus. olim. & de appellat. cùm causam. sed contrà. ff. de interrogatorijs actio. si fine. §. si defensor. & de confessis. certum. §. si quis. & ad l. Aquil. proinde. §. j. Alij dicunt, quòd non præiudicat, nisi de hoc habeat speciale mandatum, vel nisi sit generalis procurator, scilicet quòd habeat generalem administrationem omnium bonorum, vel nisi datus sit in rem suam sicut nec pactum, nec iuramenti delatio à procuratore facta nocet domino. ff. de iureiurando. iusiurandum. §. fina. & l. sequen. Tertij dicunt, quòd confessio defensoris non nocet, sed procuratoris bene, cùm mandatum habeat: sed tamen dominus potest probare errorem procuratoris, sicut & proprium. C. de iuris & facti ignorantia. error. Io. est in prima opinio, scilicet quòd noceat. infrà eodem. capi. j. nec expectanda est ratihabitio domini, arg. ff. de condictio. indebi. si procurator. & l. indebitum. nam delinquendo circa iudicium sem per domino præiudicat, nisi fines mandati excedat. suprà, de officio delegati. cùm olim abbas. factum enim procuratoris domino præiudicat, etiam ignoranti. infrà, de re iudicata. suborta. ff. de tributoria actione. l. procuratoris. Sed contrà, ff. eodem. l. ignorantis. nec contumacia procuratoris domino obest. ff. si quis ius dic. nõ obtẽp. l. j. §. si procurator. nec scientia dño ignorãti nocet. ff. de liberali causa. l. in seruo. nec delictũ eius. in authent. de eccl. tit. §. si quis in suo. col. ix. nec dolus. ff. de exceptio. doli. si procurator. Sed hæc non proficiunt, secundũ Ioan. nam eius taciturnitas nocet. ij. quæst. vj. biduum. versicul. si aduersus. & infrà, de restitu. in integrum. cùm venissent. ante fin. & dolus. ff. de tribu. action. procuratoris. & contumacia. C. de erogat. milit. an. l. in executione,

ñe. libro xij. etiamsi ipse procurator malè gerat negocium, tenetur actione mandati. C. eodem. si procurator. imputet ergo sibi, qui talem eligit. ff. de mino. cum mandato. nam cùm prosit domino, si procurator obtinet, etiam iniustè. ff. eodem. qui proprio. §. procurator. vt in cæteris. sic & nocere debet. argum. iiij. quæst. iij. verficul. item si quis testibus. & iij. quæstio. viij. cuius in agendo. alioquin talem inconstantiam meritò recusabit iudex. ff. eodem. in causç. Mirum tamen videtur, quòd in re spirituali noceat. infrà, de restit. in integrum. ca. j. §. final. & suprà, de offi. deleg. coram. cùm non possit haberi recursus contra procuratorem. & sic intelligitur non soluendo: vnde non deberet nocere. ff. de dolo. eleganter. §. penultim. sed illud intelligitur, quando dolum commisit: secus, si negligenter versetur. sed ad hoc potest peti restitut. nomine ecclesiæ. Alij dicunt, quòd post lit. contesta. vera est sententia Io. ff. de doli except. si procurator. §. si post lit. sed ante lit. contestat. non nocet procuratoris contumacia domino ignorãti, scienti verò obest: si non purgauerit eandem. quod de nouo adiectum est à compilatore. infrà, vt li. non contesta. cap. j. secundum Goffredum, quod dic vt not. infrà, de dolo & contuma. sub rubricella de contumacia. §. qualiter. versicu. sed nunquid contumacia. Et illud notandum, quòd dominus tenetur procuratori ad expensas moderatas, quas in negocio seu iudicio fecit. infrà eodem. cùm pro causa. ff. eodem. qui proprio. §. lit. impendia. sed cum dist. quia si mandatum habeat, etiamsi contrariam sententiam reportet, nihilominus aget: si sine mandato, non agit, nisi obtineat. C man. l. etiam. §. iudica. sol. iam tamen. §. in hac. Tenetur etiam dominus aliquando procuratori ad salarium soluendum: sed secundum leges & dominos legum distinguitur: quia aut fuit promissum per stipulationem certum salarium, & tunc agitur condit. certi. vt Instit. de verbo. oblig. in prin. ff. si certum peta. si quis certum. aut nudo pacto in ipso mandato, vel ante, vel post incontinenti, & sic vestitur pactum nudum cohærentia contractus. C. de pac. in bonæ fidei. secundum doctrinam traditam. suprà de pactis. sub §. superest. versicu. id apertè. & sic agitur ac. man. C. mand. l. j. ad fin. aut nudo pacto, & ex interuallo, & tunc agitur off. iud. sic intellige ff. manda. salarium. Aut salarium fuit promissum incertum re & genere, puta dixit, Bene remunerabo te, & tunc nullo modo peti potest. C. man. sala. ff. man. qui mutuam. §. pen. Aut fuit incertum re, sed certum genere: puta dixit, Dabo tibi equum, non dixit quem: vel faciam te militem, non dixit qualiter, vel quantum daret pro militia, & tunc agitur præscript. verbis. & redigitur ad arbitrium boni viri. ff. de præscr. verbis. si tibi polienda. ff. pro socio. si societatem. ff. de legat. ij. l. j. in fine. ff. de legatis. iij. si filiæ. & nota. de simon. materia. suprà, de postuland. §. quis postulare. versicul. & illud notandum. & sequenti.

¶ Et qualiter mandatum † finiatur. Morte mãdatoris seu mandatarij re integra, vt no. suprà, de off. deleg. §. & qualiter. tamen si post mortem ignoranter expleatur, oritur hinc inde actio. ff. manda. si præcedente. Item finitur per reuocationem. sed dist. quia aut quæritur de præiudicio reuocantis. & tunc indistinctè tenet reuocatio: vt suprà, de rescrip. ex parte decani. & infrà eod. auditis. Aut de præiudicio aduersarij. & tunc refert, vtrum mandatum reuocetur post litem contest. & hæc reuocatio processum iudicij non impedit, nisi peruenerit ad iudicem, vel aduersarium, quibus de mandato semel fuit facta fides. j. eod. mandato. ff. eod. si procurator. C. de satisda. l. j. procurator tamen qui celat reuocationem, obligatur. ff. de dolo. eleganter. §. si dolo ma. procurato. vbi dicitur, quòd si per collusionem absolutus sit aduersarius, procurator tenetur: sed si soluendo non est, cùm aduersarius particeps sit doli, datur mihi actio contra eum de dolo. ff. mandati. si procuratorem. §. j. Si verò reuocatio fit ante litem contest. & iudex, vel aduersarius certificatus sit de mandato, vel certificari possit, sed reuocatio ad ipsum nõ peruenit, idem vt pridem, quia excusata debet esse ignorantia. ff. quòd iussu. l. j. §. sed ego. ff. iudic. solui. si ante mand. si procurator. §. si ignorantes. & l. inter causas. & l. si mandauero. §. sicut. & de interroga. act. de ætate. §. vlti. s̃. de const. cognoscentes. hoc indis. sensit Bandinus. & etiam videtur loqui s̃. de rescrip. ex parte decani. sed est arg. contrà. ff. de manumis. vin. si pater. Quid si perueniat ad iudicem vel aduersarium id super quo iam est conclusum, non impedit, sed alia impedit. infrà eodem. auditis. Vbi autem non fuit facta fides de mandato, sed alius recepit eum sine satisdatione, imputet sibi, cum ipsam exigere posset, vt not. suprà, §. ad quid teneatur. quia reuocatio valet. sic intelligo infrà eodem, in nostra. & capitul. ex insinuatione. & contrarium sensum, infrà eodem, mandato. & l. inductas. infrà

eodem, ver. potest & illud. Si ergo aduersarius vigilauit, & petijt satisda. non est in damno: quia satisdatio de rato præstita ad interesse committitur. ff. rem ra. hab. l. ij. & alia, scilicet iudica. sol. executionem patietur: quia is qui eam præstitit, obtulit se liti. ff. eodem. Plautius. ff. de re iudica. l. iiij. Potest & illud dici, quod quandocunque fit reuocatio ante lit. contest. tenet, quia procurator inuito domino nihil potuit in iudicium deducere. ff. eodem in causæ. ff. de sol. cùm quis. §. j. & ideo tenetur procurator tanquam princeps delicti. ff. de seruo corrupto in hoc iudicio. si tamen soluendo non sit, habet ac. quam dixi. argum. ff. man. inter causas. infrà, de appel. significante. & ff. de iudi. de qua re. §. ij. & si cer. pet. eius qui. sed melius est, quòd istas intelligas secundum præmissam distinctionem, vt s̃. not.

POssunt tamen plures exceptiones opponi contra ꝓcuratorem: quarum quædam tangunt personam domini, quædam personam propriam, quædam rem super qua litigatur, & quædam iudicia respiciunt. Quarum quædam tangunt personam domini, puta non potuit te constituere procuratorem. Quia minor erat xxv annis. Quia furiosus. Quia procurator ante lit. contest. Quia non erat dominus. Quia filiusfa. in aduentitijs, multò minus in profectitijs: quia in aduentitijs, pater est legitimus administrator. C. de bonis mater. l. j. nec in his potest filius agere, vel experiri etiã in persona propria sine consensu patris. C. de bo. quæ lib. cùm non solùm. & cùm oportet. Vel quia excommunicatus, infrà, eodem. ca. fina. Vel quia inuitus dedit, infrà eodem. accedens. Item non admittitur, sed respuitur, quando procurator perfidus est, & negat omnia, sed dominus bonæ famæ & honestæ. ff. eodem. si actor. Vel quia dominus nouit melius veritatem. C. eo. l. vlt. & vide super hoc, suprà eod. §. si quis dare. & accedit. ff. eo. filius. sed hoc quod dictum est de filiosa. fallit, quando iniuria facta est filio, & pater abest. ff. de iudici. si longius. & de iniurijs. sed si vnus. §. filio. Quædam personam propriam: vt quia potest esse procurator, cum sit minor, & restitueris, & etiam fideiussores tui. ff. eo. minor. nisi secundum quod legitur. C. eod. exigendi. Item quia surdus vel mutus. ff. e. l. ij. §. furiosus. & l. mutus. Item quia est accusatus de crimine. C. eodem. rerum. Item quia est fœmina, vel miles, nisi secundum quod legitur ff. eodem. filius. §. veterani. & l. fœminas. & l. neque fœmina. & nisi in alio casu, infrà, de confir. vti. cùm dilecta. §. vlti. & hæ exceptiones sunt ante litem contest. opponendæ, vt not. infrà, de except. §. & quando. super quo vide quod not. suprà eodem. §. quis dari. Quædam rem super qua litigatur, vt quia est criminalis, vel pecuniaria & publica. quod dic, vt plenè dixi suprà eodem. §. & in qua re. Et quædam iudicia respiciunt, vt quia non admittitur, nisi de rato caueatur vel iudicatum solui. quod dic, vt not. infrà eodem. §. ad quid teneatur. & hę exceptiones si sunt ante lit. contest. omissæ, postea non opponentur. ff. eodem. Pompo. §. rati. nisi incontiñenti fortè. arg. C. de pactis. petens. suprà, de elect. officij. Item falsus est procurator non habens mandatum, hoc etiam post sententiam admitteretur. infrà eodem, in nostra. in fin. C. eod. licet. infrà, de excep. cum venerabilis. In summa not. quòd sunt tria specialia in omni causa consortium eiusdem litis. Primum est, quòd quamuis constet alterũ mandatum non habere, admittitur tamen post lit. contest. nomine aliorum præstita cautione de rato. C. de consor. eiusdem litis. l. ij. suprà, de constitu. cùm M. Fer. Secundum est, quòd post litem contest. de rato cauet. quod est contra illud. ff. eodem. Pomponi. §. rati. Tertium est, quòd in causa criminali admittitur vnus pro se, & pro alijs, j. quæst. v. statuit. iij. quæst. vj. hoc quippe secundum Gulielmum Na. Sed qui dixit secundum speciale, dixit quod placuit: quid enim, si quis post lit. contest. à domino veniat, & dicat se habere mandatum, sed probat, nunquid necesse habebit de rato cauere? Quis autem de calumnia iurare debet, in Summa de iuramento calumniæ inuenietur. & j. ti. j. §. & de differentijs.

De Syndico. Rubrica.

SVMMARIA.

1 ℣ Vniuersitas quid sit.
2 Collegium quid sit.
3 Corpus quid sit.
4 Societas quid sit.
5 Procurator quis dicatur.
6 Syndicus quis dicatur.
7 Actor quis dicatur.
8 Oeconomus quis dicatur.

a Quid sit vniuersitas.] Adde Car.Zaba.in c. dilectus. el. ij. in j. quæstione de simon. doct.in cap.grauem. de sentent. excõmunica.

b Quid collegiũ.] Adde, quæ sit differentia inter collegium, & conuentum. vide per Car. Zaba.in ca. dilectus. in iij. qu.de excess. prela.

c Quis dicatur procurator.] Adde Ioan. And. in regula quod alicui.de reg.iur.lib. vj. in mercurialibus.

d Quis syndicus.] Adde gl.in c. j. eod.titul.& gl.in c. quoniam quibusdam. xvj. quæstio.vij.

TRactatum est suprà de negocijs singularum personarum, quæ per procuratorem explicantur,sequitur de negocio cuiusq; vniuersitatis, quod propriè per syndicum expeditur: vel sic,Diximus suprà de procuratore.§.j.ver. sed secundum iura nostra, quòd non est vis facienda in nominibus, dummodò constet de mente:sed quia leges faciunt differentiam inter procuratorẽ syndicum,actorem,atque œconomum,vt ad noticiam diuersitatis ponendæ materiam habeamus, specialem rubricam de syndico apponamus,dicendo, Quis dicatur procurator, Quis syndicus, Quis actor, Quis œconomus, Et de differentijs eorundem,Et à quo quilibet sit constituendus.Et ad quæ. Et qualiter.vt autem hæc apertius videantur,primò videndum est,Quid sit vniuersitas, Quid collegium, Quid corpus,Quid societas.

1 Quid sit † vniuersitas. [a] Collectio plurium corporum rationabilium speciali
a nomine attributo : sed Azo dixit plurium corporum inter se distantium. ff. de vsucap. rerum mistura. quod non placet domino meo,sed posuit rationabilium ad differentiam gregis.

2 Quid † collegium. [b] Plurium personarum collectio simul inhabitantium speciali nomi
b ne attributo, vt canonici sancti Victoris Parisiensis, & sanctæ Genouefæ, & monachi sancti Proculi Bononien.

3 Quid corpus. † Collectio personarum, &c. vt proximè siue simul habitent,siue non,vt pistores,& nauicularij, & similes.

4 Quid societas. † Idem quod corpus,sed differt : quia societas contrahitur gratia commodioris vsus & vberioris quæstus. ff. pro socio, coiri societatem.& l.sequenti.quod non est in corpore,seu collegio.Habent ergo se hęc nomina tanquam genus & species.ff.eodem.scilicet,quod cuiusque vniuersitatis nomine.l.j.& ff.quod metus causa.metum.§.animaduertendum. vel dic, Societas est personarum indiuiduorũ nominatorum collectio generali nomine, & vnico attributo,& hi quibus permissum est habere collegium, seu corpus,ad exemplum reipublicæ habere possunt res communes,& arcam cõmunem,seu syndicum vel actorem, per quos agant atq; respondeãt, & si nemo defendat,ex quo competenter moniti sunt quod commune est possideri,& infra tempus arbitrio limitatum.argu.ff.de iure deliberandi.l.j. vendi seu distrahi iubetur.tamen & quilibet ipsorum vniuersitatem defendere potest,cum melior fiat eius cõditio.ff.eodem.l.j.Traditur autem hæc regula generalis,quòd omne collegiũ est illicitum,nisi ꝓbetur concessium.ff.de illic.col.l. iij.Est autẽ permissum causa religionis.C.de illici.col.l. j. dũmodo sub prætextu religionis non nutriant hæresim.C.de sacrosan. ecc.l.sub prætextu.j̃.de hæreti.excommunicamus.§. quia verò.& ca.se.Sed & nouæ religiones reprobantur.j̃.de reli.do.c.vltim.Et conspiratores de proprio gradu cadere debent,& tam ipsi quàm eis consentientes infames sunt, vt nec in testimonium admittantur.iij.quæst.iiij.coniurationes.xj.quæst.j. coniurationum.& ca. suspirationum. Sed & si quis tumultum contra aliquem fecerit, vel seditiosas voces emiserit, capitalis pœna est. C. de his qui ad eccle.confug.denunciamus. & C. de seditiosis.l.j.& ij.li.ix.de pœnis.aut facta.respon.j.& l.si quis aliquid.§.actores. Sed secũdum constitutiones feudorum, quilibet coniurator punitur in vnam libram auri, vt in libro feudorum de pace tenenda.hac edictali. §.conuenticulas. Item permissæ sunt societates omnes omnium professionum seu negotiationum:& tales sub iudice respondere debent.C.de iurisdi.om.iudi.l.vlti.& ff.de illi.col.l.fi.& l. Græca. ibi signata.& valent sacramenta causa societatis facta, vt ibi. Item collegium leprosorum licitum est & priuilegium.j̃. de eccle. ædifi. cùm dicat. Item ciuitatum & vicorum.ff.de leg.j.si hæres iussus.§.vsus.& ad Treb.omnibus.Item omnium decurionum in singulis ciuitatibus.C.de natura.liber.si quis.& l. quoniã. Et generaliter omnis congregatio potest dici licita quæ fit causa iu.& iusticiam tuendi.Inst.de iust.& iure.resp.j.& §. seq. & §.iuris præcepta.ff.de iust.& iu.l.j.ideo dicebat dominus meus, quòd societas Lombardorum licita est:sed certè si Imperator catholicus sit, potius potest dici,quòd incidãt in crimen læsę maiestatis. & ideo locũ habet litera,ꝙ morte moriantur.s̃.de maio.& obe.si quis.nẽ quod princi.placet,&c.Item ecclesiarum,quarum priuilegia violatores pœna v.lib.auri afficiuntur, vel etiam dissimulatores.C. de Episco,& cle.in ecclesijs.& l.si ecclę. venerabilis. & quòd contra impetratum est, caret roboris firmitate.C.de sacrosan.ecclę. priuilegia.quod quidem malè obseruant.vt patet in his quæ no. j̃.de immu.ecclę.§.inquantũ. sub §.sed nec illa imunitas.Corpus autem monopolarum illicitum est, & dicitur monopola, penultima syllaba longa, quãdo pactum fit inter aliquos mercatores, vt vno precio vendant,vel vt vni soli vendere liceat: vel dicitur à monos,quod est vnus,& pola quod est venditor, quasi vnus venditor.vel dicitur monopola,penultima syllaba breui, à polis qđ est ciuitas, quasi vnus in ciuitate talia vendens. vel dicitur monopolium,inde monopola:qui impetrat vt sibi soli vendere liceat certas species vel res:sed si quis huius officium exerceat, bonis proprijs spoliatus perpetuo exilio damnatur. primates professionum quinquaginta libra. auri pœna afficiuntur. princeps terræ si dissimilauerit, pœnam patitur quadraginta librarum.C. de monopol.l.j.Sodales autem, quod ab amicitia nomen trahit, possunt esse homines ad inuicem,dummodo l.public.non corrumpant. ff. de colleg. illic.l.vltima. & sic collegium dissoluitur, possunt diuidere pecunias communes inter se. ff. de illicit.colleg.l.iij.

5 Quis diçatur † procurator. [c] Dictum est suprà titul. j. §.quis
c dicatur.

d 6 Quis syndicus. [d] Syndicus † est ille,qui constituitur ad agendas causas vniuersitatis, seu defendendas præsentes & futuras sine decreto. ff. eod.l.j.& l.item eorum. inde syndicus quasi simul vel singulorum causas dicens,& syndicus Græcè,Latinè defensor.ff. de muner. & honor.munerũ. §.defensores. per quam legem dicunt quidam, quòd ad vnam rẽ potest dari:sed quod dicit ibi,& qui ad vnam rem, non facit relationem ad verbum, defensores, sed potius ad subauditum,scilicet actores vel procuratores, secundum d.m.& Azo.Potest quis constitui syndicus ab vniuersitate.ff.eo.l. j. Sed nunquid necesse est,quòd sit de collegio? Quidam dicũt,quòd sic.ar.C.de off.præ. vr.l.fi.C.de aduo.diuer.iud.petitionem. & l.nemo excepta.C.de episc.& cler.in ecclesijs.ff.de mune.& hono. vt gradatim.respon. j.& §.j.C.de proxi.sac.scrini.vnicuiq;.lib.xij.lxj.di. nullus. suprà, de elect.ne pro defectu.& c.quia propter. ibi, assumantur tres de collegio. & facit pro his quia non conuenit alicui regni arcana scrutari.C.de commer.& mer.l.iiij.in prin.Goffred.contrà. nam & si is qui de collegio est, posit constitui. vt patet xvj.qu.j.monachi. & ca.qui verè.potest & is qui non est de collegio.infrà,eodem. cap. j̃.Quod puto verum, nisi in fraudem fiat,puta quando recurritur ad ignotum,vel qui causam ignorat,vel malitiosus sit, negabit de facili veritatem. talibus enim iudico occurrẽdum per iura. infrà,de iuramen.calum. in pertractandis, quia malitijs hominum occurrendum est.suprà,de rescript.plerunq;.infrà,de priuileg.ex parte, iij. vnde nec de ipsa vniuersitate admittere debet iudex vilem vel suspectum.argumen.ff. de eden.si quis ex argentarijs.§.j.imò is eligendus est, qui nouit melius veritatem.argumen.ff.de procura.si actor.C.de procurat.l.final.ergo etiam si nescisse fuerit,compellat rectores, vt iurent in animas suas, & illorum qui sunt de collegio vel vniuersitate, & respondeant veritatem,quam sciunt,vel intelligent,per illos, in quorum animas iurauerint,vt in authenti.d.n.de testibus.extra ad hoc.aliàs incipit, præsentium.nam & illi debent iurare,qui melius veritatem nouerint,vt expresim probatur etiam in iuramento calumniæ. C. de iuramento calu.l. ij. §. fin autem. vel dignitas. Igitur nec pati debet iudex, quòd is qui veritatem ignorat iuret,nec incurrat anceps periurium.ff.de in litem iurand. videamus.nec suspectus.de quo verisimile est, quòd iuramentum in reuerentiam non haberet. infrà, de cohabitatione clericorum & mulierum.clericos.& sic de consilio meo non admittet talem syndicum, sed repellet.& adde quod not. suprà titu. j. §. quis dari. & j̃.de testib.cogen.§.j. ver.videtur tamen.& §.quare.

7 Quis actor. † Qui constituitur ad agendum seu defendendum causam,vel causas vniuersitatis præsentes tantùm,& cum decreto.ff.eodem.item suffragium. §. si decuriones.ad futuras autem lites constitui non potest, quia decretũ simile est sententiæ,quæ futurum tempus non respicit. ff. de vsuris.l.j.cùm incertum sit.ff.de iudic.sed & si restituatur.§.fi.Instit. de verborum obliga.§.conditiones. & ad hoc C. de sentent.quæ sine certa quantitate profe.l.j.& ij.Instit.de actioni.§.curare.sed actor potest institui à non domino, & ab vno solo.vt patet infrà eod.§.& de differentijs.

Quis

Quis † œconomus. [e] Dispensator ecclesiæ, seu defensor, cui res ecclesiæ gubernanda mandatur. C. de sacrosanctis ecclesijs. iubemus. in princ. & quem tractatus Episcopi eligit. argumen. C. de Episco. & cleri. omnes. §. præterea. & §. hoc nihilominus. & hunc iubentur habere omnes Episcopi, & archiepiscopi, vt vice ipsorum gubernent temporalia, & in iudicio sistant. ix. quæst. iij. cùm simus. v. quæstio. iij. quia Episcopus. qui etiam vocatur vicedominus, & debet talis constitui, qui hospitibus & causis quæ superueniunt, paratus existat. lxxxix. distinction. volumus. alij dicunt, quòd vicedominus administrat res Episcopales: œconomus verò res ecclesiæ. xvj. q. vij. quoniã in quibusdam. lxxxviij. di. c. j. x. q. ij. hoc ius porrectũ.

Et de differentijs eorundem. Patet ex superioribus, quòd differentia est inter procuratorem & syndicũ, quia, procurator ab vno, & à pluribus constituitur, syndicus à pluribus tantùm. item procurator non iurat. de cal. secundum l. C. de iu. ca. l. ij. sed actor seu syndicus iurat: & procurator satisdat iudicatum solui. quod non est in syndico vel actore. ff. rem ratam haberi actor. nisi fortè de decreto dubitetur. ff. e. item suffragium. §. actor vniuersitatis. dic quòd ibi satisdat de rato. & accedit, C. de administratione tutorũ. l. vltim. §. defensionem. & l. vulgo. sed secũdum nos, omnes isti de cal. iurant. j. de iura. cal. in pertractandis. & c. seq. & c. pe. & vltim. & est ratio, quia non est vis in nominibus, vt no. s. tit. j. §. quis dicatur. & §. quis dare. hoc secundum quosdam: sed T. dixit procuratores priuati iurare non posse. quod dic vt no. j. de iura. calum. §. quis posit. & versi. seq. & ver. quod autem dixi. Item procurator ad præsentes & futuras lites constituitur. in hoc ergo differt ab actore, qui ad præsentes tantùm. Item procurator sine decreto, vel cum decreto, vt suprà titu. j. c. j. actor cum decreto tantùm. Item procurator non potest constitui à tutore ante lit. contest. sed actor potest. C. de procurato. neq; tutores. Differt etiam ab œconomo, quia procurator in ecclesiasticis rebus & priuatis constituitur, sed œconomus in ecclesiasticis tantùm. Item syndicus differt ab actore, quia syndicus à pluribus tantùm, & ad plures causas, & ad futuras, & sine decreto, sed actor ab vno & à pluribus. ff. de administratione tutorum. decreto. C. de acto. tutor. vel curat. dan. in rubro & in nigro, Institu. de authorita. tuto. in fi. & ad vnam causam dari potest, vel ad plures, sed tantùm præsentes, & cum decreto. Item differt ab œconomo, secundum quod procurator. Item actor ab œconomo differt, secundum quod proxim. Sed & illud notandum, quòd vniuersitas per vnum retinetur. ff. e. sicut municipij. §. final.

Et qualiter constituatur. In præsentia vniuersitatis, ita quod ad minus duæ partes adsint, in quibus numerabitur vox electi. ff. eo. nulli. & l. planè. s. de elect. cùm in iure. ideo debent scribi nomina in instrumento. C. de leg. quoties. lib. x. ne postea causetur quis, se non interfuisse. & quis absens tanquam præsens inscribatur. s. titu. j. c. j. & infrà, de his quæ fiunt à prælat. capit. quanto. ff. de albo scriben. l. j. & ij. & vt appareat, vtrum duæ partes præsentes fuerint nécne. & vtrum ibi esset aliquis excommunicatus, quoniam non valeret constitutio, nec aliter valet instrumentum siue decretum, nisi legitimo modo coadunato factum sit. ff. de decret. ab ordin. fac. l. ij. & iij. nec sufficiunt soli decuriones, imò & aliorum consensus requiritur. C. de defend. ciui. leg. ij. C. de Episcopali audientia. iubemus eos. quod intelligas, quo ad ius vniuersale, vel quando agitur de ipsius præiudicio, super quo soli decuriones potestatem non habent, quia nec vniuersitas hoc eis concessit. argument. s. de maioritate & obedientia. capit. fina. ff. de aqua plu. arcend. in concedendo. C. de authoritat. tuto. præstand. l. fin. aliàs si vniuersitas regatur per certos homines, quibus hæc potestas data sit ab ipsa vniuersitate, sufficit quòd duę partes talium præsentes fuerint, & consenserint, quorum nomina sunt inscripta. & sic intellige. C. de decur. nominationum. lib. x. ff. quòd cuiusque vniuer. nomi. nulli. & l. item suffragium. §. si decuriones. Sed qd si cõuocato publico Parlamento, constituatur aliquis syndicus, & dicatur in publico instrumento, quòd plus quàm duæ partes præsentes fuerunt, nunquid hoc sufficit? Videtur quòd sic: quia si nomina omnium deberent inscribi, forsitan ipsa non reciperet pergamenum, & sic saltem impossibilitas excusabit. ff. de regu. iuris. impossibilium. in tali casu crederem sufficere, si maiores & meliores de ciuitate, quatenus bono modo possibile esset, ad arbitrium boni viri inscriberentur, & postea sequeretur superior clausula generalis. argumen. ff. de condit. & demon. à municipibus. ff. ad municipales. municeps, & l. magistratus. C. de iuramen. calum. l. ij. §. hoc etiam huic legi. in fin. & suprà de elect.

quia propter. ibi, præsentibus omnibus, &c. e ad quod accedit quod not. suprà, de rescript. §. quę possunt obijci. respon. j. ver. sed & si plura. & j. de commo. §. fi. versi. ergo non tenentur. est tamen consilium legis, quod si in hoc casu, vel alio de mandato te dubitare contingat, exigas cautionem. ff. quod cuiusq; vni. itẽ suffragium. §. antepe. Sed & si iudex interlo- a quatur procuratorium sufficiens esse, authoritate prætoria fulcietur. argum. ff. quod cum fal. tu. l. j. §. pen. ad fin. ff. de mino. ait prætor, respon. j. ad fin. in ver. quid tamen si prætor. Tamen si maiores & rector ciuitatis excommunicati sunt, videtur quòd alij qui excommunicati non sunt, ipsum constituere possunt, dummodo non fiat authoritate excõmunicatorum. vt s. tit. j. capitu. vlt. excommunicati. n. pro mortuis reputantur. xj. q. iij. nemo Episcoporum. & debet inde fieri decretum legaliter factum. s. titul. j. c. j. Suadetur autem religiosis, vt syndicum habeãt, cui dent competens salarium. j. e. c. vnico. quia cùm debeant esse in ecclesijs, & circa spiritualia & orationes intenti, non debent se immiscere secularibus, quod etiam in alijs locum habet. j. ne cl. vel mo. c. j. & ij. & c. non magno opere. ij. q. vij. sicut sacerdotes. xj. quæst. j. te quidem. & §. ex his omnibus. Et loquuntur hæc capitula de honestate, quia abbate imperante, si vtilitas ecclesiæ hoc exposcat, necesse habent obedire, vt no. suprà, de postulan. §. pe. in fin. xvj. q. j. §. ecce. & §. quod verò. & sequen. & c. monachi. & c. qui verè. & hoc probatur optimè in authenti. de sanct. Episco. §. si quando. colla. ix. infrà, de appel. Nicolao. & præceptores hospitalis vel militiæ templi, & agere & conueniri possunt, infrà de iudi. cùm deputati. Nec tenentur satisdare, in authen. infrà, de ec. titul. §. pen. colla. nona. & de hoc tetigi suprà, de procura. §. quis dari. & not. quòd sicut ibi dixi in fin. laicum posse fieri procuratorem in merè spiritualibus, quando alium laicum, qui eum constituit principaliter tangit: sic dico clericum posse fieri procuratorem in ciuilib. merè, quatenus alium clericum principaliter tangit.

Quis œconomus.] Ad de c. cum vos. de of. ord. in c. auaritiæ. de elect. lib. vi. gl. in ca. saluator. j. q. iii. gl. in ca. cum scimus. ix. q. iii. & gloss. in l. iubemus. C. de sac. sanct. eccle.

Quid sit metus.] Ad de c. j. eo. ti. li. vi. gl. in ca. ad audientiam. co. ti. & in l. i. & in l. metum. ff. e. & Abba. in c. cum locum. despon.

Quid pertinet ad officium istorum?

Dic vt s. duob. titulis proxi. §. quid sit eius officiũ. & §. quid pertinet. nisi in prohibitis, quæ ex superiorib. colligere liquet.

A` quo quilibet constituendus sit, & ad quem.

Ex superioribus patet, & si petas quare, respon. naturali ratione. valde enim est necessarium, vt qui rebus suis interesse non vult, vel non potest, saltem per alios potest agere & conueniri, & sua negotia gubernare. ff. de procu. l. j. plerunq; eñ indefensi rerũ suarum possessionẽ & distractionẽ patiuntur. ff. de nego. gest. l. j.

De his quæ ví metus ue causa fiunt. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Metus quid sit.*
2 *Metus qualiter distinguatur.*
3 *Vis qualiter distinguatur.*
4 *Gestum causa metus, qualiter retractetur.*
5 *Aduocatus si propria authoritate rem sibi conuentam pro salario occupat, restituere tenetur.*
6 *Factum metus causa mero iure retractatur.*
7 *Metum passus, habet triplex remedium.*

AVdiuimus de his quæ propria & spontanea voluntate geruntur, nunc dicendum de his quę ví métusue causa fiunt. videamus itaq;, Quid sit metus, Qualiter metus distinguaẽ, Quid vis, Qualiter distinguatur vis, Qualiter retractetur quod metus causa gestum est. Vt autem antiquitatis nihil ignoremus, Inst. de testa. in prin. quia & si iura antiqua non sint in vsu, noticia tamen eorum necessaria est. vj. di. fuerunt. ampliator antiquitatem respiciens intitulauit de his quæ vi. quia olim ita dicebatur: sed postea detracta fuit vis mentio, quia quod vi atroci fit, & metu fieri intelligitur. ff. eo. l. j.

1 Quid sit † metus. [a] Instãtis vel futuri periculi causa mẽ a tis trepidatio. ff. eo. l. j. exigitur aũt, q; metus præsens sit, licet periculũ futurũ. ff. e. metũ. ij. & dicitur me-

tus, quasi mentem scilicet liberam tenens, id est retinens, seu impediens: nam qui timorem habet, non quod ore semper exprimit, mente gerit.

2 Qualiter metus † distinguatur. Alius probabilis, alius nō.

Probabilis hoc versu continetur:

Excusat, carceri, status, & mors, uerbera, stuprum.

Talis enim cadit in constantem, vt probatur ff. eod. l. isti quidem. C. de transa. interpositas. scilicet quando timet subuersionem status, vel stuprum in se, vel in filios, vel verbera, seu cruciatum corporis, vel vincula, vt ff. eo. nec timorem. Non probabilis est, quando cadit in miserum hominem, & vecordem, qui timet timenda, & non timenda: & talis dicitur meticulosus. ff. eod. metum. j. ideo non excusat metus, nisi talis sit qui caderet in constantem hominem & securum, infrà eo. ad audientiam. & c. pen. infrà, qui cle. vel vo. insinuantem. Inuenio tamen quòd metus rerum excusat, infrà eo. abbas. l. dist. presbyteros. sed contra xxxij. q. vij. omnes causationes. vbi damnum rei familiaris non excusat. Sol. Modicum damnum non excusat, sed graue: puta damnum omnium rerum, vel maioris partis. ff. de excu. tu. propter litem, & iunge quod no. suprà, de proc. §. & in qua re. ver. & quòd dixi. vel melius, metus damni excusat in dato, vel promisso, vel remisso. nam & datum repetitur, & promissum non soluitur: exigitur & remissum, sed non excusat in commisso, scilicet in peccato mortali, quia potius debemus omnia mala tolerare, &c. infrà eod. sacris. xxxij. q. v. itáne. secundum Goffred. Item metus, ne honor impediatur, seu beneficium, infrà de instit. cùm venissent. Item metus ordinandæ libertatis. ff. quarum rerum actio non datur. l. j. §. quę honorandæ. Item metus iudicis. ij. q. j. in primis. C. eod. l. pen. & vlti. Item metus verborum. xxiij. q. viij. conuenior. Item suspicio metus. ff. de loca. & con. habitatores. Sed & victus victorem aliquando cogit ad ludum retinendo. ff. de aleatoribus. l. j. in fin. & l. ij. Item excusat metus verborum, ita quòd si protestatio præcedit hoc scilicet in secreto, dicit coram amicis, Sciatis quòd quicquid fecerim, timore facio, & nolo quòd mihi obsit: videtur q. non valeat quod agitur. sic intelligi potest. ff. de acqui. hæred. qui in aliena. §. vltim: secus, si protestatio non præcesit. ff. eod. si mulier. §. penul. qui incipit fine metu, infrà eodem. c. j. Item timor carceris, vel vinculorum excusat. ff. eo. isti quidem. Item metus excōmunicationis, nam excommunicatio continet corporis & ānimæ detrimentum. ij. q. j. de manifest. xj. q. iij. audiui. & per ipsam subuertitur status hominis, quia de corpore ecclesiæ eijcitur, & traditur sathanæ. vt ibi, & est æterna mortis damnatio. xj. qu. iij. nemo. vnde timēda est sicut mors, sed cōtrà qa medicinalis est, nō mortalis. ij. q. j. multi. dixit Goff. quòd metus excommunicationis non excusat, quia aut est iniusta: & illa non ligat, quò ad Deum. xj. qu. iij. cui est illata. dummodo non contemnatur. xxiij. qu. iij. notandum. in fin. aut est iusta, & tunc sibi imputet, qui in culpam incidit. ff. eo. similiter. secundum Goffred. ff. de iureiur. quod quis. hoc non audeo asserere, quia minus excusat aliquoties, vt patet ex superioribus. Item dubium potest esse, vtrum iusta sit, vel iniusta, & etiam si iniustè excommunicetur quis, tamen quò ad ecclesiam tenet sententia, & multa sequuntur incommoda, vt patet s̄. de æta. & quali. cùm bonæ. cum si. j̄. de ap. pastoralis, in fi. quid enim, si Episcopus pauperem sacerdotem, qui non habet nisi vnicum beneficium in casu non concesso, nisi det x. vult excōmunicare: videtur igitur, quòd debeat aliquando, & in aliquibus excommunicare, argu. xj. quæst. iij. sententia. j̄. de resti. spo. olim. iij. Sed hæc à iudice diligenter inspicienda erunt, vt arbitretur fideliter in prædictis si accidat, vtrum debeat vel non debeat excommunicare, considerando personas, loca & tempora, & qualitatem facti, & causam. ff. ex quibus causis ma. in integ. restitu. l. iij. ff. eo. non est verisimile. ff. de rei vendi. in fundo. j̄. eodem. cap. vlti. s̄. de transact. cap. vlti. in fin. Quid enim de pactis à militibus pauperibus, per vsurarios, quibus obligati sunt, vel obligantur extortis. certè subuenitur. j̄. de emptio. & vendi. ad nostram. & de pignor. illo. c. cùm contra. & c. significante. & iuramentum remittitur. j̄. de iureiurando. debitores. & vide j̄. eodem. §. qualiter retractetur. versic. quandoq;. & est ratio, quia in contrahendo vtitur quilibet libero arbitrio. C. de actio. & obligatio. sicut. sed est ne verisimile, quòd aliquis diligens paterfamiliâs velit pecuniā suam iactare: absit. ff. de probationibus. cùm de indebito. ideo semper præsumitur contra vsurarios: vt dicam infrà, de pignor. §. quibus, de vsuris. §. qualiter contractus.

Quid uis. Maioris rei impetus, cui resisti non potest, scilicet commodè. ff. e. l. j. in fine. aduersus quam non ,pficit custodia. ff. de act. emp. si ea. & locati. sed de damno, & cōmodati. ad eos, si ergo possumus vitare vim, non excusabit, quod verum est, si vitare possumus sine periculo. aliàs excusabit. arg. C. de hære. instit. cùm proponas. & potest dici atrox, quando fit dolosè & illicitè. ff. de minori. auxilium. Nam si à iudice fiat licito modo, non tenetur. ff. eo. continet.

3 Qualiter distinguatur vis. † Alia compulsiua, per quam cōpellitur quis ad id faciendum, quod non faceret, si esset liberi arbitrij. ex hac nascitur edictum quod metus causa, vt hic & in superiorib. Alia expulsiua, hæc inducit interdictum vnde vi. ff. de vi, & vi arma. l. j. & iij. Alia tributiua. & inducit interdictum, vti possidetis. in rebus immobilibus: & vtrobi in mobilibus. ff. vti possidetis. & vtrobi, per totum. Alia abusiua, quæ fortè in prin. §. quid si vis diffinitur: sed & hæc inducit vi bo. rap. per totum. Insti. vi bo. rapt. §. sed nec dum talia. & vide quod not. s̄. de treu. & pa. versi. quid sit iustum bellum. ver. si ergo aliquis ceperit hominem. Alia inquietatiua, cùm quis à me prohibitus, vel suspicans se prohibendum, si scirem, in meo ædificat. ff. quod vi aut clam. ex quo hoc interdictum nascitur, vt ibi per totum. hæc causa breuitatis sufficiant. & iunge infrà, de cau. poss. & propriè. sub rubricella de causa poss. & propriè. sub §. his igitur præmissis.

4 Qualiter retractetur quod metus † causa gestum est. & est sciendū, quòd aliquando retractatur per verba edicti, & mentem, vt quando quis timet cruciatum corporis, vel verbera aliquando per mentē non per verba, vt quando timet stuprum, vel subuersionem status sui. de his suprà §. qualiter disting. Quandoq; per responsa prudentum, seu officio iudicis: vt quando quis potens minatur mihi, quòd ducet me vinctum ad præsidem, nisi dem ei decem, vel vsurarius non permittit athletam ad certamina iturum, nisi decem promittat vltra debitam quantitatem, hic restituitur ad quod datum est, vel quod debitū promissum est relaxatur. Item si quis apparitione, id est, coactione iudicis interueniente, vltra debitam quantitatem soluerit, restituitur: sed si id quod debebat, soluerit, quamuis extra ordinem soluere non debuerit coactus, in ciuile tamen esset, quod restitue retur, cùm debitum soluerit. ff. eo. non est verisimile. Item quando libertus promiserit, ne libertas impediatur. ff. quarum rerum actio non datur. l. j. §. quę onerandæ. sic infrà eodem. Abbas. Item quando medicus ab infirmo nimio feruore infirmitatis laborante elicit promissum vltra quàm licitum sit. ff. de vari. & extraordi. cogn. medicus. Item per constitutiones principum. nam si iudex ex administratione sibi concessa aliquid emat, rem restituit, & in quadruplum condemnatur. ff. de contrahenda emptione. non licet. Si verò à subiectis emat, & per impressionem reddere cogitur, rem, nec precium recuperat. C. eod. l. pen. Sed si emat sine impressione idem, hoc excepto, quod precium datum applicabitur fisco. ff. de iure fisc. auferetur. §. quod à præside. secundum hoc intelligitur. C. de contra. iudi. l. vnica. & fi. lib. primo. Dicitur autem impressio, crimen inflictum per iniuriam, contemplatione alicuius officij publi. & dicitur aliquando crimen concussionis. ff. de concussio. l. j. Item contractus per potentiam eliciti per consti. infirmantur. C. eo. l. vltima.

PVniuntur & alio modo violenti per constitutiones. nā si quis Christianus Iudæo, vel Pagano vel subdito, & quietè degenti iniuriam irrogauerit, debet corrigi per iudicem: & si aliquid abstulerit, in duplum cogitur restituere. Iudex autem qui constitutionem neglexerit, pari pœna punitur. C. de Paganis & sacrifi. & templis eorū. Item si quis agit cōtra me finiū regūdo. & ante sentētiā aliqd de terra mea occupauerit, tāti modū agri quāti occupauit, amittit. C. finiū regundo. si
5 cōstiterit. Itē si qs aduocatus † authoritate ,ppria rē sibi conuētā pro salario occupauit, eam restituit, & à petitiōe excluditur. C. de suffragio. l. vnica. Item si inquilinus meus præcedētis anni inquilino meo cui secūdo locaui, moueat quæstionē quasi secūdus ad iniuriam suam conduxerit, nisi pacto in scriptis habito, eius, scilicet primi inquilini intentio fulciatur, si priuatus est acriter cæsus, in exilium mittitur. Si miles, pœna x. lib. auri multatur. C. loca. & conducti. ne ciui. sed excipitur, infrà, locati & conduct. c. j. Item si quis colludente tutore, vel curatore possessionem pupilli, vel adolescentis occupauerit, ilico possessio ei, cui ablata est, reddi iubetur, & tutoribus vel curatoribus de portandis, ipsorum omnia bona publicantur. C. vnde vi. meminerint. Item si quis rem meā mobilem vel immobilem sine authoritate iudicis occupauerit, ipsam & æstimationē mihi restituere cogitur. si verò sua erat, sed ego detinebam, ius proprietatis amittit. C. vnde vi. si quis in tantam. si tanquam obligata occupat, vel inuadit, soluitur ius pigno-

pignoris, hoc eſt, hypothecaria, licet perſonalis actio remaneat. ſic intelligas, quòd ius crediti non habebit, & hoc per decretum prætoris extat edictum. ff. eod. extat. & de vi priua. l. penult. Item ſi quis inquilinus meus, vel colonus, vel qui aliàs à me precario poſsidet, expectato ordine iudiciorum mihi reſiſtat: id eſt, niſi mi hi reddat ante ſententiam diffinitiuam, mihi victori cogitur reſti tuere, & æſtimationem eiuſdem. C. eod. nō ab re. Item ſi quis poſ-ſeſsionem meam vacantem ingreſſus fuerit ſine iudiciali ſenten-tia, tanquam prædo punitur: & omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios omnibus modis pertinere. C. vnde vi. cùm quærebatur. & hoc verum eſt, niſi iuſto errore ductus ſit, vbi qui-dem nullam pœnam patitur. C. vnde vi. inuaſor locorum, puta, quia credit quòd ſit illius cui ſucceſsit. ff. de regul. iur. qui in alte-rius. Item ſi quis per violentiā me ſpoliauerit rebus meis, ex quo de violentia conſtat per teſtes, omnia vtenſilia, & intereſſe meum probo proprio ſacramento, præcedente tamen taxatione iudi-cis, vltra quam iurare non licet. C. vnde vi. ſi quando. cuius men tem habes ī. c. vlt. & hoc, quia intereſſe prouenit ex delicto. nam ſi ex contractu neceſſarij ſunt teſtes, ideo dat conſilium lex, quòd certa ſumma apponatur, quia intereſſe de facili per teſtes probari non poteſt. Inſtit. de verb. oblig. §. penult. ff. de præto. ſtipul. l. vlt. Item ſi quis creditor pignorauerit, vel exegerit alium pro alio, ca dit ab actione ſibi competenti, & in quadruplum condemnatur. in authent. vt non fiāt pignoratio. coll. v. Item ſi creditor liberum hominem pro debito ceperit, vel retinuerit etiam filium, cadit à debito, & aliud tantundem præſtat retento, vel parentibus eius, in authen. vt nulli iudic. §. quia verò huius. col. ix.

IN hac autem retractatione notandum eſt, quòd ſi iu-ramentum interueniat propria authoritate, non ve-niet quis temerè contra proprium iuramētum, vel fi-dem interpoſitam: quia hęc duo æquiparantur. ī. eod. ad aures. & de fideiuſſoribus. peruenit. & not. ī. de arbit. §. quali-ter conſtituatur. verſic. ſed metus. & eſt ratio, quia Deus inter ſim plex verbum & iuramentum non facit differentiam. xxij. q. v. iu-ramenti. quare omnino ſeruandum eſt, niſi ſit tale quod ſerua-tum vergat in diſpendium ſalutis æternæ. ī. eodem. cùm dilecti. ī. de electione. venerabilem. §. final. verſic. idem etiam contra pro-prium iuramentum. Et nota. ſecundum Bacian. & T. quòd iura-mentum vi vel metu extortum neminem obligat. arg. xxij. q. iiij. inter cætera. xxxj. q. ij. Lotharius. xv. q. v. c. j. illud enim ſpectat ad caſum, qui ponitur in illo cap. inter cætera. ſecundum Ioannem, tanquam diuina voce prætor edixerit, quod metus cauſa factum erit, ratum non habebo. ff. eodem. l. prima. Alanus diſtinguit, an habebat animum adimplendi, & tunc obligatur: non aliàs. in-frà, de bapt. maiores. circa finem. Gulielm. Naſ. dicit, quòd ſem-per eſt obligatorium. xv. quæſt. j. merito. infrà eodem. ad aures. & de iureiurando. conſtitutus. ſi tamen venit contra iuramen-tum, præſtitum vi, vel metu, iniungitur pœnitentia, tanquam pro veniali. infrà, de iureiurando. verum. Quod poteſt dici verum, ſi ſit coactio abſoluta: puta, quia aliquis accipit manus alicuius violenter, & ipſo nolente, ponit thus in manus eius, & trahit eum ad idolum, ita quòd velit, nolit, ponit thus illud ſuper arā idoli. quinquageſima diſtin. presbyteros. j. quæſt. j. cōſtat. xxxij. quæſt. v. quaſi per totum. xv. quæſt. vj. cap. j. argum. de conſecr. diſtin. iiij. eos. ff. de authoritate præſtanda. l. prima. Si verò ſit condi-tionalis, non excuſat à toto, ſed à tanto, quia culpam ſiue pœnam attenuat. infrà eodem. ſacris. talis enim coactio dicitur metus, de qua dicitur, quòd melius eſt omnia mala tolerare, quàm ma-lo conſentire. xxxij. quæſt. v. ita ne. Sin autem cogatur ad id, qd̄ non ſit mortale, puta renunciare rebus ſuis, ſi poteſt cadere in conſtantem, indiſtinctè poteſt venire contrà ſecundum quoſ-dam. Sed refert, vtrum iurauerit quis reſignare tantùm, vel etiam non repetere: ſi iurauerit tantùm reſignare, illud ſeruandum erit, ſed tamen directè ipſo beneficio reſignato, poteſt reſcriptum im-petrare, & ipſum repetere per actionem, quod metus cauſa, quæ in rem datur, licet perſonalis ſit, vt dicitur infrà eodem. ſub §. ha-bet autem. ſic poteſt intelligi infrà eodem. Abbas. & cap. ad au-dientiam. Si verò iurauerit non repetere, & iterum ſibi confera-tur, recipere poteſt, & ex ſecūda receptione agere. ſuprà, de renun ciatione. cùm inter P. Gaufredi. Item abſolutus per Papam pote-rit petere ex prima inſtitutione. ſic poteſt intelligi dictum c. cùm inter. & infrà, de iureiurando. ſi verò. Quid ſi iurauerit non ve-nire contra ſacramentum, id eſt, non petere abſolutionem, ad-huc poteſt eccleſiæ nunciare, & eccleſia ad nunciationem ipſius i-pſum abſoluere motu proprio. xxxvj. q. v. conſanguineos. infrà, de iureiurando. quemadmodum. in fine. & de deſponſa. impub. ad diſſoluendum. & de iureiurando. ad noſtram ij. Si verò iura-uit denunciare, non valet. infrà, de iureiurādo. quemadmodum. ſed verum eſt, quo ad pœnitentiam peragendam. Sed ſi is qui iu-rauit non denunciare, magis mouetur zelo rei recuperandæ ad dennnciationem faciendam, quàm zelo animæ proximi, videtur ſanum eſſe conſilium, quòd non denunciet, quia iam deieraret. ergo in hoc caſu amico eget. ſecundum hoc intellige infrà, de iu-reiurando. cap. j. & cap. debitores. ſic ergo omne ſacramentum tenendum, niſi vergat in diſpendium ſalutis æternæ. nam tunc tenendum non eſt. xxxij. quæſt. vij. omnes cauſationes. & xxij. quæſt. iij. ſi aliquid. xxxij. quæſt. v. ita ne. infrà, de iureiurando. verum. quia ſacramentum non eſt vinculum iniquitatis. xxij. q. iiij. inter cętera. & de hoc notatur infrà, de iureiurando. §. quomo do cenſetur illicitum. verſic. quid.

6 QVod autem fit metus cauſa, † mero iure valet, ſed per iudicem irritatur, & ideo dixit prætor, Ratum non habebo: quaſi diceret, quamuis ratum ſit, non ta-men ſeruabo tanquam ratum, ſed irritabo. hoc be-ne probatur infrà eodem. Abbas. ff. eodem. l. metum. §. ſed quod prætor. vbi datur exceptio: ergo cōpetebat actio. ff. de exceptio-nibus. l. j. & eſt ratio quare valeat, quia deprehenditur voluntas, quamuis coacta. xv. quæſt. j. merito. ff. eodem. ſi mulier. §. ſi me-tu. Excipiuntur nouem caſus in quibus non valet, licet ſacramen tum interueniat. Primus, in matrimonijs, quia libera debent eſſe in contrahendo & diſtrahendo. ī. de ſponſa. cùm locum. & cap. veniens. ij. vbi dicit, quòd pater compulit illum quē inuenit cum filia, vt eam duceret in vxorem, quare ergo non excuſat ibi me-tus. nam mortis metus imminebat, cùm in hoc caſu liceat patri il lum interficere. ff. de adulterijs. quod ait. Quare ergo dixit in fi-ne, Niſi metu coactus, &c. quia ſemper potuit cadere in conſtan-tem. ſed dic, quòd ſecundum canones non licet interficere. xxxiij. quæſt. ij. inter hæc. vel in fauorem matrimonij. ſic reſpondetur ſe-cundum Goffredum, dic quòd quamuis liceat patri interficere, non tamen ſemper interficit, imò aliquoties peccato conſentit: ideo aut attentauit interficere, & ſic metus potuit cadere in con-ſtantem: aut non attentauit, & tunc matrimonium tenuit. & hoc eſt quod diſtinguit. Secundus, in promiſsione dotis, eadem ra-tione. ff. eodem. ſi mulier. §. ſi duos. Tertius, in alienatione rei ec-cleſiæ. xv. quæſt. vj. cap. j. infrà, de iureiurando. cap. ij. & de rebus eccleſiæ non alienandis. ſi quis presbyterorum. & eſt ratio, quia non poteſt vendi, etiam propria voluntate, niſi ſeruata ſolenni-tate, vt notatur infrà, de rebus eccleſiæ non alienandis. §. quæ res. & §. quæ ſit forma. Quartus, in iuriſdictione proroganda. ff. de iudicijs. l. ij. infrà, de foro competenti. ſi diligenti. in fine. Quin tus, in voto. infrà eodem. capitul. primo. infrà, de voto. capitul. licet. xv. quæſt. j. non eſt. Sextus, in authoritate tutoris. ff. de au-thoritate tutorum. l. prima. in fine. Septimus, vbi quis per me-tum facit teſtamentum. ff. de teſtamentis. qui teſtamento. §. fi-nali. Octauus, in ſententiæ pronunciatione. xj. quæſt. iij. iniu-ſtum. Nonus in procuratoris conſtitutione. argumen. ſuprà, de procurato. accedens. Sed ad hoc notandum, quòd vbi quis intu-lit ſibi metum, & coactus eſt per talem metum ab illo, qui iuſtè eum potuit offendere, aliquid promittere, non reſtituitur. ff. eo-dem. ſi mulier. reſponſo primo. ſi verò non potuit ipſum iuſtè of-fendere, reſtituitur. ff. eodem. nec tutorem. & l. ſequenti. reſponſo primo. Item ſi quis inducitur dolo ad bonum faciendum, vel me lius operandum, non reſtituitur. infrà eodem. cap. penultimo. & notatur infrà, de conuer. coniug. §. & vtrum poſsit exire. ſi dolo. Sed nunquid cogitur quis ad bonum? Dic, quòd ad bonum non ſuſceptū nemo eſt cogendus. xlv. diſt. qui ſyncera. & c. de Iud. ad bonum verò iam ſuſceptum cogēdus eſt. ead. diſt. diſciplina. coa-cta enim ſeruitia Dño non placent: imò Deus aſpernatur coacta ſeruitia. vnde Apoſt. ad Corin. Vnuſquiſq; det, put deſtinauerit in corde ſuo, nō ex triſtitia, aut neceſsitate. hilarē enim datorē, &c. vnde datur intelligi, q̄ qui inuitus dat propter præſentē pudorē, & rem & meritū perdit. Item in eodē, Si ex neceſsitate euangeliza uero, non eſt mihi gloria: ſi autem hoc ago volens, mercedem ha beo apud Deum. Item ad Galat. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. ex quo apparet, eum qui ſub lege eſt, id eſt, qui timore pœnę, non amore iuſtitiæ ſeruit, non ducitur Spiritu ſancto. Si autem ſpiritu non ducitur, Deo placere non poteſt. Item, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritū ado-ptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. ex quibus verbis datur intelligi, quòd & ſi in veteri Teſtamento timore pœ næ homines cogebantur ad bonum, in nouo Teſtamento tamen ſola libertate & delectatione, ſiue dilectione iuſtitię inuitādi ſunt

a Quid sit in integrum restit. Adde Doct. in rubr. eod. tit.

ad bonum, sine qua dilectione boni nullus placere potest Deo. Ioan. in Epistola sua: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. hoc inuenies xxiij. q. vj. §. fin. xx. q. j. illud. nam etiam subditis cauendum est, ne grauentur. xlv. dist. licet. & c. disciplina. & sicut non vult aliquis ab alio se grauari, ita non audeat inferre alijs quod sibi non vult. eod. c. licet. in fin.

7 HAbet autem triplex remedium † metum passus. nam datur ei actio quod metus causa personalis, si tradit, quæ in rem scripta est: vel exceptio, si non soluit. Item si dominus erat, vtilis rei vendicatio. ff. eod. metum. §. licet. Sed si coactus promisi, & in solutione coactus non fui, repetere non possum, quia sublata est proxima causa turpitudinis. C. eod. cùm te. ff. eod. metum. §. sed quod prætor. ff. de condi. ob turpem causam. l. pen. Item si cogis me, vt liberem te acceptilatione, vbi omnino promittitur res, cõpetit actio personalis ad omnia, vt omnia in pristinum statum restituantur. ff. eod. fideiussori. & hoc idem est, si alius intulit mihi metum, ex quo ad te aliquid peruenit. ff. eod. si quis alius. Item competit hæc actio contra quemlibet possidentem, quamuis metum non intulerit, ideo dixi s. qd' in rem scripta est: Instit. de act. §. præterea. ff. eod. item si cùm. §. in hac. & vide quod not. j. de restit. spol. §. à quo peti possit. vers. habet igitur spoliatus. Competit intra annum in quadruplum, post annum in simplum: sed si metum inferens ante sententiam rem restituat, vitat pœnam. ff. eod. item si cùm. §. j. & §. hæc autem actio. Si verò actum sit actione personali, nõ potest postea agi vtili reali, vel econtrà: & personalis ita demũ competit, si nulla alia superest. ff. eod. metum. §. licet. & l. item si cùm. §. v. Quod autem dixi, Ante sententiam, subaudi secundam: nam duæ sententiæ ferũtur, super quibus diuersitas est inter doctores, vtrum quælibet sit diffinitiua. & dixit Azo, quòd sic. Alij quòd prima interlocutoria: secunda diffinitiua. Dominus meus dicebat primam diffinitiuam, secundam executoriam prioris, sicut iurare in litem, est quædam executio, vel quasi rei vendicationis. ff. de rei vend. qui restituere. debet enim metum passus accedere ad iudicem, elapso tempore quadrimestri, quod datur condemnatis. s. de offic. deleg. quæreti. dicens quòd exequatur sicut debet, cùm alius non restituerit, & iudex sequens naturam actionis exequetur in quadruplum: sic & iurisdictionem suam defendit pœnali iudicio. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. vnica. Vtrum autem à sententia secunda appellari possit, primò dixit, quòd nõ: postea quòd sic, per eandem legem. ff. de appell. ab executore. Sententia Azo. magis est communis, scilicet quòd vtraq; sit diffinitiua. Et dabat consilium Nuber. de Bobio, quòd sic formetur libellus, Peto à Titio decem, quæ à me extorsit metu: & nisi restituat, peto ipsum condemnari in quadruplum. Sed dominus meus hoc non approbat, quia quadruplum non est obligatio ante contumaciam, ergo antè peti non potest: quia vbi nulla obligatio, ibi nulla actio. Tamen salua pace sua, hìc non agitur purè: sed sub conditione, quod fieri potest in hoc casu, vt puto. arg. j. de contrah. empt. c. pen. Illud etiam scire debes, quòd si res periret ante secundam sententiam, quandocunq; tenetur qui metum intulit de omni interitu. Si post sententiam secundam ante tempus rei iudicatæ nõ tenetur de re: quia non est in mora. arg. ff. de compen. si cũ militi. sed sic videtur, q; reportet lucrũ, & sic contradicit. ff. de vsu. in fideico. non obstat q; nihil acquirit, sed damnũ vitat: præterea quia in triplũ condemnabitur, & ideo bene potest compensari. ff. de verb. obl. stipulatio. §. inter certã. & §. seq. Si verò post tempus rei iudic. secũdæ sententiæ, tũc similiter tenetur. sic intelligebat, ff. eod. item si cũ. §. qd' si homo. C. eod. l. j. cætera quæ hìc deficiunt, in Summa Azo. plenius inuenies. Illud verò in summa not. q; si quis, dum in captiuitate detinetur, aliquid promittat, vel fideiussores det, exceptionem habet aduersus petentem, & act. vt liberetur ipse & fideiussores. ff. eod. metum. §. sed qd' prætor. Item singularis persona, populus, & curia, & collegium, & corpus, hoc edicto tenetur. ff. eod. metum. §. animaduertendum. si verò causa guidagij vel conducti aliquid detur, non repetitur, nisi forte is qui recipit hunc metum submisisset. ff. eod. metum. §. sed licet. Item si quis obsidet castrũ meum, & cùm ego videam, quòd nullatenus possum euadere, castrum reddo, ita quod cum familia & armis exire possum, credo huic edicto locum fore, & hoc nimis sæpe de facto contingit. & plerunque discreti dubitant, quæ actio competit: sed planum est, q; hæc. ff. eod. metum. respon. j. ibi aliter atq;, &c. interdictum enim vnde vi, locum sibi nõ vendicat in hoc casu, vt expresim legitur ff. vnde vi. si rerum. distinguendum tamen est; vtrum bellum iustum sit, vel iniustum, quod dic, vt not. s. de treug. & pac. §. quid sit iustum bellum.

De in integrum Restitutione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum quid sit.*
2 *Restitutio in integrum à quo sit facienda.*
3 *Restitutio in integrum cui sit facienda.*
4 *Soluens perdituro non liberatur.*
5 *Restitutio in integrum qualiter fiat.*
6 *Restitutio in integrum contra quem fiat.*
7 *Restitutio in integrum an perpetuetur per litis contestationem.*
8 *Executio sententiæ contra quem restitutio petitur, an retardari debeat.*
9 *Restitutio in integrum in quibus danda est.*
10 *Restitutio in integrum in quibus denegetur.*
11 *Effectus restitutionis in integrum quis sit.*

QVia de his quę per vim vel metum perperàm gesta sunt, restituũtur plerique, ideo videndum de in integrum Restitutione. vel sic: Vidimus de restitutionibus, quæ ratione metus maioribus competunt, videamus qualiter eccle sia, vel minores læsi restituuntur, & sic apponamus rubricam de Restitutione in integrum, & dicamus, Quid sit in integrum restitutio, A quo facienda sit, Cui, Quãdo, Et qualiter, Contra quem, Quoties, Vtrum perpetuetur per litis contestationem, An executio sententiæ, contra quem restitutio petitur, retardari debeat, Et in quibus dãda est, Et in quibus denegetur, Et qs sit eius effectus.

1 Quid sit in integrũ † restitutio. a Prioris status vel iuris reintegratio. ad hoc C. de sen. pas. & restitutis. l. j.

2 A quo facienda sit. † Ab ordinario & deleg. d. Papæ. Item à delegato. Ab ordinario, q administrationem habet. hi enim de causa restitutionis cognoscunt, si principaliter coram eis moueatur, vel etiam incidenter. Delegatus autem ab ordinario, qui administrationem non habet, vel arbiter compromissarius de causa restitutionis cognoscere non potest, nisi incidenter coram ipso moueatur. j. eod. causa restitutionis. C. vbi, & apud quos. l. vlt. Potest autem ordinarius restituere cõtra sententiam suã, vel iudicis inferioris. ff. de mino. in causæ. ij. §. vlt. & l. seq. Consueuit autem quæri, qui sint ordinarij administrationem non habentes: & potest dici secundum legem, quòd illi, quibus Imperator indulget, quòd causas possint audire & diffinire, & iurisdictionem voluntariam per totum imperium exercere, qui honorem & dignitatem habent, sed nõ administrationem, quorum etiam potest iurisdictio prorogari. ff. de iudic. l. j. & ij. C. de iu. rem non nouam. respon. j. & C. vbi & apud quos. l. fin. sed & secũdum iura canonica potest poni exemplũ in episcopo, qui renunciauit episcopatui, id est, oneri, non honori. s. de or. ab episcopo, qui renun. episcop. c. j. & de renunc. nisi cùm pridem. §. fin. & c. post translationem. circa fin. secundum Goffr. Sed qualiter dices, quòd talis remaneat ordinarius, quo ad forum iudiciale in temporalibus, quod non ratione ordinis episcopalis competit, sed administrationis commissæ. vnde relicta administratione, quæ principalis est, relicta intelligitur facultas iudicandi, tanquam accessoria. ff. de regul. iur. cum principale. s. de elect. venerabilem. ad fin. respondeo, quòd discussio maiorum ad ipsum spectat ratione ordinis, vt probatur s. de elect. transmissa. Item potest poni exemplum in episcopo, cuius episcopatus p paganos vel alios est destructus, vel etiam in officialibus episcoporum. quod tamen non placet Goffred. quia non sunt ordinarij seu delegati ad vniuersitatem causarum. de quo dic, vt not. s. de officio vicarij. §. quis sit vicarius. quis autem possit ordinarium facere, dic vt not. s. de offic. ordin. §. quis possit. verùm cõtra hoc quod dixi de le. posse restituere, obijcitur, quia ex edicto restitutorio nulla proficiscitur propria actio, sed totum dependet ex officio iud. ff. de mino. q; si minor. §. vlt. sed ea q; ex officio expediuntur, nõ delegãtur. ff. de offic. proc. nec quisquam. §. vbi. ff. de reg. iur. omnia. ff. ad municip. ea quæ. dic q; speciale est hic fauore restitutio. sicut & aliud speciale, quòd cùm excellẽs sit restitutio, mandatum exigitur speciale, secundum Goffredum, vt notatur j. eod. §. in quibus. vers. illud. vel quod dicit lex illa, quòd si minor. qd' totum dependet ex officio iudicis, exponendum est, id est, exactio, quæ vocatur iudicis officium, vt s. de offic. iudic. cap. ij. & sic non contradicunt iura inducta, quæ nõ loquuntur de hac actione, sed de maiori discussione & examinatione, quæ non potest fieri, nisi per iudices maiores, sicut notatur s. de officio delegati. §. quis

quis delegare.& §.& quæ delegari. potest ergo restituere delegatus,sicut dixi,& maior magistratus. Sed minor magistratus contra sententiam maioris non restituet. ff.de minor. minori. Item nullus potest restituere aduersus sententiam delegati à principe nisi solus princeps. C.si aduersus rem iudicatam. l.aduersus.& legatus hoc facere nõ poterit, nisi habeat speciale mandatum. §.de officio legati.ſtuduisti. & de officio delegati.pastoralis.§.quia verò.sed & successor contra sententiam prædecessoris restituit.arg. de electione. innotuit. Quinimò sententia sedis Apostolicæ non negatur, in melius posse commutari, & principes contra res bis iudicatas permittunt restitutionem in integrum examinari.ĵ.eodem. cùm ex literis. Item arbiter examinat ipsam, si inciderit, vt dictum est. cùm aliàs non possit iurisdictionem exercere: sic iudex qui alias de causa status principaliter cognoscere nõ potest, ipsam determinat,si inciderit.Cod.de iudic.quoties.& de ordine cognitionum. l.j.& ij. Item delegatus ideo principaliter cognoscere non potest, quia sententia semel lata, siue bene, siue malè, functus est officio suo: suprà, de officio delegati. in literis. vnde nihil remanet penes ipsum. super hoc vide quod notatur suprà, de officio delegati.§.quæ delegari possunt.versic.quid sit simpliciter.& sequent.

a Cui minori. †Vigintiquinque annis, & suis fideiussoribus.ff.de mino.in causæ.j. & respon.j.& §.j. sed cum distinctio. nam si principalis habet ius suum saluum aduersus alium,restituetur, etiã & fideiussor. ff.de procuratoribus. minor.& de minoribus.cùm mandato.& de administratione tutorum.l.ij.in fine. Sed si non habet regressum aduersus alium & minor deceptus est facilitate sui, non subuenitur fideiussoribus in necem aduersarij. Quod si dolo aduersarij circunscribatur, & fideiussori succurritur. C.de fideiussoribus.minor.l.ij. Ergo quãuis restituto minori, competat sibi exceptio, non tamen fideiussori suo: & est ratio, quia hæc exceptio competit ei iuri speciali: nam si iure communi ei competeret, & fideiussori etiam prodesset,ff.de exceptionibus. exceptiones. & sic speciale est hoc, quod remoto principali remanet accessorium contra illud. C.de vsu. eos qui. respon.j.Minor autem restitui petens necesse habet probare duo,& quòd esset minor tempore contractus,vel sententiæ, contra quem petit restitui,& quòd læsus sit:ĵ.eodem.constitutus. hoc ideo, quia non eo ipso quòd probatur minoritas, probatur & læsio.ff.de iureiurando. nam postea.§.minor. liiij.distin.generalis. In mutuis autem deceptus,præsumitur, nisi probetur locupletior, hoc in odium fœneratorum. C.si aduersus creditorem.l. j.&ij. Hoc tamen nota, quòd si pupillus sine tutoris authoritate mutuum accipiat, nullo modo tenetur. ff.de actionibus & obligationibus. l.pupillus, & de condictio.indebiti. quod pupillus.

b Sed nunquid sine authoritate tutoris [b] potest esse in hoc iudicio. Dic vt notatur §.de procur.§.quis dare possit.versic.sed nunquid admittitur. Item nec minor curatorem habens, si sine curatore recipiat.Cod.de in integr.restitut.mino.si cura.verùm si locupletior sit,omnimodo tenetur. quia hoc natura æquum est,&c. ff.de condi.indebi.naturaliter.§.finali. & l.sequenti.ff.commo.l.iij. Idem in ecclesia,ĵ.deposi.c.j.nam is creditor intelligitur,qui quod crediderit, probat in vtilitatem ecclesiæ fore versum, aliter enim contra ecclesiam non aget. Sed nunquid agit contra œconnmũ, vel prælatum, vel alium cui mutuauit? Videtur quòd sic: argum. ff.si certum pet.ciuitas.x.q.ij.hoc ius.§.qui res. Quid si agat contra ecclesiam, nunquid sufficit ei probare, quòd ecclesia indigebat frumento, oleo, vel vestibus necessarijs clericis, quando pecuniam mutuauit.forte sic.argum.ff.de exer.actio.l.vltima.in fine.vel verius est,vt dicamus ecclesiam non teneri,nisi probet pecuniam versam in vtilitatem ecclesiæ suæ.argum.ff.de in rem verso.quòd si seruus. §.penult.Azo. Sed nunquid creditor erit ita curiosus,vt semper sciat in quem vsum pecunia conuertatur? Secundum hoc nullus inuenietur,qui cum ecclesia contrahat. arg.ff.de minoribus. quòd si minor.§.j.& l.verum. §.si locupleti. & ideo si nimia subtilitate circa res ecclesiarũ vtamur, illa subtilitas in earum perniciem reuertetur. Cod.ad Trebel. l.penult. in princ. & de verborum signific.cùm quidam. in fine.qualiter enim probabitur ecclesia pecunia indigere. vnde dic, secundum alios, quòd probatur eo ipso,quòd non probatur contrarium, vt notat Azo. ff.de except.l.final.argum.C.qui mili.non pos.super seruis.lib.x. Vel dic,& melius,quòd sufficit, si probet quòd de consensu capituli, vel maioris partis pecuniam mutuauit, vt à contrario elicitur.ĵ.de fideiussor. quòd quibusdam, secundum Gul.Nas. tu dic, vt distinxi,ĵ.de fideiusso. §.& quis. Sed & si adolescenti luxurioso mutuetur, vt meretrici det, vel aliàs perdituro, vt in ludo, nulla actio datur,& ideo nec necessaria est restitutio.ff.manda.si filiusfamiliâs. §.si adolescens. † Item qui perdituro soluit, non liberatur. ff.de an.leg.eum qui rogatus.Item restituitur respublica Romanorum. C.de iure reipubl. respu. lib.xj. aliç autem ciuitates loco priuatorum sunt. ff.de verbor.signific.cum qui vectigal. & l. præcedenti. & ciuitas & priuatus æquiparantur.ff.ad Macedon.nihil est tamen contra.argum. Cod.de sacrosancta eccle. l.vltima. Sed ecclesia respublica est,quia ius publicum consistit in sacris & sacerdotibus. ff.de iustitia & iure. l.j. & ideo semper iure minoris seruatur illæsa. ĵ.eodem. cap.j. & cap.auditis. Veruntamen priuilegia ecclesiæ, & minoris quantum ad restitutionem, de qua hic loquitur, & oblig. se habent per excedentia & excessa.Priuilegium enim minoris,excedit priuilegiũ ecclesiæ,quia contra minorem temporales præscriptiones non currunt,vt notatur ĵ.§.in quibus. Sed contra ecclesiam currit vsucapio,licet restituatur. xvj.quæst.iij.quas actiones. Priuilegium verò ecclesiæ excedit priuilegium minoris, quia ecclesia non tenetur,nisi creditor probet pecuniam versam in vtilitatem ecclesiæ,vt notatur §.versic.minor autem si restituitur. C.si aduersus credi. l.j. Nedum autem ecclesijs siue minoribus, quinimò & etiam maioribus ex iusta causa restitutionis beneficium subuenitur: vt ff.ex quibus causis maiores.l.j.ad finem.& per totum. & sic intelligas ĵ.eod.ex literis. ĵ.de sententia & re iudicata.cùm Bertoldus.§.postmodum. ĵ.de pign. significante.

b Sine authoritate tutoris.] Adde Paul. de Cast. in l. si putas. in ii.col.versi. item erat alia ratio. C. de pet. hære. etiam in iudicio criminali. secundum Bal.in §.item sacramenta.in ti.de pa. iuramen.firman.in vsibus feu.

c Contingit autem bissextus.]Adde gloss in l.cum bissextus.ff. de verb.sig.gl. in §.minorem.ff.de mino. & gloss.in l.ii. ff. de diuer.& tempo.præscr. & quando occurrit bissextus, quot dies habet ille annus.vide not.in c. ii. lii. distin. & glo. in verbo dum sex dies,in c. quadragesimam. de consc.distinctio.quinta.&per Cal. in commento capitu.si propter.de reseri. lib.vi.

d Annus continet.]Adde glos. in verbo qui duo.in cap. quæsiuit. de verb.signifie.

Quando minor xxv annis restituitur.

Toto tempore minoris ætatis,& si lædatur, etiã vltimo momento xxv anni, vt tamen si quis natus sit in bissexto, duo dies computentur pro vno. nam posterior dies intercalatur, id est, de medio eximitur, nec computatur. contingit autem bissextus [c] in singulis quadriennijs.nam annus continet [d] cclxv dies.ff.de statulibe. cùm hære. §.Stichus. subaudi, & sex horas. illæ autem sex horæ in quatuor annis faciunt xxiiij horas. & sic integrum diem. vnde cùm in vltimo anno quadriennij computentur cclxvj dies intercalatur posterior,& sic remanẽt cclxv.ex quibus annus constat,vt §.not.hoc tangitur.ff.de verbor.sign. cùm bissextus.& accidit in festo beati Mathiæ, vt probatur ĵ. de verbor.sign.quæsiuit.§.festum. secundum hoc intellige minorem restituendum, & si lædatur vltimo momento xxv anni, vt ff.de minoribus. l.iij.§. minorem. sed momento completo olim habebat annum vtilem, hodie verò habet quadriennium, intra quod necesse est, quòd causa restitutionis incipiat & terminetur. C.de tempo. in integr. restitutio.l.finali. Sunt autem qui dicunt,quòd ecclesia semper restituenda est per infinita secula seculorum, vt Alanus & Guliel. Nas.& hanc opinionem non Nasininam, sed asininam dixit magister meus. patet ĵ.eodem beneficio. & extrà Greg. &c. sic enim non posset ecclesia quicquam admittere, nec per præscriptionẽ, nec alio modo. Ideo remotis alijs superfluitatibus, ponenda est ecclesia in vltimo momento xxv anni, tempore læsionis.vt sic intra quadriennium tantùm restituatur,non vltra,nisi aliquid preuaricationis vel fraudis,pbaret interuenisse conuentũ,vt excom. eccle.& C.vnde vi.meminerint. Illud verò videtur speciale in ecclesia, quod sufficit ei,quòd causam restitutionis incipiat intra quadriennium,quamuis terminari nõ possit,cùm per ipsam non stet.ĵ.eod.tum in literis. aliud in minore,vt §.§.vel forte. idem in minore: quia non debet ei currere tempus, cùm per eum nõ stet, sed per iudicem,vt in authentica, vt spon.largi. §.hoc quoq;. col. ix. Item in consistorio principis quæstio mota perpetuari videtur: nec est imputandum parti instanti, si per iudicem stet. C.de tempor.appellatio.l.fin.§.si tamen.& §.penult. ibi,nisi ipse appellator,&c.tamen Laurentius & Vincentius dicunt cum T.quòd restituitur intra quadriennium à tempore læsionis, vel à die celebrati contractus computandum,& non vltrà: quia omnis restitutio fisci,vel priuati intra quadriennium terminatur. C.de tempo. in integrum restitutio. l.vltima. & de sacrosanctis ecclesijs.vt inter diuinum.& exponunt illã decret.ĵ.eodem.requisiuit. vbi dicitur, quòd semper iure minoris debet illæsa seruari ecclesia, & dicunt minoris facti maioris semper, id est,vbicunq; enormiter læditur: & dicunt, quòd illud semper non notat tempus, sed nume-

e Aduerbii Semper.] Adde glos.in c.si quis suadente. l. di. in c. si clericus laicũ. de for. competen. Arc. in c. sacerdotibus.xxxi. distinct.l.ij.in §.j.ff.de ir.ru. & iniusto testã. Rapha. Fulg. consil. cv.incip.Quædam domina Lucia.

f Nec moritur.] Adde cap.si gratioſe.iuncta gl.in verbo moritur. de reſcr.lib.vi. & per archi. in cap. petisti. in fine.vii.q.j.

g Nam comparatur rei publicæ.]Adde Bald. consil.clxii. inci. punctus.in ij.volum.Barbatus consi.xxx.inci. illud.in medium refe ram. inj.columna. in iiii. vol.

h Respub. comparatur minori.]Adde gl.in l. Imperatores. ff.de re iudic.l.respublica.C. ex quib.cau.ma. Bar. in rubr. C.de iure fisci. Bald.in l.constit. C.de pœna iudic.qui malè iudic.

rum & modum, & alij dicunt, quòd vsque ad xxx annos ponentes eccle.in primo die minoris. Alij vsque ad xv annos,ponentes eam in anno xiiij. Alanus dicit, quòd in infinitum sit restituenda sine præfinitione temporis, cum quo consensit Guliel.Nas. vt suprà. standum est enim significationi illius aduerbij Semper:
e enam non est recedendum aliter à significatione verborum,quàm si manifestè appareat,aliter testatorem sensisse. ff.de legat.tertio. non aliter. arg.j. de dec.ad audientiam.j.de diuor. gaudemus. ibi non dixit tres, &c. xxxj.distin. omnino. xxxj.quæst.j. quomodo. de consecr. distinct. iiij. si quis presbyter. nam ad communem verborum intelligentiam recurrendum est. j.de spon. ex literis. & de celebranda missa.in quadam.§.cæterùm.Et contra expositione n aliorum facit apertè iiij.distinct.erit. vbi dicitur, quòd lex debet esse manifesta, ne aliquid per obscuritatẽ in captionẽ cõtineat: nã aliter si intelligeretur, Papa deciperet consulentem,sicut & alibi.j.de rebus eccle.non alienandis. vt §.ipse tamen non vult aliquem decipere.j.de donatio.per tuas. nam quando dixit Semper, potuisset exponere, intra quod tempus restitueretur, si voluisset, sicut ipse aliàs dixit, §.de transla.episcop.inter corporalia.§.sed neque. ibi poterat expressisse, & j. de decimis.ad audientiam. Item contra alios,& pro Alano facit infrà,de rebus ecclesiæ non alienandis.ad nostram. nam ibi dicit, quòd post multos annos ecclesia fuit restituta. & argum. j. eod. tum ex literis.in princ. & circa finem.ibi,danda sit vel data.nam ex illa decret.colligi potest, quòd sine præfinitione temporis restituitur ecclesia, quia vt ibi dicitur,tempore Eugenij Papæ IIII. & in primo mẽse sui Pontificatus interuenit læsio, & tempore Cælestini indulta est restitutio,qui causam commisit sententiæ Eugenij.non obstat & si obijciatur,quòd interrupta fuit ibi quadriennij præscriptio : responderi potest, quòd restitutionis quæstio, nedum petitione perpetuatur, sed nec litis contestatæ,vt notatur j.eodem. §.vtrum perpetuetur. sed certè aliud est, perpetuari : & aliud, interrumpi: & aliud, quando per iudicem stet, non per partes, vt ibi. & notatur §.eodem. versic.illud verò. Item pro Alano nónne minor restituitur toto tempore minoris ætatis : ita ergo & ecclesia sine præfinitione temporis restituetur,quia semper est minor. vnde in Canticis canticorum,iuxta finem,Soror nostra paruula,& vbera non
f habet, & nunquam mutat statum, nec moritur. f xij.q.ij. liberti. xxiiij.q.j.pudenda.in fine.nec obstat si quis dicat,quòd secũdum hoc quod ego dico, melioris conditionis esset ille qui non haberet titulum, quàm qui habet. nam præscribitur ecclesiæ sine titulo.j.de præscr.de quarta. & c.illud. xvj.q.iij. quas actiones. & in multis alijs locis, & ita non restituetur ecclesia : sed si habet titulum, restituitur, secundum quod ego dico, quod videtur absurdum. Respondeo, non est verum, quod sine titulo præscribatur ecclesiæ,imò necessarius est iustus titulus.j.de præscr. si diligenti. in fine.ergo si non habet titulum, non est necessaria restitutio ecclesiæ,quia iure suo poterit agere. Item non obstat, quòd dicitur de fisco.C.de iure fisc.iustas.li.x.& de præscr.xxx an.omnes.quia non loquitur illa lex de ecclesia,quæ magis priuilegiata est quàm fiscus,vt in illa authen.hoc ius porrectum. & si loqueretur de ecclesia,derogaretur ei per decret. j.eod. c.[illegible] quæ vim legis obtinet. argum.j.de iura.cal.c.j.& de iud.c.cleri [illegible] & in authen.quomodo oport.episc. §.j.col.j. & vt clerici apud [illegible] opr.episc.con. §.si verò ecclesiasticis.coll.vj. Caue tamen tibi,quia quod dixi,quòd titulus necessarius est, intelligitur de præsumpto: præsumitur enim quemlibet habere iustum titulum & bonam fidem, nisi probetur contrarium. sicut quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens.ff.de proba.verius.nec cogitur quis titulum allegare, quia nemo cogitur dicere titulum possessionis suæ:verum est,deficiente actore.ij.q.v.§.j.C.de pet.hær.cog.ff.si serui.ven. si quis diutur no.nec probare,nisi sit contra possessorem præsumptio,vt in illa, si diligenti,& j.de proba.licet,& de præscri.accedentes.& c.auditis.vnde si poteris probare præscriptionem, nunquam ostendas titulum:quia si allegares, oporteret teipsum probare,& tunc posset restitui ecclesia,sed contra præscriptionem,vt j.de decimis.dudum. circa medium.& in fine. secundum Gul.Nas. tu dic, vt not. j.de præscr.sub rubr.de præscr.rerũ immobiliũ.§.quæ exigantur. sub §.hoc quo ad res. versic.quartũ.& seq. Sed obstat ei,qd dixit de titulo præsumpto . nam ecclesia restituitur contra iustum titulum : sed iustus titulus fortior est præsumpto, vel potior. nã præsumptus admittit probationem in contrarium, vt dixi,& dicetur j.de præsump. §.quot eius species. versic.alia iur.quod non est in iusto. ergo si restituitur contra iustum titulum,multò fortius contra iniustum,vel præsumptum: quia si vinco vincentem te,multo fortius vinco te. ff.de eui.vendicantem. respondeo & dico, quòd non sequitur, quia fallit. §.de offic.ordin.pastoralis. C.de na.lib. auth.licet.§.ab inteſtato. Item non nocet, quia nisi certum est, illum non habere titulum,non valet præscriptio. & ita non est necessaria restitutio, vt §.dixi secundum Gul.Nas. Sed his omnibus quæ dicit Gul.Nas.multa alia possunt obijci, in primis quod non videtur,quòd in illa decreta requisiuit,fuerit quæsitum, intra qd tempus posset peti restitutio : sed respondeo pro Gul.Nas. quòd hoc posito, nihilominus potuit diffiniri,licet non fuerit quæsitũ. Item dicunt contra,secundum Gul.Nas.quòd nõ obstat illa decr. tum ex literis , quia ibi non fuit data restitutio , cùm Papa dicat se velle certiorari super eo assertione partium. Item obijcitur,quòd ius minoris non habet locum vltra xxix ann. ergo idem in ecclesia cum iure minoris vtatur, vt in illa, requisiuit. Item obijcitur, quòd non tantùm actio,sed etiam vis, id est,potestas,quæ consistit in facto,tollitur spacio xxx,vel xl annorum. Cod.de præscri. xxx annorum. cùm notissimi. §. eo iure. ergo ecclesia non habebit ius petendi restitutionem vltra xl annos. quæ præscriptio currit contra ecclesiam , & ita videtur , quòd saltem vsque ad xl annos possis restitui. Hoc videtur tetigisse hîc dominus Gul.dicens quòd ecclesia fungitur iure minoris.nam comparatur reipu
g blicæ. § C.de sacrosan.eccl.vt inter diuinum.& respub.compara-
h tur minori. h vt patet in his quæ notantur ẽ.eod.§.cui.versic.item restituitur respubl.non tamen est minor.imò maior restituitur,sicut minor,vt respubl.vt C.de officio eius qui vices alterius gerit. l.j.nam si minor esset,non fuisset desponsata. xxv.distin.acutius. ẽ.de bigamis.debitum.& puto ecclesiam quandocunq; sine præfinitione temporis in contractibus & in iudicijs,etiã post sententiam quandocunq;.j.eodem.suscitata. & c.tum ex literis. sed non nisi ob grande damnum. ff.de mino.si ex causa. & hoc intelligas, nisi post contractum,vel sententiam contra ecclesiam præscribatur. nam in præscriptionibus, vel vsucapionibus non inuenio,q ecclesia restituatur:& si quædam tempora subducantur,vt notatur j.de præscrip.§.quę res.versic.ad hoc autem.vnde in his duobus differt ecclesia à minore. Primò, quia ecclesia læsa, quamuis maior restituitur,sed minor non,nisi in minore ætate sit læsus. Secundò,quia ecclesia præscribit,& contra eam præscribitur.sed minor ipso iure seruatur illæsus , præterquam in longissima præscriptione,quæ quidem contra minorem currit, sed restituitur. C.in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. l.vltima. secundum Goffredum.quasi dicat,si contra ecclesiam currit præscriptio xl an.nec est restituenda, sed certè & si non inueniam expressum, quòd ecclesia restituatur contra præscriptionem, satis est quòd non inuenio contrarium , scilicet quòd sit restitutio deneganda,cùm inueniam quòd restituenda est, sicut minor.j.eod. c.j.& potest dici, quòd inueniatur, ficut notatur j.eod. §.in quib. versic. in præscript. & de hoc notatur j.de præscript. sub rubr.de præscriptione rerum immobilium.§.quæ exigãtur. §.quo ad res. versic.res etiam Dominicæ. & seq.& licet hoc magis sit ad probandum , tamen dici potest, quòd elapso anno post completam præscriptionẽ,potest implorari officium iudicis generaliter, non per beneficium restitutionis. j.de rebus eccl.non alien.ad nostrã. arg.ff.de exer.ac.l.j.§.parui autem resti.

§ Et qualiter. †Aduersarijs præsentibus, & causa cognita. ff.de mino.verum.§.sciendum. & l.in causæ.j. §.causa.quia merita causarum partium assertione panduntur.j. eod.tum ex literis.§.pen.in fin. ideo si facta sit creditoribus, non præiudicat eis.ff.de mino.etiam si patre.§.vlt. & est ratio, quia in integrum restitut.per officium iudicis petitur. ff.de mino.quòd si minor.§.vlt.& l.illud.§.si talis.& l.seq. & ita demùm, si nulla alia actio supereſt. nam si mero iure quis munitus sit, non recurritur ad hoc extraord.auxil.ff.de mino.in causæ.ij. respon.j. Hic ergo necessaria est lit.contest.ẽ.de offic.iud.iudicis officium. Sed cum quo contestaretur, si aduersarius absens esset? Certè & legatarij, & omnes quos negotium tangit, citandi sunt. C.si minor ab hær. se absti.minor autem si omnes.& quòd procedi non possit in hac causa lit.non contest.apertè videtur dicere decr.j. vt lit.non cont. accedens j. §.finali. tamen si legitimè citatus non compareat intra tres menses, nihilominus restituetur minor, vt in dicta auth. & in auth. vt spon.lar. §.ad hoc. col.ix. potest ergo fieri sine lite contestata, aduersario absente per contumaciam. ff.de minor. in causæ.

causæ.j.§.causa. Sed quidam contradicunt,asserentes,quòd speciale est in causa appellationis,quòd lit. non contest. procedatur, sicut & illud.C. de temp. appell. l. finali. §. illud. nec obstat authen. vt spon. lar. s̄. ad hoc, quia causale est, secundum Doctores. quomodo ergo prouidebitur minori, cū necesse sit causam finiri intra quadriennium, cùm aduersarius possit se absentare per quinquennium, & vltra: posset dici minor in possessionem mittetur, & post quadriennium restituatur, ex illa generali clausula, Si qua iusta causa mihi videbitur. ff. ex quibus causis maiores. l.j. & l. sed & si per prætorem. §. vltimo. & hæc est communis opinio, q̄ non procedatur in hac causa, nisi lite contestata. Sed contrà videtur, vt dixi, argum. s̄. de offic. delegati. consultationis. in fine. & j̄. eod. tum ex literis. in fin. dic vt notatur j̄. vt lit. non contest. versi. item vbi expeditur. Item restitutio sic fieri debet, vt quilibet ius suum saluum habeat, scilicet tam is qui restituitur, quàm alius contra quem postulatur. Cod. de republ. l. vna. de mino. quòd si minor. §. restitutio. quod intelligas in illo articulo, in quo petitur restitutio, non in alio, nisi fortè cōnexi essent, vt ibi. & in l. patri. §. ij. & l. etiam. §. j. C. de præ. mino. si prædium. in fin. xij. q. ij. Vulteranæ. j̄. de rebus eccl. non alien. ad audientiam. nec enim æquum esset, quòd ecclesia locupletaretur cum aliena iactura. liiij. distin. generalis. j̄. de pœn. suam. ff. de condict. inde. nam hæc natura. sed & potest minor, vel ecclesia restitutioni iam impetratæ, renūciare. vt ff. de mino. & si iudex.

6 **Contra quem.** †Contra illum cum quo contractū est, vel hæredem eius, sed contra tertium, ad quem res peruenit, nō nisi sciens recepisset, dummodò is qui contraxit, vel hæredes eius soluēdo sint, aliàs insolidum aduersus tertium restituetur, & tertius aduersus authorem suum agere poterit: & si per plures personas ambulauerit, idem iuris erit. ff. de minoribus. in causæ. j. §. vlt. & duabus ll. seq. minor autem aduersus minorem restituitur, & ecclesia contra ecclesiam: & sic priuilegiatus contra priuilegiatum. ff. de mino. verum. §. vlt. j̄. eod. auditis. & c. suscitata.

Quoties. Si sæpius postuletur, & semel concessa sit, iterum conceditur. verbi gratia, adiuit minor hæreditatem, probatur læsio, restituitur vt repudiet ipsam: iterum aliqua pecunia hæreditaria apparet nunc, quæ præcedenti tempore latebat. ff. de pactis. tres fratres. & sic probatur læsus, quia repudiauerat, iterum restituetur, vt adire possit. ff. de minoribus. ait prætor. §. restitutus. aliàs est lex, & incipit, & si fine. quod verum est, si omnia integra sunt. nam si substitutus adiisset, & bona hæreditaria distraxisset, & nunc veniret minor ad accipiendam paratam pecuniam, denegaretur sibi restitutio. ff. de minorib. quod si minor. §. si quis iuuenili, aliàs est l. Item fallit in alio casu, propter paternam reuerentiam, & ne leges minori ludibrio fiant. Cod. de bonis quæ libe. cùm non solùm. §. vbi autem. si verò minor, seu ecclesia semel petierit restitutionem in integrum, & fuerit denegata, decætero non restituetur contra talem sententiam, præterquàm ad appellādum, nisi propter nouas defensiones, scilicet de nouo repertas, vel quæ competierunr ecclesiæ, & quæ extabant, sed non fuerunt exhibitæ, j̄. eodem. c. vltimo. C. si sæpius in integrum restit. fue. postul. l.j. & ij. & j̄. eodem. ij. prope fin. ff. de eden. argentarius. Sed dicet aliquis, Quid refert vtrum restituatur contra sententiam, vel ad appellandum? Respondeo, Cùm restitutio conceditur contra sententiam, perinde est ac si sententia lata non esset. j̄. eodem. tum ex literis. respon. j. ibi non obstat sententia morata. vbi autem ad appellationem restituitur quis, prima sententia salua manet, quamuis postea per quam denegata fuit restitutio contra primam sententiam suspēdatur per appellationem. C. de rebus credi. generaliter. respon. j. C. de appell. præcipimus. §. hæc si appellatio. s̄. de offic. delegat. pastoralis. §. præterea. j̄. de senten. & re iudi. cùm inter vos. non obstat. ff. ad Turpil. sen. con. l. j. §. fin. quia ibi exponitur, extinguitur, id est, suspenditur. secundum Goffredum.

7 **Vtrum perpetuetur †per litis contestationem.** Dicas quòd non. imò certo tempore clauditur. ff. de minoribus. Papæ, scilicet quadriennio, vt s̄. eodem. §. quando. sed fortè si moueatur in consistorio principis, perpetuatur: vel si non perpetuatur, saltem interrumpitur. j̄. eodem. tum ex literis. & cap. suscitata. & cùm nemo debeat priuari iure suo, sine culpa sua. lvj. distin. satis peruersum. s̄. de constit. cognoscētes. nec alieno odio aliquis prægrauari. C. de inoffic. testa. si quis suo. Non est imputandum parti, si non per ipsam, sed per iudicem stet, vt notatur s̄. eodem. §. quando. versic. item contra alios. data etiam restitutione, intra quadriennium rescissoria actio, id est, vtilis antiqua actio, quæ fortè spacio temporis, vel accept. vel alio modo perempta erat, sed ad eam proponendā restitutus est, minor incipienda est intra quadriennium. Cod. quibus ex causis ma. l. vltima. ff. de act. & oblig. in honorarijs. ibi, sed cum rescissoria, &c. C. de cap. & postli. reuer. ab hostibus. sed an rescissoria perpetuetur li. contest. quidam dicunt, quòd non, sicut in prima. sed Ioan. visum est, quòd perpetuetur, cùm nulla lege inueniatur prohibitum. de hac rescissoria multa notata inuenies. Instit. de actio. §. rursus.

i Minor & ecclesia.] Adde, in istā duo æquiparātur. Vide tex. iuncta gl. in verbo minoris. in c. auditis. de restit. in integr. gl. & Doct. in l. imperatores. ff. eod Doct. in c. causam. de iudic. Ioa. de Imo. in c. quæsitū. super gl. j. ff. de re iudicata.

8 **An executio †sententiæ, contra quem** restitutio petitur, retardari debeat. Vinc. dicit, quòd sic, licet quandoque viderit, quòd Papa ex aliqua latenti causa mandaret sententiam executioni, licet restitutio peteretur: sed tamen de iure retardari debet. C. de in integrum restitut. postula. ne quid fiat. l.j. Hoc autem verum est, quòd si præsumptio sit contra competentem, cautione præstita de restituendis omnibus, occasione sententiæ ad victorem peruenerunt, ab ipso victore mandabitur executioni sententia, vt expressim habes j̄. eod. suscitata. sic idonea cautio exigenda est ab omnibus suspectis, quando in possessionem mittuntur. C. de legat. si in fraudem. & de pet. hæred. l. finali. ff. de rei vendit. is à quo. vt lega. no. caue. postquam. & de damno infecto. prætor. & j̄. vt lit. pend. ecclesia j. & si nō potest exponere cautionem, & res immobilis sit, sequestrari iubetur penes iudicem. ff. qui satisdare cogan. si fideiussor. §. vltimo. sic j̄. vt lit. pend. cap. penultimo & vltimo. Aliàs si postulans restitutionem non sit suspectus, nihil debet innouari pend. cau. restit. in integrum. sicut nec pendente appellatione. ij. quæst. vj. §. appellatione. ff. nil innou. penden. appellat. l.j. s̄. de rescriptis. olim. sic nec pendente lite. infrà, vt lite pendente. per totum. suprà, de constitut. cùm M. Ferrariensi. in fine.

9 **In quibus danda est.** †Dicas quòd datur, si omisit instrumentum, vel aliquid quod debuerat allegare. j̄. eod. cap. ij. in fin. ff. de minoribus. §. j. vel si omisit aliquid, non omittendum. §. de minori. non omnia. & l. ait prætor. §. fin. & l. seq. subuenitur etiam in damnis & in lucris, vt in l. nō omnia. Aliud in maioribus absentibus causa reipubl. quibus in lucrum nō subuenitur. ff. quibus ex causa. ma. in integrum restit. sciendum. sed quando restituitur ad appellandum, non cassantur acta. secus, si contra sententiam. j̄. eodem. tum ex literis. Sed nunquid potest peti restitutio contra sententiam? Non videtur, quia quandiu competit ordinarium auxilium, non est recurrendum ad extraordinarium. ff. de minoribus. in causæ. sed appellare potest, quòd est ordinarium, is contra quē sententia lata est. & sinon appellet minor, vel ecclesia restituitur ad appellandum, vt Cod. si sæpius restit. in integrum. post. l.j. respon. si quæras de sententia Papæ, non videtur habere locum, quæstio, cùm non habeat superiorem, nec ab eo appelletur. suprà, de electione. licet. §. finali. ix. quæst. iij. cuncta. Sed dices imò, quia supplicari potest, vt notatur j̄. de appel. §. à cuius sentētia. Resp. vtrunque remedium, scilicet supplicationis & restitutionis extraordinarium est, & eadem æquitate inductum, vnde vnum non excludit reliquum. sic & aliàs dicitur, actio de dolo non datur, si alia competat. ff. de dolo. l.j. sed hoc verum est, nisi sit alia eadem æquitate inducta, vt actio qd metus causa, quæ non excluditur, sed concurrit. vt ff. quod metus causa. item si cum exceptione. §. eum qui.

i Restituitur ergo minor & ecclesia contra sententiam nō obstante l. in causæ. quia ibi minor tutus est ipso iure. & ideo denegatur ei extraordinarium auxilium restitutionis. Item non obstat C. si sæpius restit. in integ. post. l.j. quia loquitur, quando semel fuit denegata restitutio. & ideo non restituitur secundo, nisi obnoxias defensiones. quod dic, vt notatur s̄. eod. §. quoties. ad fin. secundum Goffred. Restituitur si detulit, vel dimisit iuramentum. ff. de iureiuran. nam postea. §. si minor. & contra confessionem suam restituitur. ff. de confes. certum. §. in pupillo. Item in compositionibus. C. si aduer. transl. j. & ij. & notatur s̄. de transactio. §. & in quibus. versic. item cessat in spiritualibus. Item in contractibus quandocunque læditur, vel decipitur calliditate aduersarij, vel sui facilitate, vel ratione eorum quæ non acquisiuit, vel quia oneri se subiecit. ff. de mino. quòd si minor. §. non semper. j̄. de rebus eccle. non alien. ad nostram. vel quia accepto tulit alicui. ff. eo patre. §. penul. & hoc intelligas in contractibus & quasi. sicut de his ponuntur in C. diuersæ rubricellæ. quod locum habet, quando contractus tenet, puta celebratus in casu concesso, & debita so-

lennitate seruata.x.q.ij.hoc ius.xij.q.ij.sine exceptione. aliàs con tractus nullus est ipso iure.x.q.ij.§.qui rem. & not.j.de reb.eccle. non alien.§.quæ sit forma. & ideo nō est necessaria restit.cùm ecclesia ipso iure seruetur illæsa: vt notatur s.eod.§.versic.sed nunquid. Præscriptiones autem longæ non currunt minori,imò ipso iure seruatur illæsus. Cod. in quibus cau.restit.in integr. non est neces.sancimus.quod verum est,si sint corpore iuris clausę:secus, si sit municipalis præscriptio.j.eod.constitutus.In præscriptionibus etiam restituitur ecclesia,& sic potest intelligi j.vt lite nō contestata. accedens j. & j.de rebus eccle.non alien. ad nostram. sed hoc non admittit Goffred.vt notatur s.§.quando. versi.item obijcitur.& seq.Item & præscriptiones iudiciorum currunt,sed restituitur.C.de iudic.properandum.§.finali. Illud notandum,quòd nullus auditur petens restitutionem nomine alterius, nisi ostendat speciale mandatum.j.eod.coram.ff.de minor.illud. §.& si talis. Subuenitur autem minori, si lædatur siue decipiatur ipse minor,siue tutor eius, vel curator. vt C.si tuto.vel cura.interue. l.etiam.& idem in ecclesia,quia delictum personæ non debet redundare in ecclesiæ detrimentum. xvj.q.vj. si episcopus. secus est, si decipiatur simplex procurator minoris vel ecclesiæ, qa tunc non subuenitur eis,nisi tunc demùm,cùm procurator est non soluendo.ff.de do.& eleganter. §.penult. & ff.de minor.cùm mandato. quare autem magis subuenitur prælato quàm procuratori, ratio est, quia prælatus gerit ex necessitate, procurator ex voluntate: igitur ecclesia ex facto prælati restituitur,quia non licet ei conditionem ecclesiæ facere deteriorem.j.eod.c.j.j.de donat.c.ij.quod intelligas in faciendo.nam omittendo deteriorem facit, dum tamen legitimum tempus sit completum. vnde præscribitur res ecclesiæ.xvj.q.iij.placuit.j.de præscri.c.j.& per totum. sed si non est præscriptum,non facit deteriorē omittendo,imò restituitur ecclesia etiam in omissis. vt not.s.eod.§. respon.j. & probatur j.eod. auditis.& c.cùm venissent. in fine. sed aliquando facit deteriorē, scilicet donando modica.xij.q.ij. terrulas. & notatur j. de donat. §.& quid.Item subuenitur ecclesię, si se sine mandato negotijs immiscuerit alienis, vel saltem necesse habet cedere domino negotiorum beneficium restit.vt ff.de mino.quòd si minor. Sed & minori & ecclesiæ succurritur, si quasi contumax ad iudicium nō venit,culpa interueniente. ff.de mino.minor. secus,si ex dolo,vt notatur j.eod.§.prox.versic.sed nunquid subuenitur.nam qualitercunque in iudicijs capiatur, siue agat siue conueniatur, dum tamen non delinquat,subueniendum est.ff.de minor.ait prætor. §. sed &in iudicijs.Minori etiam subuenitur,si defensor alterius extiterit,& fideiussor.suis.ff.de procura.minor.xxv ann. vel si se vel sui fideiussorio nomine obligauerit,& in iudicijs,siue agendo,siue conueniendo capiatur.ff.de mino.ait prætor. §.non solùm autem in his. Sed & si ex causa iudicati bona ipsius capta sint,& distracta,subuenitur ei,si grande damnum ipsius sit. ff.de minor. si ex causa iudicati. restituitur enim non solùm, cùm de bonis eius aliquid minuitur, sed etiam cùm interest ipsius litibus,& sumptibus non vexari.ff.de minoribus.l. minoribus vigintiquinque annorum subuenitur.

10 Et in quibus denegetur. †In re modica.ff.de in integrum restitut.scio.Item vbi damnū prouenit ex euentu,puta ecclesia vel minor emit prædium sibi necessarium,quod postea chasmate perijt, vel vendidit rem suā.nec fuit in venditione deceptus, sed postea amisit preciū per casum. hìc non restituitur,cū vix patrifamilię hæc contingere possent,etiam Salomoni. ff.de mino.verum.§.sciendum. & C.de restitut.in integr.minor.l.fin.Item si ipso iure contractus non teneat.ff.de mino.in causæ.ij.§.Pompo.quia non recurritur ad hoc extraordinarium auxilium,vt notatur s.§.& qualiter. Item si minor petat restitui ad hæreditatem omissam per substitutum distractam, vel eiusdem laboribus ampliatam. quòd dic, vt notatur s. §.quoties. Item si debitor alleget creditorem suum minorem, & nihilominus compulsus sit per iudicem ei soluere, licet ipse minor pecuniam amittat.ff.de minor.ait prætor.§.qui tamen. Item in delictis, nisi quatenus ætatis fragilitas induxerit iudicē ad minorem pœnam imponēdam. ff.de mino.auxilium. Sed nunquid subuenitur ei, si contumax condemnatur? sic videtur. ff.eod.si ex causa.& l.præcedenti. quod admitte secundum l. C.de iu.properandum.& de auth.tut.clarum.scilicet contumax fuit:sed cur habebat.aliàs nulla foret sententia.ff.de re iudica.contra pupillum. secundùm hoc potest intelligi de sententia diffinitiua, vel dic,q intelligitur de interlocutoria,scilicet,quia propter contumaciam suam, cùm nullus appareret defensor, fuit aduersarius missus in possessionem causa rei seruandæ.ff.ex quibus cau.in pos.ea.Fulcinius.& de bo,autho.iudi.possi,si minor,vel refert vtrum contumacia ex culpa prouenerit,& tunc restituitur,vt dictum est.an ex dolo contumax, & tunc non restituitur, vt ff.eodem. si ex causa. §.nunc videndum. quia in delictis, &c. vt notatur s.proximo versic.item in delictis. & hoc etiam intelligas, si tota ecclesia delinquat. aliàs delictum personæ non redundat in damnum ecclesiæ, vt notatur s.eod.§.prox.versic. subuenitur autem minori. & se.secundum Goff.Sed nunquid tenetur de expensis? Dicas quòd sic.argum.ff.de regul.iur.non potest dolo. & ff.eod. si ex causa.§. nunc videndum. & C.de his qui ve.æta.impe.l.j. & de emancip. nec auus. Quid ergo operatur restitutio in dicta l.cùm magis extraneus de mundo hoc sequeretur,vt infrà,vt lite non contestata. quoniam frequenter. §. in alijs. respondeo intelligas legem, elapso anno.

11 Et quis sit eius effectus. †Vt vnusquisque qd̄ suum est accipiat. vt notatur s.§. & qualiter.in fine.& legitur C.de reputa.l.vnica.& vt is qui restituitur,ad omnia restituatur.ff.de verb.sign.restituere.

De Alienatione iudicij mutandi causa facta. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Alienatio quid sit.
2 Alienator qua pœna puniatur.
3 Actio ista qualiter competat.
4 Res religiosa alienari prohibetur.
5 Actio ista cui competat.
6 Actio ista qualiter cesset.

EX superiori titulo prouidetur læsis, ne ipsorum conditio deterior fiat officio iudicis: hìc verò prouidetur iuris authoritate,ne alterius dolus possit mihi obesse, & sic videndum est de alienatione iudicij mutandi causa facta.Vel sic: Suprà,prox.tit. prouisum est per in integrum restitutio.ecclesijs,vt in c.j. Item minoribus, vt in c.cōstitutus. Item maioribus, vt in c.ex literis. hìc autem in minori ætate prospicitur omnibus, in quorum damnum & præiudicium possessiones, vel res,de quibus timetur moueri quæstio, causa mutādi iudiciū in alios transferuntur,sic dicamus de alienatione,&c.sicq; tractemus de hac restitutione, videntes, Quid sit alienatio iudicij mutandi causa facta, Qua pœna alienator feriatur,Qualis qui ab eo recipit,Qualiter competat hæc actio, Et cui competit hæc actio, Qualiter cesset.Et notatur,quòd debuit compilator addere in rubr.& cessione actionum per secundam decret.quam apposuit. & ideo subsequenter videamus, An actio cedi vel vendi possit, Et quis sit effectus cessionis.

1 Quid sit alienatio. †Alienare causa mutandi iudicij dicitur, qui credens se ab aliquo conueniendum reali actione,vel personali,quę in rem scripta sit, alienat rem dolo malo,causa iudicij,scilicet futuri mutandi,id est vitandi. Et idem si possessionem solam alienat. ff.eod. nō solùm. & lege,ex hoc. §. ait prætor. Et nomine alienationis continentur constitutiones seruitutum prædialium.ff.eod.non solùm. §.ad iura.Forsan & personalium.vt vsusfruct.& vsus. Idem fortè in iure emphyteutico,vel superficiario. Hæredis tamen institutio vel legatum non continetur hoc nomine.ff.eod.ex hoc. §.si hæredem. quia non videtur hoc facere dolo malo fauore supremi iudicij. Hac eadem ratione necessariæ præstationes, seu alienationes excusantur, vt si vendat causa necessitatis, vel soluat creditori suo, vel redhibeat,nisi hoc ea ratione faciat, vt iudicium vitet. ff.eod. ex hoc.§.vltimo.& l.quia.& l.nam & si.& de redhib.ac.bouem.§. si quis. vel dic, aliàs non redhibiturus. nam & si de iure hoc potest, nunquam videtur dolo facere. ff. de regulis iuris. nullus videtur.xxiij.q.iiij.qui peccat.Item eius factum non improbat prętor, qui adeò execratur litem,quòd magis voluit re carere,quàm litigare,& ideo alij donauit.secus,si vēdidit vel permutauit. nam is vituperandus est,qui cùm rem velit habere, litem ad aliū transfert,& molestum aduersarium pro se subijcit. ff.eod. item §.fin.& qui precium habet,rem videtur habere. ff.de pet.hæred.si & rem. & de peculio.l.sed si quis.& l.nam penes.& de vsufruct. quia qui precio. sed & si possessionem pro derelicto habeat, non tenetur, licet possessionem transferat. ff.eod. item § potest. ex omnibus his fortè excipiendum est.j.c.j. vt dicam j.

Qua pœna alienator † feriatur.

Vt actio in factum ex hoc edicto cõtra ipsum proposita & intentione probata ad interesse condemnetur, saluis nihilominus pristinis actionibus aduersus nouos possessores. ff. eodem. l. j. Et consideratur hoc interesse ratione loci: vt si alienasti rem in hominem alterius prouinciæ, & sic habeo necesse sequi forum rei. ℣. de foro competenti. cùm sit generale. s̄. de rescriptis. nonnulli. Item ratione causæ: vt si seruum quem volebam petere, manumisisti. fit enim conditio mea deterior, quia prætores libertatibus fauent. ff. de regul. iuris. libertas. s̄. de ser. non ordin. miramur. ℣. de re iudicata. cap. vltimo. Item ratione personæ, quia potentioribus pares esse non possumus. Item causa potest considerari duplex, ratione rei principalis, quia scilicet difficilius de iure prosequitur, vt dictum est in manumissione: vel quia nullatenus prosequitur, quia scilicet res vsucapta est. Est & tertia consideratio, vt si pro eo quod petebam restituendo vel destruendo, oportet me expendere agendo contra emptorem, quod nõ expenderem agendo contra te, vt interdicto, quod vi aut clàm. aut de noui operis nuncia. ff. eodem. l. j. ij. & iij. nec obstat quod legitur. ff. de noui operis nuncia. l. vltima. quia ibi non alienauit dolo malo. & ideo tenetur emptori, si sciuit mutationem factam, aliàs contrà. ff. quòd vi aut clàm. vim facit. §. tandiu. argum. contrà. ff. de noxa. act. in delictis. si extraneus. habetur autem ratio expensarum, vt dixi suprà, in ratione loci habenda. Sed nunquid pro interesse agam, antequã aliquid expendam. P. dixit, quòd non, sed demùm possessore excusso. argum. ff. eod. Liij. §. ex quib. potest tamen dici contrà, secundum Azo. maximè re vsucapta, pro qua petẽda in vanũ rem expenderẽ. arg. ff. eod. Liij. §. item si locum. & de negotijs gestis. si quis mandato. Sed & tenetur alienator pristina actione, cùm dolus eum repræsentet possessorem. ff. de rei vendi. qui petitorio. ff. ad exhiben. Iulia. C. ad exhiben. l. ad exhiben. & hoc non tantùm ratione doli ad æstimationem rei, quinimò & ratione precij, si quod habuit, quia loco rei succedit. ff. de pet. hæred. sed & rem & precium. ff. de peculio. sed si quis. ff. de vsufruct. quia qui precio. ff. de lega. ij. Imperator. & l. seq. ℣. de vsur. cùm tu. in fin. ff. de lega. iij. fideicommissa. §. si rem. ℣. vt lite pend. ecclesia. in quo iudicio & interesse considerabitur, secundum Gofred.

Qualis qui ab eo recipit.

Vt teneatur eadẽ actione, qua tenebatur is contra quem agebat, vel agi debebat. C. eodem. l. j. ideo rescriptum quod aliàs non extenditur, nisi ad personas quæ ibi continentur, extenditur in hoc casu ad illum qui se ingessit in possessionem, siue is qui possidebat appellauerit, siue in aliam personã transtulerit permutando, seu dolo malo se absentauerit, ex quo sciuit rescriptum impetratum. ℣. eod. c. j. & si nullus possideat missa trina citatione domino, & publicè proposita, potest poni impetrans in possessionem rei petitæ. s̄. de officio delegati. consultationibus. ℣. vt lite non contestata. quoniam. §. si in alijs. & de dolo & contu. causam. & c. fin. & ex hoc quod dicitur ℣. eod. c. j. ibi, qui in possessionem se ingesserunt, videtur quòd loquatur de illo qui scienter recepit. ℣. de præbend. cùm iamdudum. & s̄. tit. j. & ij. respon. j. de procur. quæ omnia. potest autem possessor conueniri coram ordinario suo, & coram delegato obtento, quamuis aliàs non extendatur rescriptũ, vt not. s̄. de offic. deleg. §. quibus modis. verumtamen si ab illo qui alienauit, consequatur actor rei æstimationem, sicut not. s̄. §. prox. versic. sed & tenetur. nõ aduocabit postea rem à possessore. ff. de pet. hæred. si & rem & precium. sed vtroq; casu tenetur alienator ad interesse. vt not. s̄. §. prox.

3 Qualiter competat † hæc actio.

Tria sunt necessaria, scilicet quòd alienatio fiat dolo malo. ff. eod. l. j. & s̄. dixi. §. quæ sit. Item secundum nessarium est, quòd mea interfit. ff. eodem. non solùm. §. hæc actio. ideóque si is qui alienauit, paratus sit recipere iudicium, ac si possideret, pœnam vitabit. ff. eodem. l. iij. in fine. fatuus est ergo, nisi semper in se suscipiat, cùm & inuitus conueniri possit, vt patet in his quæ notantur s̄. eod. §. qua pœna. versic. sed & tenetur. Item tertium necessarium est, scilicet quòd fiat causa mutandi futurum iudicium, non id quod iam fit. nam tunc haberet locum pœna litigiosi. C. de litig. l. vltima. est autem res litigiosa hæc, de cuius dominio agitur, aut per iudiciariam conuentionem, aut per preces principi oblatas, & iudici insinuatas, ac per eum aduersario intérpellatoris cognitas, in authen. de litig. resp. j. coll. viij. C. de litig. authen. litigiosa. ix. q. iij. quia res. s̄. de constitutione ecclesia. ℣. vt lite pend. ecclesia. Porrò si præsens sit iudicium, sed tamen de dominio, vel quasi non fit quæstio, quamuis nou dicatur res litigiosa, tamen satis non potest dici locum habere hoc edictum. quia plus videtur delinquere quia alienat iam conuentus, quàm si conuentus non esset. argum. in authen. de litig. §. si verò inter prædictum. in fin. col. viij. Plus dico, quòd secundum iura nostra perinde teneri videtur quis, ex quo citatus est, sicut secundum l. si litis contestat. facta esset. sicut ergo ibi condemnaretur, si post litis contestat. desiisset dolo possidere. ff. de rei vendi. sin autem. §. j. & l. cùm autem. & l. si possessor. & l. is qui dolo. & ita condemnabitur, si post citationem alienet. ergo hoc locum habet, si ante citationem sciens impetratum rescriptum, contra se alienauerit. argum. ℣. eodem. cap. j. & s̄. de officio legati. c. vltim. & de officio delegati. licet. gratum & relatum. & de rescriptis. significauit. & sic per solam citationem videtur res facta litigiosa, secundum iura nostra: & licet dixerim rem fieri litigiosam, si agatur de dominio, idem videtur, si agatur de quasi dominio. argum. Instit. de actio. §. aliæ. Habet autem locum titulus de litigiosis in corporalibus tantùm, non in incorporalibus. sed non refert vtrùm res mobilis sit, vel immobilis, nec habet locum in hypothecaria actione, vt in corpore authen. de litig. §. ad hoc. & secundum l. simpliciter interdictio rei non facit rem litigiosam. Cod. de litig. l. j. & ff. de litig. l. j. in principio. Res ergo litigiosa [a] † alienari prohibetur. xj. quæst. j. quia res. quòd si quis a
4 lienauerit iure nouo, hanc pœnam patitur is qui scienter rem receperit, venditionis vel donationis titulo, vel quolibet alio contractu rem cogitur redhibere, & precium fisco tradere, alienans tantundem de suo fisco præstare cogitur. hoc intellige, nisi ignorantia excuset ipsum. tamen hoc non putauit Azo posse procedere, quia in facto proprio non est tolerabilis error. Sed quid dices, si alij succesissem, contra quem lis fuit contestata, & sic vendo ignorans, quia qui in alterius locum succedit, &c. Dico, si vterque ignorauit, restituetur res, & precium recuperabitur, & sic erit iusta ignorantia excusata. ℣. de cler. excomm. mini. Apostolicæ. Sed si tradens ignorat, & recipiens scit, dico rem restituendo, & duas partes precij lucrabitur fiscus, tertia penes tradentem remanebit, sicut in sequenti membro: & sic voluntas & propositum maleficia distinguunt. ff. de fur. qui in iure. ℣. de sententia excommunicationis. cùm voluntate. Sed si ignorabat recipiens, & tradens sciebat, emptor rẽ restituit: & preciũ si soluerat, recuperat. Quòd si obligatus erat, liberatur, & alienans tertiam partem precij ei qui ignorans erat, dare cogitur de suo proprio: venditor aliàs duas partes necesse habet fisco præstare, & vbi donatur, verum precium æstimatur.

[a] Res ergo litigiosa. j Adde Spec. in tit. de appel. ſa §. nouissimè. versic. verum.

EXcipiuntur casus, in quibus potest alienari res litigiosa, scilicet causa donationis propter nuptias, dotis, transactionis, diuisionis rerum hæreditariarum, vel legatorum causa dari potest, vt omnia hæc probantur. Cod. de litig. l. vltima. sed in legato dicitur per authent. quòd hæres causam perficiet, & si obtinuerit, rem restituet: si succumbit, nihil præstabit, quia euentus iudicij legatus videtur. ergo liti interesse prodest, ne colludatur. vt in authent. de litig. §. primo. & Cod. eodem. authent. non hæres. Et secundum Azo. eandem pœnam patitur actor alienans, quam pateretur reus. de quo diximus plenè. secundum hoc intellige decretalia, suprà, de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. & infrà, vt lite penden. ecclesia sanctæ Mariæ.

5 Et cui competit actio in † factum, quæ

oritur ex hoc edicto. Ei in cuius fraudem facta est alienatio, & hæredibus suis, & intra annum, & dabitur directa in eũ, qui alienauit suo nomine. In eum verò qui alieno nomine alienauit, vt tutor, procurator, & similes, datur vtilis: sed non datur in hæredes hæc actio, quia est ex debito. ff. eod. nõ solum. §. fin. & l. nam & si. §. fin. ergo in prælatum datur vtilis, cùm sit procurator. ℣. de donat. cap. j. & ij.

6 Qualiter cesset.

†Cessat autẽ hæc actio, si is qui alienauit, eandẽ rem recuperauit: secus in furto. ff. eod. ex hoc. §. si quis. & deposi. l. j. §. si rem. & de ædilitio edicto. quis sit fugitiuus. item si res non erat petitoris, vel si mortua est sine culpa, nisi si quid actoris interfit ratione quęstus, vel accessionum, vel expensarum. ff. eod. nõ solùm. §. pen. & de noxalibus actionibus. electio. §. si is. Item si reus paratus sit subire vtile iudicij, vt dixi s̄. §. qualiter. quod est intelligendũ, quando eandẽ causam promittit se præstaturũ, puta promittit se restituere sub maxima pœna. aliàs si diceret rem nõ restituã, quia nõ habeo: sed quanti intererit tua, vel quãti in litẽ iuraueris, secus esset. nam & si hoc non offert, tenetur ad idem, cùm dolo desierit possidere, vt probant leges quas not. s̄. §. qualiter competat. versic. plus dico.

De Cessione actionum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Actio an cedi uel uendi possit.
2 Cessionis actionis effectus quis sit.

a Quid sit arbitrium.] Adde quot modis accipiatur hoc nomẽ arbitrium. vide in l.arbitro. & in l.si arbiter. ff. qui satisd. cogantur. Bart. in repe. l.si societatem. in §. arbitrorũ. ff. pro so.

1 AN actio † vendi vel cedi possit. Dist. Vtrum fiat in vltima voluntate, & tunc valet. ff. de leg. iij. nomen. si tamen actio erat indubitata, aget legatarius vel fideicommissarius. Sed si erat dubitata, id est, in iudicium deducta: tunc enim dicitur dubia. arg. ff. de pecu. qd debetur. & de adult. denunciasse. in hoc casu agit hæres, & qd consecutus fuerit, dabit legatario. C. de litig. quicunq;. & in authen. nunc si hæres. no. §. qualiter. prope fin. sic intellige C. man. l. pen. & ff. de lib. lega. l. legaui. An fiat inter viuos ex pacto. & tunc si fiat cessio potentiori, nulla est. j. eod. c. ij. vers. ita quòd iactura. Ergo si fiat tutori cessio cõtra pupillum, cũ tutor potẽtior sit, nulla erit. C. qui tut. da. pos. autẽ. minoris. sed nec valent, si fiat illi, cuius tutelam vel curã quis gessit, quamuis tutela vel cura finita sit, & quãuis ex veris causis fiat, vt in authen. vt hi qui obl. se habe. perhi. res mino. §. q; si quis. col. vj. & sic cedens non agit, nec potentior. imò actio extinguitur. C. ne lice. poten. l. ij. Et intelligo potentiorẽ non quemlibet ditiorẽ, vel nobiliorẽ, sicut s. §. qua pœna. ver. item ratione personę. sed talem qui terribilis est, & terribilem seu minacẽ faciẽ ostendere potest. C. quod met. cau. si per impressionem. j. de censi. cùm Apostolus. in fin. & de immu. eccle. quia plerique. C. si quacunq; prædi. po. l. j. & si rector prouinciæ. l. j. Item potentior si sit clarissimus sub præside. de hoc crimine conuenitur, & seuera sententia, scilicet arbitraria damnatur. C. ne li. poten. l. j. Nunquid ergo clerici in eo q; clerici potentiores sunt laicis, quãtum ad hoc, de quo hîc quęritur. quidã dicunt, q; sic. j. eod. c. ij. sed certè ibi non imponitur alia pœna. imò dicitur, q; clerici per cen. eccl. compellantur, nec tales cessiones recipiant contra laicos, quia videtur turpi lucro inhiare, quod eis prohibetur. xiij. q. iij. clerici. & cap. canonum. & lxxxvij. dist. fornicari. j. ne clerici vel mon. c. j. imò potius potentio. videretur laicus clerico, quia magis terribilis est. arg. j. de rebus eccl. non alie. cùm laicis. & de immu. eccl. non minus. & c. aduersus. ij. q. vij. laici. & quod dicit j. eod. c. ij. q; iactura, &c. non dicit ideo, q; clerici sint potentiores, sed apposuit cõpilator illa verba, vt includeret tractatum huius distinctionis. Si verò cessio fiat non potentiori, & actio sit dubitata, non tenet cessio, nec tamen amittitur actio, imò nihilominus est agentis qui cessit. Item in casibus tenet, quos not. s. §. qualiter competat. prope fin. versi. excipiuntur. & probatur C. de litig. l. ij. & vlt. & C. man. l. pen. Sin autem actio indubitata sit, & constat veram esse cessionem, tenet. C. de hæred. vel act. vend. per totum. & de hoc j. §. & quis sit effectus. sin autem constat illam esse simulatam, nulla est. C. plus va. quod agi. in rubro & in nigro. j. qui fil. sint legit. per tuas. j. eod. c. ij. ver. cùm igitur cessiones. & in hoc casu potest intelligi ipsum c. vel intelligas, quãdo fit grauamẽ aduersarij, & innuit, & propter hoc facit ad tit. hunc, quia vult laicum reum trahere ad forũ eccle siasticum. Sed hoc quomodo fiet, cùm actor sequatur forum rei? Respon. ratione consuetudinis. j. de foro comp. si clericus. vel qa laicus conueniet clericum sibi iniuriantẽ coram ecclesiastico iudice, & clericus reconueniendo actionẽ sibi cessam intẽtabit, quod in conuerso casu prohibetur. j. de iure pat. relatum. de quo dic, vt not. j. de mu. pe. §. apud quem. ergo si vera esset cessio, videtur q; coram laico ipsum reconuenire posset, sed nõ est verum: imò semper præsumo, quòd in fraudem fiat, quantum ad hoc, quia nunq; aget, vt bene innuit decret. nec enim licet eis hunc quęstum quærere, secundum Ber. vel dic vt j. not. Quid enim si aliquis mihi delegauerit debitorẽ suum, contra eum actiones cesserit, cùm aliàs soluere non possit, sed & si succederet, secus esset. arg. C. de decu. lib. x. & ff. de decu. qui prohibetur. vel si legaretur ei in vltima voluntate, vt s. dixi. Donari etiam potest inter viuos, dummodo bona fide fiat à clerico clericis contra laicum, & à laico laicis contra laicum, vel clericum, & à laico laicis contra laicum. & in omnibus casibus intelligi potest quod legitur C. mand. per diuersas. §. fin. ff. de alie. iudi. mu. cau. facta. l. pen. dummodò publicè fiat. C. man. ab Anastasio. in fin. resp. j. inde est, quòd si quis laicus aufert ecclesiæ ius suum, siue feudum, nec ecclesia ipsum aliter recuperare valeat, potest ipsum dare in feudum alij, qui idem feudum recuperet, & pro ecclesia recognoscat. j. de feud. c. ij. §. penul. & fin. sed summa est ratio, quæ pro religiosis facit. ff. de reli. & sump. fu. sunt personæ. Item fieri potest inter cohæredes agentes fa. erciscũ. iudicio. & potest cedi legatario, & quilibet acquirere potest ad tuitionem rei quam possidet, nõ ad impugnandum alium, vt in eadem l. per diuersas. resp. j. & §. j. sic j. de except. cùm inter priorẽ. in fine. Item si dubitetur, vtrum cessio sit vera vel ficta, semper præsumitur simulata, ex eo quòd actio pro parte donata fuit, & pro parte vendita: hic autẽ aget is, cui cessa est, vsq; ad quantitatẽ quam dedit non in superfluo, nec cedens agit idem, si pro modico precio vendidit. arg. ff. de transact. cùm hi. §. modum. Item si dicatur in instrumento cessionẽ factam, & non dicatur ex qua causa. ff. de iure fisci. C. man. l. pen. & fin. Item præsumitur facta in fraudem, si clerico fiat cessio à laico contra laicum. secus puto, si contra clericum. arg. j. eod. c. ij. vel potest distin. quando laicus cedit clerico contra laicum, vtrum trahat ipsum coram ecclesiastico iudice, puta quia sic est de consuetudine: vel coram suo, vt in primo casu præsumatur contra clericum, in secundo minimè. sed & quicquid malitiæ cõtra hoc excogitari potest, pro infecto habetur. C. man. ab Anastasio. in fine.

2 Et quis sit effectus cessionis. † Vt directæ actiones transeant. & ideo ipsas intẽtare potest nomine suo is cui cessæ sunt, sed si emantur, & non cedantur, competunt vtiles, & hoc circa personas & pignorã. ff. de hæredi. vel actio. vendi. emptori. & contra debitores & fideiussores: & imputatur venditori, si nomen, id est, actionem quam vendidit, exigat, vel compẽset, vnde exactum vel compensatum tenetur emptori reddere. ff. de hæred. vel act. vend. venditor actionis. Dixerunt tamen quidam, q; actio iniuriarum vendi non potest ante litem contest. cùm non sit in bonis nostris. ff. de iniur. iniuriarum. nec potest, cùm sit litigiosa. sed fortè ideo non dicitur in bonis nostris, quia non datur hæredibus, vt not. j. de iniur. ergo dũ viuimus agere possumus, & aliis cedere, secundum Azo. quia omnes actiones, siue puræ, siue conditionales, siue reales, siue personales, vendi possunt: & tenetur venditor de euictione, si debitor nihil debet, vel nihil habet, vel nisi tueatur se perpetua exceptione, sed locupletem debitorẽ, vel in summam certam non tenetur præstare, nisi in contrarium actũ sit. arg. ff. de hæred. vel actio. vendi. nomen. & l. quidam. & l. nomina. & C. de hæred. vel actio. vend. l. fin. Ex præmissis patet, quòd si actio data sit, vel vendita, sed non cessa, is qui emit vtilem proponet, quam cedens directam habebat, vel vtilem quã vtilem habebat: sed si fuit cessa, & is qui cessit habebat, directam eandem proponet. si vtilem, vtilem proponet. C. de hæred. vel act. vendi. emptor. sic intellige C. de procu. qui stipendia. & man. ab Anastasio. C. de leg. ex lega to nominis. & nihilominus eadem remanẽt penes cedentem, vnde ipsas intentare potest, nisi in tribus casibus, vt not. j. de soluti. sub rubr. de delegat. §. quid est delegare.

De Arbitris. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Arbitrium quid sit.
2 Arbitrorum sunt duo genera.
3 Arbiter quis esse possit.
4 Arbiter est similis iudici.
5 Compromitti de qua re possit.
6 Compromissum aliquando impeditur ratione personæ.
7 Vasallus super lite feudali, an possit compromittere.
8 Religiosi an possint petere pœnam ab eo qui non seruat arbitrium.
9 Arbitrium qualiter ad effectum perducatur.
10 Sententia arbitri non infamat.
11 Arbiter an possit punire contumaciam in expensis.
12 Arbiter diffinitiuam aliquando mutare potest.
13 Arbiter in quibus casibus non possit cogi sententiam ferre.

IVdiciorum præparatoriis expeditis, tractandum erit de iudicijs. Sed quia consueuerunt homines primò recurrere ad amicos, quibus sæpe causas nequeuntibus terminare ad iudicium peruenitur, ante tractatum de iudicijs, præmittit de arbitris: videamus igitur, Quid sit arbitrium, Quis possit esse arbiter, De qua re possit compromitti, Qualiter constituatur, Qualiter ad effectũ perducatur, In quibus casibus non cogitur sententiam ferre, Quis sit effectus.

1 Quid sit † a arbitrium. Actus triũ personarũ exequẽtiũ cõpromissum. nã arbiter exequi-

exequitur inquirendo veritatē, actor vt obtineat, reus, vt absoluatur. secundum Azo. Sed hoc idem est in iudicio. licet ipse ponat differentiam non hic, sed vt notatur ī. tit. j. §. quid sit iudicium. verumtamen adhuc non est plana hæc denotatio, sicut esse posset: vnde dic, qd arbitriū est causa in dicēdo voluntariè posita & recepta. Vel, Arbitriū est potestas voluntariè data alicui & recepta ad pronunciandum in lite, provt arbitro visum fuerit, aliquando certa pœna vallata, & certis terminis limitata. arg. ff. eod. diē. §. stari. C. eod. l. j. ī. eod. cap. ij. ff. eo. non distinguemus. ff. de offic. & §. final. ī. eod. cùm dilectus. Ideo autem dixi, Potestas voluntariè data alicui & recepta, quia ab initio hæc res extra necessitatem posita est. ff. eodem. l. iij. §. tametsi neminem. ideo dixi in lite, scilicet ciuili, quia aliud est in causa criminali. vt notatur ī. eod. §. de qua re. ad hoc. Cod. de transact. causas vel lites. Ideo autem dico, Prout arbitro, quia sic pronunciat. patet. ff. eod. item si vnus. §. idem Pomp. aliàs est lex, & incipit, si ita. & not. ī. eod. §. qualiter constituatur. sub §. dicitur ergo. verfic. item ita demū. ideo etiā dixi, Aliquando certa pœna, &c. quia & aliquando aliter fit, vt notatur ī. eodem. §. qualiter constituatur. hanc teneas, si placet. Verumtamen Goffredus sic descripsit, Arbitrium est trinus actus personarum super ciuili quæstione in iudicio contendentium. nam iudex laborat, vt veritatem inueniat. xxx. quæst. v. iudicantem. actor ad intentionē, id est, causam ampliandam, reus ad extenuationem, id est, causam diminuēdam. iiij. quæst. iiij. cap. j. & sic concordat cum Azo. & hoc de arbitro compromissario. Sed & alio modo dicitur arbitrium, potestas data alicui ad pronunciādum, prout æquum fuerit, & hoc redigitur ad arbitrium boni viri. Ideo dicitur, quòd arbitrorum † duo genera sunt. ff. pro soc. si societatem. §. arbitrorum. & de hoc §. de electione. causam quæ. ī. eodem. cap. ij. & cap. cum tempore. & cap. ex parte. & cap. penult. ī. de iureiurando. veniens. quando. & Quintaual. ff. de oper. libe. si libertus. alibi dicitur arbitrium potestas data aliquibus ad eligendum. vt notatur §. de electione. §. qualiter facienda. sub §. secunda forma. Alibi vocatur arbitrium iurisdictio delegata. §. de offic. delegati. suspicionis. C. de aduo. diuer. iudi. an scimus. & de iudic. apertissimi. ī. de appella. cùm speciali. & c. ij. requiris. quod dic vt notatur §. de offic. deleg. §. & qualiter finiatur. sub §. sed nec illud omittendū. §. quis sit effectus. verfic. sed quid si casum admittat. & seq. Alibi ponitur arbiter, p iudice ordinario. xj. q. j. clericus aduersus clericū. ff. qui satisd. cog. si ab arbitro. ff. à quib. app. nō licet. l. vlt. In his em recipit arbiter iurisdictionem à lege, seu à canone, & talis scilicet, qui à lege habet iurisdictionem, ordinarius intelligitur. vt notat. §. de offic. ordina. §. quis potest constituere. in fine.

3 **Quis possit esse arbiter.** †Liber homo, filiusfamiliâs, paterfamiliâs, etiam de rebus patris, quia & iudex potest esse in causa ciuili, non in criminali. iij. q. vij. §. tria. ver. cognitores. Item in causa ciuili, si delegatus sit, potest causam finire, & examinare: sed ordinarius potest audire lite cōtestata, ad hoc, vt actio perpetuetur. Et aliquando compellit filius iure magistratus, patrem adire hæreditatem ex Trebellianico iure. ff. de iudic. in priuatis. & de iurisdictione omnium iudicum, quia iurisdictioni. & de officio præsidis. l. sena tusconsultum. & ad Trebellia. ille. §. vltimo. & l. namque. & ff. eodem. §. sed & filius. & l. quinetiam. quod dic, vt notatur ī. de sententia & re iudic. sub rubr. de senten. §. quis debet sentētiam proferre. verfic. sed nunquid suis. Sed si filiusfamil. daretur hodie delegatus in causa patris, posset recusari tanquam suspectus. arg. in his quæ notantur §. de officio delegati. §. & qualiter finiatur. vers. item finitur per iustam recusationem. Item potest esse arbiter Ingenuus & Libertinus integrę famę, & infamis. iij. quæst. vij. §. tria. verfic. cognitores. quod in iudice non est. Cod. de digni. neque famosi. lib. xij. ī. de testi. testimonium. ff. eodem. Pedius. aliàs incipit parui referre. & l. sed & si ita. & de verborum significat. illa verba. sed si compromittatur, valebit sententia. ff. eod. sed si in seruum. & liber factus sententiam dicat, & in ipsum iam liberum factum compromittatur, valebit sententia. ff. eodem. sed in seruum. Et si compromissum sit in liberum & seruum, non valet: quia si liber tantùm sententiam dixerit, non valebit, quia vt non accepit, dixit, nisi dictum sit quòd alterutrius sententiæ staretur. ff. eodem. Pedius. §. in seruum. Item non potest esse arbiter furiosus, mutus, surdus, minor xx ann. sed maior xx potest, licet restituatur, si doceat sua interesse non recepisse. ff. eodem. sed si in seruum. §. j. & l. cum lege. Item fœmina prohibetur. C. eodem. l. vlt. ff. de reg. iur. l. ij. xxxiij. q. v. mulierē. iij. q. vij. §. tria. nisi papa hoc fecerit, id est, authoritatem iudicandi tribuerit: quod facere potest. viij. q. j. verior. xxxiij. q. iiij. si quas. xij. q. ij. cū deuotissimā. ij. q. v. Mennam.

& accedit. §. de officio delegati. cùm vigessimum. Aliàs non potest iudicare, nec excommunicare, nec pœnitentias dare, vt probāt iura superius allegata. & ī. de pœnit. noua. Nisi consuetudo terræ repugnet, quando potest iudicare, & arbitrix esse. ī. eodem. dilecti. & hæc decret. fortè sumpta fuit de gl. D. Ioan. quam fecit super legem vltimam. C. eodem. dicentis. Sed quid si aliquis magnus vir, qui habet iurisdictionem alicuius terræ decessit, relicta filia, & ipsa extitit hæres, & dominus Imperator concessit ei iurisdictionem, si hòmines illius terræ compromiserint in eam, nunquid valet arbitriū? Respondeo sic, Ioan. Bapt. Sed nunquid iudex de ea re, de qua iudex potest in se arbitrium recipere. ita videtur, ī. eod. cum tempore. cùm olim ex parte. ī. de præsum. literas. & de præbend. nisi essent. sed contrà. ff. eodem. sed si in seruum. §. si quis iudex. quæ est canonizata. iij. q. vij. §. tria. circa fin. Dicit Tanc. quòd nō obstat, quia hoc solùm prohibet, quòd iudice præcipiente in eum non compromittatur. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. iij. sed hic is est sensus literæ, iudex prohibetur accipere compromissum iubendo in se compromitti. vt sic illa verba in se, ne compromitti iubere, sint expositio præcedētium verborum. Sed certè duo prohibet, quòd non præcipiat, & quòd non valeat, etiamsi eo non iubente fiat: ideo dic, quòd in eum tanquam in verum arbitrum compromitti non potest, sed tanquam in amicabilē compositorem. in authen. vt diffe. iudic. §. si verò contingit. colum. ix. §. de transact. cap. fin. & sic in concor. pro hac via adducas dictam legem, quam alij signant contra. Posset illud dici, quòd delegatus verus arbiter effici potest, ī. eod. cùm olim. sed ordinarius nō potest, tribus rationibus. Prima, quia si nollet pronunciare, non esset qui eum cogeret, cùm per ordinarium cogi debeat arbiter. ff. eod. l. iij. §. tametsi neminem. Quia si quis suam sententiam impugnaret, fortè prouocatus obesset. §. de offic. deleg. suspicionis. & nimis animosè
4 defenderet. C. de assesso. nemo. Tertiò, quia arbiter † est similis iudici. ff. eodem. l. j. & C. de iud. rem non nouam. ergo debet esse alter, & non idem, quia nihil est idipsum cui est simile. secundum Goffred. Hæ tamen rationes non placent: prima enim fallit simpliciter. nam in papa fallit, cuius plenitudo omnia supplet. arg. C. de testa. omnium. & in alijs omnibus cùm nullus sit, quin ordinarium iudicem habeat, per quē potest compelli ad pronunciandum. §. de elect. licet. §. finali. Secunda etsi colorē habeat, non tamen est multum efficax inspecta natura arbitri, cuius sententiæ standum est, & si iniquè arbitretur. ff. eodem. diem. §. stari. imputet ergo sibi, qui talem elegit. ff. de minor. cum mandato. Tertia etsi subtilis sit, nō tamē valet, quia in veritate aliud est iudicium, & aliud arbitriū: & alius iudex, & alius arbiter. sed & aliud merx, & aliud precium. ff. de rerum permutatione. l. j. tamen in eandem personam cadunt, diuersis respectibus, vt manifestè patet, ī. de præbend. nisi essent. & argum. §. de electione. cùm inter diuersas. ad finem. & ideo licet idem sit in veritate, tamen tanquam alius & alius, potest pronunciare iuris fictionem, sicut & fictione iuris duo corpora in veritate censentur vnum. ī. de conuer. coniug. ad Apostolicam. sic fictione iuris vnum corpus in veritate duo censeri potest. Et ideo dic, quòd verior ratio reddi potest, si quæratur quare iudex non potest esse arbiter, hæc est triplex: quia cùm iudex teneatur secundum iura, & iustè pronunciare. in authent. iusiurand. quod præstatur ab his qui admit. §. & æquus ero. C. de iudic. l. rem non nouam. noluit ius, quòd daretur ei materia iniquè pronunciandi, siue deierandi, & quia cum iure suo possit iudicare, & habeat in se auxilium ordinarium, nō est recurrendum ad extraordinarium. ff. de min. in causæ. hoc em esset retrogradi, & nos debemus potius ascendere, quàm descēdere. ff. de mune. & hono. vt gradatim. xciij. dist. legimus. ad fin. §. de transl. episc. c. j. tamē arbitrator potest esse, vt dixi, quia tunc non perimitur, sed dilatatur æquitas, & lites breuius dirimuntur. ad qd facit quod not. ī. eod. §. qualiter constituatur. sub §. dicitur ergo. versi. potest
b & illud dici. Et nunquid monachus arbiter esse potest? b credo quòd sic, de licentia abbatis. arg. in his quę not. §. de postulando. §. quid pertinet ad officium. Sed duo exiguntur qd imperet abbas, & vtilitas monasterij hoc exposcat. xvj. q. j. monachi. §. de postulando. capit. ij.

5 **De qua re possit compromitti.** †De qualibet, nisi prohibeatur. Potest ergo in ciuili. ī. eod. cap. j. etiam si de crimine agatur ciuiliter: & tamen non infamat sententia arbitri. ff. de his qui notantur infamia. quid ergo. §. ex compromisso. Et de quolibet crimine potest agi ciuiliter & criminaliter. de hoc notatum inue-

b Monachus arbiter esse potest. Adde gl. in c. inter monasterium. de statu mona. gl. in l. Pedius. §. j. ff. de arbitr. Spec. in tit. de arbitris. in §. sequitur. ver. sed quæro. Card. in cle. ij. in xix. & xx. q. de rescrip.

a Nunquid vasallus potest super lite feudali compromittere] Adde glos. in cap. j. in tit. si de feud. vasal. ab aliis. interpel. Andr. de Iser. in c. si inter pares. in princip. de leg. Corr. in vsibus feud. Spec. d. tit. de arbitr. in §. penult. versi. sed nunquid vasallus. Antonius de But. in cap. cum tempore. de arbitris.

b Qui de clerico.] Adde an talis posit sine licentia diœcesani. vi de Abbat. in cap. dilecti. de arbitris. & in c. contingit. in c. exposita. & in c. per tuas. & vtrobique per Doct. eod. tit. & per Cardi. Zab. in c. peruenit. in v. q. eod. tit.

c Quilibet in re propria.] Adde l. sed etsi. in §. consuluit. ff. de pet. hær. Car. Zab. in d. c. dudum. ele. ii. in §. insuper. in ii. opp. de ele. idem Card. in ca. de his. in iii. no. de sepul.

nies. j. de crim. fal. §. qualis probatio. & ver. sequenti. Cod. quando ciui. ac præiu. crimi. l. j. in fine. s. de procura. tuæ. j. de testi. testimonium. & extra mediatores. Sed in liberali & criminali prohibetur & in populari acc. ne timore pœnæ prætermittatur quod fieri expediret. ff. eodem. non distinguemus. §. Iulian. & §. de liberali. & de his qui notantur infamia. quid ergo. §. ex compromisso. Item prohibetur in matrimoniali. s. de transactione. cap. finali. & idem videtur in spirituali, quia nō acquitur nisi ex iusta institutione. vt notatur j. de institut. §. qualiter facienda. sed tamen contrarium est, vt j. eodem. ex parte. s. de electione. cùm inter canonicos. secundum Goffred. caueat tamē quilibet de conscientia, quia non est multum securum, nisi per Papam confirmetur. vt patet j. de præbend. nisi essent. Item caueat de pactione inter se, vt patet in his quæ notant. s. de transact. §. & in quib. cesset. vers. item cessat. & verfic. item quæritur. ex quibus patet, quòd tutius est abstinere, quod etiam si compromittatur, de iure pronũciari debet, vt in duabus decretal. allegatis. j. eod. ex parte. & de præbend. nisi essent. Quæri consueuit quæ sit ratio, quòd in causis supradictis non admittitur cõpromissum: & quidē de liberali planum est, quòd fauore libertatis, quæ maiores iudices requirit. C. de pedaneis iudic. l. ij. vt C. vbi causa sta. iamdudum. C. ne de stat. defunc. si pater. sed arbiter paruus est iudex: vnde nec sententia sua per omnia sententia est. ff. de his qui notantur infamia. quid ergo. §. ex compromisso. & hæc eadem ratio in criminali, matrimoniali, & alijs adaptari potest. s. de restitutione in integrum. causa. Item cùm arbitri sententiæ, quamuis & iniquæ, standum sit, vt notatur s. eod. §. prox. versic. hæ tamen. in prima imminet status hominis subuersionis periculum, scilicet in liberali causa. In criminali verò periculum corporis: in matrimoniali periculum animæ: & quia quos Deus coniunxit, homo non separet, & quia excellens est sacramentum. igitur quia circa maiora periculũ vertitur, non sunt commitenda voluntati hominum, imò cautius est agendum. xlij. distin. quiescamus. & ex his satis patet, quòd nunquam potest super iure spirituali, vel super alio, in quo versatur periculum animæ, compromitti in aliquem tanquam in arbitrum, ne detur via ingressui vitioso. Instit. vi bo. rap. §. sed nedum talia. quia beneficia non acquiruntur, nisi iusto titulo, & proprij iudicis authoritate. j. de institut. ex frequẽtibus. j. de excess. prælat. ad aures. s. de clericis peregr. cap. finali. j. quæst. j. principatus. & in authent. d. n. de eo qui mittitur in possess. causa rei ser. extra eum qui. per quod videtur, quòd nec super sententia excommunicationis potest compromitti ne timore pœnæ paretur iniustè, vel iusta sententia contemnatur. potest tamen in his casibus compromitti in iudicem, tanquam in amicabilem arbitratorem, & non in alium, vt quantũ ad spirituale de iure pronunciet, & quantum ad expensas vel similia arbitretur, vt bene probant iura superius allegata. verfic. item prohibetur in matrimoniali. Item prohibetur in causa restitutionis, nisi inciderit, vt s. de in integr. restitut. causa. §. j. & ij. Incidenter autem potest cognoscere, sicut aliàs dicitur in causa status. C. de ordi. iudi. l. j. ij. & iij. & de iudi. quoties. nec obstat j. eod. ex parte. quia ibi fuit amicabilis compositio.

6 IMpeditur etiam compromissum † ratione personę, vt quia seruus, sed filiusfamil. potest compromittere. ff. de peculio. licet. §. si seruus. cùm se pro libero. & §. sed si filius. C. de iudic. seruus. ff. eod. non distinguemus. §. si seruus. Quid de minore, pupillus sine authoritate tutoris cõpromittẽs obligatur naturaliter tantùm, non ciuiliter, fideiussor tamẽ suus efficaciter tenetur. ff. eod. si pupillus. sed in iudicio etiã dato fideiussore non posset in aliquo pupillus consistere sine tutoris authoritate. C. si aduer. rem iud. cũ & minores. & de autho. tuto. clarum. ff. de re iudic. acta. §. fin. nisi in momentanea possessione. C. qui legit. pers. ha. stan. in iud. l. fin. & quantũ ad compromissum idẽ in adulto habẽte curatorẽ. C. de in integ. restit. mino. si curatorem. secus in iudicio, vt dictum est de pupillo. Sunt & alij casus, in quibus minor potest esse in iudicio, quos not. s. de proc. §. quis dare. & versic. item maior. Item impeditur, mista consideratione habita rei & personæ. quia non potest quis esse arbiter in re propria. ff. eodem. l. penult. sed arbitrator potest esse, vnde si tibi iniuriam fecero, totum possum ponere in te, vt tamen arbitreris tanquam vir bonus. de hoc s. §. quid sit arbitrium. & vir bonus intelligitur iudex. ff. de verbor. obligat. continuus actus. & de iniurijs. sed si vnus. §. ait. Sed & mista consideratio impedit, ne supér spiritualibus posit in laicum compromitti. infrà, eodem. contingit. Secus, si in laicum & clericum, dummodò fiat authoritate superioris. j. eod. per tuas. trahit enim magis dignum minus ad se. fic j. de consecrat. eccles. vel altar. quòd in dubijs. & de verbor. signific. abbate. fic contra iurisdictio subdelegata mista, cùm delegata totam subdelegatam facit. s. de officio delegati. super quæstionum. §. si verò duo. aliàs autem laicus non potest, secundum Goffredum, cognoscere de spiritualibus, neque principaliter. j. titul. j. decernimus. neque incidenter. j. de ordin. cog. tuam. j. qui filij sint legi. lator. nisi authoritate superioris recipiãt compromissum. j. eodem. per tuas. seu iudicium. xxxij. distin. §. verum. vel nisi superior se causa humilitatis subijciat. ij. quæst. vij. nos. si incompetenter. vel nisi fiat ad tollendam omnem suspicionem. ij. quæst. v. habet. & capit. Mennam. secundum Goffredum. sed certè quasi in istis omnibus casibus interuenit authoritas Papę: nec puto q; alius hoc facere posset. ideo intellige vt prædixi, & vt plenè notatur j. ne cler. vel mona. §. quæ sunt permissa clericis. ad finem. versic. sic & multo magis. & sequent. Item ratione vel occasione arbitrij non potest decima laico assignari: etiam occasione dotis. j. eodem. peruenit. j. de rerum permut. cap. finali. Item exemptus non potest compromittere super exemptis in præiudicium domini Papæ. j. eodem. cum tempore. Sed nunquid vasallus † potest super lite feudali compromittere? Potest dici quòd a sic, quo ad præiudicium ipsius vasalli, non domini. argum. j. eodem. cum tempore. s. quod metus causa. cùm dilectus. j. de confirmat. vti. cùm dilecta. §. quia verò. j. de donat. inter dilectos. ad finem. quare enim non posset personam suam sub certa pœna obligare: verum dominus hoc potest prohibere sub pœna feudi. argum. ff. si quis ius dicen. non obtem. l. vnica. aliàs indirectè posset fieri fraus iuri volenti, quòd vasallus feudum non alienet sine domini voluntate. in constitut. feudi. cap. lex Corradi. posit. testes sunt vocandi ad nouam inuestigationem. & hoc intelligas, quando inter duos vasallos est quæstio, & dominus nõ multum distat: secus, si multum distaret: vt in eodem cap. lex Corradi. & notatur j. de feudis, sub rubrica, apud quem vel quos iudices causa feudi debeat agitari. versic. sed quid si quæstio sit inter archiepi b scopum. Quid de clerico, & maximè religioso. planum est, quòd religiosus administrationẽ non habens sine licẽtia abbatis nõ potest compromittere. arg. j. de stat. mona. cùm ad monasteriũ. xij. quæst. j. non dicatis. xvj. quæst. j. non placuit. sed nec administrationem habens neque clericus, quo ad perpetuum præiudicium faciendum ecclesiæ, cui præest: vt bene probatur j. eod. cap. ij. & c. cum tempore. & cap. per tuas. verfic. penult. ibi quia iuramento suo, &c. & c. exposita. j. de præbend. nisi essent. verùm quo ad modicum damnum: sicut de fructibus & similibus, inquantum donare posset. super quo vide j. de donat. §. & quid. Item quo ad proprium suum, si quod habet, indistinctè tenet compromissum. & sic intellige j. eod. c. j. & ij. & c. dilecti. & c. innotuit. & sequent. ad quod accedit j. de appel. reprehensibilis. §. penult. & de præb. de mulcta. verfic. & si vltra sex. sic ergo quãuis iustũ sit vnicuique suа cõmittere. C. de Iudæ. nemo. & licet quilibet in re propria c sit moderator & arbiter. C. man. in re mand. non tñ in ecclesiastica. & est ratio, vt j. de dona. c. ij. & de his q̃ fiunt à ma. par. ca. c. j. §. nec constitutionẽ. j. de iureiu. sicut nostris. xxxv. q. ix. quod quis commisit. igitur non omnis, qui potest rem ecclesiasticã in iudicio deducere, potest super eadẽ compromittere. & est ratio, q̃a primum necessariũ est, & redditur in inuitũ. j. de verb. oblig. inter stipulantem. §. j. & ideo necesse est, q̃ ecclesia defendatur. s. de rescr. edoceri. alioquin ecclesiæ posset esse dãnosum. arg. ff. q. d' cuiusq; vniu. l. j. §. quib. aũt. secundũ verò volũtatis est. vt not. s. eo. §. prox. ver. & ideo etiã est. & ratio: vt not. s. eod. §. prox. & vers. & ideo dic. & quia sicut iurisdictioni superioris non potest præiudicare, etiam quo ad personã suã: ita neq; quo ad ecclesiã sibi subiectam. arg. j. de foro comp. significasti. & in iuribus inductis s. eod. vers. prox. & est expressum arg. in auth. de san. episc. §. œconomos. & seq. ibi, nõ eĩ concedimus prędictis personis, &c. col. ix. & arg. j. de prec. c. ij. & q̃a compromittere & transigere æquiparantur: vt innuitur j. eod. per tuas. respon. j. ergo qui non potest transigere, nec compromittere, & modus qui in vno requiritur, & in alio. super quo vide quod not. s. de transact. §. quis potest transigere. & sicut ibi notatur, quis & inquantum, & qualiter posit transigere, intelligas q; idem, & in tantũ, & eodẽ modo compromittere potest.

Quid

Quid conſtituatur. Aliquãdo ſub pœna partibus ad inuicem ſtipulantibus: quid ſi arbiter ſtipulatus fuerit. dixit Placentinus, non tenere: ſed dic contrarium: cogetur enim arbiter cedere actionem, quaſi inter partes: & cum arbitro id videatur tacitè actum, & ideo pro expreſſo habendum eſt. arg. ff. de præſcr. verbis. ſi gratuitam. §. fin. & commodati. ſi is qui. §. fin. quaſi partium videatur: quia cauſa earum ſit. ff. de eden. prætor. §. j. & ſi de re mea aliquid peruenit ad te, bonum & æquum eſt, vt illud mihi reddas. ff. ſi cert. pet. ſi & me & Titium. in fine. Sed ſi ab altera parte tantùm fuerit promiſſa pœna, non valet: quia non debet claudicare compromiſſum. ff. eodem. ſi cùm dies. §. penult. & l. ſed interpellatur. §. ſi ab altera. Ergo ſi certa pœna ab vtraque parte promiſſa eſt, tenet compromiſſum: & arbiter cogitur ferre ſententiam. ff. eod. l. iij. §. ait. & l. litigatores. §. quod ait. Tamẽ ex hac ſentẽtia nõ oritur actio, neque exceptio: ſed pœnæ petitio datur tantùm, ſecundum dominum meũ. ff. eod. l. ij. C. eod. l. j. & auth. decernimus. ibi, ſed pœna ſtatuatur, qua præſtita, &c. Sed ſecundum M. ſi vtraque pars conſenſerit, ſententia audita, & expreſsim emologauerit & ſubſcripſerit, indiſtinctè oritur actio & exceptio. C. eod. ne in arbitris. §. ſi quis autem. Comprobatur autem ſententia M. j. eod. tuas. ibi, reſpondemus, quòd ſi ex parte plebani, &c. Et ſic ſi aliqua partium contradicat, habet locum quod dictum eſt j. eod. dilecti. in fine. & c. per tuas. ibi, & ſi quidem, ſi pœna, &c. Sed illa dilecti. in fine, videtur contradicere, vbi innuit quod emologatum fuerit: ideo poteſt dici, quòd eſt in poteſtate illius, qui non venit contra compromiſſum: vtrum mandetur executioni, vel pœna petatur: vel quod ibi dicit ſponte ſuſceptum, ſubaudi ab initio. quaſi dicat, ſponte fuit compromiſſum: ſed audita ſententia pars hoſpitaliorum contradixit. ſed & illi datur demùm pœnæ petitio, qui non incidit in pœnam. ff. eodem. non ex omnibus. j. reſpon. & §. j. & l. ſi cùm dies. §. penult. C. eod. ſi contra compromiſſum. j. de pœn. conſtitutus. Si verò pœna incerta ſit, hic ſimiliter valet compromiſſum: arbiter cogitur ſententiam ferre, non tamen poteſt peti pœna certa, neq; promiſſa eſt: ſed agitur ad intereſſe: & ſic intelligunt Doct. ff. eod. non autem intereſſe, quòd ſi nulla pœna promiſſa ſit, nec certa, nec incerta, ſed tamen compromiſſum eſt per ſtipulationem, tenet compromiſſum: ſed tamen arbiter non cogitur ferre ſententiam. ff. eod. non diſtinguemus. §. j. Et ſi tulerit, non oritur actio, nec exceptio: ſed cõmittitur ſtipulatio ad intereſſe: & agetur con dictione incerti ad intereſſe. ff. eod. diem. §. vltim. & l. ſequenti. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. l. vltim. & ſic poteſt intelligi j. eodem. per tuas. ibi, ac ſi nulla, &c. Sed ſi ſtipulatio non interfit, non tenet compromiſſum, nec arbiter cogitur ſententiam dicere. ff. eodem. non diſtinguemus. §. j. & l. litigatores. §. arbitrium. Sed ſi dixerit, & partes expreſſè emologauerint, dic vt s̃. C. eod. ne in arbitris. §. ſi quis autem. & l. cùm antea. in principio. ibi, ſiquidem ſubſcripſerint, &c. Quid ſi expreſsim nõ conſenſerint: & intra decem dies aliqua partium reclamauerit: impunè non parebitur. C. eod. l. pen. §. altera. & j. eod. expoſita. Sed ſi tacuerit per decẽ dies, & actio & exceptio orietur. C. eod. l. pen. §. ſin autem minimè.

SEd mens decret. alia videtur: quia ſi expreſsim conſentiant partes, indiſtinctè mandatur executioni: vt dixi ſuprà. Aliàs ſi iuramẽtum interuenit ſolum, idem niſi per Papam fieret abſolutio. j. eod. c. ij. & c. cũ tempore. Secundum leges non valet, ſi iuramentum interueniat. C. eod. authen. decernimus. & in authent. de iudicib. §. quia verò. colum. vj. Sed ſtandum eſt hic decretalibus. j. de iureiurando. ſi verò ex literis. xxij. quæſt. j. omne. & quæſt. iiij. cap. j. ij. & iij. & vj. quæſt. iiij. quòd bene ſemel. Dicunt tamen quidam, quòd non debet fieri cum iuramento: ſed ſi factum ſit, tenet. arg. j. de iureiurando. quemadmodum. Alij dicunt, quòd authent. loquitur de iuramẽto quod præſtat arbiter: non partes, quia vtrunque admittebatur per legem antiquam. C. eodem. ne in arbitris. ſcilicet, quòd vterque per ſe iurare poſſet. vnde in hac parte corrigitur: ſed verius eſt, quòd lex vetus reſuſcitetur authoritate canonum, & ei ſtandum dico. Si verò iuramentum interuenit, & pœna promiſſa eſt ſimul, & is qui compromiſit, compromittere non poterat in præiudicium domini: vt quia falſus procurator, vel habens generale mandatum tantùm, vel quia non potuit aliàs compromittere, ſecundum ea quæ notantur s̃. eodem §. de qua re. ſub §. impeditur. & verſic. ſequenti. ſi proprium habeat, agitur ad pœnam. Quòd ſi nulla promiſſa eſt ad intereſſe, & hoc contra procuratorem, qui perſonam ſuam, non eccleſiam potuit ſacramento ſuo aſtringere, j. eodem. per tuas. ab illo verſic. ſi verò. vſque ad verſic. quod autem. Et idem eſt, ſi fides interpoſita ſit, ac ſi iuratum eſſet, vt notatur j. de iureiurando. §. quæ pœna periurij. verſi. in ſumma notandum. & ſeq. & probatur s̃. quod metus cauſa. ad aures. j. eodem. peruenit. & cap. cum tempore. & cap. ex parte. Ideò dic, quòd graue eſt fidem fallere. licet fortè lex non habuerit hanc conſiderationem. ff. de conſtituta pecunia. l. j. In hoc etiam caſu, vbi pœna & iuramentum interuenit, dicit Azo valere compromiſſum: quia vtile per inutile [a] non vitiatur. ff. de iure fiſci. nõ intelligitur. §. ſi quis. Sed ſi pœna ſola interuenerit ad ipſam, agetur contra partem reclamantem. j. eodem. cùm dilecti. in fine. Si neque pœna, neque iuramentum, nec fidei datio interueniat, quaſi dicat, non facimus vim, vtrum ſtipulatio interceſſerit: vel nudo pacto compromiſſum ſit, quia & ex nudo pacto actionem damus, vt notatur s̃. eod. de pactis. ſub §. ſupereſt. Sed diſtin. vtrum reclamatum fuerit intra decem dies, & tunc agitur ad intereſſe. j. eodem. per tuas. verſic. at ſi nulla. Vel non fuerit reclamatum, & tunc ſtetur dicto. j. eodem. cùm olim. & dixi, s̃. Et ſic ex quo ſemel compromiſſum eſt, non licet ſecundum nos alicui pedem trahere ſine pœna, dummodò interſit aduerſarij. ſic ff. de condict. cauſa da. ſi pecuniam. reſpon. j. nec enim eccleſia in contractibus ſuis fraudem adhibet. j. de donat. per tuas. nec alicui laqueum imponit. xxvij. quæſt. j. de viduis. ij. ad hæc. j. de commo. cap. j. §. vno. vel dic, quòd ſi reclametur intra decem dies à principali, à nullo tenetur. Cod. eodem. cùm antea. j. eodem. expoſita. ſed quando falſus procurator interuenit, tenetur ad intereſſe, quamuis reclamatum fuerit, vt in illa, per tuas. poteſt tamen dici, quòd illa decret. expoſita. non facit ad hoc, quia ferebatur ſententia contra res prius iudicatas. ij. quæſt. vj. §. diffinitiua. Poteſt autem pœna promitti ſub hac conditione, ſi ſentẽtiæ arbitri non pareatur: & ſi alter ſub hac conditione promiſit: alter ſub hac, ſi nauis ex Aſia venerit, pendente conditione, non cogitur prætor ſententiam dicere, ne ſententia inefficax ſit. illa conditione, Si nauis, &c. deficiente. prætor tamen, ſi poteſt, faciet diem proferri, ff. eodem. l. litigatores. §. idem Iul. & l. quo caſu. & quod dixi de pœna, idem eſt, ſi pignoribus datis compromittatur. hoc pacto adiecto, quòd reddantur ei qui obtinuerit: vel ſi alter promiſit pœnã, alter pignora dedit: plenum, id eſt, firmum erit compromiſſum: vel ſi faciat pactum de non petendo debito, ſuper quo non compromittitur. ff. eodem. litigatores. §. quòd autem. ſi autem hinc inde obſides dati ſunt. j. eodem. expoſita. & vide quod notatur s̃. de his obſidibus. j. de pignorib. §. quæ res obligari. verſic. item
8 fallit. Sed nunquid religioſi † poſſunt petere pœnam ab illo, qui non ſeruat arbitrium? Videtur caſus quòd ſic. j. eodem. dilecti. in fine. nam etiam aliàs authoritate iuris pœna petitur. xij. quæſt. ij. epiſcopus qui mancipium. xxiij. diſtinct. quanquam. xvj. quæſt. j. ſtatuimus. xij. quæſt. ij. cùm deuotiſsimam. & cap. in legibus. xvij. quæſt. iiij. ſi quis contumax. & c. quiſquis. & c. ſi quis domum. & c. qui ſubdiaconi. Sed contrà, xij. quæſt. ij. fraternitas. religioſi enim nedum pœnam, ſed etiam ſortem, ſeu capitale petere debẽt, cum ſcandalo aliorum. xj. quæſt. j. aliud de pœni. diſtin. j. aliud. j. de pœnis. ſuam. Solutio. Dicas, quòd religioſi pœnã petere poſſunt, ſiue in pecunia conſiſtat, ſiue in alio. j. quæſt. vij. quoties. s̃. de electione. cùm dilecti. æquum eſt enim, vt quilibet pœnã contumaciæ ſuæ luat. ff. de colla. bo. l. ij. §. ſi cum duobus. ff. de tabulis exhib. locum. §. condemnatio. & hoc ſiue pœna ſit conuentionalis, ſiue à iure permiſſa. ſecũdum quoſdam. nec obſtat c. aliud. quia loquitur in foro pœnitentiali. Mihi breuiter videtur, quòd pœnam fraudulentam, ſicut in fraudem vſurarum promiſſam, nemo petere poteſt. ff. de act. empt. & vend. §. idem Papinianus. Illa etiam pœna, quæ à iure permiſſa inuenitur, peti poteſt à religioſis: vt dicunt illa iura. xij. q. ij. epiſcopus qui mancipium, &c. vt s̃. ergo iudicialem petere poſſunt, vt patet in his quæ notantur j. de ſent. excom. §. & qualiter hæc abſolutio. ſub §. ſecundum etiam requiritur. verſic. quod aliquot. & ſeq. Conuentionalis verò peti poteſt, ſi ſuccedat loco intereſſe. j. de fideiuſſ. peruenit. & c. conſtitutus. ff. de act. empt. & vendi. prædia. ſin autem non intereſt, ſed cauſa auaritiæ extorquetur, vt in lucrum cedat proprium, & alterius detrimentum, tunc non debent nec poſſunt petere religioſi. argum. j. de præben. auaritiæ. & de decim. c. j. de cẽſib. ea quæ de auaritiç. & cap. ex parte Compoſtellani. ad fin. j. de ſimon. nemo. religioſi enim potiſsimè obſeruare debent, ne cum alterius iactura fiant locupletiores. ff. de condi. inde. nam hæc natura. ergo ſi pœna promiſſa eſt inter duas eccleſias, & vtraque in pœnam incidat, compenſatione hincinde facta, neutra agere poteſt. j. de pœnis. conſtitutus. Si verò altera tantùm incidat, & non intereſt: puta nec laborauit petendo coram iudicibus vel arbitris, nec expen

[a] Vtile per inutile.] Adde cap. ad probandũ. de re iudic. c. cùm ſuper. de offic. delegati. Anton. de But. in cle. attendentes. in §. penultimo. de ſtat. mon.

sas fecit post, cùm arbitrium fuerit xxx.lib.pœna apposita, nisi intra certum tempus soluisset xl.lib. pars condemnata, de quibus soluit xxxiij.iniquum est pœnam peti. sic loquitur manifestè ȷ̄.de pœnis.suam. Sed si interest, puta quia laborauit petens: & expensas fecit coram arbitris, in quos sub pœna compromissum est veniendo, hæc potest peti pœna. & sic loquitur ȷ̄.eod.dilecti. & hoc quando tenuit compromissum, vt quia licentia superioris habita fuit vel conuentus.ȷ̄.eod.dilecti.s̄.de transact.contingit. aliàs ab ecclesia peti non potest, & sic etiam potest intelligi ȷ̄.de pœnis. suam. licet posset exigi ab illo qui proprium haberet. secundum ea quæ notantur s̄.eod.sub §.si verò iuramẽtum. Sed nec religiosus petere debet grauẽ pœnam pro modico interesse: & sic etiam potest intelligi ȷ̄.de pœnis. suam. licet secularis hoc posit facere de rigore iuris: & hæc erit differẽtia inter eos & istos. Et nunquid pœna recepta peti potest, quòd sententiæ stetur? non videtur. vt ff.de condi.inde.eleganter.in fine. & hoc duabus rationibus. Prima est, quia pœna ideo petitur, quoniam sententiæ non paretur: iudicatum verò, quia sententiæ standum est: ergo tanquam contraria proponens, est repellendus. vt ȷ̄.de appel.solicitudinem.in fine. & notatur ȷ̄.de libel.obla. §.quid debeat continere libellus, subdistin.cùm plures actiones. versic.ȷ. Secunda, quia ex sententia arbitri cum pœna assumpti non agitur: sed sufficit pœnæ commissio. C.eod. l.ȷ. & in authen. decernit. & in authen.de iudicib. §.quia verò.coll.vȷ.& hoc verum est, nisi in compromisso expressim dictum sit, quòd pœna soluta rata remaneat sententia, & toties committatur, quoties conuentum fuerit. arg.C.de transact. cùm proponas.& ff.de transact.l.penult.

DIcitur ergo plenum cõtra promissum, scilicet firmum & validum.ff.eod.Pomponius.§.si de meis.aliàs est l. si de meis. quandoque etiam dicitur plenum, quod factum est de controuersijs omnibus. ff.eodem. si cùm dies.§.plenum. quandoque dicitur plenũ, quod habet doli mentionem: puta stipulantur partes adinuicem ne dolum adhibeant, corrumpendo arbitrum, vel aduocatos, vel testes. ff.eod.ita demùm. Item ita demùm valet, si sic compromittatur, quòd is in quem compromittitur, dicat quod sibi videbitur, non quod videbitur tertio. ff.eod. item si vnus. §.idem Pomponius. & de hære. Instit.illa quia nõ potest recedi à persona arbitri: & si plures sunt, omnes pronunciare debent ad idem. ȷ̄.prox.versic. & verfic. sed & hoc modo.ff.de re iudicata.duo ex tribus. & ff.de arbitris.non distinguemus. §.cùm in plures. & adde quod notatur s̄.eod. sub §.constituitur. versic.sed hoc modo. & sequent. nec potest compromitti, hoc pacto adiecto, quòd certa detur sententia absolutoria, vel condemnatoria. ff.eodem. qualem. Secus, si dictum sit, quòd secundum legẽ tantùm, vel canones tantùm, vel legẽ consuetudinariam pronunciare debeat: & si partes compromiserint stare sententiæ Titij vel Seij, valet. sed is cogendus est, in quem litigatores consenserint. ff.eodem. item si vnus. §.Pomponius. quod verum est, si arbitrium susceperint: nec enim cogitur.ff.eodem. l.iij. §.ȷ. nisi quando res aliter decidi non potest, vt notatur s̄.de offic.deleg.§.& qualiter finiatur. sub §.sed nec illud omittendum.§.qualiter recusatio.versic.quid si arbiter. Est autem consilium legis, quòd compromittatur in vnum, vel in tres. ȷ̄.eod.c.ȷ. tamen & in duos compromitti potest. ȷ̄.eod. c.ȷ. & in quatuor. ȷ̄.eod.peruenit.sed quia naturalis facilitas hominum ad dissentiendum prona est. s̄.de rescrip.super literis.de concess.præbend.quia diuersitatem.& de regula.consulti.& de consec.distin.iiij. sicut in sacramẽtis. ff.ad Trebell.quia poterat.sanum est consilium legis. Verum & si in duos compromissum sit, & non possint conuenire, prætor tertium iubetur, dare cum quo consentiant ambo, vel alter eorum.ff.eod. item si vnus. §.principaliter. aliud tamen secundum Goffredum obseruatur, in duobus iudicibus delegatis discordantibus, quia illius sententia, quæ per superiorem confirmata fuerit, prævalebit: vt ȷ̄.de senten.& re iudic.c.finali.nec valet, si compromittatur in duos, ita quod si dissentiant, eligant tertium incertum, quia ita possunt dissentire in electione tertij, sicut in pronunciatione.ff.eod.item si vnus.§.si in duos. nec obstat ȷ̄.eod.c.penultimo. quia fortè ibi actum fuit de certis personis assumendis, quamuis non fuissent expressæ: vel illud obtinuit ob reuerentiam legati, & est si.s̄.de offic.deleg.quoniam. §.finali. ȷ̄.de accu.ad petitionem. vel dic, quòd vni arbitro potest dari hæc potestas, vt alios, quos voluerit, secũ sumat, quia deficit ratio.l.prædictæ.nam nemini conueniet qui secum dissidet ipse.& sic loquitur ȷ̄.eod. c.penult. secundum Goffredum. vel dic, quòd vbi duo arbitri discordãt, prætor iubet dare tertium, vt dictum est, & ideo cùm ordinarius hoc à iure habeat, potestas eidẽ data à partibus nihil detrahit, sed addit potius.ȷ̄.eod.cap.penult. Verùm delegatis vel arbitris hæc potestas dari non potest à partibus, nisi diceretur, quòd tertium darent, vel eligerent certum, vtputa Guilielmum. aliàs si determinatè daretur potestas, non valeret, quia compromissum de incerta persona factum, non tenet. ȷ̄.eod.innotuit.ff.eod.item si vnus. §.si in duos. Tamen authoritate canonis datur etiam arbitris potestas eligendi etiam incertum, vel delegatis non generaliter, sed in casu.ȷ̄.de appell. cùm speciali. s̄.de officio delegati. suspicionis. quia nec ius posset certum nominare, cùm perpetuum sit, & nominatus perpetuò viuere non posit. Cod.de sacrosanct.ecclesijs. vt inter diuinum. Potest & illud dici, quòd partes non possunt dare potestatem eligendi incertum arbitrum. ȷ̄.eodem.innotuit.licet posit dari potestas eligẽdi incertum arbitratorem. ȷ̄.eodem.c.penult. Ratio, quia causari potest in arbitro, & dicere, Domine, si ego sciuissem quòd talis eligeretur, ego nõ compromisissem, quia bene sciebam, quòd iniquus homo est, & iniquè arbitraretur. argum. ff. de ritu nuptiarum. si filius. nec voluissem perdere causam meam.argum.ff.de probat. cùm de indebito. sed hoc non potest causari de arbitratore. Aliud ergo in vno quàm in alio, quia sententiæ arbitri standum est, siue æqua sit, siue iniqua. Sed dictum arbitratoris redigitur ad arbitrium boni viri, vt dixi s̄.§.quid sit arbitrium. primum ergo denegatur, quia odiosum, & ne lites ex litibus oriantur. secundum admittitur, quia fauorabile, & vt lites extinguantur. ad hæc.ff.de liberis & posthum.cùm quidam.cum suis similibus.& s̄.de rescrip. nonnulli.ȷ̄.de dolo & contu.finem. & facit quod not.s̄.eod.§.qs posit. versic.posset & illud dici. & versic.& ideo dic.

COnstituitur etiam compromissum hoc modo, vt pronuncietur vsque ad certum diem, & si apparuerit impedimentum, posit dies proferri: sed in hoc casu vtroque contradicente, non prorogabitur. ff.eodem.arbiter ita. si verò alter contradicit, incidit in pœnam: sed dies non prorogabitur, si vtraque pars consentiat: adhuc non prorogabitur, nisi & arbitro videatur. quòd si de die proferenda, seu prorogãda, actum non sit, iubenti impunè non parebitur. ff.eodem. Labeo. respon. ȷ. & l. non distinguemus. §. dies. §.vltimo. Et si prorogatio fiat, eædem securitates adhibendæ sunt, quæ primò datæ erant, siue pignora forent, siue fideiussores. Quòd si idem fideiussores fideiubere nolunt, alij non similes adhibendi sunt. ff.eod. si arbiter.§.hæc aũt.& §.fin.& licet lex vocet primum compromissum, est tamen vnum, sed prorogatum. ff.eodem. si cùm dies. in fine. respon.ȷ.& de precario. sed si manente. Vel dicuntur duo, respectu fideiussorum qui fideiusserant, vsque ad certam diem. & ideo illa elapsa non tenentur, nisi iterum fideiubeant, vt dixi: sed vnum est, quantum ad arbitrum & partes. Sed dicitur finitum matrimonium, non quantum ad virum & vxorem, sed quantum ad socerum. ff.de donatione inter virum & vxorem. cùm hic status. §.si socer nurui. Item constituitur, vt arbiter certo loc pronunciet: q̃ si nihil dictum fuit, videtur actum de loco in quo compromissum est, vt tamen arbiter in secessibus circa vrbem, id est, locis delectabilibus seu grangijs posit iubere adesse, dummodo locus honestus sit, & arbiter eius authoritate, & vt in talibus locis soleat iudicare. si verò vni honestus est locus, & non alteri, excusatur is qui honestus est, si non veniat, cùm nec alter teneatur venire, quia non debet arbitrium claudicare. ff.eodem. si cùm dies. §.si arbiter. Sed & hoc modo constituitur, vt arbiter altera parte absente pronunciare posit, alioquin in præsentia vtriusque pronunciare debet, ita quòd alter sit minor, vel furiosus, exigitur tutoris vel curatoris præsentia & authoritas: tamen is qui absens est, incidit in pœnam. ff. eodem.diem.§.si quis litigatorum. Sin autem in duos vel plures compromissum sit, altero absente, sententia lata non valebit. quamuis si præsens esset, & contradiceret, valeret sententia lata à maiori parte: & est ratio, quia sententia absentis sententiam præsentium potuit trahere ad se. Item si præsens sit, & nõ concordet, necesse est quòd omnes pronunciẽt. ff.eodem.sicuti. ad finem.in authen.vt iud.non expec. sacras iussi. §.si autem duo. coll.ix. sed si omnes concordant, potest vnus pro omnibus pronunciare, & sufficit quòd alij, qui præsentes sunt, consentiãt. Sed caueat pronuncians, quòd non singulariter dicat, Ego talis: sed in plurali pronunciet, dicendo, Nos tales, & sic intelligitur.ff.eod.item si vnus.§.fin.aliàs est lex, & incipit, Si in tres.& ff.de re iud.Põp. aliàs incipit, Si vni ex plurib. & l.duo ex tribus. secundũ Azo. potest tamẽ agi, vt vnus ex arbitris pronũciet, etiam alijs absentibus.ff. eod.non distinguemus. §.cùm in plures. & vnus, vel duo vice omnium.arg.s̄.de elec.quia ,ppter.vers, vel saltẽ. Videtur tñ, q̃ siue concor-

concordent, siue discordent, necesse est quòd omnes pronuncient, nisi aliud dictum sit. arg. in his quæ no. suprà eod. §. versicul. item ita demùm. cùm enim iudex in propria persona non per alium pronunciare debeat. C. de sen. ex breui. reci. l. ij. multo fortius arbiter. nec ob. auth. vt iud. non expect. sacras iussi. §. si autem duo. quia vacat ibi. arg. à contrario sensu. vt innuit ibi, & sic iubemus, &c. qu. d. nedum quando consentiunt, debent omnes pronunciare: quinimò & si dissentiant. nec obst. l. si in tres. quia quod ibi dicit sufficere, duorum consensum subaudi, & pronunciationem, & eodem modo respondeas omnibus consimilibus iuribus. Igitur sententia duorum non valet, tertio arbitro absente, vel non pronunciante. & idem in pluribus iudicibus delegatis, vt in proximis inductis legibus, nisi aliud dictum sit in compromisso, vel in rescripto. secundum hæc intellige. ff. eod. l. item si vnus. §. item si plures. & §. vlti. & l. sequ. & l. non distinguemus. §. cùm in plures. C. de peda. iudi. placuit. & ff. de ver. obli quis arbitratu. secundum do. meum. Dominus Vbertus de Bobio contrà, si mortuus sit tertius. dicit enim, quòd duo superstites pronuncia re possunt: quamuis hoc dictum non sit: quia maiori parti standum est. ff. ad municip. quod maior. suprà, de elect. licet. in fin. & facit pro ipso optimè. infrà, de testi. præsentata. nec ob. l. si quis ar bitratu. quia illud verum est, quando in vnum tantùm compromissum fuit, vnde de cætero nullus pronunciare potest. Sed si plures sunt, deficit ratio supradicta: quia sententia mortui non potest de cætero trahere ad se sententiam superstitum: ergo pronũcient: quia in incertis non certus locus est coniecturæ. ff. ad Vel. si quando. §. vlt. & de verb. oblig. continuus. & in authent. de restitut. & ea quæ parit in xj. mense. §. vnum. si quidem. colla. iiij. Sed hodie approbatur sententia Domini mei. suprà, de offic. deleg. vno delegatorum. infrà, de testa. Raynaldus. Illud sciendum est, quòd in iudicio semper succedit hæres: quamuis nihil dictum sit. ff. de feriis. oratione. in fin. & de præto. stipul. l. ij. & C. ne ex delict. defun. l. vnica. In societate verò nunquam succedit etiam speciali pacto, quamuis in actione succedat, & sic in iudicio, scilicet ad hoc, vt rationẽ reddat, & reliqua præstet vel audiat & recipiat. ff. pro socio. nemo potest. & l. cum duobus. §. idem respondit. Sed arbitrium inter hæc duo medium est: quia ex speciali pacto succedit, aliàs non succedet: imò morte compromittentis soluetur, & si fiat pactum de succedendo, ab vtraq; parte fieri debet: aliàs si ab altera tantùm, non valeret. ff. eo. diem. §. j. & l. si interpellatur. §. si ab altera. j. eo. ex parte. & c. vlti. Idem in personali pacto. ff. de pac. idem. §. personale. tamen aliquando videmur prouidisse hæredi etiam plusquam nobis. ff. de pac. iure gentium. §. pactorum. & de proba. si dictum.

9 Qualiter ad effectum † perducatur. Hoc notãdum, quòd arbiter partes iudicis assumit. ff. eod. Pompon. si de meis. §. recepisse. nã arbitraria ad similitudinẽ iudiciorũ sunt redacta. ff. e. l. j. redacta. intelligas, in prin. in medio, & in fine. In principio, scilicet vt mulier [a] vel seruus [b] arbiter nõ assumatur: vt dixi §. . § quis posit. Item, vt libelli solennitas in litis contestatione facienda procedat, eaq; facta interruptio fiat. sicq; transeat ad hæredes. C. de iudi. rem non nouam. §. patroni. Item quòd posit citare arbiter per nuncium vel epistolam. ff. eod. sed interpellatur. §. adesse. Item, quòd iuretur de calumnia. C. de iureiur. propter calumniam dan. l. ij. sed quia. In medio, vt allegationibus, & attestationibus in ea factis posim vti in iudicio quandocunq; , & statur dictis mortuorum testium. Sed si superstites sint, in potestate aduersarij est, vtrum eis stare velit, vel iterum producantur & testificentur. C. de fide instr. cùm apud compromissarios iudices. infrà, de testi. præsentata. Item, in feriarum obseruatione. C. de fer. omnes. Adde tamen quod no. infrà eod. §. penul. versi. item dies feriata. [c] Item, vt sacrosanctis scripturis propositis [c] ventiletur causa. C. de iud. rem non nouam. circa principium. In fine, vt sententia in scriptis recitetur, secundum omnes. C. de sent. ex breui. reci. l. j. C. eod. cum antea. ibi, si quidem subscripserint, &c. sed certè ibi loquitur de subscriptione partium, non de scriptura arbitrorum. Si dicis, ergo erat sententia scripta: quia primò fit scriptura, quàm subscriptio, placet mihi: sed intelligo per tabellionem, qui non mutata substantia, licet mutatis verbis in scriptis redegit sententiam. argumen. infrà, de conuer. coniuga. dudum. §. j. alioquin cùm illiteratus nesciat scribere vel legere, sequeretur, quòd non posit esse arbiter: contra id quod not. suprà, eodem. §. quis posit. quod dic vt not. infrà, de sent. & re iudic. sub rubrica, de sententia. §. qualiter. versi. iij. & versi. iiij. & sequent. Item, quòd coram partibus pronuncietur. ff. eodem. diem. §. si quis. Item, vt ab eius sentẽtia etiam maiores iusta de causa restituantur. ff. ex quibus cauſ. maio. l. ij. Item, vt intra triennium terminetur. argument. ff. eodem. si vnus. §. si multò post. & l. litigatores. respon. j. Sed contrà. in authentica. de appellat. colla. iiij. respond. j. & §. sancimus. vbi non obst. lapsus biennij, etiam si decies millies sit lapsus: sed certè nihil aliud probat, nisi quòd biennium quod datur, ad prosequendam appellationem non currit partibus, quandiu litigatur coram arbitris: imò nihilominus cognoscet iudex de appellatione, lapso biennio. Item vt litem suam faciat, si iniquè arbitretur. C. de pact. si quis in conscribendo. Item vt actio & exceptio oriatur ex sententia, secundum ea quæ not. suprà, eod. §. qualiter. & in omnibus dico similia iudicia & arbitria: nisi vbi inueniuntur dissimilia.

[a] Mulier.] Adde l. cum leg. ff. de arb. & in l. fin. & ibi gl. C. eo arb. c. dilecti. de arb. c. mulierem. xxx. qu. iij. Doct. in cap. cum deuotissimam. xij. q. ij. Spe. titu. de arb. §. ij. versic. prohibetur ergo. doct. in c. quinta vallis. de iureiu.

[b] Vel seruus.] Adde Spe. in titul. de arbit. in. §. potest esse arbiter. versicul. item seruus. Arc. in c. sicut. xj. q. j.

[c] Sacrosanctis scripturis propositis] Adde c. fin. de iureiuran. & gl. in verbo tacta. in cle. j. de hæret.

10 SVnt autem dissimilia in appellatione. C. eod. l. j. quia non appellatur à sententia † arbitri: vt ibi. & ij. q. vj. à iudicibus. Item, sententia arbitri non infamat. Item multa sunt, super quibus non potest cognosci per arbitrum: quod dic vt not. suprà, eo. §. de qua re. Item, quia infamis arbitrari potest: vt no. suprà eod. §. quis posit. Item non potest pronũciare, nisi vtraq; parte prȩsente: vt dixi suprà. §. proxi. ver. sed & hoc modo. Item non potest citare partes, nisi ad locum vbi compromissum est: vt not. eod. sub §. constituitur. ver. item constituitur. Item non potest delegare arbitrum. ff. eodem. non distinguemus. §. quæsitum. & l. in compromissis. Item satisdatio non præstatur coram arbitris: quia sufficit pœnæ petitio. in authen. de litig. §. ad excludendas. mihi incipit. §. omne autem dispendium. col. viij. Item in arbitrio non potest mora purgari post diem datam ad solutionem faciendam. ff. eo. quid tamen. §. solutioni. & l. si cùm dies. §. vltim. & l. Celsus. aliud in iudicio. C. de fideiuss. sancimus. ff. si quis cau. & si post tres. Item nullo pacto ab initio fieri potest, quòd sententiæ stetur: nec potest sententiam suam executioni mandare. C. eodem. l. penul. secus in iudicio. C. de tempo. appel. l. fin. ff. de appel. non reci. l. vlti. ff. de re iudic. à diuo Pio. Item in arbitrio non est locus reconuentioni. infrà eodem, cùm dilectus. Item non potest assignare diem ad ferendam sententiam, nisi sit actum, vel nisi partes de nouo consentiant. infrà
11 eod. ex parte. ff. eodem. non distinguemus. §. vlti. † Sed nunquid potest punire contumacem in expensis, vel de fructibus cognoscere? Non videtur, nisi hoc dictum fuerit. infrà, eo. cùm dilectus. ff. eod. non distinguemus. §. de offic. & §. vlti. & expressus casus videtur. ff. eo. quid tamen. §. vlti. & de iudi. l. ij. §. fin. potest dici contrà. nec obst. quòd non venit in compromisso, nisi de quo actum est, vt veniat: imò contrà est: quia ad similitudinem iudiciorum redacta sunt. vt suprà dixi. nec obst. l. quid tamen. §. vlti. quia verum est de pœna, sub qua compromissum est, cognoscere non potest, nisi hoc dictum sit: secus de accidentibus. arg. suprà, de in integ. resti. causa. §. j. nec obst. ff. de iudic. l. ij. §. vlti. Confiteor enim, quòd mulctando punire non potest: vt ibi, sed condemnando ad interesse potest. ff. eod. non distinguemus. §. vlti. qui incipit: item non est. in fi. & sic potest intelligi. ff. eo. non ex omnibus. & argu. ff. de redhibi. act. ædiles. §. item sciendum. ff. de re iudi. Paulus. quomodo enim procederet: aliàs si ponamus actorem contumacem, nisi expensas restitueret, cùm ei aditus iudiciorum claudatur. C. de iud. sancimus. nam iustam exceptionem debet admittere arbiter, sicut & iudex: suprà, de offic. deleg. ex parte. ij. sed si hoc de actore conceditur, idem in reo. argum. ff. de regul. iur. non debet. quia nec arbitrium claudicare debet: vt dixi suprà, sub §. constituatur. arg. ff. iudicatum solui. iam tamen. §. in hac. infrà, de or. cog. cùm dilectus. respon. j. in fine, ergo si actor contumax fuerit, & postea veniet, in nullo audiet ipsum arbiter, nisi primò de expensis satisfaciat: sed nec reum contumacem audiet, si petat scripta, vel aliquid aliud proponat, nisi & primò de expensis satisfaciat. vterq; igitur & si non cõdemnetur per arbitrum, debet se offerre ad satisfactionẽ, si audiri velit, sicut aliàs habes simile, j. de ordine cogni. cùm dilectus. §. nos aũt. ad fin. sed & arbiter potest facere condemnationem, sicut & citare potest per nuncium vel epistolam, vt no. s. §. qualiter ad effectum. nec videtur, pnunciasse, nisi de fructibus pronunciet. ff. de rei vend. ex diuerso. §. j. Sed contrà, ff. eodem. de his. Solutio. Illud intellige non de accessoriis, sed principalibus. Et vbi ab initio plenum fuit compromissum: vt, Si ego & tu compromisimus de omnibus controuersijs, quæ sunt inter me & te. ff. eodem. si cùm dies. §. planum.

licet post lit.contest.auferam tibi castrum, de hoc non potest arbiter cognoscere: quod mirum est, quia nec de hoc potuit ab initio excogitari. alij intelligunt l. non ex omnibus. scilicet quòd possit punire contumacē in arbitrarijs actionib. deferendo iusiurandum in lite : vel quando actum est in compromisso, quòd sæpius committatur pœna aliàs commissa: ideo quia rem non restituit, non committetur postea hac ratione, quòd iuranti non satisfaciat. ff. eodem. si duo. §. vltimo. porrò si vni defert iuramentum: quia alter non exhibet nomina testium, non propter hoc in litem iuratur, nec dicitur actio arbitraria. vt in l. non ex omnibus. sed an committatur pœna, non exprimit. & videtur quòd sic, quia per hoc impeditur arbiter pronunciare. Sed pone, compromissum factum in aliquem super aliqua re, per actorem datus est libellus reo, & tempus ad deliberandum, redijt & dicit, Deliberaui non contendere cum actore, quid faciet arbiter? Instat enim actor, & dicit arbitro, Quæratis si possidet rem, de qua ago. nam & iudex hoc quæreret. ff. de rei vendi. qui petitorio. si dicit, Non possideo, dicet actor mittatis me in possess. nam & iudex hoc faceret. ergo & vos debetis hoc facere. arg. ff. eodem. l. j. & l. Pompon. §. recepisse. & de rei vendicat. l. fi. de instit. act. qui seruum. §. penulti. respondebit reus, Domine, non debetis hoc facere, quia ponere in possessionem, misti imperij est. ff. de iurisdi. omn. iudi. iubere. & de his quæ pertinent ad merum imperium, vel mistum, nihil ad arbitrium. vt ff. eod. non distinguemus. §. si per errorem. aliàs est l. j. & de liberali. Item alia ratione nō debetis ipsum actorem audire, quia aut verum dixit, & sic non debetis eum ponere in possessionem: aut falsum, & sic de hoc falso nihil ad vos, quia de ipso non est in vos compromissum, nec erat de hoc lis tempore compromissi. ad hoc. ff. eodem. non distinguemus. §. fi. & l. de his. suprà, de rescript. c. fin. versic. aut literas. Sed obijciet actor de eo quod legitur, ff. de rei. ven. non solum. & de redhibit. actio. ædiles. §. item sciendum. respondebit reus aliud in compromisso vbi dolus, vel delictum commissum postea punitur per act. ex stipulatu. si hoc est compromissum, vel per exceptionem doli, & nō per officium arbitri, quod non extenditur vltra quàm dictum sit. ff. eodem. non distinguemus. §. de offi. & l. ita demùm. C. eodem. l. iij. & fortè hac responsione innuitur quid actor debeat facere. Sed si reus post compromissum dolo desijt possidere, cùm de re ipsa simpliciter fuerit compromissum, an de hoc debeat se intromittere, & an res sit litigiosa, quasi sub iudice est. argum. C. eod. titulo. l. penult. in fine. Sin autem veniat reus, & dicat, Bene confiteor me possidere, sed nolo litigare, quia iuraui non litigare secum: non confiteor, nec nego rem suam esse, quia nolo litem contestari, nec potestis me compellere: dedistis mihi diem ad deliberandum, & ego deliberaui non litigare. dicit actor, Procedatis contra ipsum, sicut iudex faceret. ff. de noxa. non solum. vel compellatis ipsum respondere, vtrum res sit mea. respondebit reus, Non est suum, sed hic videtur, quòd possit illudi compromisso. ff. eodem. non distinguemus. §. quæsitum. & l. idem Pedius. ibi, quē admodum satisd :tur, &c. secundum Vber. de Bobio. Notabis etiam, quia cùm arbitraria redacta sunt ad similitudinem iudiciorū, potest arbiter citare, & lit. contest. audire, & dare dilationem ad testes producendos, vel instrumenta, & datam abbreuiare causa cognita. nam interlocutoriam mutare potest, non diffinitiuam. in quo casu Cassius sententiam magistri sui bene excusauit. ff. eo. qualem. §. dicere. aliàs est lex. & l. quia infrà, de appellat. cùm cessante. ff. de re iudi. quod iussit. † Item diffinitiuam aliquando potest mutare. si enim de pluribus controuersijs assumptus fuerit arbiter, ita quòd simul de omnibus pronunciet, quamuis super quibusdam pronunciauerit, de quibusdam non, iterum potest sententiam mutare, cùm nec ipsam dixisse videatur, quousq; de omnib. pronunciauerit. Secus, si dictum sit, quòd separatim pronunciet. ff. eodem. quid tamen. Item si quæstiones communes sint, videtur quòd de vna sine reliqua pronunciare non possit. C. de accu. qui de crimine. Si non apparet quid actum est, dicas quòd de omnibus debet pronunciare simul: nam & si super vna re tantùm sit compromissum, non videtur sententia dicta: si super parte tantùm pronunciauit, ff. de doli except. apud. §. item quæritur. C. de ap. eos. ibi, omnes, &c. & l. ampliores. respon. j. ibi, si quid iudicat, &c. & accedit. infrà, de appel. secundò requiris. inquisitioni. & ca. vnus. & ff. fami. ercisc. in hoc. & de iudic. de qua re. C. si aduer. rem iudi. l. j. & certè vbi deficit sententia in vna re, vel capitulo in connexis, vel adiunctis, nulla est sententia. Idem videtur in sententia iudicis ordinarij. Si verò capitula plura sunt apud iudicem ordinarium proposita, non sibi coniuncta, non ideo dicitur nulla sententia in vno, quia de alio nil dixit. Porrò si sententia iudicis delegati est ipso iure nulla, non ipse idem iudicat, sed alij committitur negocium terminandum. C. de accusa. l. iiij. & quomodo & quando iudex. l. iiij. Ex quo autem arbiter plenè cognouerit, sententiam ferre debet ea mente, vt secundum eam discedere velit partes à tota controuersia. ff. eod. qualem. §. dicere. & certa debet esse sententia, ff. eo. quid tamen. §. Pompon. Item debet esse de re illa tantùm, quæ erat in lite, non de alijs, vel superuenientib. quæstionibus, quia nihil potest, nisi quantum sibi datum est, vt dixi suprà, sub §. sed nunquid. ff. eod. non distinguemus. §. quæsitum. & §. de officio. & §. fi. Per hoc dixerunt quidam, arbitrum nō posse cognoscere de fructibus vel expensis, nisi id actum esset. Azo contrà, ar. ff. iu. sol. iam tamen. & de procu. ad rem mobilem. & l. ad legatum. quia & solutioni diem statuere potest, vt dixi suprà e. sub §. j. respo. & ver. sed nunquid potest. & dic vt ibi. Inhonestum autem impossibile, vel id de quo compromissum non est, nō debet in sententia comprehendere. ff. e. quid tamen. §. fin. & l. si cùm dies. §. si compromisso. Et licet sententiæ suæ standum sit quamuis iniquæ, vt dixi suprà. §. quid sit arbitrium. non tamen iniustæ, quia non valet, si contra legem pronunciet, vel canones. in auth. in medio litis. §. & hoc dicamus. col. viij. infrà, de confir. vti. examinata. inde est, quòd contra primam sententiam certam appellatione non suspensam, nihil dicere potest. infrà eod. exposita. ar. C. de transact. ex causa. ff. de transactio. post rem. & de conditio. inde. eleganter. §. si post rem. infrà, de sen. & re iud. inter monasterium. & c. sequen. Cogitur autem ad sententiam ferendam, vt dixi suprà, eod. §. qualiter constituatur. & debet cogi à superiore, non inferiore vel pari, quia par in parem, &c. ff. eod. l. iij. §. j. & vlt. & l. iiij. & suprà, de ele. innotuit. §. j. ff. ad Tre. ille à quo. §. tempestiuum. suprà, de ma. & obe. cùm inferior. ff. de mino. l. minor. sed quandoq; excusatur arbiter. vt in proximo §.

23 In quibus casibus † non cogitur sententiam ferre? Si partes infamauerunt eum causa cognita, quia, s. nesciebat ordinare causam, tunc etiam ex interuallo reuertentes admittuntur: si sine causa, tunc admittuntur mox reuertentes, non postea, & expositionem huius verbi mox arbitrio iudicis relinquo. Sed si partes primo arbitro spreto ad alium iuerint, nunquid postea primus cogetur. ff. eodem. sed si in seruum. §. vlti. & l. litigatores. Quòd si non elegerint secundum, sed iuerunt ad iudicem, & sunt litem contestati, soluitur compromissum. ff. eod. si quid. aliàs intra triennium reuerti possunt: arg. ff. eod. item si vnus. §. si multò post. Item non cogitur, si sordes, aut turpitudo eius sit manifesta, s. quia accepit pecuniam, vt pro altero sententiam daret. Secus si accipiat, vt pronunciet tantùm. ff. eod. l. iij. §. j. & l. sed si in seruum. §. sunt. Item non cogitur, si inimicitiæ capitales interuenerint, & propter valetudinem, & propter superuenientia negocia, vel vrgentem profectionem, vel munera indicta, vel incōmoditates imminentes, nisi ab his citò liberari posset, vbi quidem differtur arbitrium. ff. eod. licet. & l. si qua. & de iud. si longius. & de vaca. mu. prætor. & ar. suprà, de renun. cap. j. Item sacerdotio adueniente. ff. eod. non distinguemus. §. sacerdotio. Item propter iudicium publicum, vel priuatum, si tamen dies compromissi non possit differri. aliàs non aliter excusatur, quàm si patiatur iterum in se compromitti, hæc scilicet dies exitura est. ff. eo. & si qua. §. arbiter. nec obst. ff. eod. si cùm dies. resp. j. quia ibi non excusabat se, sed dicebat de iure communi expirasse compromissum finito tempore, licet in eum partes compromiserint. Item excusatur, si vnus ex litigatoribus cedit bonis. ff. eo. si vnus. quia inanis est actio, &c. infrà, de solu. Odoardus. Item dies feriata in honorem Dei excusat ipsum. C. de fer. omnes. In alijs autem cogitur feriis, si dies exitura sit: sed si non est exitura, & iuret sibi non liquere de causa, dilationem impetrabit. Idem si sine die compromissum sit. ff. eod. si de meis. §. vlt. & l. si feriatis. Item non cogitur, si solutum sit compromissum die, morte, acceptilatione, iudicio, pacto de non petendo. de transactione, rei peremptione, nisi aliquis litigantium interfit. ff. eod. non distinguemus. §. summa. & §. item non est cogendus. & infrà, eod. ex parte. aliàs cogitur. Quòd si aliqua partium defuerit ad diem assignatam, qua per eam factum est, quo minus arbitretur, pœna committitur: sed & si arbitrum ipsum prohibuerit pronunciare, incidit in pœnam. ff. eod. diem. §. si quis. & si non pareat sententiæ, committitur, & si non apponatur tempus in sententia inest modicum, scilicet quatuor mensium, & eo elapso committitur pœna, sed licet reo purgare moram ante lit. contesta. nisi interfit actoris. ff. eod. si cùm dies. §. vlt. & l. vtiq. & l. Celsus. sed si per reum non stetit, quo minus daret intra tempus ipso iure, non committitur pœna: sed si actor postea petat, committitur, quia duo videntur esse præcepta arbitri, alterum intra Calē. dari, alterum dari, & si nō intra Cal.

sed

sed post. sic infrà, de dolo & contu. cùm dilecti. §. præterea. & ratione iustæ absentiæ excusatur à pœna. ff. eo. si cùm dies. §. si quis. & ratione inimicitiarum inter arbitrum, & alterum litigatorum apparentium, si post denunciationem arbitro factam, ne pronunciet, propter talem causam pronunciauerit, fit quædam species appellandi, quia obstat exceptio doli. ff. eod. non distinguemus. §. cùm quidam. Item obst. exceptio agendi, quia compromissum dicitur solutum, vel quia arbiter per dolum aduersarij, vel pecunia mediante corruptus sententiam tulit. C. e. arbitrorum. j. e. c. ij. ff. eo. ita demum. vel quia pronunciatum est die feriata. ff. eo. si feriatis. j. de ferijs. c. vlti.

Quis sit effectus. Not. plenè suprà eod. §. qualiter constituatur.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

Incipit Secundus.

De Iudicijs. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Iudicium quid sit.
2 Iudicium unde dicatur.
3 Iudicij species quot sunt.
4 Necessaria in iudicio quæ sint.
5 Iudex minor maiorem iudicare non debet.
6 Filius sa. contra patrem agere non potest.
7 Reus si sit absens, an possit condemnari.
8 Interrogationes quæ sunt, quæ fiunt ante litem contestatam.
9 Victus victori in expensis est condemnandus.
10 Iudex à principio usq; ad finem debet coram se tenere Euangelia.
11 Iudicium qualiter ad effectus perducatur.
12 Iudicij effectus quis sit.
13 Iudicium qualiter finiatur.

IX ore residẽtis in throno procedit gladius bis acutus, quo instruimur rectas dare sententias, & contra iusticiam nulli parcere, sed vnicuiq; quod suum est reddere: & ideo habito tractatu de creatione iudicum ecclesiasticorũ, explicitisq; præparatorijs iudiciorum, de quibus suprà diximus, videndum est de iudicijs, Quid sit iudicium, Quot eius species, Quæ sint necessaria in eius constitutione, Qualiter & quando ad effectum perducatur, Quis sit eius effectus in principio, medio atq; fine, Et qualiter finiatur. Quis enim, & qualis debeat esse iudex, no. s̃. de off. deleg. §. cui.

1 Quid sit † iudicium. [a] Aliquando ponitur pro discretione. Instit. quibus non est permis. sa. test. in princip. infrà, de præben. graue. respon. j. aliquando pro actione. vt C. famil. ercis. l. j. aliquando pro sententia, vnde dicitur, Rei iudicatæ parendum est, vt C. de re iudic. l. j. sic accipitur suprà, de postu. præla. bonæ. ij. §. nec nocebat. in fi. alibi ponitur pro instantia, vel ordinatione causæ, vt C. eod. properandũ. §. j. & infrà, eod. venerabilis. & ita accipitur hîc, & secundum hoc,
b sic potest describi. Iudicium est legitimus [b] actus trium personarũ, scilicet iudicis, actoris & rei: qui redditur in inuitum, vt differat ab arbitrio, secundum Azo. ad hæc, infrà, de verborum significat. forus. respon. j. & §. in omni. & ff. de verborum obligationi. inter stipulantem. §. j. sed & si factum negetur, quarta persona, scilicet testis, inducitur, vt in dicto §. in omni. ijj. quæst. iiij. capi. j. Et ideo quod dicit §. allegatus in omni negocio, expone dubio, ne contradicat: suprà, de filijs presbyter. quoniam. infrà, de accusatio. euidentiam. & in omni negocio, scilicet in figura iudicij tractando, ne contradicat. infrà, de accusatio. qualiter. ij. respo. j. ad fin. nomine autem testium accipias instrumenta, & etiam argumenta, vt in prædicta decre. forus. §. causa. secundum Goffre. Di-
2 citur autem iudicium, † quasi iurisdictio: prius verò inquisitio
c vocabatur. [c] * Sed causa dicitur à casu quo venit. est enim mate-
* ria & origo negocij, nedum discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudicium: dum diffinitur, iusticia. vt infrà, de verborum significat. forus. §. j. quæ autem sunt partes iudicij, vide infrà, de probatio. quoniam contra falsam. & in summa eiusdem tituli. §. quid debeat probari.

3 Quot eius species. † Quot species causarum: est enim criminale, de quo principaliter tractabitur infrà, de accus. & inquisitio. & incidenter hîc tractatur, infrà eod. at si clerici. & c. clerici. & c. cùm non ab homine. ff. eod. destitisse. C. eo. properandum. & ciuile, de quo in hoc libro principaliter tractatur. & infrà eod. cæterùm. & ca. quia quinta. aliquando mistũ,
d vt suprà, de procur. tuæ. [d] * Et istorum aliud
* est ordinarium, infrà eod. dilecti. & capit. examinata. Aliud extraordinarium, infrà e. nouit. infrà, de proba. quoniam contra falsam. Item aliud speciale, infrà eod. exhibita. infrà, e
de iura. cal. literas. Aliud spirituale, infrà, eodem. venerabilis. infrà, qui fi. sint legitim. per venerabilem. Aliud spirituali annexum: sicut causa iuris patronatus. infrà eod. quanto. sed secundum Goffre. licet hæc causa dicatur spirituali annexa, est tamen verè merè spiritualis, id est, de re spirituali. vnde hoc ius vendi non potest. infrà, de iure patronat. quia clerici. quod dic vt not. infrà, de iure patronatus. d
§. qualiter transferatur. versi. venditioq;. sed dicitur annexum spirituali propter quoddã accidens, quia cadit in laicum, & quasi possidetur ab eo, cùm tamen nullum aliud ius spirituale cadat in laicũ, excepto iure funerãdi. de mor. inferẽ. l. j. & excepto iure eligẽdi, si cũ hæc speciali priuilegio cõpetat: aliter nõ, secũ dũ Goff. q; dic vt no. s̃. de elect. §. quis posset eligere. ver. laicus. Itẽ de crimine multis modis agitur, scilicet interdum in modum accusationis ad depositionem inferendam, vel aliam legitimam pœnam. Interdum in modum inquisitionis, ad remotionem ab administratione. Interdum in modum denunciationis, ad pœnitentiam iniungendam. Interdum in modum exceptionis. infrà, de accusa. super his inquisitioni. qualiter & quando. & de simo. licet Heli. & nota. infrà, de accusat. in suis rubricis. ideo dicit de iudicijs in plurali, & nõ de iudicio, in singulari.

4 Quæ sint necessaria † in eius e
cõstitutione. Libelli oblatio, de qua dicemus
e infrà, de lib. oblat. [e] Item attendenda est persona iudicis, vtrum habeat iurisdictionem ab his, qui possunt eam dare. nam laicus in ecclesiasticis eam non potest habere, etiam de consensu Episcopi, infrà eod. decernimus. quanto. at si clerici. cap. clerici. c. cùm non ab homine. c. de his. infrà, de foro compet. §. quibus ex causis. sub §. liquet. ver. sed nunquid. & suprà, de officio delegat. §. quis delegare. Item attendendum est, an possit iudex, quia si habet similem causam, surrogatur alius. vt infrà eo. causam. ij. Item secundum Goffred. si
f sit excommunicatus, [f] non constituitur iudi-

a Quid sit iudicium. Adde Bal. in cap. ecclesia Sutrina. de causa possess. & propriè, & docto. in rubrica. eod. titu.

b Martinus Abbas ita definit, ut sit actus legitimus diuersarum personarum, id est, actoris, & rei, super eadem quæstione tractatus. Marti.

c Idem dicit Marti. subnectẽs, quòd Iusticia dicitur, quasi iuris status, quia (inquit) iudicio vocatur prius inquisitio, dum causa discutitur. Iusticia, quando causa finitur: extra. de verb. signifi. forus. vbi de hoc. Martin.

d Iudicium ita diuiditur: nam aliud est criminale, aliud ciuile, aliud ordinariũ, aliud extraordinarium, aliud spirituale, aliud temporale. De criminali habetur extrà, de iudic. at si clerici. & c. cùm nõ ab homine. De ciuili eodem titul. cæterùm. De ordinario, eodem titul. dilecti. & c. examinata. De extraordinario, eodem ti. nouit. De spirituali, eodem ti. exhibita. De temporali. eod. tit. venerabilis. Potest & quinta species addi, vt dicatur aliud spirituali annexum, eodem tit. quanto. Quidam tamen non ponunt istã quintam speciem, eũ sit annexa spirituali. Marti.

e Iudicium constituitur per libelli oblationem & litis contestationem, de quibus vide in tract. de libelli obl. & litis conte. Item ad constituẽdum iudicium considerandæ est persona iudicis (cuius partes habẽtur extra, de proba. quoniam contra) an ius eum iurisdictionem exercere permittat, quia si nõ est iudex, coram eo non ordinatur, etiã si partium interuenerit consensus. C. de iurisdiction. omn. iu. l.

priuatorum. Nam pactis priuatorum iuri publico nõ derogatur, extrà de fo. com. si diligenti. & ff. de pactis. l. ius publicum. Item si sit iudex propter exercitum iurisdictionis, eius iudicium nõ admittit. Hoc dico propter excõmunicatũ, coram quo iudicium nullum, & sententia nulla, vel saltem annullanda. extrà de senten. & re iudi. ad probandum. Similiter propter iudices seculares, qui clericos volentes & cõsentientes iudicare non possunt, extrà de fo. comp. si diligenti. de iudic. qualiter. & 11. q. 1. inclita. & c. placuit. Item nec coram hæretico iudicium constituitur, extrà. de hæret. excommunicamus. 1. §. credentes. Item sunt quidam alii, qui iudices esse non possunt, & ideo coram eis iudicium non ordinatur, vt sunt infames, & turpitudine notati. ff. de iud. l. cùm prætor. C. de digni. l. 1. & 2. & de Sena. l 2. & extra, de excess. prel. inter dilectos. Similiter. si est surdus. vel mutus, vel perpetuò furiosus, vel seruus, vel mulier. ff. de iudic. l. cùm prætor. & de regulis iuris. l 2. de arbit. dilectio. & de pœni. & renoua. & 3. q. 7. §. tria. in princip. Item coram Episcopo non constituitur iudicium in diœcesi aliena, vt 9. q. 1. c. 1. & 2. & c. cùm non inuitati. Item iudicium maioris non constituitur coram minore. 21. di. inferior. ff. de arb. l 3. & 4. Similiter nec coram pari. ff. ad Treb. ille à quo. §. tempestiuum. Nisi maior subiiciat se minori. 11. q. 1. peruenit. & 2. q. 5. mandastis. & c. auditum. Similiter, si maior deliquit in territorio minoris. C. vbi de crimi. agi. opor. authenti. qua in prouincia. Similiter cùm quis vult esse iudex in causa sua. C. ne quis in causa sua. l. 1. Similiter, nec causa filii constituitur coram patre. ff. de iurisd. om. iu. l. qui iurisdictioni. Nisi in casu ff. de off. præsi. l. Senatus. Item non constituitur iudicium coram vno ex iudicibus delegatis, vel coram duobus ex tribus. de off. delẽ. cùm causam. & c. prudentiam. Nec coram legato, vel delegato eius post egressum de prouincia. de off. del. c. fin. Alios casus potest studiosus cogitare, vbi ex defectu actoris & præsidentis constituitur iudicium nullum. Marti.

f Si sit excõmunicatus. Adde qd si iudex est excõmunicatus, & sit occultus, & nõ denũciatus, an sententia sua valet. vide in c. ad ꝓbandũ. de re. iur. & ibi dicũt Cal. & do. q; si pars quæ coram eo litigat, scit eũ esse excõmunicatũ, gesta ꝓ illo sciente non tenent, & est aurea limitatio ad l. Barbarius. ff. de officio prætor.